JOANNIS DO MINICI MANSI
ARCHIEPISCOPI LU CENSIS EFFIGIES
ÆTATIS SUÆ LXXVII.

SACRORUM CONCILIORUM NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO.

TOMUS PRIMUS.

REPRODUCTION

EN FAC-SIMILÉ

TIRÉE A 250 EXEMPLAIRES SEULEMENT

PAR LES PROCÉDÉS ANASTATIQUES

DE

C. REINECKE, A BERLIN

POUR

H. WELTER, ÉDITEUR

RUE BERNARD-PALISSY, N° 4, A PARIS

ET A LEIPZIG, SALOMONSTRASSE, 16

1901

F. Fontebasso inu.

F. Magnini scu.

SACRORUM CONCILIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS S. J.

Et novissime NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI

LUCENSIS, CONGREGATIONIS MATRIS DEI EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM PATRE MANSI,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA.

Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata

Ad MSS Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recensita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

TOMUS PRIMUS.

Ab initiis Æræ Christianæ ad Annum CCCIV.

ALMA COLLEG. 263.1 LIBRARY M318

FLORENTIÆ

MDCCLIX.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis M.D.CCCCI.)

9433

SYLLABUS

EORUM QUÆ TOMO I. CONCILIORUM

CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt, huic noſtræ editioni noviter acceſſere.

ANNO CHRISTI		
☞	PRÆFATIO prior Dionyſii Exigui in ſuam canonum collectionem.	col. 1.
	Ejuſdem Præfatio altera in ſuam canonum collectionem.	3.
	Ejuſdem Præfatio in ſuam collectionem decretorum.	4.
	Præfatio Iſidori Mercatoris.	5.
	Ordo celebrandi Concilii ex Concilio Toletano IV.	10.
	Exhortatio ad principem, ſive via regia.	15.
	Præfatio decaſticha conciliorum.	19.
33. & 52	*Synodus Apoſtolorum quadruplex.*	21. & ſeq.
	Earum tertia Gr. & Lat. ex libello Synodico.	25.
	Canones Apoſtolorum Gr. Lat. LXXXIV. *Gentiano Herveto interprete.*	29.
	Canones Apoſtolorum L. *Latine, interprete Dionyſio Exiguo.*	49.
56.	*Synodus Antiochena Apoſtolorum.*	67.
	VITA SANCTI PETRI.	69.
☞	Ejuſdem S. Petri decretum.	71.
	Tractatus de primatu Romanæ Eccleſiæ.	ibid.
67.	VITA SANCTI LINI PAPÆ.	79.
78.	VITA SANCTI CLETI PAPÆ.	81.
91.	VITA SANCTI CLEMENTIS PAPÆ I.	83.
	In epiſtolas decretales Roman. Pontificum Præfatio.	84. & ſeq.
	Clementis I. epiſtola I. ad Jacobum fratrem Domini.	91.
☞	Eadem Gr. & Lat. ex recenſione P. Couſtant.	111.
	Ejuſdem Clementis epiſtolæ II. III. IV. & V.	125. & ſeq.
☞	Ejuſdem Clementis epiſtolæ VI. & VII. noviſſime a Wetſtennio vulgatæ.	144. & 151.
☞	P. Manſi in ſuperiores epiſtolas	

ANNO CHRISTI		
	annotatio.	157.
☞	Ejuſdem Clementis decreta.	158.
☞	Præcepta S. Petri ab eodem Clemente deſcripta.	157.
	Veterum teſtimonia de Clemente & ejus ſcriptis.	160.
☞	Monitum P. Couſtant in Clementis epiſtolam ad Corinthios.	166.
	Clementis ad Corinthios epiſtola I. Gr. Lat.	171
☞	Admonitio P. Couſtant in Clementis epiſtolam II. ad Corinthios.	215.
	Clementis I. Epiſtola II. ad Corinthios. Gr. Lat.	222.
☞	Fragmenta ſuperiorum epiſtolarum, ſeu aliorum operum apud veteres relicta.	230.
	Patritii Junii in priorem ad Corinthios epiſtolam notæ.	235.
	De Clementis & ejus epiſtolarum tempore, Godef. Vendelini divinatio.	250.
☞	In Conſtitutiones Apoſtolicas adnotatio critica & chronologica.	254.
	Conſtitutionum Apoſtolorum, auctore Clemente Romano Pontifice, libri VIII. Gr. Lat.	258.
	Index capitum Conſtitutionum Apoſtolorum Gr. Lat.	ibid.
102.	VITA SANCTI ANACLETI PAPÆ.	597.
	Ejuſdem Pontificis epiſtolæ III	598. & ſeq.
	Ejuſdem decreta duo.	622.
110.	VITA SANCTI EVARISTI PAPÆ.	ibid.
	Ejuſdem duæ epiſtolæ.	623. & ſeq.
	Ejuſdem decreta duo.	631.
119.	VITA SANCTI ALEXANDRI PAPÆ I.	633.
	Ejuſdem epiſtolæ III.	634. & ſeq.

ANNO CHRISTI

Ejuſdem decretum unum. 647.
Concilium Siculum. ibid.
125. VITA SANCTI SIXTI PAPÆ I. 649.
130. Ejuſdem epiſtolæ duæ. 650. & ſeq.
Ejuſdem decretum unum. 656.
140. VITA SANCTI TELESPHORI PAPÆ. ibid.
Ejuſdem epiſtola una. 657.
Synodus Romana Gr. Lat. ex Synodico. 662.
152. VITA SANCTI HYGINII PAPÆ. 663.
Ejuſdem epiſtolæ duæ. 664. & ſeq.
152. Ejuſdem decreta quinque. 668.
156. *Concilium Pergamenſe.* 669.
VITA SANCTI PII PAPÆ I. 670.
Ejuſdem epiſtolæ quatuor. 672.
Ejuſdem decreta decem. 679.
160. *Concilium Orientale.* 681.
165. VITA SANCTI ANICETI PAPÆ. 682.
Ejuſdem epiſtola una. 683.
Synodus Romana Gr. Lat. ex Synodico. 686.
173. VITA SANCTI SOTERIS PAPÆ. 687.
Ejuſdem epiſtolæ duæ. 688. & ſeq.
Ejuſdem decreta quatuor. 691.
173. *Concilium Hierapolitanum.* ibid.
177. VITA SANCTI ELEUTHERII PAPÆ. 694.
Ejuſdem epiſtola I. 695.
Ejuſdem epiſtola altera, ſeu reſcriptum ad Lucium Britanniæ regem. 698.
192. VITA SANCTI VICTORIS PAPÆ. 699.
Ejuſdem epiſtolæ quatuor. 700.
Synodus incerti loci in Græcia. 706. & ſeq.
Aſſemani cenſura in epiſtolam Synodicam ejuſdem Concilii. 708.
197. *Concilium Romanum.* 709.
Et eodem ferme tempore quæ ſequuntur.
Idem Gr. Lat. 725.
Palæſtinum ſive Cæſarienſe. 709.
Idem Gr. Lat. 726.
Idem ex Baluzii Collectione. 711.
Ponticum ſive Aſiaticum. 715.
Idem Gr. Lat. 727.
Gallicum ſive Lugdunenſe. 715.
Idem Gr. Lat. 726.
Idem ex Baluzii Collectione. 715.
Oſroenum. 719.
Idem Gr. Lat. 727.
Aſiaticum ſive Epheſinum reprobatum. 719.
Idem Gr. Lat. 725.
Idem ex Baluzii Collectione. 719.
Lugdunenſe aliud Gr. Lat. 723.

ANNO CHRISTI

Hierapolitanum Gr. Lat. ibid.
Achillanum Gr. Lat. 724.
Galicanum Gr. Lat. 725.
Hieroſolymitanum Gr. Lat. 726.
Meſopotamicum Gr. Lat. 727.
Romanum alterum Gr. Lat. 728.
Romanum III. Gr. Lat. ibid.
201. VITA SANCTI ZEPHYRINI PAPÆ I. ibid.
Ejuſdem epiſtolæ duæ. 730. & ſeq.
217. *Concilium Africanum de rebaptizandis improbatum.* 734.
Concilium Carthaginenſe II. ſub Agrippino. 735.
219. VITA SANCTI CALLISTI PAPÆ I. ibid.
Ejuſdem Epiſtolæ duæ. 737. & ſeq.
Ejuſdem decretum unum. 746.
224. VITA SANCTI URBANI PAPÆ I. 747.
Ejuſdem Epiſtola una. 748.
230. *Concilium Alexandrinum.* 754.
231. VITA SANCTI PONTIANI PAPÆ. 755.
Ejuſdem epiſtolæ duæ. 756. & ſeq.
235. *Concilium Alexandrinum.* 762.
235. VITA SANCTI ANTERI PAPÆ. ibid.
Ejuſdem epiſtola unica. 763.
236. VITA SANCTI FABIANI PAPÆ. 769.
Ejuſdem epiſtolæ tres. 771. & ſeq.
Ejuſdem decreta decem. 785.
237. *Concilium Romanum.* 787.
240. *Lambeſitanum.* ibid.
247. *Mc-* *Arabicum.* ibid.
lius 243. *Boſtrenum, & Arabicum Gr. Lat. ex Synodico.* ibid.
245. *Concilium Aſiaticum.* 789.
250. *Concilium Achajæ.* ibid.
250. *Interregnum Pontificium unius anni.* ibid.
Sancti Cypriani epiſtola ad clerum Romanum. 793.
Epiſtola cleri Romani ad clerum Carthaginenſem. 794.
Epiſtolæ tres S. Cypriani ad clerum Romanum. 795. & ſeq.
Epiſtolæ duæ cleri Romani ad S. Cyprianum. 799. & ſeq.
250. *Romanum Concilium, vacante ſede.* 805.
251. VITA SANCTI CORNELII PAPÆ. 806.
Ejuſdem epiſtolæ ſex. 811. & ſeq.
Tertia Gr. Lat. cum notis P. Couſtant. 818.
Ejuſdem epiſtola VII. ex Baluzio. 832.
S. Cypriani epiſtolæ IX. 833.

De-

ANNO CHRISTI

Decretum Cornelii Papæ. 864.
252. *seu* *Concilium Carthaginense I.* ibid.
251. *Romanum I.* 865.
253. *Melius* 251. *Romanum II.* ibid.
Italicum. 867.
Carthaginense II. ibid.
252. Synodica ad Cornelium Papam. 868.
Synodi tres ex libello Synodico Gr. Lat. 871.
I. Romana, Cornelii
II. Carthaginensis, Cypriani.
III. Antiochena Demetrii.
Eadem ex Baluzii Collectione. ibid.
253. VITA SANCTI LUCII PAPÆ. 874.
Epistola S. Lucii Papæ. 875.
S. Cypriani ad eundem epistola. 881.
Decreta tria Lucii Papæ. 882.
Decretum alterum Lucii Papæ. 884.
255. VITA SANCTI STEPHANI PAPÆ I. ibid.
Ejusdem epistolæ duæ. 885.
S. Cypriani ad Stephanum Papam I. epistolæ duæ. 895.
Concilium Africanum I. sub Stephano. 899.
255. *Melius* 253. Epistola S. Cypriani. 900.
Altera ejusdem. 902.
Tertia ejusdem. 904.
Concilium Africanum II. sub Stephano. 905.
256. *Al.* 255. Epistola S. Cypriani. 906.
Concilium Iconiense. 910.
Epistola Firmiliani ad S. Cyprianum. 911.
Concilium Synadense. 921.
Carthaginense I. sub Stephano. ibid.
Epistola Synodica Sancti Cypriani. 923.
Carthaginense II. sub Stephano. 925.
Epistola S. Cypriani ad Stephanum Papam. 926.
Ejusdem ad Pompejum. 928.
Synodus Romana Gr. Lat. 931.
Eadem ex Baluzii Collectione. ibid.
Tractatus Ursini monachi Afri adversus baptismum hæreticorum, *ibid.*
In eundem notæ Nicolai Rigaltii. 949.
Carthaginense III. sub Stephano reprobatum. 951.
Idem Gr. Lat. cum notis Zonaræ, præmissa epistola S. Cypriani. 967.
Concilium Africanum. 991.
257. VITA SANCTI SIXTI PAPÆ II. 993.
257.

ANNO CHRISTI

Ejusdem epistolæ duæ. 995. & seq.
Ejusdem decreta duo. 1000. & seq.
258. *Concilium Narbonense.* 1001.
Concilium Romanum. ibid.
258. VITA SANCTI DIONYSII PAPÆ. 1003.
Ejusdem epistolæ duæ. 1004.
Epistolarum, seu scriptorum, quæ ad Dionysium Papam attinent, notitia, & fragmenta. 1009.
263. *Concilium Romanum.* 1015.
Alexandrinæ Synodi duæ, Gr. Lat. 1018.
Epistola canonica S. Dionysii Alexandrini, Gr. Lat. *ibid.*
Epistola canonica S. Gregorii Thaumaturgi, Gr. Lat. 1023.
Expositio fidei ejusdem S. Gregorii, Gr. Lat. 1030.
Eadem fides S. Gregorii majoris ex veteri interpretatione. 1031.
264. *Concilium Antiochenum I.* ibid.
Synodica ad Paulum Samosatenum, Gr. Lat. 1033.
Epistola Sancti Dionysii Alexandrini adversus Paulum Samosatenum, Gr. Lat. 1039.
Pauli Samosateni decem quæstiones cum responsionibus Sancti Dionysii Alexandrini Gr. Lat. 1047.
270. *Melius* 269. *Concilium Antiochenum II.* 1089.
Observatio P. Antonii Pagii. *ibid.*
Synodica ad Dionysium Papam. 1092.
Eadem Gr. Lat. 1095.
Synodus eadem Antiochena Gr. Lat. ex Synodico. 1099.
Eadem ex annalibus Eutychii patriarchæ Alexandrini. 1101.
Additio ad Concilium Antiochenum II. ex Baluzio. *ibid.*
270. VITA SANCTI FELICIS PAPÆ I. 1103.
Ejusdem epistolæ tres. 1105. & seq.
Fragmentum epistolæ IV. Gr. Lat. 1114.
275. VITA SANCTI EUTYCHIANI PAPÆ. 1115.
Ejusdem Epistolæ duæ. 1117. & seq.
Ejusdem decreta decem. 1125.
Mesopotamica Synodus ex libello Synodico Gr. Lat. 1128.
277. Acta disputationis Archelai cum Manete, cum Notis Laurentii Alexandri Zagagni. 1129. & 1141.
Fragmentum ejusdem disputationis Gr. Lat. 1226.
283. VITA SANCTI CAII PAPÆ. 1229.

Epi

ANNO CHRISTI			ANNO CHRISTI		
296.	Epiſtola Caii Papæ decretalis unica.	1231.	303. *Melius*, 305.	*Sirveſſanum.*	1250.
	VITA SANCTI MARCELLINI PAPÆ.	1237.	304.	VITA SANCTI MARCELLI PAPÆ I.	1259.
	Ejuſdem epiſtolæ duæ.	1239. & ſeq.		Ejuſdem epiſtolæ duæ.	1262. & ſeq.
	Synodus incerti loci.	1245.		Ejuſdem decretum.	1270.
	Aſſemani Cenſura in epiſtolam ejuſdem Synodi.	ibid.		*Concilium Alutinenſe.*	ibid.
	Concilium Cirtenſe in Numidia.	1247.		*Canones XV. Petri Alexandrini de pœnitentia Gr. Lat.*	ibid.

JOANNES DOMINICUS MANSI

IN HANC EDITIONEM

PRÆFATIO.

PLENA, abſolutaque Conciliorum omnium quotquot in catholica Eccleſia habita ſunt collectio quantae ſit utilitatis, quantique ad omnem eccleſiaſticam eruditionem comparandam momenti, verbis exponere neque poſſum, neque ſi potuerim, praeſens inſtitutum meum in hoc argumento ut diutius immorarer permitteret; cum praeſertim provinciam iſtam jam occuparint ante me viri plures doctiſſimi in luculentis illis praefationibus, quas collectionibus a ſe adornatis praemiſerunt, eaſque praefationes legendas Lectoribus offeram in apparatu noviſſimae hujus noſtrae editionis mox promendo. In his etiam praeterquam quod utilitas inſtituti hujus verbis ampliſſimis exaggeratur, diligens etiam ſingularum, quae huc uſque paruerunt Conciliarium complexionum catalogus inſtituitur, ut novum hic dare indicem, nec juvet, nec res ipſa poſtulet. Unum eſt quod ex me harum rerum ſtudioſi lectores expoſtulant, ut novae hujus editionis conſilium, oeconomiam, rationemque totam exponerem, quod ſtatim praeſtandum aggredior.

Inter eas, quae huc uſque lucem aſpexerunt nulla amplior, uberiorque Conciliorum collectio prodiit ſupra novam illam Labbei editionem Venetiis a Viro erudito Nicolao Coleti, typographi fratre, curatam, in qua praeter ea omnia, quae Labbeus dederat, caetera etiam inſerta ſunt, ſive quae Harduinus adjecerat, ſive quae Baluzius, de la Lande, Martene, Dacherius, Mabillonius, Beſſin, aliique adjecerunt. Hanc igitur editionem, quam annorum uſu ſibi familiarem Viri eruditi effecerunt, nec ſibi e manibus excuti faciles permitterent, repraeſentandam mihi aſſumpſi, cum iterum typis ſubiiciendam ſuadebat ejus raritas tanta, ut vix in officinis librariis ſeſe offerat, neque cum offertur niſi caro pretio ematur. Ordinem, chronologiam, notas, caeteraque omnia Labbei, editoriſque Veneti retineo. Erant qui vellent Binii notas expungi, quod fuſiores ſint, minuſque utiles, cum nihil ferant, niſi proletarium, & ex Baronio expreſſum. Verum retinuit me timor, ne criminationes plurium incurrerem, accuſantium non ſatis fideliter me reddidiſſe Labbeum; quod & Harduino olim crimini datum eſt in ſua collectione ea reſecanti, quae ſibi ſupervacanea videbantur. Opportunius utique reputaſſem notas illas Binianas ad calcem ſingulorum voluminum rejicere; ſed continuit me timor, ne forte erratum aliquod incideret, cum ego abſens a loco ubi editio praeſtanda erat, vitam agere cogerer.

Quam-

Quamquam autem Labbeum & collectorem Venetum ducem ſequor, multa ſunt tamen, & pene dixerim infinita, quae editionis hujuſce novae pretium ſupra caeteras huc uſque productas relevant. Typorum in primis & chartae nitor longe praeſtantior, quam ſit etiam Harduiniana Pariſienſis, propiuſque ad Regiam Lupaream accedens; ſcitis emblematibus aeneis formis expreſſis hinc inde, cum res maxime poſcebat, pagellarum ſuprema fronte, nec diſſimilibus ornamentis vacuis earum interſtitiis decoratis.

Externa tamen haec ſunt nonniſi recreandis oculis, non vero menti illuſtrandae ordinata, quamvis Operibus id generis inſignioribus ac celebrioribus maxime congrua. In eo vero potiſſima cura impenſa eſt, ut Eruditis ſerviretur, totumque me illis juvandis impenderem. Eorum igitur gratia cura omnis adhibita eſt, ut Graecus, Latinuſque textus quam emendatiſſimus prodiret, qua de re correctores non proletarios, ſed doctos, ſelectoſque diligentiſſimus typographus Antonius Zatta, nec ſumptibus, nec officiis parcens, meo ſuaſu adhibuit; ac ſpero factum, ut ejus ſedulitati eventus plene reſponderit. Craſſiora ſaltem ſphalmata correcta eſſe conſtat, quod unico hoc exemplo planum efficio. Graeca Concilia cum Latina interpretatione dedit Binius, eiſque titulos praefixit; tum & titulo & reliquis ſuas notas aptavit. Eadem & Labbeus inſeruit in ſua collectione, ſed titulo plane diverſo & verſione paululum immutata. Labbeanam editionem ſervavit Venetus Collector, apud quem pariter & notae Binii comparent. Fit inde ut notae textui interdum non congruentes lectoris mentem confundant; nos ubi non cohaerent, brevi appoſita nota legentium tenebras disjiecimus. Accipe & aliud. In Concilio Aquiſgranenſi anni 816. laudantur ſaepe teſtimonia petita ex authore libri de Vita Contemplativa, qui PROSPER in Editis appellatur; nos ex auctoritate codicis Vaticani reſtituimus POMERIUS, cum reipſa Julianus Pomerius, non Proſper librum hunc ſcripſerit. Ex hoc duplici exemplo lectores intelligent nos nihil peperciſſe, ut deſoecatum textum quam fieri maxime poſſet daremus.

Non infima etiam fuit cura adjungendi varias lectiones, quas alicujus fore momenti arbitrabar, eaſque non ex editis tantummodo libris, ſed etiam ex MSS. codicibus undique conquiſitis repetivi. Qua in re feliciter ſucceſſit, ut unicum illum Caſſinenſem codicem, in quo additamenta ad Concilium Epheſinum continentur, conſultum haberem, de quo inferius ſermo recurret. Ita quoad viriliter potui, emaculato textu verti me ad immenſam illam ſegetem Conciliorum, quam ego in ſex integris voluminibus Additamentorum ad Concilia Veneto-Labbeanae Collectionis Lucae an. 1748. collegi, eaque omnia ſuis apte locis diſpoſita in commune hoc, vere dixerim, horreum invexi.

Nec his contentus, additamenta etiam ſedulo conquiſivi: & labor mihi ceſſit non infeliciter. Habebunt enim Lectores hic primo vulgatas epitomes ex vetuſtiſſimo libro MS. petitas plurium

Con-

Conciliorum Nicaeni, Sardicenſis, Toletanorum, Agathenſium, aliorumque. Occurrent additamenta nova, & nondum vulgata ad Concilium Epheſinum, Chalcedonenſe, Altinenſe, Aquiſgranenſe anni 816; Ravennatenſe, ad epiſtolas canonicas Rhabani, ad epiſtolas canonicas Romanorum Pontificum Urbani II. Innocentii II. aliorumque, ut recentiora Concilia praeteream, Avenionenſe an. 1327. Conſtantienſe generale, Piſanum, Baſileenſe, Senenſe, Florentinum, Tridentinum &c.

Praeter haec, nova etiam Concilia adjunxi, cui augendo numero dioeceſana etiam vetuſtiora ante Concilium Tridentinum celebrata omnino negligenda minime duxi. Id ſibi quidem Labbeus propoſuerat, ut dioeceſana Concilia omnia poſt ſaeculum XIII. habita praeteriret. Ejus conſilium ita temperandum in hac editione viſum eſt, ut ea Concilia, ſiquidem aliunde facile comparari poſſent, uti ſunt omnia jam edita in voluminibus, quae ad manus ſuppetunt, omitterem; quae vero difficile in promptu eſſent, ut ea quae nondum lucem publicam aſpexerunt, utpote in codicibus MSS. ſervata, ſive quae typis quidem prodierunt, ſed rariora modo, ſive caſus, ſive alia quaelibet cauſa effecit, ea reducenda maxime quae inſignium eſſent eccleſiarum, in familiam judicavi. Hinc nata Concilium Peruſinum anni 1320. Concilium Patavinum ſub nomine Conſtitutionum Hildebrandinarum celebre anni 1339. circiter ſub Hildebrandino epiſcopo, Aretinum ſub Boſone epiſcopo ſaeculi XIV. Lucenſe, a vulgatis in meo ſupplemento diverſum anni 1350. Firmanum ſub Cardinali Dominico de Dominicis, Tridentina, Polonica varia, & alia ſexcenta.

Sed nec deſunt Provincialia Concilia, & Conſtitutiones ſeu novae, ſeu quae nondum inſertae ſunt in Collectionibus, ut Cardinalis Latini Conſtitutiones pro Etruria, Capitula tempore Azonis Vercellenſis epiſcopi ſaec. X. collecta, Conſtitutiones Siculae ſaeculi XIV. Salsburgenſia Concilia tria, atque alia plane multa. Adjungentur his alia, quae Literati viri ſe ſubmiſſuros polliciti ſunt, fidemque liberaturos ſuam, qua ſunt humanitate, minime deſpero.

Supereſt ut codicum MSS. quibus maxime uſus ſum in eruendis ad vetera Concilia additamentis, & variantibus notitiam eruditis lectoribus exhibeam. Horum principem locum praebeo MS. codici in Lucenſis Capituli Cathedralis Bibliotheca ſervato, ante annos fere mille deſcripto; quod ego non ex conjectura aliqua incerta, ſed ex appoſita hac nota vetuſtiſſimis characteribus ſignata deduxi. *A Reſurrectione D. N. J. C. uſque ad praeſentem annum Caroli regis in Longobardiam in menſe Septembrio quando ſol eclypſim patuit indict. X. anni ſunt DCCLII. M. V.* Haec omnia cum anno Chriſti 787. quadrant; nec abhorrent ab ea aetate opuſcula illa varia, quae ſimul collecta in eodem volumine occurrunt. Nactus ibi ſum Pontificale illud, ſive Pontificum Romanorum hiſtoriam ſub Anaſtaſii Bibliothecarii nomine celebrem, quamvis ibi ſimplici hoc titulo, & melius quidem, praenotatur: *Incipit Epiſcopale*. Contu-

li hoc opuſculum cum Anaſtaſio Labbeano, & variantes plane multas, ac inſignes in imo paginarum hujus editionis deſcripſi. Praeter hanc volumen illud offert veterem Latinam collectionem, quae cum Juſtelliana in multis concurrit; quamvis & aliquid habet de Queſnelliana. Deſcripſi illam diligenter in commentario de *Libro Caroli Magni aetate ſcripto*, qui inter opuſcula Calogeriana to. XLV. lucem aſpexit. Multa pariter ex ea dedi in meo Supplemento Conciliorum; & ex utroque, Commentario ſcilicet, & Supplemento, proficientes Ballerini fratres in Diſſertatione praemiſſa tertio volumini Operum S. Leonis Magni Venetae editionis a ſe adornatae, illam docte expenderunt, animadvertentes perſimilem alteram contineri in codice Colbertino num. 784. a P. Couſtant deſcripto. Quam in ſeriem Concilia digeſta ſint inter ſe, quouſque pertingant in eo Commentario diſtinxi. Variantes nec paucas nec contemnendas ex his deductas, partim ex eodem ſupplemento, partim vero nunc primum ex codice acceptas in hanc editionem tranſtuli. Subjungitur huic integrae collectioni alia Canonum breviatio per ſingula Concilia praemiſſo titulo diſtincta, de qua pariter Ballerini in eadem Diſſertatione agunt, & ego ſatis diſſerui in Praefatione ad meum Conciliorum Supplementum in volumine apparatus ad hanc editionem iterum evulganda. Breviarium iſtud utpote vetuſtiſſimum per ſingula Concilia diſtributum hic datur. Codex iſte ſignabatur olim num. 89. nunc vero eſt num. 490. & a me vel hac deſignatione numeri, vel nomine codicis vetuſtiſſimi Lucenſis indicatur.

Codici huic omnium principi ſubdo alium ex eadem Bibliotheca ſignatum num. 123. ſaeculo XI. ſcriptum in quo ſunt decretales illae epiſtolae Romanorum Pontificum ſpuriae ab Iſidoro Mercatore evulgatae. Plures ex eo variantes dare pronum fuiſſet, ſed manum continendam cenſui, ne variantium denſam ſilvam lectores horrerent, cum praeſertim majoris momenti Harduinus jam dederit, quae & in hac editione comparent, neque tanti ſint hae lucubrationes ut ſingula earum verba expendi mereantur. Nonnullas tamen ſelegi meo judicio non negligendas, cum additamenta ad eas epiſtolas huc uſque nondum in lucem producta exhibeant. Adde quod ex hoc codice ſuſpicandi juſta ratio ſuppetit Iſidorum haſce efformaſſe ex pluribus fragmentis forte in Collectionibus variorum canonum aetate ſua vulgatis a ſe ſimul junctis, & in unam epiſtolae ſeriem redactis; bis enim in eodem codice lego: *item Cletus in eadem epiſtola ait*: tum ſubdit ea quae in praecedentibus verbis abſque interjectione ulla continuantur.

Tertius eſt codex item ejuſdem Bibliothecae ſignatus num. 125. ſaeculi, ut arbitror, XI. Initium praeſtat breviatio canonum Creſconiana abſque praefatione, & nomine Auctoris ſub uno hoc ſimplici titulo: *Concordia Canonum*, continuoque ſuccedit Indiculus Conciliorum quorum in eo codice dantur canones, & Romanorum Pontificum quorum ibi pariter inſertae ſunt epiſtolae. Deſinit indiculus iſte cum GREGORIO JUNIORI, i. e. ſecundo, cum

ſub-

ſubjectis nonnullis canonibus poenitentialibus a me in ſupplemento editis. Secundum haec apparet Dionyſiana Conectio cum additionibus hoc indice praemiſſo cum titulo: *Ordo hujus Canonum : Poſt titulos Canonum Apoſtolorum , tituli Nicaeni Concilii , Ancyrani, Neocaeſarienſis , Gangrenſis , Antiocheni , apud Laudiciam Phrigiae , apud Conſtantinopolim , Chalcedonenſis, Sardicenſis, apud Carthaginem. Tituli canonum diverſorum Conciliorum Africanorum provinciae num. CV. Decretorum Papae Siricii, decret. Innocentii , Zoſimi , Bonifacii, Caeleſtini , Leonis , Hilarii, Simplicii , Felicis , Gelaſii , Anaſtaſii Symmachi ejuſdem Concilii* (ſic) *Hormiſdae, Gregorii Junioris. Hoc ultimum noſter non habet ;* Eundem pariter indicem in fine poſt collectionem exſcriptor hujus codicis repetit , additque utrinque : *Sunt vero in noſtro quae in literis non habentur Silveſtri , Liberii , Sixti ,* apocrypha ſcilicet . Ab hac Collectione diſtincta ſequuntur additamenta in indiculo deſignata nempe Silveſtri Papae , Liberii , & Sixti apocrypha ; tum Chalcedonenſes Canones XXVII. ex antiqua verſione a Queſnello , & Juſtello vulgata , epiſtola illa Canonica , quam ego in meo Supplemento dedi , & hic recuſa eſt , Canones LIX. Laodiceni ex verſione , quae dicitur Iſidori , Canones quidam Africani qui & in codice Canonum Africanorum extant , totum volumen claudit Romanum Concilium ſub Zacharia Papa , quo plura in editis luxata egregie ſanantur.

Quartus ex eo penu prolatus eſt integer Burchardi codex ſaeculo XII. ſcriptus , ſignatus num. 124. & in libros XX. diſtinctus , quot revera Burchardus dedit . Rara quaedam mihi codex iſte ſuffecit , quae hujus codicis ſcriptor in fine librorum aliunde petita adjecit , ſed & appendicem adjunxit , quam a Burchardiana lucubratione interjecto paginarum quarumdam vacuarum interſtitio diligenter ſejunxit . Additio iſta continet Caeſarienſes Canones ex interpretatione non quidem Dionyſii , nec Priſca Latina quae & Iſidori appellatur , ſed ex utraque mixta . Succedunt Canones Arelatenſis I. ſub Sancto Sylveſtro cum additamentis nonnullis , quae in hac noſtra editione comparent . Sequuntur Arauſicani Canones XXX. Quae ſit ibi lectio Canonis II. ex hac editione petatur ; Regenſes Canones VIII. Agathenſes Canones XLVII. quibus & jungitur tanquam Canon XLVIII. idem qui in editis eſt Canon LXXI. caeteri intermedii deſunt . Subſcriptiones etiam hujuſce Synodi variant in nonnullis , ut ex hac editione eruditi Lectores intelligent. Carthaginenſes Synodi illius , quae in pluribus Codicibus eſt anni 419. in aliis vero inſcribitur *Statuta Orientalium*, qua de re videndi Ballerini Fratres in Diſſ. de vetuſtis Canonum Collectionibus pag. LXXXVIII. Valentini ſub Damaſo Canones IV. Tarraconenſes ſub conſulatu Petri Canones XIII. Gerundenſes ſub Agapeto conſule Canones X. Toletani ſub Amalarico rege Canones V. ubi ſubſcriptiones multo plures ſunt, quam in editis , & in hanc editionem transferentur . Succedit Synodus Conſtantinopolitana generalis praecedente Symbolo cum Canonibus jam ubique vulgatis. Secundum haec ſubdun-

duntur Canones Toletani ſub S. Iſidoro Hiſpalenſi numero LXXV. Tum & alii Toletani anni 638. qui editis cohaerent. Poſt haec fit tranſitus ad Synodum Romanam ſub Eugenio II. qua exacta intruditur epiſtola apocrypha Damaſi ad Africanos, ac demum clauditur liber cum Concilio Placentino an. 1095. ab Urbano Papa II. habito cum iis additamentis, quae ego primus in meo Supplemento Synodorum evulgavi. Alia nonnulla aliena manu, ſed vetuſtiſſima, addita tum in fronte, cum in calce libri reperi, quae olim in meo Supplemento vulgavi, & hic iterum repetuntur.

Hos Codices familiares habui: nunc aliqua de externis a me conſultis liceat mihi praefari; atque in primis de Caſſinenſi Codice, quem ſibi negatum cum maxime expetiiſſet Baluzius, alte conqueritur. Inofficioſos clamitat Benedictinos Caſſinenſes, qui nec auctoritatem celebris Cardinalis Caſanatae veriti ſunt, cui poſtulanti morem gerere negarunt. Sed excuſare juvat viros religioſos, utpote quod ea tunc erant tempora, quibus, ſi codicum pretioſorum uſus conceſſus fuiſſet, diſcrimen praeſentiſſimum incurrebatur, ne caſu aliquo tam pretioſo theſauro carere cogerentur. Denique ſi tunc aliquid fuit inofficioſitatis, praeſenti urbanitate emendatur. Mihi enim Caſſino pertranſeunti non monſtrarunt tantummodo codicem, ſed conferendi cum editis daturos ſe copiam profeſſi ſunt, hoſpitio etiam oblato, ſiquidem per tempus mihi licuiſſet. Poſt biennium vero accidit me Romam pergere conſilio adeundi Caſſinenſe monaſterium, ibique codicem conferendi; ſed Emin. Card. Fortunatus Tamburinus hac me moleſtia levavit, narrans ſe antehac codicem ſedulo recenſuiſſe, atque variantes totamque ejus deſcriptionem in adverſaria ſua redegiſſe; nec rogari ſe moroſius permiſit, quin ſcripta illa omnia mihi commodaret. Tanta diligentia a Viro ſcientia, dignitate, & humanitate ſummo, ea collatio facta eſt, ut nec pagellarum MS. codicis numerum negligeret, quod & Lupus quidem ſed paulo incurioſius praeſtiterat. Ejus labore me profeciſſe gratus agnoſco. Quanti vero ſint pretii Caſſinenſia additamenta ad Concilium Epheſinum generale Eruditi omnes ſciunt, & intelligunt; ex illis unice enim epiſtolae, & monumenta CCXXV. ad idem Concilium pertinentia innotuerunt. Latinae ſunt interpretationis vetuſtiſſimae, ex codicibus Monaſterii Acoemenſium, unde tam multa vetera documenta prodierunt, ab Authore ignoto accreta. P. Chriſtianus Lupus Auguſtinianus, vir celebris, primus ea produxit in lucem, ex quo Baluzius in ſuum Conciliorum Supplementum tranſtulit; queſtuſque de Lupi ſupinitate, qui nec titulum in codice quaeſierit, ex ſua conjectura inſcripſit: *Synodicon adverſus tragoediam Irenaei*. Verum culpa omni Lupus vacat, cum nullus in codice titulus legatur, niſi hic unicus & quidem non additamentis, ſed toti veteri actorum Epheſini Concilii translationi, quae ibi extat, praefixus: *In nomine Domini Noſtri Jheſu Chriſti. Incipit translatio primi Epheſini Concilii contra prava dogmata Neſtorii: almae con.....li. Lege feliciter;* ſtatimque incipit ab epiſtola, ſeu ut eſt in excuſis, a tractatu primo Beati Cyrilli:

rilli: *Cyrillus presbyteris &c.* ut est in editione versionis Latinae antiquae, quae ex Baluzio hic editur. Variat tamen ibi ordo, & multa occurrit varietas lectionum, quas & Card. Tamburinus diligenter notavit, & ego ex eo in hac editione. Tandem post epistolam Cyrilli ad Maximianum, quae in Baluzio est cap. LXXXI. sequitur, non quidem illa adnotatio, quae in Baluzio habetur, sed haec altera: *Emendavi, & Distinxi interpretationem S. Synodi. Deo gratias.* Exinde dantur epistolae a Lupo editae, facto ab ea exordio, quae in Lupo est cap. II. et incipit: *Obtinuit pietas*: quae enim in Lupo signatur cap. I. incipiens: *Salvatore nostro &c.* in codice inter praecedentes epistolas num. VIII. legitur. Reliquae dein succedunt, ut apud Lupum, & Baluzium, quamvis capita in eo non signantur, quae suo marte ab eodem Lupo adjecta Baluzius retinuit. Nomen Irenei varie scribitur, *Irineus*, *Hyrineus*, *Hiereneus*. Variantes sedulo adnotavit Emin. Card. Tamburinus, & ego ex illo suis in locis. Fateri tamen oportet, Lupum satis fideliter codicem expressisse, ut raro cespitaverit; aliqua sunt tamen addenda ab eo omissa, quae a me hic dabuntur.

Unum erat, quod dolerem, neglectas scilicet ab Emin. Tamburino epistolas S. Isidori Pelusiotae ex vetustissima interpretatione, quas praecedentibus ad Consilium Ephesinum pertinentibus in eo codice interjectas a Lupo omissas Baluzius tantopere conquestus est. Accidit tamen bono meo fato, ut & has reperirem in Codice Vaticano 1313. Docuerant me Ballerini Fratres in dissertatione, de qua saepius, in eo Vaticano codice ea contineri, quae Lupus ex Cassinensi vulgaverat; qua spe ego illectus Vaticanum illud volumen consului, ac sedulo evolvens reperi nonnulla quidem quae sunt in Lupo, & Baluzio, majorem tamen partem abesse; quin & ordine plane a Cassinensi diverso ibi referri, quamvis & ibi Irenei nomen in subjectis adnotationibus legitur. Mancum esse codicem indicium praebere posset, quod statim transit ad Acta Concilii Chalcedonensis, consueto illo *Explicit* nequaquam apposito, nulloque vacuae pagellae signo relicto. Seculi XI. scripturam praefert. Caeterum emendatiorem lectionem supra Cassinensem exhibet, quod ex variantibus eximiis a me suo loco signatis Lectores intelligent. Plurima me laetitia affecerunt epistolae illae Isidori Peleusiotae in Cod. Cassinensi a Lupo repertae, sed ab eo neglectae, quae in hoc Vaticano numero sunt XLIX. nempe duae supra eas quas fert Codex Cassinensis, quarum XLVII. Em. Tamburinus adnotavit. Statim mihi illas descripsi, non quidem omnes, cum plures ad res Conciliares non spectent, sed illas tantummodo, quae ad Concilium utcumque referebantur. Igitur & has daturus sum suo loco, cum praesertim & nonnullae neque Graece, neque Latine hucusque lucem viderint. His praestitis non erit posthac qui de Codice Cassinensi consulendo vehementi sollicitudine tangatur, mihique grates habituri sunt Lectores, quod primus ego rarum hunc Codicem integre in lucem produxerim. Illud etiam animadversione dignum judico, quod ex variantibus Vaticanis intelligimus lectionem Cassinensem mendosissimam esse, & in multis mancam, quo nomine defectus Vaticani Codicis maxime lugendus est.

Ex his, quae fusius deduxi, intelligent Lectores, me Vaticanos Codices non incuriose excurrisse, e quibus multos, antiquioresque consului, excerpsi, & in succum meum transtuli. Insigne est additamentum ad Concilium

Francfordienſe, in quo integra, & plena Canonicorum in commune viventium regula inſerta eſt ex Vaticano Codice ſec. XI. repetitum; quanquam non dubito, quin ſit interpolamentum uſui Canonicorum Leodienſium, quorum nomen ibi legitur, deſtinatum. Nec inviſas praeterivi celebres alias Romanas Bibliothecas, ac praeſertim Barberinam, ex qua nonnulla in rem meam habui.

Conſului etiam in rem praeſentem Bibliothecam Accademiae Taurinenſis, MSS codicibus divitem, nec conſilio huic meo parum profuit; nam acta Concilii Piſani, illius a quo tres Pontifices Romani parti ſunt, auctiora ex ea prodeunt. Amicorum etiam ope Bibliothecas alias celebres Italiae excuſſi, nec ſine fructu, ut ex hac editione apparet.

Qui tam ſedulo manuſcripta conquiſivi, excuſos libros profecto inexploratos non volui. Quo in loco commemorandum eſt cum laude inſigne Opus Fratrum Ballerinorum, Veronenſium, qui opera S. Leonis a ſe recenſita, & animadverſionibus plane eruditis illuſtrata, Venetiis anno 1757. evulgarunt. Tertium hujus operis volumen theſaurus rerum Conciliarium habendum eſt, nec ullum unquam mihi occurrit opus tanto eruditionis apparatu ornatum, tam multa rerum novarum copia dives, tanta manuſcriptorum recenſione abundans. Ex illo Carthaginenſium Conciliorum labyrinthus extricatur; ex illo Codices Queſnellianus, & Juſtelli perficiuntur; quare temperandum mihi non cenſui, quin integram editionem priſcam a Juſtello vulgatam, et ab illis recognitam, ac ultimae perfectioni redditam, in appendice tertii voluminis hujus editionis exhiberem. Gratiae ſunt etiam ex me habendae P.Cacciario Carmelitae, qui & ipſe hanc Spartam operum S. Leonis adornavit, ediditque opus ſuum Romae anno 1752. Illi monumenta quaedam Conciliaria nondum in lucem producta gratus refero. P. Froelich S. J. presbyter Germanus, cujus nunc recens eſt jactura dolenda, diplomata Syriae evulgavit, ex quibus profeci. Praetereo reliquos, neque enim hic vacat omnes exſcribere.

Hac comparata ſtrue moles iſta crevit, ea diſpoſitione, quam modo Lectorum oculis ſubjicio. Principio quidem me tenere fateor Labbeanum ordinem, eamdem cum illo Chronologiam ita ſequutus, ut cum aliquod occurrebat in alios annos transferendum, ordinem tamen Labbeanum retinerem, adjecta brevi admonitione docente Concilium illud alterius anni eſſe, adductis ea de re argumentis. Epiſtolas etiam SS. Pontificum eam digeſſi in ſeriem, quam & Labbeus, cujus textum ſequi malui, indicatis tamen majoris momenti variantibus recentium editionum. Poſtremi hujus conſilii mei has cauſas reddo, quod ſcilicet Labbeum recudenti ineptum videretur Labbeum ſus deque invertere, quae etiam inverſio moleſta accidiſſet Lectoribus; Labbeo enim aſſueti, Labbeum tunc in Labbeo quaererent. Adde me longe agere ab urbe, in qua editio haec praeſtanda erat; quare jure meritoque metuebam ne in tanta librorum permutandorum varietate erroris aliquid irreperet. Epiſtolas tamen novas in præcedentibus editionibus minime reperiendas invexi; quod etiam tunc praeſtiti cum nova aliqua ex Graeco translatior accuratio facta eſt. Ita ſervatum in verſione Graecarum epiſtolarum S. Clementis Papae, rejectae enim Labbeanae P. Couſtantii interpretationem ſubſtitui.

Concilia, ſeu additamenta, quae de novo in editione noſtra ſuo ſingula loco inſerta ſunt, exceptis iis, quae ex meo ſupplemento acceſſerunt,

hoc

hoc ſigno appoſito ℊ diſtinguenda judicavi, ut intelligant eruditi quid novi ex ea quaerant.

Variantium cum multae ſint & variae, ratio habenda erat ut diſtinguerentur. Ex his plures dederat Labbeus; alias ex Harduino aliiſque Venetus editor ſubjunxit; ego etiam meas appoſui. Labbeanae in margine excuſae ſunt; Veneti editoris in textu literis elementaribus minimis ſignantur, quae etiam literae e regione lineae in qua jacent, in margine reproducuntur majoris lucis gratia. Lectiones vero illae dantur in calce ejuſdem pagellae. Noſtrae demum eiſdem elementaribus literis ſed inter geminas anſulas ſic (*a*) notantur, & in fine pariter pagellae apponuntur. Haec ſedulo animadvertentes Lectores, facile intelligent, cui ſingula debeant.

Cum in fronte Operis indicatum ſit plures viros doctos operi huic perficiendo inſudaſſe, res ipſa poſcebat, ut praefationem hanc non ante clauderem, quam nomina eorum gratae poſteritati commendarem.

Horum prior occurrit Eminentiſs. S. R. E. Card. Dominicus Paſſioneus Apoſt. Sedis Bibliothecarius meritiſſimus; ſaeculi noſtri decus, ac literatorum hominum praeſidium. Vix enim intellexit me, quem in amore ſemper habuit, ac favore ſingulari proſequutus eſt, huic Operi dirigendo deſtinatum eſſe, datis ſtatim ad me literis Romam accivit, Bibliothecae Vaticanae pluteos aperuit, atque omnium inſignium codicum exſcribendi copiam fecit, commendatumque me voluit Vaticanis Cuſtodibus, ut ſe mihi ſedulo praeſtarent. Alias etiam ejuſdem urbis Bibliothecas, ut libere adirem, & quae mihi opus erant deſcriberem, ea qua praeſtat, auctoritate utilem operam dedit. Neque haec ſatis, nam & inſignem Bibliothecam ſuam rariſſimis voluminibus tum editis cum Manuſcriptis ad miraculum refertiſſimam mihi expandit, ex qua plura hucuſque ignota didici, obtinui, & in rem meam tranſtuli. Vivat ad Neſtoreos annos Cardinalis literatiſſimus, vivatque ad aeterna ſaecula, qui tam egregio operi opem tam grandem tulit. Eaedem pariter gratiae habendae ſunt Em. Cardinali Tamburino, cujus hac de re merita ex iis, quae ſupra dicta ſunt, Lectores agnoſcent. Ex privatis, qui mihi opem tulerunt, praecipuum eſt praeſidium *P. Antonius Sammartini* Venetus, Ordinis Min. Conventualium Definitor perpetuus, & Sacr. Theologiae Magiſter, non dumtaxat ſacris eruditionibus refertus, ſed omni humaniorum literarum genere imbutus, qui ultraquam quod multa, & varia huic Editioni inſerenda ſuppeditat, ſcitu digna, & maximopere neceſſaria; quae addidi, omnia ſuo loco diſpoſita ſolerti cura, ne a Compoſitoribus hinc inde inſcienter ſint tranſpoſita, acu tangit, ut ita dicam, ſollicite; & accurate quidquid ad praela, & typos intereſt, quibus praeeſt. Ejuſdem Ordinis *P. Franciſcus Maria Leoni*, etiam Sac. Theol. Magiſter, publicus Univerſitatis Paduae in eadem diſciplina Profeſſor ad hanc editionem exornandam non infimum locum tenet; dignus plane vir, cujus meritis nulla laus reſpondere poteſt.

Accedit etiam ex nobili, & pervetuſta Familia Caſſinenſium *P. D. Benedictus Andreas Ganeſſoni*, S. Georgii Majoris Venetiarum, qui labore, amore, & induſtria, rimulas quaſque perquirit, ut Studioſis omnibus abunde conſulat, quæ didicit ſine invidia communicat, nec ſatis; nam ex Bibliotheca inſignis ſui Monaſterii, multis Voluminibus, Codicibus rarioribus & MSS. apprime locupletata, quamplurima eruit inſignia Monumenta ad hanc Sacrorum Conciliorum Collectionem ſpectantia.

Con-

Concurrit non parvo adjumento *P. Franciſcus Antonius Zaccaria* Societatis Jeſu, Sereniſſimi Ducis Mutinæ Bibliothecarius, cujus Nomen eruditis jam notum, juvandis literis natus; qui quum in ferendis ſuppetiis, lubenti animo, ut Reipublicae literariae proſit, licet luculenter, multa, quae in tenebris latebant in lucem proferens, eccleſiaſticis literis faceret ſatis, ſibimetipſi tamen nunquam ſatis facere videtur.

Panormo manum ſubſidiariam admovet Clariſſimus Vir, Rev. adm. & J. U. D. *Dominicus Schiavo*, Siculus, communium literarum, et politioris Humanitatis non expers, omnibus plane bonis artibus inſtructus, variis ſuis elucubrationibus Juri publico datis, Literatis omnibus notus, non dumtaxat Panormitanæ Accademiae decus, et fulcimentum, ſed de Florentina, et Peruſina optime meritus, quas doctis, et eruditis Diſſertationibus illuſtravit, ipſe, inquam, per epiſtolas, tenerioris amoris indices, multa Documenta tranſmiſit, & labori indefeſſus non parcens, alia ſpondet.

P. Benedictus Bonelli, Ordinis Minorum Strictioris Obſervantiae, Tridentina multa conquiſivit, quo nomine de Literatis omnibus promeruit et ut optimus Philologus, literariae Reipubl. Sacrarum, variarumque Eruditionum Amantibus ſtudens, nequid huic novae Editioni deeſſe poſſit, ſollicite inquirit.

Comes *Henricus Zapata de Ciſneros* Literatiſſimus, cui accepta refero Concilia Sarmatica, & alia plura nobis Italis exhibuit, plane ignota.

Ad ſemper magis decorandam antiquis documentis, ſcitu digniſſimis hanc Conciliorum uberrimam Collectionem, ut undique Viri eruditi convolant ſuis auſpiciis, ut de Republica literaria bene mereantur, inter alios eruditiſſimus acceſſit Illuſtris admodum, & maxime Reverendus Vir D. Bartholomaeus Proſper Camellini Rheginus, qui ineditam Bullam Joannis PP. XIII. de Synodo Ravennatenſi ſub anno Domini 968. vel 967. regnante Mathilda perhumaniter miſit.

Græca curavit diligentiſſime R. D. *Spiridion Milia* Corcyrenſis, natione Graecus, ex Joannina urbe Epiri oriundus, ordinis Concionator, & Eccleſiæ Sancti Georgii Graecorum a Publico Vicarius deſtinatus. Reliqua praetereo, ne longius excurrere cogar, modeſtiamque illorum religioſam offendam; quippe qui malint aliorum potius utilitati, quam ſuae gloriae adlaborare; licet tamen tot celebrium & illuſtrium Virorum magna ſit cura, & impigra ſollicitudo, ut ſupra dictum eſt, fortaſſe aliquid latere poteſt, nam ut dicitur: *Non omnes omnia*. De quo quemque virtute praeditum exoro, ut ſi quid habeat reconditum, manifeſtare non dedignetur. Quod ſi etiam varii prodiiſſent Tomi, nam longum eſt opus, in quibus confectis aut in conficiendis, extra ordinem mitti non poteſt, Supplementum me facturum promitto, nil Typographo impenſis indulgente, in quo Literatorum nomina, magnum operae pretium ducens grati animi ergo ad aeternam memoriam inſcribam. Demum rogandus eſt Deus O. M. ut tot Virorum doctorum labores, ſicut optime inceperunt, ita feliciter optatum in exitum redigantur.

Advertendum cenſet Typographus, hocce Volumen ſpecimen exhibere minoris molis, quæ forte in toto Opere continget; ſiquidem cætera majora, ad ſummum perpauca æqualia in lucem prodibunt.

CON-

CONCILIORUM OMNIUM,

AMPLISSIMA COLLECTIO,

PRÆFATIO DIONYSII EXIGUI (a)

IN SUAM PRIMAM CANONUM COLLECTIONEM.

EDITORUM HUJUS COLLECTIONIS IN SUBSEQUENTEM EPISTOLAM

ADMONITIO.

P. Philippus Labbeus diligentiſſimam collectionem ſuam a vulgata Dionyſii Exigui præfatione exorſus eſt. Optime ille quidem; ſed cum Dionyſius in colligendis canonibus bis laboraverit, ſemel quidem in unum conferens canones Conciliorum; iterum vero Decretales ſummorum pontificum epiſtolas ſelectas congregans, quam primo dedit amplioris collectionis ſuæ partem brevi præfatione ad Petronium epiſcopum directa inſtruxit Cum vero integram complexionem ſuam abſolvit, priorem quidem præfationem toti operi præmiſit, ſed auctiorem, & paſſim immutatam ac alteri inſcriptam. Id quidem non certo ſed ex conjectura deducimus ex cod. 557. Vat. Palat. in qua prior tantum pars ejuſdem collectionis Dionyſianæ exhibetur cum breviori illa præfatione ad Petronium epiſcopum. Hanc primi omnium repræſentarunt Ballerini fratres in editione a ſe adornata operum S. Leonis P. tomo III. pag. CI XXXII. ex quibus huc transferendam opportune cenſuimus

DOMINO VENERANDO MIHI PATRI PETRONIO EPISCOPO

DIONYSIUS EXIGUUS IN DOMINO SALUTEM.

Quamvis cariſſimus frater noſter Laurentius aſſidua, & familiari cohortatione parvitatem noſtram regulas eccleſiaſticas de græco transferre pepulerit, imperitia credo priſcæ translationis offenſus, nihilominus tamen ingeſtum laborem tuæ beatitudinis conſideratione ſuſcepi, cui Chriſtus omnipotens Deus ſolita populis pietate proſpiciens ſummi Sacerdotii contulit dignitatem. Ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus Eccleſiam Domini morum ſanctitate condecoras, etiam ſacratiſſima jura pontificalibus per Dei gratiam digeſta conventibus inte-

merata conſervans perfecto regimine clerum, plebemque modereris: nullatenus noſtri ſæculi more contentus quo pronius deſideramus recta noſſe quam facere; ſed divino junctus auxilio quæ fieri præcipis ante perficias, ut efficaciſſimo fidelibus proſis exemplo. Magna eſt ſiquidem jubentis auctoritas eadem primitus juſſa complentis, quatenus inconvulſa Eccleſiaſtici ordinis diſciplina ſervata ad capeſſendam perennem beatitudinem, & præviis cuncti illuſtrentur officiis, & ſpiritualibus populi locupletentur augmentis. Incolumem beatitudinem veſtram, & orantem pro vobis gratia divina cuſtodiat.

Explicit Prologus

Do-

1 Dionyſius, cognomento Exiguus, gente Scytha, Monachus & Abbas monaſterii cujuſdam Romani, ſæculo ſexto floruit, & rogante Stephano Epiſcopo Salonitano, Canones Eccleſiaſticos e Græcis exemplaribus vertit. Hæc autem Dionyſii *Collectio*, ſive *Codex Canonum Eccleſiaſticorum*, 50. priores Apoſtolicos Canones, tum 20. Concilii Nicæni, 14. Ancyrani, 14. Neocæſarienſis, 20. Gangrenſis, 25. Antiocheni, 59. Laodiceni, 3. Conſtantinopolitani, 27. Chalcedonenſis, 21. Sardicenſis, 138. Carthaginenſis, & diverſorum Conciliorum Africanæ Provinciæ complectitur, quos omnes Labbeus exhibet ſuo loco.

(a) Has Epiſtolas collectionis Iſidorianæ collatas eſſe nunc primo cum MS. Cod. Luc. Sec. XI. noſſe lectore juvat, ex quo pauculas variantes majoris momenti hic dare viſum eſt, neglectis reliquis quæ minus neceſſariæ vel ab aliis jam animadverſæ videbantur.

† Solonitano. *Corrige* Salonitano ex Cassiod. c. 23. divinarum Lectionum.

Domino venerando mihi Patri Stephano † *Episcopo*, DIONYSIUS EXIGUUS *in domino salutem.*

QUamvis carissimus frater noster Laurentius A assidua & familiari cohortatione parvitatem nostram regulas ecclesiasticas de Græco transferre perpulerit, confusione credo priscæ translationis offensus; nihilominus tamen ingestum laborem tuæ beatitudinis consideratione suscepi. cui Christus omnipotens Deus, solita populis pietate prospiciens, summi sacerdotii contulit dignitatem, ut inter plurima virtutis ornamenta, quibus Ecclesiam Domini morum sanctitate condecoras, etiam sacratissima jura pontificalibus per Dei gratiam digesta conventibus intemerata conservans, perfecto regimine clerum plebemque modereris: nullatenus nostri sæculi more contentus, quo promtius desideramus recta nosse, quam facere: sed divino adjutus B auxilio, quæ fieri præcipis, ante perficias, ut efficacissimo fidelibus prolis exemplo. Magna est siquidem jubentis auctoritas, eadem primitus jussa complentis: quatenus ecclesiastici ordinis disciplina inviolabilis permanens, ad capessendum perenne præmium Christianis omnibus præstet * accessum, per quem & sancti præsules paternis muniantur regulis, & obedientes populi spiritalibus imbuantur exemplis.

* ascensum

In principio itaque canones, qui dicuntur Apostolorum, de Græco transtulimus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem; hoc ipsum ignorare vestram nolumus sanctitatem: quamvis postea quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Deinde regulas Nicæni Concilii, & deinceps omnium conciliorum, sive quæ antea, seu quæ postmodum facta sunt usque ad synodum centum quinquaginta pontificum, qui apud Constantinopolim convenerunt, sub ordine numerorum, id est, a primo capitulo usque ad centesimum sexagesimum-quintum, sicut habentur in Græca auctoritate, digessimus. Tum sancti Chalcedonensis concilii decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus. C

Ne quid præterea notitiæ vestræ videamur velle subtrahere, statuta quoque Sardicensis concilii, atque Africani, quæ Latine sunt edita, suis a nobis numeris cernuntur esse distincta. Universarum vero definitionum titulos post hanc D præfationem strictius ordinantes, ea quæ in singulis passim sunt promulgata conciliis, sub uno aspectu locavimus, ut ad inquisitionem cujusque rei compendium aliquod attulisse videamur.

Explicit.

Ab hac Dionysii Exigui Romani abbatis epistola collectionem conciliorum a se per plures annos magno labore ac studio elaboratam auspicatus est bene meritus de antiquitate ecclesiastica V. C. Severinus Binius. Nos eidem & alteram ejusdem Dionysii subjungemus epistolam, quam ex codice τῆ μακαρίτα R. P. Jacobi Sirmondi S. J. presbyteri eruditissimi ediderunt in lucem duo juris antiqui peritissimi, Franciscus Florens, & Christophorus Justellus.

[1] PRÆFATIO ALTERA

DIONYSII EXIGUI

In suam collectionem Decretorum Romanorum Pontificum.

Domino venerabili mihi Juliano presbytero [a] tituli Sanctæ Anastasiæ, Dionysius Exiguus.

a Titulus iste deest in veteri codice MS.

SAnctitatis vestræ [b] piis exercitatus studiis, quibus nihil prorsus eorum, quæ ad ecclesiasticam disciplinam pertinent, omittit inquirere, præteritorum sedis apostolicæ præsulum constituta, qua valui cura diligentiaque collegi; & in quendam redigens ordinem, titulis distinxi compositis: ita dumtaxat, ut singulorum pontificum quotquot a me præcepta reperta sunt, sub una numerorum serie terminarem, omnesque titulos huic præfationi subnecterem, [c] eo modo quo dudum de Græco sermone patrum transferens canones ordinaram. Quod vobis nimium placuisse cognoveram. Quia vero sinceriissimo affectu Deum diligitis, & idcirco famulos ejus laudanda sollicitudine continetis: quis enim peregrinantium serviens Christo, vestro non fovetur hospitio? iustum credidi vobis in hac parte famulari: quatenus industriam vestram, quam [d] cœlestibus impenditis regulis, & præsens imitetur ætas, & posteritas [e] admiretur. Nam præ virtutis amore cuncta quæ sunt utilia desideratis agnoscere, licet omnem venerandi [f] juris observantiam moribus impleatis. Quantique sit apud Deum meriti beatus papa Gelasius, & nos qui eum præsentia corporali non vidimus, per vos alumnos ejus facilius æstimamus: cujus eruditione formati gradum [g] presbyteri sancta conversatione decoratis; ut in vestrorum morum perspicuo munere ejus quodammodo videatur actio [h] prælucere. Quem, sicuti vestra [i] relatione comperimus, tantum bonæ voluntatis extitisse gratulamur, ut annuente Domino principatum in ecclesia pro multorum [k] salute suscipiens, eum serviendo potius quam dominando sustolleret, vitæque castimoniam doctrinæ meritis ampliaret. Denique [l] omne opus ejus aut oratio fuisse memoratur, aut lectio. Interdum quoque scribendi curam sumebat, prout causa vel ratio poposcisset, servorumque Dei maxime consortio atque societate gaudebat: quorum spiritali collatione tanto [m] divini amoris studio, tanta verbi Dei meditatione [n] fruebatur, ut huic etiam quod psalmista cecinit, aptaretur: *Beatus homo quem tu erudieris, domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges eum a diebus malis.* Hujus enim sæculi malos dies ita Domino mitigante atque gubernante transegit, ut universas tentationes [o] mira prudentia & longanimitate [p] sufferret, delicias jejunus [q] sperneret, sti-

c med

d cœlesti operi

e commiretur, *vel* commitetur.

f v. legis

g presbyterii,

h perlucet

i opera

k & alio-rum,

l omnis actio.

m flamma tus

n fovebatur. *Psal.* 93. 12.

o vitæ periculo

p sustineret

q deliciis jejunia præponeret

1. Hanc alteram præfationem, quam verius cum Harduino Gelasii Papæ laudationem dixeris, præfixit Dionysius *suæ collectioni Decretorum Pontificum Romanorum*, quam a Siricio ad Anastasium II. concinnavit, inscripsitque Juliano presbytero Romano tit. S. Anastasiæ, qui synodis Romæ an. 488. & 499. habitis subscripsit. In hac autem collectione habentur Decreta 15. Siricii, 57. Innocentii, 4. Zosimi, 4. Bonifacii, 22. Cœlestini, 49. Leonis I, 28. Gelasii, & 8. Anastasii primi; & hæc pariter suis locis singula adnectit Labbeus.

ſuperbiam humilitate calcaret, tanta miſericordia animi alacritate clareſceret, ut omnes fere pauperes [a] ſatians inops ipſe [b] moreretur. Profecto beatus hac inopia, per quam divinis laudibus ſemper inhærebat: ſicut propheta dicit ad Dominum: *Pauper & inops laudabunt nomen tuum*. Fuit enim vir ingenio luculentus, vita præcipuus, auctoritate reverendus; & ideo tot virtutum ornatus inſignibus, ad tam celſum officium non acceſſit indignus; honorem ſummæ dignitatis grave nimis onus [c] exiſtimans, parvamque negligentiam pontificis ingens animarum diſcrimen eſſe [d] conteſtans. Idcirco nullo ſe deſidioſo otio tradidit, nec luxurioſo convivio effuſoque ſervivit: ex quibus rebus & animarum morbi naſcuntur & corporum. Hic itaque [e] paſtor ſummi atque boni paſtoris imitator exiſtens, egregius præſul ſedis apoſtolicæ fuit, qui divina præcepta fecit & docuit. Unde eum magnum inter [f] ſanctos eſſe confidimus, juxta promiſſionem Chriſti domini dicentis: *Qui fecerit & docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum.*

a ſatiari. b morereretur. Pſal. 73. 21. æſtimans. d contendens. e pater. f magnos Matth. 5. 19.

Explicit.

PRÆFATIO
ISIDORI MERCATORIS
In ſuam collectionem Canonum.

Iſidorus [2] peccator, [3] ſervus Chriſti, [8] conſervo ſuo & [4] parenti fidei, in Domino ſalutem.

COmpellor a multis tam epiſcopis, quam reliquis ſervis * Chriſti, canonum ſententias colligere, & [5] in unum volumen redigere, & de multis unum facere. Sed hoc me oppido conturbat, quod diverſæ interpretationes varias ſententias [6] faciunt, & licet unus ſit ſenſus, diverſæ tamen ſunt ſententiæ, & aliæ longiores, aliæ breviores. Ea vero concilia, quæ Græco ſunt edita ſtylo, amplius quam tripliciter aut quadrupliciter interpretata atque conſcripta reperimus. Quod ſi veritas eſt querenda è pluribus, Græcorum ſequamur ſtylum, eorumque imitemur [h] editiones atque exemplaria. Sin minus, ipſi dicant atque exponant, quibus tot ſunt exemplaria, quot codices. Nobis tamen videtur, cum in * noſtro [7] diſcrepaverint ſermone, ut unitas & veritas ab ipſis quærenda ſit, quorum lingua edita eſſe noſcuntur. Quod & nos fecimus, & ſicut a veris eorum reperimus magiſtris, in volumine, cui hæc præponitur præfatiuncula, inſerere curavimus.

Canon autem Græce, Latine regula nuncupatur; regula autem dicta, quod recte ducit, nec aliquando [i] aliorſum trahit. Alii dixerunt regulam dictam, vel quod regat, vel quod normam recte vivendi præbeat, ſive quod diſtorum pravumque quid corrigat. Synodum autem dicunt ex Græco interpretari comitatum, vel cœtum. Concilii vero nomen tractum ex more Romano. [a] Tempore enim quo cauſa agebatur, conveniebant [8] omnes in unum, communique intentione tractabant. Unde & concilium a communi intentione dictum, quaſi conſilium, & conſilium quaſi conſidium, D in L literam tranſeunte. Vel concilium dictum ex communi intentione, eo quod in unum omnes dirigant mentis obtutum: cilia enim oculorum ſunt. Unde & qui ſibimet diſſentiunt, non agunt concilium, quia non ſentiunt unum. Cœtus vero, conventus eſt vel congregatio, a coeundo, id eſt, conveniendo in unum. Unde & conventus eſt nuncupatus, quod omnes ibi conveniant: & ſicut conventus & cœtus, ſic concilium dicitur a ſocietate multorum in unum.

In principio vero voluminis hujus, qualiter concilium apud [b] nos celebretur, poſuimus: ut qui noſtrum ordinem ſequi voluerint, ſciant qualiter hoc agere debeant. Qui autem hoc agere melius elegerint, faciant quod juſto canonicoque atque ſapientiſſimo conſilio judicaverint. Denique propter eorum auctoritatem ceteris conciliis præpoſuimus canones, qui dicuntur apoſtolorum (licet a quibuſdam apocryphi dicantur) quoniam plures eos recipiunt, & ſancti patres eorum ſententias ſynodali auctoritate C roboraverunt, & inter canonicas potuerunt conſtitutiones. Deinde quarumdam epiſtolarum decreta [9] virorum apoſtolicorum interſeruimus, id eſt, Clementis, Anacleti, Evariſti & ceterorum apoſtolicorum, quas potuimus hactenus reperire epiſtolas uſque ad Silveſtrum papam. Poſtmodum vero Nicænam ſynodum conſtituimus, propter auctoritatem ejuſdem magni concilii. Deinceps diverſa concilia Græcorum & Latinorum, ſive quæ antea, ſeu quæ poſtmodum facta ſunt, ſub ordine numerorum ac temporum capitulis ſuis diſtincta ſub hujus voluminis aſpectu locavimus, ſubjicientes etiam reliqua decreta præſulum Romanorum uſque ad ſanctum Gregorium, & quaſdam epiſtolas ipſius, in quibus pro culmine ſedis apoſtolicæ non D impar conciliorum extat auctoritas; quatenus eccleſiaſtici ordinis diſciplina in unum a nobis coacta atque digeſta, & ſancti præſules paternis inſtituantur regulis, & obedientes eccleſiæ miniſtri vel populi ſpiritualibus imbuantur exemplis, & non malorum hominum pravitatibus decipiantur. Multi enim pravitate & cupiditate depreſſi, accuſantes ſacerdotes oppreſſerunt. Ideo ſancti patres leges * conſtituerunt, quas ſanctos canones appellaverunt. Multi ergo idcirco alios accuſant, ut ſe per illos excuſent, aut eorum bonis ditentur. Plerique vero boni Chriſtiani propterea taoent, & portant aliorum peccata quæ noverunt, quia documentis ſæpe deſeruntur, quibus ea quæ ipſi ſciunt judicibus E

a Hæc abſunt a c. Iuſtelli.

b Hiſpanum fuiſſe, atque ab Iſidoro Hiſpalenſi Antiſt. qui anno 636. obiit, plane diverſum, inde merito arguas. Grat. mox cit.

* compoſuerunt

---

1 Quinam fuerit Auctor Collectionis Canonum, quæ Iſidori Mercatoris, ſeu Peccatoris nomine nono demum ſæculo emerſit, non eadem eſt Eruditorum ſententia; & licet noviſſime Card. de Aguirre in Apparatu ad Concilia Hiſpanica illam pro viribus conetur S. Hiſpalenſi Iſidoro adſcribere, vereor, ne ſatis æquos emunctioris naris experiatur lectores, quibus potior illius collectionis Decretalium pars (a Clemente nimirum uſque ad Siricium) ſuppoſititia videtur. Qualiſcumque tamen illa ſit, quæ præter pluſquam 80. Epiſtolas Pontificias a Clemente ad Papam Deus-dedit (qui ſedem Romanam tenuit ab an. 615. ad 619.) ordinem celebrandi Concilii, Apoſtolicorum Canonum verſionem, & plurimarum ſynodorum tum Græcarum, tum Latinarum decreta continet, in omnibus fere Conciliorum editionibus, ac Labbeana noſtra locum obtinuit, nec a ſua exulare paſſus eſt Harduinus, cui *nulla poſt Dionyſianam antiquior Conciliorum collectio, nulla certior, aut fide dignior*. Hanc præfationem cum Vaticano Cod. 630. contulit Card. de Aguirre, & cum MS. Collegii Pariſ. Soc. JESU Harduinus, a quibus deſumptæ variantes lectiones, ac notulas ſubſternimus. 2 In Cod. Vatic. 630. incipit: *Præfatio S. Iſidori Epiſcopi.*

3 In eodem Cod. *Mercator*; verum manu, ut apparet, recentiori. Idem in Cod. Pariſienſi, & apud Ivonem,

4 Vatic. *parenti in Domino fidei*: rectius. 5 Vatic. *uno volumine*. 6 Vatic. *faciant*. 7 Vatic. *diſcrepuerint*.

8 In Vatic. ſunt paulo aliter; & ea circa hujus præfationis finem. 9 Abeſt vox illa *virorum* a Cod. Vatic. recte ut infra

ecclesiasticis probare non possunt : quoniam licet vera sint quædam, non tamen judicibus credenda sunt, nisi quæ certis indiciis demonstrantur, nisi quæ manifesto * indicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur. Nullus enim qui suis est rebus spoliatus, aut a sede propria vi aut terrore pulsus, antequam omnia sibi [1] ablata ei legibus restituantur, & ipse pacifice diu suis fruatur honoribus, sedique propriæ regulariter restitutus, ejus multo tempore libere potiatur honore : juxta canonicam accusari, vocari, judicari, aut damnari institutionem [2] potest Unde & ecclesiastica historia ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam, quæ pro castitate a marito accusabatur, ait : *Præceptum vel * interdictum est ab imperatore lege lata, ut primo permitteretur ei rem familiarem libere diutius ordinare. tum deinde respondere objectis.* Hæc omnes leges tam ecclesiasticæ quam & vulgares publicæque præcipiunt

Horum vero [a] concinnantiæ, si omnia ponerentur, ante deficeret dies, quam horum [b] singula [3] explicarem, & nimis prolixa fieret epistola. Ex pluribus tamen aliqua hic ad provocationem aliorum inferere judicavimus. Ait namque sanctus Leo Romanæ ecclesiæ antistes in epistola Chalcedonensi concilio missa, cujus initium est : Leo episcopus synodo Chalcedonensi : *Optaveram quidem, dilectissimi*, & reliqua : in qua inter cetera sic testatur, dicens : *Quia vero non ignoramus per pravas æmulationes multarum ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque fratres injuste sedibus suis pulsos, & in [4] exilia deportatos, [5] atque in locum superstitum alios substitutos, his primitus vulneribus adhibeatur medicina justitiæ : nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquat, ut nemini quidem perire honor debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio suo jus proprium reformetur.* Eadem & antiqui apostolici, qui fuerunt ante synodum Nicænam, sanxerunt. Eadem synodus, quæ habita est * [6] Lariss sub Valeriano, loquitur. Eadem plurimæ Romanæ synodi testantur. Eadem papa Symmachus & ceteri sancti patres sanxerunt : quorum statuta, prolixitatem vitantes, hic inferere distulimus. Si quis autem hæc plenius scire & legere voluerit, suis in auctoribus invenire & legere pleniter poterit Nobis vero hæc in præfatiuncula ista [7] sufficiant. Et sicut militi ex multis armis illa sufficiunt, quæ ferre congruenter super se poterit, sic nobis de multis sententiis una aut duæ, vel quantum tunc temporis necesse fuerit, sufficiunt : quoniam sicut cum uno telo aut duobus inimicum vincimus, sic cum una aut duabus sententiis auctoritate plenis æmulum superamus. Si enim de mulieribus & sæcularibus hominibus hæc constituta sunt, multo magis ecclesiasticis viris & sacerdotibus sunt concessa. Hæc eadem vero & ecclesiastica jura jubent, & sæculi leges præcipiunt. Similiter accusatores & accusationes, quas sæculi leges prohibent, canonica funditus repellit auctoritas. Synodorum vero congregandarum auctoritas, apostolicæ sedi privata commissa est potestate; nec ullam Synodum ratam esse legimus, quæ ejus non fuerit auctoritate congregata vel fulta. Hæc canonica testatur auctoritas, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc sancti patres confirmant.

Scire autem vos octoginta episcopos, qui hoc opus me incipere & perficere coegistis, & cunctos reliquos domini sacerdotes oportet, quod plura quam illa viginti capitula, quæ apud nos habentur, Nicænæ synodi reperimus, & in decretis Julii papæ [8] septuaginta capitula ejusdem synodi esse debere legimus. Quam epistolam in suo ordine inter cetera decreta apostolicorum posuimus, hæc scrutantibus, & cunctis nosse volentibus [a] rimanda. Nam quod plura quam viginti capitula sint Nicæni concilii, in multis invenitur locis. Legitur enim in Constantinopolitano concilio ita : *Manifestum est quod illa quæ sunt per unamquamque provinciam ipsius provinciæ synodus dispensat, sicut Nicæno constat decretum esse concilio.* Legitur & in epistola Innocentii papæ, Victricio Rothomagensi episcopo directa, ita : *Si quæ causæ vel contentiones inter clericos & laicos, vel inter clericos tam majoris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, placuit ut secundum synodum Nicænam, congregatis omnibus ejusdem provinciæ episcopis, judicium terminetur ;* & reliqua. Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandrinus episcopus, suis in epistolis meminit, in concilio Nicæno statutum esse, ut ab VIII. Idus Martii, usque in diem Nonarum Aprilis, diebus scilicet 28. qualiscumque Luna nata fuerit, in quolibet medio spatio * perhibet [9] facere initium primi mensis, XIV. [10] vero a XII. Kalendas Aprilis usque * in XVIII. Kalendas Maii, solerter inquiri, & si etiam die sabbatorum inciderit, consequenti die dominico, id est luna 15. pascha celebrare conscripsit : [11] & si die dominico luna * 13. ejusdem mensis, id est primi mensis, evenerit, ipsa hebdomada transmissa, * in alterum diem dominicum pascha sine dubio celebrare conscripsit. His & aliis quamplurimis exemplis patet, plura esse quam viginti Nicæni concilii capitula, & veram esse prædictam Julii papæ epistolam. Nobis autem quidam è consortio fratrum nostrorum orientales, testati sunt se vidisse concilium Nicænum, habens potiorem quatuor evangeliorum magnitudinem, continens in se sectiones episcoporum, & introductiones, judiciaque querimoniarum atque definitiones, & constitutiones, nec non & subscriptiones eorum ; ad cujus similitudinem magnum Chalcedonense concilium conscriptum esse confirmaverunt, & demum alia Constantinopoli * condita : unum videlicet sub Justiniano imperatore contra Dei impugnatores, Origenem, Didymum, & Evagrium, & aliud temporibus [b] Agathonis papæ, & Constantini imperatoris, contra Macarium episcopum, & Stephanum ejus discipulum, ac reliquos episcopos, qui pro frumento zizania in ecclesia seminaverunt, vinum miscuerunt aquæ, & proximo potum dederunt * eversione turbida, & tamquam lupi agni simulabant mendacium, & veritas ut mendacium refutabatur.

Nosse etiam oportet (licet cetera non infir-

judicio

indictum.

a concinnantia

b similia

Epist. 47.

* Lampsaco sub Valentiniano.

* ita & MS Justelli codex.

* ad XIV.

* 14. ex c. Justelli aliisque

* ad

* edita,

b Hinc quoque arguas ab Hispalensi Isidoro diversum esse hunc Mercatorem

* eversionem turbidam.

---

1 Vatic *appellata*. 2 Vatic. *non*. In Vatic. deest vox *explicarem*. 4 Vatic. *exilio*. 5 *atque in locum superstitum alios substitutos*. Cod. Vat. 6 Vatic. *Laissa* eadem significatione 7 deest in Vat. 8 in Vat. LXXX. 9 Vatic. *prohibet*. 10 Vatic. *Mait* 11 Hæc verba *etsi die &c.* sunt ad marginem Cod. Vatic. 630.

firmentur) quatuor esse principalia concilia , A * ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent ecclesiæ, tam de Patris , & Filii , & Spiritus sancti divinitate, quam de prædicti Filii & salvatoris nostri Incarnatione . Prior harum Nicæna synodus est trecentorum decem & octo episcoporum, sub Constantino Augusto peracta, in qua Arianæ perfidiæ blasphemia condemnata , qua inæqualitatem sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat : consubstantialem Deo Patri [1] Deum Filium eadem sancta synodus per symbolum definivit . Secunda synodus est centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore , Constantinopoli congregata, quæ Macedonium, sanctum Spiritum Dominum esse negantem , condemnans , consubstantialem Patri & Filio eundem Paracletum demonstravit ; dans latius symboli formam , quam tota Græcia & Latinitas in ecclesiis prædicant. Tertia synodus est Ephesina prima , ducentorum episcoporum , sub minore Theodosio Augusto edita , quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem justo anathemate condemnavit , ostendens manere in duabus naturis unam Domini nostri Jesu Christi personam. Quarta est synodus Chalcedonensis , sexcentorum triginta sacerdotum, sub Martiano principe habita, in qua [2] Eutychem Constantinopolitanum abbatem , Verbi Dei & carnis unam naturam pronunciantem , & ejus defensorem Dioscorum quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursum Nestorium, C cum reliquis hæreticis , una patrum sententia prædamnavit : prædicans eadem synodus Christum Dominum sic natum de Virgine , ut in eo unam personam & Divinæ & humanæ confiteatur naturæ. Hæc sunt, ut prædiximus, quatuor principales & venerabiles synodi, fidem catholicam complectentes . Sed & si qua sint concilia , quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt , post istorum quatuor auctoritatem, omni manent stabilita vigore , quorum etiam gesta in hoc opere condita continentur.

Hic omissa ...onnulla sunt, ...scio quo ...nsilio, quæ exemplari...s MSS & omnibus ...itionibus , ...erlini, Su..., cæterisque aliis, re...riuntur ...ic ergo restituenda ...nt . Lab. in append. ...n, 1

In hoc errasse Binium & R. C. editione Suriana deceptos constat.

Primo quidem ordo , ut prædictum est , de celebrando concilio *a* incertus habetur , & postmodum canonum apostolorum , ac primorum apostolicorum (id est , à sancto Clemente usque ad sanctum Sylvestrum) decretorum , atque diversorum conciliorum breviarium [3] interpolatur , sequens ordinem suum . *b*

...rat. l. c. *a* infertus

b Sequitur ... MS. Au...io Carth. ... afferta e...tola cum ...cripto Da...si papæ .

ORDO [4] CELEBRANDI CONCILII,

Desumptus ab Isidoro Mercatore ex quarto concilio Toletano cap. 4. & Garsiæ Loaisæ Hispaniorum conciliorum editoris [a] *diligentia emendatus . Quare sciat lector non esse generalem hunc ordinem , sed tantum forte servatum in Toletanis, vel aliis in Hispania celebratis conciliis .*

a ex cod. Vigilano , ve Alverdens. qui asservatur in Bibl. Scorialensi sancti Laurentii .

ORDO DE CELEBRANDO CONCILIO.

HOra [5] itaque diei prima , ante solis ortum , ejiciantur [6] omnes ab ecclesia ; B obseratisque foribus , cuncti ad unam januam , per quam sacerdotes ingredi oportet , ostiarii stent. Et convenientes omnes episcopi pariter introeant , & secundum ordinationis suæ tempus [7] resideant. Post ingressum omnium episcoporum , atque consessum , vocentur deinde presbyteri , quos [8] causa probaverit introire . Nullus inter eos [b] audeat ingredi [9] diaconorum , Post hos ingrediantur diacones probabiles quos ordo poposcerit interesse : & corona facta de sedibus episcoporum , presbyteri a tergo eorum residéant [10] ; diacones in conspectu episcoporum stent ; deinde ingrediantur & laici , qui electione concilii [c] interesse meruerint . Ingrediantur quoque & notarii, quos C ad recitandum vel excipiendum ordo requirit : [11] & obserentur januæ . Sedentesque in diuturno silentio , [d] dicat archidiaconus: Orate : Statimque omnes in terra [12] prostrabuntur , & orantibus diutius tacite cum fletibus atque gemitibus , unus ex episcopis senioribus surgens , orationem palam fundet ad Dominum , cunctis adhuc in terra jacentibus, dicens.

b se ingerat

c concilio

d atque cor totum habentes ad Dominum sacerdotes.

Adsumus, domine sancte Spiritus, adsumus; peccati quidem [e] humanitate detenti , sed in nomine tuo specialiter aggregati Veni ad nos , [f] adesto nobis , & dignare illabi cordibus nostris : doce nos quid agamus , quo gradiamur ostende , quid [g] efficiamus opeE rare . Esto solus & suggestor & effector judiciorum nostrorum , qui solus cum Deo Patre & [13] Filio nomen possides gloriosum. Non nos patiaris perturbatores esse justitiæ , qui [h] summe diligis æquitatem Ut in sinistrum nos non ignorantia trahat , non favor inflectat , non acceptio muneris vel personæ corrumpat , sed junge nos tibi efficaciter , solius tuæ gratiæ dono : ut simus in te unum , & in

e immanitate

f esto nobiscum,

g efficere debeamus ut te auxiliante tibi in omnibus placere valeamus.

h summam

1 Ita MSS. Isidori . Gratianus in quibusdam MSS. *Dei Filium*.
2 *Euticem* MSS. omnes Latini , nec sine causa quamvis Græce Εὐτυχής.
3 Vatic. *intermittitur*. 4 Hunc ordinem edidit Harduinus ex MS. Parisiensi Soc. Iesu alicubi immutatum ; nobis intacta Vigilani , sive Alerdensis codicis lectione satis erit variantem Parisiensis indicare , nonnullasque notas e pluribus , ac fusioribus Card. de Aguirre excerptas afferre . 5 In Paris. deest *itaque*. 6 Indicatur hisce verbis mos illorum temporum, quo Christiani etiam sæculares frequenter adibant Ecclesiam , aut circa mediam noctem , qua matutinæ horæ in choro cantabantur , aut paulo post usque ad diluculum , sive auroram . Ea sane consuetudo Christianorum pernoctantium , & orantium in templo a primis sæculis viguit in Ecclesia. Ecclesia vero Toletana a priscis sæculis usque modo retinet morem cantandi matutinum media nocte . *Card. Aguirre*. 7 Id servatum fuit apud Hispaniam semper, ut Episcopi juxta tempus ordinationis uniuscujusque residerent, proindeque & loquerentur , sive sententiam proferrent , ac tandem subscriberent *Card. Aguirre*. 8 Patres Ecclesiæ Hispanicæ in hoc ordine non quoslibet Presbyteros sive simplices Sacerdotes sinunt ad Concilium celebrandum accedere , sed selectos tantum, sive probatissimæ vitæ , & doctrinæ Et ita videmus factum in Concilio Eliberitano , ubi præter undeviginti Episcopos, resederunt Presbyteri triginta sex. In sequentibus autem Hispaniæ Conciliis non ita facile in enietur Presbyteros ingressos fuisse, nisi forte ubi gerebant vices Episcopi absentis Idque urgentius observatum legimus in Conciliis Oecumenicis , ubi nullus iis locus fuit . *Card. Aguirre*. 9 Non vetatur omnino ingressus Diaconorum hoc loco ; sed solum prohibetur , ut simul cum Presbyteris ingrediantur: nam statim subditur: *Post alios ingrediantur Diacones probabiles , quos ordo poposcerit interesse:* nimirum, quos Episcopi judicaverint dignos interveniendi sacro eidem congressui. Unde & ad Concilium Eliberitanum ingressi sunt Diaconi aliquot. Quamvis vero de cetero Diaconi non fuerint admissi in sequentibus Hispaniæ Conciliis, ut nuper de Presbyteris monuimus ; admittebantur tamen instar eorum, ubi gerebant Episcoporum absentium vices. *Card. Aguirre*.
10 In Paris. *resideant , quos tamen sessuros secum Metropolitanus elegerit : qui utique & cum eo judicare aliquid , & diffinire possint*.
11 Paris. *Obseratisque januis , & sedentibus in diuturno silentio sacerdotibus , atque cor totum habentibus ad Dominum , dicturus est Archidiaconus*. 12 Paris. *prosternentur tam Episcopi , quam presbyteri*. 13 Paris. *& ejus filio*.

in nullo deviemus à vero: qualiter in nomine tuo collecti, sic in cunctis teneamus cum [a] moderatione pietatis justitiam, ut hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis consequamur præmia sempiterna. [x] Amen.

[a] in moderamine

Te condonante, qui cum Patre & Filio unus permanes Deus per infinita sæcula sæculorum.

In qua oratione, nec oratio [b] paterna, nec benedictio, sed ipsa solummodo oratio confirmetur. Quando autem plurimi [c] metropolitani fuerint, tunc ab altero hæc oratio dicitur.

[b] dicatur

[c] desunt in V. C. Justelli.

Alia.

Domine, qui nos justitiam loqui, & quæ recta sunt præcipis judicare, tribue nobis, ut nec iniquitas in ore, nec pravitas inveniatur in mente; ut puro corde purior sermo consentiat, procedat in operibus justitia, nec appareat dolus in lingua.

A tertio vero metropolitano, loco tertio, hæc oratio pronunciatur.

Jesu Domine, qui sacro verbi tui oraculo promisisti, ut ubi duo vel tres in nomine tuo fuerint aggregati, medius dignareris adesse, adesto cœtui nostro propitius, & cor nostrum perlustra misericors, ut ita rectum justitiæ tramitem teneamus, ne a bono misericordiæ aliquatenus aberremus.

Alia.

Dissolve, Domine, nostrarum mentium ligaturam, & obligationis impiæ confringe catenam, ut tibi laudem pro liberatione reddamus, cujus ultionem pro transgressione pavescimus.

Alia.

Deus, qui veritatem loqui filios hominum cupis, & eorum casto judicio delectaris, mentem nos dignare habere rectam; ut possimus labiis veram depromere justitiam.

Finita autem oratione, & responso ab omnibus, Amen, rursus dicit Archidiaconus: Erigite vos. Et confestim omnes surgant, & cum omni timore Dei, & disciplina, tam episcopi, quam presbyteri sedeant. Sicque omnibus in suis locis in silentio considentibus, diaconus alba indutus, codicem [z] canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronunciat, id est, [y] ex concilio Chalcedonensi, [d] æra XVIII. item ex capitulis orientalium patrum, quæ Martinus episcopus de Græco in Latinum vertit, æra XVIII. de synodo facienda; item ex concilio Toletano IV. æra III. Item ex concilio [4] Agathensi, [e] æra XVI. sive ex sermone sancti Ambrosii de pace, vel aliud de canonibus, quod metropolitano aptius visum fuerit ut legatur. Finitisque titulis, metropolitanus episcopus concilium alloquitur, [f] dicens:

[d] Loaisa & alii Hispani scribunt Era vel Hera. In c. Just. scribitur æra, & qq. variant.

[e] XXXV

[f] exhortatione ista.

Exhortatio.

Ecce sanctissimi sacerdotes, præmissis Deo precibus, fraternitatem vestram cum pia exhortatione convenio, & per divinum nomen obtestor, ut ea, quæ à nobis de Deo, de sacris ordinibus, vel [g] vestris moribus vobis fuerint dicta, cum omni pietate suscipiatis, & cum summa reverentia perficere intendatis. Quod si forsan aliquis vestrum aliter quam dicta fuerint senserit, sine aliquo scrupulo [a] commotionis, in nostrorum omnium [b] collatione, ea ipsa, de quibus dubitaverit, conferenda reducat; qualiter, Deo [c] mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde simili vos obtestatione [5] conjuro, ut nullus vestrum in judicando, aut personam excipiat, aut quolibet favore vel munere pulsatus [d] a veritate discedat, sed [e] cum [f] tanta pietate quidquid cœtui nostro se judicandum intulerit [g] judicet, ut nec discordans contentio ad subversionem justitiæ inter nos locum inveniat; nec item in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis vel sollicitudo tepescat.

[g] sanctis

[a] contentione

[b] copulatione

[c] auxiliante

[d] a justo judicio scienter avertatur.

[e] aut.

[f] tota

[g] retractate,

(*a*) Post [h] allocutionem [6] concilii, qua metropolitanus solet synodum alloqui universalem, statim rex cum suis optimatibus ingreditur in concilium: & in primis, corona sacerdotum post se dimissa, ad altare conversus [i], ibi orationem dicit: sed ipsa oratione supra acta, ad concilium conversus dicit: Et homo [k] prostratus, atque inde se erigens, & seipsum precibus sacerdotum commendat, & alloquendo concilium, ut justissime agant, religiosa exhortatione insinuat. Postquam autem expleverit exhortationem suam, à diacono dicitur: Oremus.

[h] hanc exhortationem.

[i] quæ dicuntur de rege desunt in C. Just.

[k] Scribendum omnino ut habet Loaisa, homo, licet Binius & R. C. habeant homo

Tunc rege converso ad orientem, omnes sacerdotes in terra pariter prosternantur, sicut & prius: sicque dicatur hæc oratio dominica.

Rex Deus, a quo regum regitur regnum; quo gubernante sublime, quo deferente fit fragile, famulo tuo N. moderator assiste. Da ei domine fidei rectitudinem firmam, & legis tuæ custodiam indefessam: ita morum honestate præpolleat, ut tuæ majestati complaceat: ita nunc præsit populis, ut coronetur post transitum cum electis. Pater noster.

Benedictio.

Benedicat tibi, serenissime princeps, virtutum dominus, & omnipotens Deus. Amen.

Inspiret tibi facere misericordiam, & temperare justitiam. Amen.

Qui tibi tribuit regnum, ipse cor tuum conservet illæsum à nocibilitate omnium populorum. Amen.

Et qui conventum nostrum pro Domino veneraris, cum tuis omnibus post longa sæcula coroneris. Amen.

Per dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Deo Patre, & sancto Spiritu, unus Deus gloriatur in sæcula sæculorum.

Qua benedictione suscepta, dicitur illi à diacono:

In nomine domini nostri Jesu Christi, ite cum pace.

Sicque cunctis respondendum est: Deo gratias.

Statimque idem princeps secedit à conventu concilii.

Post egressum igitur regis, & exhortationem metropolitani, quæ prius dicta est, introibunt omnes quique fuerint presbyteri, diacones, vel religiosi [l] ad audiendam doctrinam. Sicque archidiaconus lecturus est canonem Toletani [m] concilii

[l] universi.

[m] hinc arguas non esse autorem hujusce ordinis Isidorum Hispalensem.

---

x In Paris. deest *Amen*. *Te condonante* usque in: *qua oratione*.

z Forte is Codex Canonum erat, qui a tempore S. Leonis Papæ ubique receptus fuerat, & cujus MSS. duo extant nunc in Monasterio Rivipoll. Cataloniæ. *Card. Aguirre*.

3 Paris. *de Concilio Toletano tertio*.

4 Paris. *Chalcedonensi æra XVIII. item ex Concilio Agathensi æra XXV. vel XXVI. vel aliud de Canonibus &c.*

5 Paris. *convenio, & obsecro, ut &c.* (*a*) Luc. Cod. addit. *Post hanc exhortationem introibunt omnes quicunque fuerint Presbyteri, Diacones, vel Religiosi universi ad audiendam doctrinam. Sicque Archidiaconus &c.* ut est pag. 11.

6 In Paris. *Post hanc exhortationem, qua &c.*

cilii XI. æra 1. Ne tumultu concilium agitetur. Quo canone perlecto, ſtatim concilium Epheſinum ex ordine perlegetur: deinde collatio pariter & inſtructio de myſterio ſanctæ Trinitatis habebitur, ſimulque & ordinibus officiorum, ſi in omnium ſedibus ejuſdem celebritatis unitas teneatur. Pro his quoque cauſis, prout ſpatium diei permiſerit, & epiſtolæ Papæ Leonis ad Flavianum epiſcopum de erroribus Eutychetis, & myſterio ſanctæ Trinitatis legendæ ſunt: canones quoque de unitate officiorum.

Nec ad aliud aliquid ante [a] tranſibitur, quam iſta omnia explicentur; ita tamen, ut in totis tribus diebus litaniarum nihil aliud agatur, nec retractetur, niſi ſola collatio de myſterio ſanctæ Trinitatis & de ordinibus ſacris, vel officiorum inſtitutis, ita ut hæc tota [b] peragantur per [1] iſtos tres dies; nihil aliud, ſicut jam dictum eſt, niſi ſola quæſtio, de his quæ prædicta ſunt, habeatur; ita ut lectio ſemper congruens [c] cauſam ordinis, quæ quærenda eſt, antecedat.

Item oratio in ſecundo die in inchoatione Concilii dicenda.

Noſtrorum tibi, Domine, curvantes genua cordium, quæſumus, ut bonum quod nobis à te requiritur, exequamur, ſcilicet ut prompta [d] tibi ſollicitudine gradientes, diſcretionis arduæ ſubtile judicium faciamus, ac miſericordiam diligentes clareamus ſtudiis tibi placitæ actionis.

Item oratio, die tertio, quæ in inchoatione concilii dicitur.

A te, Domine, interni clamoris vocibus [e] unanimiter poſtulamus, ut reſpectu tuæ gratiæ ſolidati, prædones veritatis efficiamur intrepidi, tuumque valeamus verbum cum omni fiducia loqui. [f]

Poſt hæc in quarto die reliquæ cauſæ per ordinem admittendæ ſunt. Sicque omnes qui de religioſis in retroactis diebus pro ſpirituali inſtructione interfuerunt concilio, foras egredientur: reſidentibus aliquibus presbyteris in concilio, quos metropolitanus [g] ordinaverit honorandos. Per ſingulos tamen illos tres dies litaniarum, epiſcopi, vel presbyteri cum admonitore primum orationibus [h] proſtrabuntur. Sicque collecta a metropolitano oratione, & dicente diacono: Erigite vos, conſurgent, [2] & de divinis tantum, ut dictum eſt, rebus collationem habebunt. In reliquis tamen diebus, cunctis adſtantibus, oratio colligenda eſt. Et ſic conſidentes cauſarum negotia [i] judicabunt. Nullus tamen tumultus, aut inter conſidentes, aut inter adſtantes [3] habebitur. Eodem autem modo, eodemque ordine ad concilium omnes per ſingulos dies ingrediantur, quo ſuperius jam præmiſſum eſt. Nam etſi presbyteri, & reliqui, aut [4] diaconus, clericus, ſive laicus de his qui foris ſteterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, eccleſiæ metropolitanæ archidiacono cauſam ſuam intimet, & ille concilio denunciet: tunc illis & introeundi [k] & proponendi licentia concedatur. Nullus autem epiſcoporum a cœtu communi ſecedat, antequam hora generali ſeceſſionis adveniat. Concilium quoque nullus ſolvere audeat, niſi fuerint cuncta determinata, ita ut quæcumque deliberatione communi finiuntur, epiſcoporum ſingulorum manibus ſubſcribantur. Ita tamen ut ante duos vel tres dies, quam [5] ſolvatur concilium, omnes conſtitutiones à ſe editas diligenti conſideratione retractent. [a] Item in die, qua concilium abſolvendum eſt, canones qui in ſancta ſynodo conſtituti ſunt, coram Eccleſia in publico relegantur. Quibus explicitis, reſpondetur [b], Amen.

Deinde ad locum redeuntes, ubi in concilio [6] reſidebant, canones ipſos ſubſcripturi ſunt. Admonendi quoque a metropolitano ſunt, de paſcha ventura [c], quoto veniet. Admonendi ſunt etiam quo tempore, ſuperveniente anno, ad concilium faciendum veniant, & eligendi etiam de epiſcopis, qui cum metropolitano dies feſtos [d] nativitatis domini, & ſanctum paſcha debeant celebrare. Poſt hæc dicente archidiacono, [e] Oremus, omnes ſimul in terram pariter [7] proſtrabuntur, ubi diutiſſime orantibus, hanc unus ex majoribus orationem dicturus erit:

Oratio.

Nulla eſt, Domine, humanæ conſcientiæ virtus, quæ inoffenſe poſſit tuæ voluntatis judicia expedire. Et ideo, quia imperfectum noſtrum viderunt oculi tui, perfectioni deputa, quæſumus, quod perfecto æquitatis fine concludere præoptamus: te in noſtris principiis [f] occurſurum popoſcimus; te quoque in hoc fine judiciorum noſtrorum indultorem noſtris exceſſibus [g] ſperamus: ſcilicet ut ignorantiæ parcas, ut errori indulgeas, ut perfectis votis perfectam [h] efficaciam largiaris. Et quia conſcientia remordente tabeſcimus, ne aut ignorantia nos traxerit in errorem, aut præceps forſan voluntas impulerit juſtitiam declinare, ob hoc te poſcimus, te rogamus, ut ſi quid offenſionis in hac concilii celebritate attraximus, [i] te condonante, remiſſibile habeamus: ut in eo quod ſoluturi ſumus aggregatum concilium, à cunctis primum abſolvamur noſtrorum nexibus delictorum: qualiter & tranſgreſſores venia, & confitentes tibi ſubſequatur remuneratio ſempiterna. [k] Per Dominum, *&c.*

Benedictio.

[8] Patris Dei Filius, qui eſt initium & finis, complementum vobis tribuat charitatis. Et qui vos ad expletionem hujus fecit pervenire concilii, abſolutos vos efficiat ab omni contagione delicti. Amen.

Ut ab omni reatu liberiores effecti, abſoluti etiam per donum Spiritus ſancti, felici reditu veſtrarum ſedium cubilia repetatis illæſi. Amen. [l]

Prædecente lumine divinitatis Domini noſtri qui omnia regit in ſæcula ſæculorum.

Quibus [m] explicitis, dum dictum fuerit ab archidiacono. [9] Erigite vos, omnes illico pariter exurgentes, reſidente metropolitano, ab ipſo primum incipientes, oſculum ſibi invicem omnes pariter dabunt. Sicque poſt datam ſibi invicem pacem, dicit diaconus.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti eamus cum pace. Deo gratias.

Et ſic conventus totus abſolvitur.

a ne in aſſ. quo offendiſſent

b in choro

c venturo quo veniat die.

d natali.

e orate.

f occurſorem.

g adeſſe precamur.

h operis.

i condonare ac remiſſibile facere digneris.

k Huic orationi oratio paterna adjungatur, & cunctis adhuc jacentibus hæc benedictio explicetur.

l quod ipſe præſtare dignetur, &c

m expletis.

EX-

---

1 Pariſ. *totos illos tres dies.* 2 Pariſ. *oratione conſurgant, & de divinis &c.* 3 Pariſ. *habeatur.* 4 Pariſ. *diaconi, clerici, ſive laici ---- crediderint ---- intiment.* 5 Pariſ. *ſolvant.* 6 Pariſ. *reſederunt ---- ſubſcribant.* 7 Pariſ. *ſe proſternant ---- dicat.* 8 Pariſ. *Chriſtus Dei filius.* 9 In Pariſ. inverſè, ſcilicet *in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti eamus cum pace; omnes illico &c. ---- ſicque data ſibi invicem pace conventus Concilii abſolvatur.*

(a) Exhortatio ad Principem.

Alias via regia, ex eodem Garsia Loaisa adjecta.

Ex codice Alveldensi, bibliothecæ regiæ sancti Laurentii in Hispania.

DEus omnipotens, ò clarissime rex, quando voluit, & ubi voluit de regali nobilique genere te nobiliter procreavit, & misericorditer ad lavacrum regenerationis perduxit, caput tuum sacri chrismatis oleo linivit, & dignanter in filium adoptavit; constituit te regem populi terræ, & proprii filii sui in cœlo fieri jussit hæredem; his etenim sacris ditatus muneribus, rite portas diademata regis; primum, quia de femore regis, regalique descendis prosapia, decenter tibi convenit & bene multa regere regna. Secundo, quia te regem esse & sacri chrismatis unctio, & fidei confessio operisque confirmat & actio. Tertio, quia ut æternum cum Christo perciperes regnum, misericorditer adhuc te parvulum rex regum adoptavit in filium. Hæc te perspicua claraque indicia ab infantia regem clamitant, regemque confirmant. Supereſt, ut hæc ipsa regalia, quæ percepisti, bona a Domino munera sollicite salva custodias, & operibus pariter moribusque defendas: exiguo etenim tempore in hac, qua vivimus, morabimur vita: quia viam universæ carnis pergimus, & celeri cursu ad promissam quotidie patriam festinamus. Reſtat ergo, ut de illa tantum sollicite interrogemus via, quæ nos a latronibus tutos, vitiisque defæcatos desideratam feliciter ducat ad patriam: hortatur etenim nos de hac re propheta, cum dicit: *State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis; & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris.* Sollicite ergo hæc a nobis discreteque quærenda eſt via, quæ nos salvos ad requiem perducat æternam: & cum, Domino nobis monstrante, fuerit inventa, caute discreteque ambulandum eſt per eam, ne ad dexteram inclinantibus, aut ad sinistram, occurrat illa, de qua propheticus sermo denuncians clamitat: *Est via, quæ videtur hominibus recta, cujus novissima demergunt ad inferna.* Sed ne aliquis nostrum per ignorantiam in hoc oberrans incidat devium, pie nos propheta admonet Isaias, & ad rectam sanctamque viam dulciter revocans clamat: *Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Nam & Israeliticus populus cum per aliena transiens regna, ad repromissionis tenderet patriam, nuncios misit ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens: *Obsecro ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus ad dexteram, neque ad sinistram; sed per viam regiam gradiemur, donec pertranseam fines tuos.* Et tibi ergo, nobilissime rex, si vis ad supernam feliciter promissionis tendere patriam, diligenter regia quærenda eſt via: quia, cum sis rex in terra, ad cœlorum properans regna, per regiam debes currere viam: trita etenim via eſt, & antiquitus sanctorum regum vestigiis contricata. Per illam Josue firmissimo properans gradu, multorum reagum colla comminuit, & nefandorum phalanges stravit, Jerichuntinos muros evertit, & Israeliticо populo terram repromissionis distento fune divisit: per illam David indeclinabiliter gradiens, persecutori Sauli pepercit, lapideo ictu Goliam extinxit, & ab improperio allophylorum Dei populum liberavit, & sibi regnum perpetuum solidavit: per illam firmiter ambulantem Ezechiam misericorditer Dominus visitavit, à mortis termino revocavit, & quinquies ternos ad vitam addidit annos: per illam adhuc ambulans Salomon, quasi fluvius aqua, impletus eſt sapientia; & ab illa recedens, inexpiabilem gloriæ suæ intulit maculam: per illam intrepidus Josias rex justus ambulans, excelsa comminuit regna, abominationes diversas a populo Dei abstulit, & justificationes a Domino multiplices accepit. Ecce conspicis perspicue, rex nobilissime, qualiter per regiam ad Dominum reges ambulant viam, & ad cœlorum regna cum ceteris sanctis reges quoque feliciter volant. Via etenim regia eſt, quæ per prophetam vocatur sancta: *Per quam non transibit pollutus*, ait idem propheta, *nec invenietur ibi leo*, diabolus scilicet, qui rugiens circuit quærens quem devoret; *nec mala bestia*, dæmon videlicet, *ascendet per eam*; sed eſt directa via, & ambulabunt, qui redempti à Domino, & liberati fuerint, per eam, per quam & te quotidie, auxiliante Domino, ire cognoscimus & gratulamur, & ad æternam gloriam te esse venturum fideliter credentes non dubitamus. Tantum eſt, ut quod cœpisti bonum perficias, & usque ad perseverantiæ finem perducas: quia non qui inchoaverit, sed qui perseveraverit, salvus erit.

Ungebantur Hispaniæ reges.

Jerem. 4.

Prov. 16.

Isa. 30.

Deut. 17.

Isa. 35.

De observandis mandatis Dei.

Attende ergo, ò clementissime ac mitissime rex, quantum nos diligat dominus noster Jesus Christus, qui cum promissione suam a nobis exigit dilectionem, & Spiritum sanctum dicit nobiscum esse in æternum mansurum, si post dilectionem suam mandata ejus servaverimus: ab ipso enim, ut jam superius diximus, nobis omnia bona conceduntur [2]; & velle bonum, & operari, ab illo prius nobis largitur: diligimur enim ut diligamus, amamur, ut amemus, cognoscimur ut cognoscamus, adjuvamur ut operemur, & operando virtutibus ditemur. Ergo si te dilectio Dei proximique demulcet, consequens eſt ut facias quod ille præcepit. quia intantum diligis inquantum facis: neque enim potest sincere Deum diligere qui mandata ejus fideliter non custodit. Ipso te Domino docente, intellige: ait enim: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus:* &: *Qui non diligit me, sermones meos non servat.* Joannes quoque apostolus dilectione Dei repletus in epistola sua ait: *In hoc scimus quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observamus. Qui dicit se nosse eum, & mandata ejus non custodit, mendax eſt, & in eo veritas non eſt: qui servat verbum ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta eſt.* Liber quoque Job ore Domini sacratus, de hoc ipso testis eſt, maxime de regibus dicens; *Non auferet à justo oculos*

Joan. 14.

Ibidem.

1. Joan. 2.

Job 36.

(a) Deeſt in Cod. Luc. hæc exhortatio, sed loco ejus ponuntur duæ orationes quæ hic leguntur. *Nostrorum tibi Domine &c.* & alia *Ad te Domine &c.* Tum additur alia manu, sed antiqua: *Hic debent fieri Canones Apostolorum num. L.*

1 Privati alicujus scriptoris, non synodi, quæ saltem nota sit, opella moralis; ideoque ab Harduino in sua collectione prætermissa.

2 Hæc omnia videntur desumpta ex Concilio Arausicano II. quod celebratum fuit an. 709. vel ex capitulis sedis Apostolicæ adversus Pelagianos, atque ipsorum reliquias. *Card. Aguirre.*

oculos, & reges in ſolio collocat in perpetuum, & illuc eriguntur: revelat quoque aurem eorum, ut corripiat; & loquitur, ut revertantur ab iniquitate. Si audierint & obſervaverint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria: ſi vero non audierint, tranſibunt per gladium, & ſtultitia conſumentur. De ſe quoque ipſe Job bonum rectumque dans teſtimonium, ait: *Veſtigia Dei ſecutus eſt pes meus: viam ejus euſtodivi, & non declinavi ex ea: a mandatis labiorum ejus non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris ejus.* Tale ergo de te, ò bone rex, volumus ſemper audire teſtimonium; tale videre frequenter & opus. Ipſe quoque Dominus de dilectione ſua, atque mandatorum ſuorum obſervantia populum Iſraeliticum admonens dicit: *Et nunc, Iſrael, audi præcepta & judicia quæ ego doceo te, ut faciens ea vivas in eis. Obſerva & cave ne quando obliviſcaris domini Dei tui, & negligas mandata ejus, atque judicia & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie, ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domus pulchras ædificaveris, & habitaveris in eis, habueriſque armenta & ovium greges, argentum & aurum, cunctarumque rerum copiam, elevetur cor tuum, & non reminiſcaris domini Dei tui. Et nunc, Iſrael, quid dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac ſervias ei in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiaſque mandata & cæremonias ejus, quas ego præcipio tibi hodie, ut bene ſit tibi? Si autem audieris, ut facias omnia mandata ejus, faciet te Dominus excelſiorem cunctis gentibus, quæ verſantur in terra: benedictus eris in civitate, & benedictus in agro benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ: mittet Dominus ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuum tuarum benedictionem: dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgunt adverſum te, corruentes in conſpectu tuo.* Addit quoque Dominus adhuc ad Iſraelem, dicens: *Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſſium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis panem veſtrum in ſaturitate, & abſque pavore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit qui exterreat: auferam malas beſtias, & gladius non tranſibit terminos veſtros: perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis: perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum ex vobis decem millia; cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Quod ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea: ſi ſpreveritis leges meas, & judicia mea contempſeritis, ut non faciatis ea quæ a me conſtituta ſunt, ut ad irritum perducatis pactum meum, ego hæc faciam vobis: viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore: corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubjicientur his qui oderunt vos, fugietiſque nemine perſequente.* Per Iſaiam quoque Dominus ad Iſrael clamat, & dicit: *Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua: & juſtitia tua ſicut gurgites maris: & fuiſſet ſicut arena ſemen tuum; & ſtirpes uteri tui, ut lapilli ejus: non interiiſſet, & non fuiſſet attritum nomen ejus.* Bonum ergo tibi eſt, ò rex, ut diligas dominum Deum tuum, & ob dilectionem ejus nimiam ſollicite & diligenter cuſtodias illius præcepta: ſancta ſunt enim mandata ejus & juſta: obſervantibus vero ſalutaria: propterea Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ad te venient, & in perpetuum lætam manſionem facient; & beatus eris in perpetuum, tali hoſpite viſitatus: propterea complebuntur in benedictionibus dies tui, & in gloria anni tui.

De judicio.

In judicando eſto pupillis miſericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quam mater. Job quoque ait: *Oculus fui cæco, & pes claudo; pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam diligentiſſime inveſtigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam: flebam quondam ſuper eum qui afflictus erat, & compatiebar pauperi.* Nam & hanc regiam eſſe virtutem rex Salomon approbat dicens: *Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.* Si vis ergo, ò rex, ut thronus tuus a Domino in æternum firmetur, non ceſſes juſtificare pauperem & pupillum, non ceſſes ſubvenire viduæ & oppreſſo, non ceſſes defendere advenam & deſolatum: ſubveni miſero, eleva jacentem, ſolida confracta, conforta & robora laſſum: divitiis non ceſſes fulcire mendicum, de manu peccatoris non ceſſes liberare oppreſſum. Audi quid regibus, regumque judicibus dominus per David clamitat, dicens: *Judicate egenum & pupillum; humilem & pauperem juſtificate: erigite pauperem & egenum, de manu peccatoris liberabit eum.* Huic ſententiæ concordans liber Eccleſiaſticus, ait: *Libera eum qui injuriam patitur de manu ſuperbi.* Iſaias nihilominus prædicans ait: *Quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me; dicit dominus. Si fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana munda erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Vide ergo & diligenter attende, rex, quid defenſoribus evenit pauperum: ſe illis eſſe debitorem, ſeque redditorem pronunciat Deus; nivis candorem peccatoribus promittit, & albæ lanæ munditiam pollicetur: poſtremo bona terræ comedere tribuit, terræ ſcilicet illius de qua ſcriptum eſt: *Sancti in terra ſua duplicia poſſidebunt;* & de qua pſalmiſta ait: *Credo videre bona domini in terra viventium.* Vides quia bona terræ æternæ illis regibus conceduntur, qui hic pauperum defenſores exiſtunt, illis in eſcam fructus æternæ conceditur terræ, qui hic pauperes ſciunt defendere pie; fructus optimos, ſcilicet angelorum, fructus æternos, fructus perpetuos, fructus dulciſſimos & amantiſſimos, plenos ſaturitate & pinguedine, plenos lætitia & gaudio, plenos felicitate & gloria. O quam beata eſt vita regum juſtorum, quæ & hic temporalibus rebus fulta niteſcit, & in æternum cum angelis immortaliter requieſcit! hic terrenis nutritur deliciis; illic gloria veſtitur decorus: hic populorum conſtipatur catervis, illic choris comitatur angelicis: hic hominum multitudine delectatur; illic cum angelorum choro lætatur: hic illi militia imperatoris obtemperat; illic in militia redemptoris exultat: hic ſtola veſtitus regali niteſcit; illic gloria immortalitatis indutus refulget: hic regis diademata portat; illic gaudio exultationis reſultat: hic terreni regis filius vocitatur; illic cœleſtis regis filius confirmatur: hic terreni regni decenter magnam capit hereditatem; illic cœleſtis regni felicem feliciter accipit portionem. Hæc ut tibi eveniant, clariſſime rex,

totis viribus laborare non ceſſes : nullus te felicior erit, ſi tibi hæc, auxiliante Deo, evenerint : nullus te tranſcendet in gloria, ſi hæc tibi a domino feliciter fuerint collata. Amen.

1 INCIPIT PRÆFATIO CONCILIORUM ex cod. MS. V. C. Claudii Hardy.

CONCILIUM ſacrum venerandi culmina juris
Condidit, & nobis congrua fræna dedit.
Ut bene fundatus, juſto moderamine poſſit
Intemerata (a) regens, clericus ordo regi.
Pontifices ſummi veterum præcepta ſequentes
Planius hæc monitis expoſuere ſuis.
Hinc fidei noſtræ ſe pandit ſemita, & omnes
Errorum damnant dogmata ſancta vias.
Quiſque Dei famulus fuerit Chriſtique ſacerdos,
Hoc ſale conditus, dulcia mella fluet.

---

1 Carmen hoc decaſtichum Concilii Nicæni potius præfatio eſt, illique præpoſitum eſt ab Harduino ex MS. Pithœano. Idem pariter Canonibus Nicænis præfigitur in veruſtiſſima & ampliori Collectione Canonum Codicis 490. Lucenſis de quo in Præfatione noſtra. (a) Luc. *gerens*.



DE QUADRUPLICI SYNODO APOSTOLORUM, JUXTA GLOSSAM ORDINARIAM,

In Actis Apostolicis per Sanctum Lucam Evangelistam diversis in Capitibus studiose descripta.

EX Actis apostolicis colliguntur a scriptoribus ecclesiasticis, ac potissimum Glossa ordinaria, conventiones sive concilia aliquot apostolorum primitivæ quoque ecclesiæ: in quibus exempla, formæ, imagines ac ceremoniæ certæ conciliorum, tam generalium quam provincialium, traduntur; postea per sanctos patres & ecclesiæ catholicæ posteros observandæ.

Nota Severini Binii.

Sunt qui, posthabito Glossæ ordinariæ judicio, harum Synodorum apostolicarum quasdam omittunt: alias vero, quas scilicet S. Lucas Actorum 4. & 11. descripsit, addunt. Nos ordinariam Glossam, cujus major est auctoritas quam cui tam leviter a curiosis quibusvis novatoribus sit contradicendum, imitantes, neque ordinem mutamus, neque numerum augemus.

Joannis Dominici Mansi ADMONITIO

In Veneta novissima Conciliorum editione inseritur hic nota admonens Lectores de methodo in ea servata pro variantibus ad laterales oras & in fine pagellarum adscriptis; nos de illis satis in præfatione egimus, ideoque ut supervacaneam omisimus.

a I. Synodus Apostolorum.

DE prima apostolorum discipulorumque Christi conventione, legimus Actorum primo capitulo, quod statim post ascensionem domini in cælum, reversi sunt Hierosolymam a monte Oliveti, manentes in cœnaculo Petrus, Joannes, Jacobus, &c. perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Jesu & Fratribus ejus. *In diebus illis exurgens Petrus*, velut principalis & caput, *in medio Fratrum*, *dixit*: (Erat autem turba hominum simul fere cxx.) *Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Jesum*, &c. *Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos dominus Jesus*, &c. *testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis: Et statuerunt duos*, &c. *& orantes, dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus*, &c. *Et dederunt sortes eis.* *b* *Et cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim apostolis.*

Exemplum orandi in Conciliis.

Notæ Severini Binii.

a I. Synodus Apostolorum.) Hoc 1. concilium apostolorum habitum est Hierosolymis anno Christi 34. in domo Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, apostolis & discipulis domini præsentibus. Causa habiti concilii est, ut in locum Judæ traditoris alius subrogaretur, aliusque episcopatum ejus acciperet. Duobus igitur discipulis domini, Josepho & Matthia, constitutis, per sortem Matthias electus est. Baronius anno Christi 34. num. 236.

Anno potius 33. ex nostra supputatione.

b Et cecidit sors.) De sorte, quæ cecidit super Matthiam, hæc Dionysius de eccles. hierarch. part. 3. cap. 5. *De illa sorte*, inquit, *divina quæ Matthiæ divinitus obtigit, alii quidem alia sensere, meo quidem judicio, non recte. Aperiam autem & ipse quid sentiam. Videtur mihi scripturam sortem appellasse, divini quiddam, & præcipuè muneris, per quod illi choro insinuaretur, qui esset divina electione declaratus.* Unde liber prænotatus hoc titulo, Sortes apostolorum, qui olim circumferebatur, recte cēnsura Gelasij, canon. Sancta, dist. 15. inter apocrypha rejectus est.

Extat quoque nunc MS. in schedis nostris.

a II. Synodus Apostolorum.

DE secunda in Hierusalem apostolorum & discipulorum Christi synodo, legimus Act. 6. *In diebus illis crescente numero discipulorum, factum est b murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur c in ministerio quotidiano viduæ eorum. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum*, ac ceterorum credentium, quæ jam ad multa millia excreverat, *dixerunt: Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo, fratres, ex vobis viros boni testimonii septem, plenos*, &c. *Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide & Spiritu sancto*, &c. *Hos d* (à multitudine electos) *statuerunt ante conspectum apostolorum*, qui erant episcopi fidelium: & ipsi apostoli *orantes, imposuerunt eis manus*, per orationem & manus impositionem ipsos diaconos ordinando. Sequitur effectus hujus ordinationis: *Et verbum domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde.* Ex quo liquet, etiam hoc concilium esse Hierosolymis celebratum.

Act. 6. de diaconorum septem electione.

2. Synodus ob 7. diaconorum institutionem

Effectus istius ordinationis.

ANNO CHRISTI 34. " aut 33.

tum. *Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat signa magna & prodigia in populo, Surrexerunt autem*, &c. *& non poterant resistere sapientiæ & Spiritui sancto qui loquebatur.* Actorum quoque 8. prosequitur sanctus Lucas de prædicatione Philippi diaconi, *&c.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

Locus & tempus " 33. hoc dubium. Causa.

a II. Synodus apostolorum.) Hoc concilium apostolorum habitum est Hierosolymis, anno Christi 34. " ante martyrium S. Stephani, qui post Christi in cœlos ascensionem, mense septimo " & biennio ante Pauli conversionem lapidatus est. Causa habiti concilii hæc est: discipuli domini, qui ex Judæi in Græcia habitantibus conversi erant, Christianas viduas suæ nationis, ministerio mensarum præpositas, a Judæis in Palæstina habitantibus contemni querebantur. Placuit igitur, ut ex gratia & concessione dumtaxat, non ex jure, credentium multitudo ex 70. discipulis domini, teste Epiphanio, lib. 1. cap. 21. septem viros boni testimonii eligeret, seu potius postularet. Cum facta esset electio, Stephani, Philippi, Prochori, Nicanoris, Timonis, Parmenæ & Nicolai: apostoli electis, qui non tantum communibus, sed etiam sacris mensis & functionibus præficiendi essent, prævia communi oratione, manus imposuerunt, iisque quotidianum utriusque mensæ ministerium, evangelii prædicationem, & sacramentorum quorumdam dispensationem & administrationem, commiserunt: adeo ut non immerito 16. can. 6. Synodi " velut illegitimæ matris illegitimus & spurius filius censendus sit, quod per illum septem diaconos ab apostolis electos sacris ministeriis non ministrasse decernatur. Quod autem diaconi ordinati, dicuntur mensibus communibus præfecti; non sic accipiendum est, ut, quod est ministrorum mensarum, ceteris accumbentibus, quæ ad cibum potumque pertinebant, illuc inferrent: sed quod ea quibus cuique opus esset, eleemosynas dividendo, curarent. Baron. anno dicto 34. num. 243. & 287. & anno 35. num. 1.

" In Trullo habita.

b Murmur Græcorum adversus Hebræos.) Judæorum scilicet in " Græcia habitantium, adversus Judæos in Palæstina habitantes: nondum enim gentibus evangelium Christi prædicatum fuerat: itaque quod habitassent cum Græcis, Græci appellabantur: qui vero Judæi in Palæstina commorabantur, Hebræi nominabantur. Baronius prædicto loco.

" in provinciis natorum, ubi familiaris lingua Græca.

c In ministerio quotidiano.) Sicut Christus in ultima cœna, ita ecclesia primitiva mensam communem & sacram quotidie conjunxit, ut patet 1. Cor. 11. Utriusque autem ministerio & servitio fideles viduæ præpositæ erant. Et quia utraque mensa, sacra & communis, quotidie parabatur, (ut patet Actorum 2. cap.) hoc ministerium quotidianum appellatum est.

d A multitudine elector.) Ex gratia & concessione Petri, non ex jure; ut supra dixi. Vide Baron. prædicto loco. Bellarm. lib. 1. de clericis.

a III. SYNODUS APOSTOLORUM.

Act. 15 de circumcisione Gentilibus non imponenda.

DE tertia conventione apostolorum, quæ fuit plenaria conciliorum forma, postmodum a summis pontificibus & sanctis patribus observata & observanda, legimus Actor. 15. Hæc fuit celebrata *b* anno 14. post mortem & resurrectionem Christi in Jerusalem, & 14. anno conversionis apostoli Pauli, *c* anno 4. Claudii [1] Cæsaris, secundum Bedam, Dionysium & alios, quos vide de his latius. Unde de hac Synodo apostolorum loquitur apostolus Paulus ad Galat. 2. *Deinde post annos 14. ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto etiam Tito, & contuli cum eis evangelium quod prædico ingentibus*, &c. Sequitur: *Et cum cognovissent gratiam quæ data est mihi, Jacobus & Cephas & Joannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos inter gentes, ipsi autem in circumcisionem: tantum ut pauperum memores essemus:* &c.

3. Synodus ob circumcisionem Gentibus non imponendam.

De hac ergo tertia apostolorum conventione legimus Act. 15. sic: *Et d quidam descendentes de Judæa, docebant fratres*, fideles scilicet ex gentilitate conversos: *quia nisi circumcidamini secundum morem*, &c. *statuerunt*, scilicet fideles, *ut ascenderent*, &c. *ad apostolos & presbyteros* (veluti primarios ecclesiæ prælatos) *in Jerusalem super hac quæstione*, &c. *Cum autem venissent*, &c. *Surrexerunt autem quidam de Pharisæorum secta, qui crediderunt*, &c. *Convenerunt que apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus*, (tamquam apostolorum supremus & caput) *dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis*, &c. *Nunc ergo quid tentatis?* &c. *sed per gratiam domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi e Tacuit autem omnis multitudo*, consentiens Petro, *&* deinde *audiebant Barnabam & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt*, (scilicet Barnabas & Paulus) *respondit Jacobus, dicens: Viri fratres, audite me: Simon narravit*, &c. *Propter quod ego judico, non inquietari eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine*, &c. Sequitur determinatio negotii. *Tunc placuit apostolis & senioribus cum omni ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Judam & Silam viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum. Apostoli & seniores fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ, fratribus ex Gentibus, salutem. Quoniam audivimus quod quidam ex nobis*, &c. *Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut f abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a quibus vos custodientes, bene agetis. Valete.*

Illi autem dimissi, descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine, tradiderunt epistolam; quam cum legissent, &c.

ANNO CHRISTI 51 " aut 49.

Petrus primo loquitur

Secundo Barnabas & Paulus.

Tertio Jacobus, ceu sua diœcesi

Determinatio negotii.

Synodica epistola

NOTÆ SEVERINI BINII.

a III. Synodus apostolorum.) Hoc concilium apostolorum, quod Hierosolymitanum appellari solet, habitum est Hierosolymis, anno Christi " 51. & 9. Claudii, quo cum Judæis & Christianis Petrus Roma expulsus est: quique est 15. post conversionem Pauli. Causam hujus concilii celebrandi præbebat hæc controversia: An Christiani ad circumcisionis aliasque ceremoniales leges Judæorum observandas obligentur? Præter legem evangelii, ceremonialem legem Mosaicam observandam esse, " Cerinthus hæresiarcha primus propugnavit, & pertinaciter defendit. Hujus controversiæ definiendæ judicio, cum presbyteris & plebe, Apostoli per orbem terræ longe lateque divisi, Dei instinctu & revelatione ante admoniti (quod de se Paulus ad Galat. cap. 2. fatetur) interfuerunt: apostoli tamquam hujus controversiæ judices, ad decidendum & definiendum: presbyteri, velut inquisitores veritatis, ad disputandum & consultandum: plebs autem non vocata interfuit, non quidem ad examinandum, sed ad audiendam apostolorum sententiam, cui obtemperare deberet. Post multam causæ hujus disceptationem, non ex scriptura, sed suffragio apostolorum, & judicio Petri principis apostolorum, definitum est; Neminem Christianorum lege circumcisionis, vel ulla alia ceremoniali Judaica, obligari. Quod ut fidelibus omnibus innotesceret, ad Antiochenos legatio decernitur, & Synodica epistola hic extans, transmittitur. Hoc eodem concilio, Paulo Gentium, Petro eorum qui ex circumcisione ad fidem venissent, cura, solicitudo, & patrocinium commissa fuerunt: non quidem quod Petro Gentibus evangelium Christi annunciare non licuerit, adeoque ille universæ ecclesiæ pastor esse desierit: sed ut circumcisionis ministerio, velut honestissimo quodam titulo, ac singulari prærogativa, soli Christo, Christique successori Petro debita, solus Petrus Christi successor nobilitaretur. Baron. anno dicto 51. num. 26. & seq.

Locus.

Tempus " imo post 49.

Causa.

" Cerinthi Κέρινθος. Qui in fuerint.

Acta Concilii.

b An-

[1] Alii hoc concilium celebratum volunt anno Tiberii octavo, ac proinde Christi 48.

ANNO CHRISTI " aut 49.

b Anno 14.) Verius 17. Si enim anno 14. conversionis Pauli finito, habitum est hoc concilium, ut bene collector horum concedit, ipse autem Paulus anno post mortem Christi secundo conversus est, quod ex Martyrologio Romano, aliisque probatis auctoribus, & optimis rationibus Baron. anno dicto 36. num. 1. & sequentibus asserit, evidens est, hanc Synodum non 14. sed 17. anno post mortem & resurrectionem Christi celebratam esse.

Ex nostra ac riore suputatione cum

c Anno 4. Claudii.) Verius anno 9. Claudii, qui (ut ex Annalibus illustrissimi Cardinalis Baronii constat) cum 52. anno Christi " incidit.

d Quidam descendentes de Judæa.) Cerinthus hæresiarcha hujus erroris summus auctor & acerrimus propugnator fuit, adeo ut & ipse, adversus Paulum & Barnabam legem hanc propugnaturus, Hierosolymam petierit, teste Epiphanio, hæresi 28.

e Tacuit autem omnis multitudo.) Hinc constat, plebem interfuisse concilio, non ut definitivam sententiam concilii examinaret, sed potius attente & humiliter audiret.

f Abstinentia vos ab immolatis.) Apostoli tempore legis evangelicæ, harum rerum abstinentiam nova & positiva ecclesiastica lege hujusmodi, quæ contientias fidelium, etiam extra periculum scandali obligaret, præceperunt; non propter observantiam legis Mosaicæ, sed quo facilius Christianorum, Judæorum, & Gentium, simul habitantium animi conglutinati, in unum populum coalescerent, sublatis rebus hisce quæ vehementius eos dissociare atque alienare possent. Judæi, propter antiquam consuetudinem, esum sanguinis & suffocatorum incredibiliter aversabantur, & exhorrescebant, esus eorum, quæ simulacris immolata erant, magnum illis scandalum afferebant, suspicantibus, id esse argumentum Gentium ad idololatriam redeuntium. Postea vero, cum ecclesia crevisset, & Judæi & gentes in unum coaluissent, illique duo parietes, unus ex circumcisione, alter ex præputio venientes, in angulari lapide, Christo, compaginati essent, cessante causa, cessat etiam effectus. *Quis jam hoc Christianus observet*, (inquit S. Augustinus lib. 2. cap. 13. contra Faustum) *ut turdos, vel minutiores aviculas, non attingat, nisi quarum sanguis effusus est? aut leporem non edat, si manu a cervice percussus, nulle cruento vulnere occisus est?* Manifesta est omnibus veritas Christianæ doctrinæ, non coinquinare hominem, quod per os intrat, Luc. cap. 7. nihilque rejiciendum, quod cum gratiarum actione sumitur, 1. Tim. cap. 4. Quare cum hæ rationes, & pericula scandali, apud omnes Christianos cessent, ipsa quoque lex, totius occidentalis ecclesiæ consensu laudabiliter est antiquata. Fornicatio prohibetur, quia plerique Gentilium existimabant, simplicem fornicationem non esse per se malam, neque illicitam. August. prædicto loco. Bellarm. de conc. lib. 2. & 3.

* EADEM SYNODUS EX CAP. I. libelli Synodici G. L. a Pappo & Justello editi.

HIEROSOLYMITANA, APOSTOLORUM.

ΣΥΝΟΔΟΣ θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις, ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ πρεσβυτέρων, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς ἀδελφῶν. κατὰ τῶν ἐπιχειρησάντων πιστῶν φαρισαίων, κρατύνειν τὴν ἐν σαρκὶ περιτομὴν, καὶ τηρεῖν τὰ νόμιμα ἔθη μὴ τὸ εἰσδέχεσθαι καθάπαξ τοὺς πιστοὺς, τῷ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ * προσκυνήσιν καὶ λατρείαν. καὶ χάριτι καὶ νόμῳ δουλεύειν, οἱονεὶ δυσὶ κυρίοις. ὅπερ ἀπεῖπεν ὁ τῶν ὑπὲρ νοῦν ἀγαθῶν παροχος, καὶ τῆς κατάρας τοῦ νόμου ἐξαγορασάμενος ἡμᾶς Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν.

* κύνησιν.

Μετὰ γοῦν τὴν τῶν Ἀποστόλων σύνοδον, ἐξανέστη Σίμων ὁ μάγος, καὶ Κήρινθος, οὓς ἀπεκήρυξαν οἱ κορυφαῖοι τῶν Ἀποστόλων, τὸν Σίμωνα, Πέτρος, τὸν δὲ Κήρινθον, ὁ τῆς θεολογίας ἐπώνυμος Ἰωάννης. Μετὰ τούτους ἐξανέστη Οὐαλεντῖνος, Σεκοῦνδος, Μαρκίων, Βασιλείδης, Σατορνῖνος, Καρποκράτης, Αἴβιων, Ἑρμογένης, Ἀλέξανδρος ὁ Χαλκεὺς, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς,

ANNO CHRISTI 52. " aut 49

SYNODUS divina & sancta, Hierosolymis a divinitus edoctis sanctisque apostolis, & mysteriorum præfectis presbyteris, aliisque, qui cum ipsis erant, fratribus celebrata, contra eos, qui fidem susceperant, Pharisæos, qui & circumcisionem, in carne quæ fiebat, retinere, & legales consuetudines, post receptam quoque a fidelibus eam, quæ in spiritu & veritate fit, adorationem & cultum, observare: atque ita gratiæ & legi, tamquam duobus dominis servire conabantur. Quod quidem is ipse, qui maxima illa supra mentis nostræ captum nobis confert munera, & a legis maledicto nos redemit, Christus Deus noster prohibuit.

Post Apostolorum autem synodum, Simon magus exurrexit & Cerinthus, quos Apostolorum refutarunt principes: Simonem quidem Petrus, Cerinthum vero is, qui Theologus cognominatur, Joannes. Post istos Valentinus exurrexit, Secundus, Marcion, Basilides, Saturninus, Carpocrates, Æbion, Hermogenes, Alexander Ærarius, eorumque complices.

IV. SYNODUS APOSTOLORUM.

DE quarta primitivæ ecclesiæ congregatione seu synodo, scribitur Actor. 21. in qua declaratum fuit, teste Beda, Dionysio Cartusiano, & aliis, licitum esse conversis Judæis uti cum fide & sacramentis novi testamenti, etiam circumcisione & aliis ceremoniis & sacrificiis veteris testamenti, quamdiu templum & sacrificia legis in Jerusalem stabant: non quasi lex evangelica non sufficeret, sed ut mater synagoga paulatim cum honore sepeliretur, & non statim velut impia, & mortifera, instar idolorum culturæ, damnaretur, cum fuerit a Deo fundata, & tempore suo in remedium & salutem genti Judæorum data. Cum ergo Paulus ab æmulis suis, velut destructor & damnator legis, esset vehementer & falso apud Hierosolymam infamatus, communi concilio, Jacobus, & Paulus, & seniores statuerunt, ex Judaismo conversos legis ceremonias pro tempore illo non damnare, sed licite observare posse, dummodo spem salutis suæ in illis non collocarent. Hinc scribitur Act. 21. *Et cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum*, &c.

Act. 21.

Permissio legalium ad tempus, donec synagoga cum honore sepeliretur.

Hic autem secundum doctores catholicos diligenter notandum venit, quædam in lege Mosis usque hodie universos Christianos obligare, videlicet præcepta moralia, & omnia quæ ad bonos mores & virtutes directe & immediate pertinent. Nam hæc in evangelio ipse dominus replicavit, & perfectius observari mandavit. Enimvero principalis divinæ legis intentio est, homines bene instituere ad amorem Dei. Quod cum recte fieri nequeat, nisi addatur & modus, qualiter sese juste habere debeant tam erga seipsos, quam

In lege quænam hodie obligent Christianos, & quæ non.

---

1. Hunc libellum Synodicum, qui notitiam Conciliorum in Ecclesia habitorum usque ad Photii tempora complectitur, edidit primus Joannes Pappus Argentoratensis an 1601. 4. ac deinde in sua Bibl. Canon. retudendum curavit Justellus. Labbeus item huic suæ collectioni inseruit, sed membratim, singulis capitulis ad sua tempora relatis, quod non placuit Harduino, qui totum simul dedit in Concil. tom. 5. Ejus Auctor ignoratur; & licet suspicetur Pappus Nicephori Patriarchæ CP. opus esse, ei tamen nequit adscribi, cum Nicephorus ille obierit an. Ch. 828. & Synodici Auctor commemoret res an. 869. gestas. Ab Allatio de Consens. *auctor Synodici* vocatur *valde pius, quisquis ille fuerit*, & ipsum *Synodicon* dicitur *accuratissime confectum temporibus Photii.*

ANNO CHRISTI 58 " aut potius 56.

quam erga suos proximos: hunc data sunt præ-
cepta moralia, quæ mentibus hominum & rectæ
rationis dictamini sunt inscripta, quod Deum
super omnia quisque diligere debeat, & proxi-
mum sicut seipsum. Modus autem colendi Deum
per externos ritus & cæremonias legis, quia hæc
fuerunt figura & umbra Christi tunc venturi,
& mysteriorum ejus; ideo adveniente veritate
evangelica, evanuerunt, & illicita jam facta sunt.
Nihil enim per duplicitatem simulatorie egit di-
vinus apostolus, sed pro scandalo fratrum amo-
vendo, seque a falsa infamia purgando, fecit,
quod tunc (ut dictum est) conversis Judæis ad
tempus licuit: sed modo destructo templo, se-
pulta Synagoga, & ubique divulgato evangelio,
nequaquam liceret. Præcepta autem judicialia
legis, qualiter justitia servari debeat erga pro-
ximum, jam non obligant, nisi a judice pote-
statem habente in sua ditione suaque auctorita-
te denuo statuerentur.

Præcepta moralia.

Cæremonialia.

Judicialia.

NOTA SEVERINI BINII.

a IV. Synodus apostolorum.) Quarta Hierosolymitana synodus, habita est Hierosolymis, anno Christi 58. " circa festum pentecostes. S. Paulus, cum senioribus, eidem interfuit. Judæi enim, qui receperant evangelium, quorum erat numerus multorum millium, omnes legis æmuli, pene insenso animo fuerunt in Paulum, quod accepissent, ipsum a Moyse discessionem prædicasse. Quare ut tempori inserviendo, omnes lucrifaceret, factus Judæus Judæis, ad solemne festum pentecostes, Hierosolymam festinat accedere, ut declaret, se patrias leges non adeo aversari. Huc cum venisset, seniorumque conventio facta esset, rogatum est, ne credentes Judæi legalibus uti prohiberentur. Decernitur rata ac firma ea esse debere, quæ de Gentibus ad fidem conversis, superiore synodo statuta fuerunt: Judæis vero credentibus, usus legalium permittitur. Paulus, qui hanc ob causam Antiochiæ Petro in faciem restiterat, qui sæpius antehac scriptis epistolis, de legalibus abrogandis, contenderat; huic seniorum conventui tantum detulit, ut se illorum voluntati, ad evitandum eorum scandalum, subjecerit, & ut probaret se legis Mosaicæ observantissimum esse, una cum Nazaræis votum exsolventibus, in templo, adhibitis ritibus Num. 6. cap. requisitis, postquam non tam ex lege, quam pia & consueta abstinentia, 30. diebus a vino abstemius fuisset, capillos sibi abradi, eosque juxta consuetudinem Nazaræorum, in sacrificio pacifico pro se oblato, cremari permisit. Baron. anno Christi 58. num. 118. & seq. Nonnulli, ut supra dixi, quartam hanc apostolorum synodum omittunt", sciantque ordine præsenti nonnihil mutato, ex decimoquinto Actor. cap. quartam, ex sexto tertiam, ex quarto secundam, idque hoc modo.

" 56.

" Ex Crabbo aliis

Act. 4.

DE secunda conventione apostolorum, & discipulorum Christi notabili, legimus Actor. 4. quod ubi post adventum Spiritus sancti per prædicationes apostolorum multi credidissent in Christum, factus est numerus eorum quinque millia. De qua re dolentes sacerdotes principes, & magistratus templi, posuerunt Petrum & Joannem in custodiam. Et postquam examinassent eos, videntes Petri constantiam atque Joannis, comminati sunt eis, & denunciaverunt ne omnino loquerentur nec docerent de cetero in nomine Jesu. Petrus vero & Joannes respondentes, dixerunt ad eos: *Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate.* Sequitur conjunctio apostolorum, & discipulorum Christi. *Dimissi autem, venerunt ad suos, & annunciaverunt eis, quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Quæ cum audissent, unanimiter* simul omnes congregati *levaverunt vocem ad Deum* per inspirationem Spiritus sancti, *& dixerunt: Domine, tu es qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes? &c. Et nunc Domine respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filii tui Jesu. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati* in signum exauditionis supplicationum eorum. *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto*, ampliori scilicet gratia & caritate confortati. Unde sequitur effectus hujus: *Et loquebantur verbum Dei cum fiducia. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam, eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Nota, ex hoc decreto apostolicam fundatam esse vitam, & conversationem omnium religiosorum, vitam beatorum in patria, ubi omnia sunt communia, imitantium. Sequitur: *Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis: neque enim quisquam egens erat inter illos.*

Hic cœtus non fuit concilium, sed ortum est pro gratiæ incremento.

Psal. 2.

Effectus donorum Spiritus sancti.

Apostolorum decretum

NOTA SEVERINI BINII.

Præter hæc quatuor apostolorum concilia ex Actibus apostolorum delumpta, duosque alios eorum conventus in iisdem Actis cap. 4. & 11. descriptos, & apostolorum conciliis ex quorundam sententia, ut patet supra, adnumeratos, alia tria apud SS. Patrum & veterum doctorum scripta inveniuntur. Quorum primum illi in Judæa ipso divisionis ac separationis suæ tempore collegerunt, anno Christi 44." Baron. anno 44. num. 14. & 15. in quo symbolum, quod eam ob causam apostolorum nuncupatur, composuerunt. Clem. ep. 1. ante medium. Cypr. in exposit. symb. prope initium. Ambr. serm. de jejunio Eliæ, & epist. 81. ad Siricium. Epiph. hæresi 72. ante medium. Ruffin. in præf. exposit. symb. Aug. serm. 115. & 181. de tempore. Leo papa epist. 13. ad Pulcheriam Aug. & serm. 11. de passione. Venant. Fortunat. in præfat. exposit. symb. & alij multi. Idque non scripto, sed traditione communicarunt. Colligitur ex Irenæo lib. 1. cap. 2. & lib. 3. c. 4. Hier. epist. 61. ad Pammach. adversus errores Joan. Hierosol. post medium. Aug. lib. 1. de fide & operib. c. 9. Ambros. epist. 13. Ruffin. loco citato, S. Maximo Taurin. in exposit. symb. initio. Et ex sententia Genebr. aliorumque quorumdam, canones qui apostolorum passim vocantur, & a Clemente Romano conscripti habentur, statuerunt: licet Onuphrius initio Catalogi quem Platinæ præfixit, eos referat ad celebre concilium Hierosol. de quo supra. Credibile etiam est de eodem concilio verba facere Franciscum Turrianum, cum scribit ecclesiasticos SS. apostolorum canones non in concilio Antiocheno, sed in Hierosolymitano fuisse constitutos. Loquitur enim de eo concilio in quo demum data est abstinentia a sanguine & suffocato. Turr. lib. 1. pro canonibus cap. 25. " Constitutiones item apostolicas octo libris Clement. Rom. conclusas sanxerunt. Sacrosanctam liturgiam seu missam in octavo earumdem constitutionum libro cap. 12. alias 16. descriptam disposuerunt. Vide Genebrard. in Petro.

" 42. aut superiori 41.

Alia tria concilia, nisi conventus fuissent malis.

Acta concilii apostolorum quæ?

" Hæc dubia

Aliud eo tempore ab apostolis coactum est, quod beatiss. Virgo Maria diem extremum obiit, nempe ut triumphali ejus in cœlos assumptioni interessent. Cujus rei testes sunt, Dionys. Areopagita lib. de divin. nominib. cap. 3. post medium. Juvenalis episcop. Hierosolym. in oratione, quam hac de re ipse habuit coram Martian. August. & quidem a Niceph. transcriptam lib. 15. hist. cap. 14. S. Gregor. Turon. lib. 1. de gloria martyr. cap. 4. S. Joannes Damascen. orat. 2. de dormit. Sanctæ Deiparæ prope finem. Andr. Cretens. serm. de dormit. Deip. Epiph. presbyter serm. de Deip. Niceph. lib. 2. cap. 22. Genebr. in Petro, aliique permulti, quamvis de anno non constet. Baron. anno 48. num. 4. & seqq. præsertim 24. Quandoquidem Euseb. in chron. anno 48. Virg. Deiparæ obitum anno Christi nati 48. attribuit, adeo ut si quatuordecim vel quindecim addideris annos, quos illa partus domini tempore egerat, Baron. anno 48. n. 7. mortua omnino censenda sit anno ætatis suæ 62. vel 63. At contra Epiph. presbyter jam nominatus, ac Cedrenus in compendio, in Tiberio, quos refert Baron. anno 48. n. 5. 7. illam existimant vixisse annos 72. Ex quibus si quos dixi annos 14. vel 15. subtrahas, non poterit illius mors ante annum Christi 57. contigisse. Atque hæc dinumerandi ratio magis est consentanea testimonio S. Dionysii, qui non ante annum Christi domini 52. ad fidem conversus est: sicut nec Paulus ante annum 57. in urbem Hierosolymitanam ultimo profectus. Baron. anno 48. num. 7. Illud quod Antiochiæ habitum fuisse testatur Pamphilus martyr, vide infra post notas canonum apostolorum.

In morte B. Mariæ Virg. apostoli congregati fuerunt.

Quo anno B. Virgo mortua fuerit.

KANO-

ΚΑΝΟΝΕΣ [A]

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΣΕΠΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

α.

ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

γ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος [2] παρὰ τὸν τοῦ κυρίου διάταξιν τὸν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἑτέρά τινα ἐπὶ [3] τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, [4] ἢ ἐπιτηδεῖά, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὸν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω, πλὴν νέων χίδρων, [5] ἢ σαφυλῆς, τῷ καιρῷ τῷ δέοντι.

[2] πρὸς τὸ.

Μὴ ἐξὸν δὲ ἔσω προσάγεσθαί τι ἕτερον [*] εἰς τὸ θυσιαστήριον, [6] ἢ ἔλαιον εἰς τὸν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ [7] τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

δ.

[8] Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμεείζουσι τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὸν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. Ἐὰν δὲ [*] ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμενόντων δὲ, καθαιρείσθω.

[*] ἐκβαλῇ.

ς.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ [9] ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μὴ, καθαιρέσθω.

ζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὸν ἁγίαν τοῦ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων [10] ἐπιτελέσει, καθαιρείσθω.

η.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γνωμοσύνης μὴ μεταλάβοι, τὸν αἰτίαν εἰπάτω. Καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης

[A] a SS. & omni veneratione dignorum.

CANONES [a]

APOSTOLORUM.

[a] APOSTOLORUM.

[b] GENTIANO HERVETO [11] INTERPRETE.

I.

[b] EPiscopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

[b] Petrus Crabbus Gregorii Haloandri interpretationem adhibuit, eumque secuti Joannes Sagittarius Burdegalensis, & Franciscus Joverius Valentinus: Hervetianam Surius, Nicolinus, Binius & R. C. noſque eorum exemplo.

II.

Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

III.

[c] Si quis episcopus, vel presbyter præter domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, mel vel lac, vel pro vino siceram, vel confecta, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina præter ordinationem, deponatur, præterquam nova legumina, tempore opportuno.

Gentiani exemplar non habuit, ἢ σαφυλῆς, id est, uvam.

Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre, quam oleum ad luminare, & incensum tempore sanctæ oblationis.

IV.

Omnis autem alius fructus domum mittatur, primitiæ episcopo & presbyteris. Clarum autem est, quod episcopus & presbyteri diaconis & reliquis distribuunt.

V.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus [d] uxorem suam ne ejiciat religionis prætextu; sin autem ejecerit, segregetur; & si perseveret, deponatur.

Citatur a S. Greg. lib. 7. Reg. Epist. 30.

VI.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus sæculares curas non suscipiat: alioqui deponatur.

VII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, [e] sacri paschæ diem ante vernum æquinoctium cum Judæis celebraverit, deponatur.

VIII.

Si quis episcopus, presbyter, vel diaconus, vel ex sacerdotali catalogo, facta oblatione [f] non communicaverit, causam dicat: & si probabilis fuerit, ve-

niam

---

1 Auctor horum Canonum incertus; doctrina Apostolica; sed cum orthodoxis, & primigeniis inserti fuerint ab hæreticis eratici nonnulli a Gelasio inter apocrypha fuerunt rejecti, serius tandem a Pontificibus, Conciliis, & Patribus probati, quinque tamen exceptis, qui hæreticorum, aut corruptorum fraude irrepserunt, nempe 45. & 46. Græcè, Latinè autem 46. & 47. qui Rebaptizantium hæresim sapiunt, (licet eorum intelligentiam ad sanam doctrinam pertrahere satagat Binius) 65. jejunium Sabbathi vetante, 67. de baptizatis, & ordinatis ab hæreticis, & 84. in Canonem D. Jo. Apocalypsim non recipiente. Græci verò vulgo LXXXV. Canones Apostolicos numerant, in editione autem Herveti pro 12. & 13. duodecimum computantis LXXXIV. tantummodo sunt, ac proinde non plures in editione hac Labbeana Hervetum secuta. Apud alios etiam plures canones in unum componentes, vel aliquos omittentes minor est numerus: sic Simeoni Magistro, qui Canones 70. & 71. omittit, ac in unum contrahit 10. & 11. quemadmodum & 15. 16. & in duos dividit 38. sunt LXXXII. Iosepho Ægyptio, Arabico interpreti LXXXI. Cotelerio, (cui pro 77. & 78. est unus canon 69.) LXXVI. & Turriano, qui quartum prætermittit, LXXV. Textum Græcum contulit Hardainus cum MSS Regio 2430. & Colbertino; e quibus variantes decerpsit, quas nos etiam hic exhibemus. In Collect. MS. Bibl. Reg. 2430. Κάνονες οἱ κεχρίμενοι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, πε'. 2 παρὰ τὸν ὑπὸ κυρίου, 3 τὸ τοῦ Θεοῦ. 4 ἢ τινα. 5 al addit, ἢ σταφυλῆς σιτου. 6 καὶ ἔλαιον εἰς τὸν ἁγίαν λυχνίαν. 7 τῆς θείας ἀναφορᾶς. 8 ἡ δὲ ἄλλη. 9 ἀναλαμβανέσθω αἱ δὲ μηγε. 10 ἐπιτελέσῃ.

11 Gentianus Hervetus Canones Apostolorum cum Theodori Balsamonis scholiis vertit, & edidit Paris. 1561. fol.

niam consequatur: sin vero minus, segregetur, ut qui populo offensionis causa sit, & suspicionem dederit adversus eum qui obtulit, tamquam non digne obtulerit.

τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγει, ἀφοριζέσθω, ὡς αἴτιος βλάβης [1] γενόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν * ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος [2] * ἐμποιήσας.

IX.

De consec. dist. 1. cap. Omnes fideles.

g Quicumque fideles ingrediuntur, & scripturas audiunt, in precatione autem & sacra communione non permanent ut ecclesiæ confusionem afferentes, segregari oportet.

θ'.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστοὺς, [3] καὶ τὴν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς [4] ἀταξίαν ἐμποιοῦντας * τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή. * τῆς ἐκκλησίας.

X.

b Si quis cum excommunicato, vel in domo, una precatus fuerit, is segregetur.

ι'.

Εἴ τις ἀκοινώνητῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνευξηται, [5] οὗτος ἀφοριζέσθω.

XI.

Si quis, cum sit clericus, una cum eo, qui est depositus, oraverit, deponatur & ipse.

ια'.

Εἴ τις καθῃρημένῳ * κληρικὸς ὢν ὡς κληρικῷ ξυνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός. * κληρικὸς δε κληρικῷ.

XII.

1 Can. 5. Nican.

Si quis [a] clericus vel laicus segregatus, sive non recipiendus, discedens, in altera urbe receptus fuerit absque *i* literis commendatitiis, segregetur, & qui excepit, & qui exceptus est. Sin autem est segregatus, ejus intendatur segregatio.

ιβ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφορισμένος, ἦτοι [6] ἄδεκτος, ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει, δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, [7] ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμενος καὶ ὁ δεχθείς. Εἰ δὲ ἀφορισμένῳ [8] εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός, ὡς ψεύσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

XIII.

Citatur a Constantino epist. 2. ad Euseb. & Antioch. Episcopos scriptis. Extant apud Euseb. de vita Constant. lib. 3. cap. 57.

Episcopo non liceat sua relicta parochia ad aliam transilire, etiamsi a pluribus cogatur: nisi sit aliqua causa rationi consentanea, quæ eum cogat hoc facere, utpote ad majus lucrum, cum possit ipse iis, qui illic habitant, pietatis verbo conferre: idque non ex se, sed multorum episcoporum judicio & maxima exhortatione.

ιγ'.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται· εἰ μή τις ἔλογος αἰτία ᾖ τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν [9] ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος, δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβαλλεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

XIV.

Nic. Can. 16. Antioch. cap. 3. Vide lib. 3. de vita Constantini cap. 61. edit. Valesianæ.

k Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta sua parochia, in aliam abscesserit, & cum penitus transierit, præter sui episcopi sententiam in alia parochia maneat, *l* eum non amplius celebrare jubemus, maxime si eum adhortante episcopo ut rediret, non paruerit, in contumacia & insolentia perseverans: is tamen ut laicus communicet.

ιδ'.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῆς κληρικῆς, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπελθὼν, καὶ παντελῶς [10] μετασὰς, διατρίβῃ ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, [11] μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ· ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

XV.

b Nic. can. 16.

Sin [b] autem episcopus nihili faciens adversus eos decretam a munere cessationem, eos ut clericos receperit, segregetur ut immodestiæ & insolentiæ magister.

ιε'.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος, παρ' ᾧ τυγχάνουσι, παρ' ὁδὸν [12] λογισάμενον τὴν κατ' αὐτῶν ἐξενεχθεῖσαν ἀργίαν, [13] δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικούς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

XVI.

Dist. 32. Si quis post.

m Qui post sanctum baptismum duobus conjugiis fuerit implicitus, *n* vel habuerit concubinam, non potest esse episcopus [c], vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali.

c S. Basil. can. 22. ad Amph.

ιε'.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

XVII.

Dist. 4. Si quis viduam. a Vide leg. 3. de summa Trin.

o Qui viduam accepit, vel ejectam, vel meretricem [d], vel servam, vel mimam

ιζ'.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ εἰκέτιν, ἢ τὴν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται

---

1 γενόμενος. 2 al. addit, ὃν μὴ ἐχρῆν ἀποσχέσεως, & ita Dionysius. 3 al. addit, καὶ τοὺς ἀχρὶ τοῦ ἐκκλησίου, καὶ τοὺς ἱερεῖς γραφ. & ita Dionysius scripsit. 4 ἀναξίας 5 αὐτοῦ. 6 al. desunt ex Dionysio Exiguo. 7 προσφέρεσθαι οἱ δεξάμενοι καὶ ὁ. 8 ᾖ. 9 ποιεῖσθαι, ὡς πλέον τι... 10 ἀμετὰς, 11 οὐ μαλ. προσκαλ. αὐτὸν ἐπανελθεῖν ἐκκλείσας, οὐκ ὑπήκ. 12 ἀγνοήσαντος. 13 δέξεται.

ται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιή.

ἀδελφήν Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ * ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιθ'.

Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

κ'.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφηρέθη τὰ ἀνδρῶν, [1] ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἔστιν ἄξιος, γινέσθω.

κά.

Ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. [2] αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ'.

Εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω, [3] φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

κγ'.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

κδ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, [4] ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπιορκίᾳ, ἢ κλοπῇ ἀλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς [5] ἐπὶ τὸ αὐτό. * ὁμοίως δὲ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει ὑποκείσθωσαν.

ὡσαύτως, καὶ.

κε'.

Τῶν εἰς κλῆρον [6] προσελθόντων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν, ἀναγνώστας, καὶ ψάλτας * μόνους.

* μόνον.

κϛ'.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, τῷ διὰ τοιούτων φοβεῖν * θέλοντα, καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. [7] οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. Τοὐναντίον δὲ αὐτὸς τυπτόμενος, οὐκ ἀντέτυπτε. λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει. πάσχων, οὐκ ἠπείλει.

* θέλοντα.

κζ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος * καθαιρεισθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειν [8] ἅψασθαι τῆς ποτε ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας, οὗτος παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

καθαιρεθείς.

κη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος διὰ χρημάων τῆς ἀξίας τούτης ἐγκρατὴς γένηται, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος [9] * ἀπὸ ἐμοῦ Πέτρου.

* ὑπ' ἐμοῦ

κθ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

A seu scenicam, non potest esse presbyter, vel episcopus, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali.

XVIII.

p Qui duas sorores duxit, vel consobrinam, non potest esse clericus.

XIX.

q Clericus fidejubens deponatur.

XX.

r Eunuchus si ex hominum quidem injuria factus sit, vel in persecutione virilibus privatus sit, vel si natus est, & dignus est, fiat. Dist. 3. Eunuchus si.

B XXI.

s Qui seipsum mutilavit, ne sit clericus: est sui homicida, & Dei opificij hostis. Ibidem.

XXII.

Si quis cum sit clericus, seipsum mutilaverit, deponatur: est enim sui homicida. Nic. concil can. 1.

XXIII.

Laicus qui seipsum mutilavit, tribus annis segregetur: est enim suę ipsius vitę insidiator.

XXIV.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, fornicationis, vel perjurii, vel furti convictus, deponatur, & non segregetur. Dicit enim scriptura, *Non vindicabis bis in idipsum*. [a] Similiter reliqui quoque clerici. Nahum. 1. a S. Basil. can. 3. epist. ad Amphil.

C

XXV.

Ex iis, qui non ducta uxore ad clerum promoti sunt, jubemur, si velint uxorem ducere lectores & cantores solos.

XXVI.

Episcopum, vel presbyterum, vel diaconum, qui verberat eos qui peccant, vel infideles qui injuriam fecerunt, & per hæc vult perterrefacere, deponi jubemus. Dominus enim nos nequaquam hoc docuit; contra autem ipse verberatus, non repercussit: maledictis appetitus, maledicta non retulit: patiens, non minatus est.

D

XXVII.

Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, juste ob manifesta crimina depositus, sibi aliquando creditum ministerium attingere audeat, ab ecclesia omnino abscindatur. Chalced. conc. cap. 6.

XXVIII.

Si quis episcopus per pecunias hanc sit dignitatem assecutus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur & ipse, & qui eum ordinavit, & a communione omnino exscindatur, ut Simon magus a me Petro. Actor. 8.

E

XXIX.

Si quis episcopus sæcularibus principibus usus, per eos ecclesiam adeptus sit, deponatur, & segregetur, & omnes qui illi communicant.

1 καὶ οὕτως ἔφυγε, καὶ ἐστὶν ἄξιος ἐπισκοπῆς, γενέσθω. 2 αυτοφόντης γάρ ἐστιν, καὶ τῆς. 3 φονεύς. 4 ὁπορνείᾳ. 5 ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν θλίψει. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί. & desunt cetera. 6 παρελθόντων. al. προελθόντων. 7 οὐδαμοῦ γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος ταῦτα ἐδίδ. 8 ἐφάψασθαι. 9 ὑπ' ἐμοῦ, vel ὑπὸ τοῦ Πέτρου, ut Dionysius Exiguus,

XXX.

Si quis presbyter, contempto proprio episcopo, seorsum congregationem fecerit, & alterum altare fixerit, episcopo suo in religione ac justitia nulla in re a se condemnato, deponatur, ut imperium obtinendi cupidus: est enim tyrannus. Similiter & reliqui clerici, & quotquot ei accesserunt. Laici autem segregentur, eaque post unam alteramque ac tertiam admonitionem fiant

XXXI.

Si quis presbyter vel diaconus ab episcopo [a] sit segregatus, non liceat alii eum suscipere, quam qui ipsum segregavit: nisi forte sit mortuus episcopus qui ipsum segregavit.

a Athanasius epist. ad orthodoxos.

XXXII.

Nullus externorum episcoporum, vel presbyterorum, vel diaconorum sine commendatitiis recipiatur: iisque afferentibus examinentur. Sin minus, iis quæ sunt necessaria, aliis exhibitis, ad communionem ne admittantur; multa enim per surreptionem fiunt.

XXXIII.

t Episcopos unuscujusque gentis nosse oportet eum qui in eis est primus, & existimare ut caput: & nihil facere, quod sit arduum aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere unumquemque, quæ ad suam parochiam pertinent, & pagos qui ei subsunt. Sed nec ille absque omnium sententia aliquid agat. Sic enim erit concordia, & glorificabitur Deus per Dominum Jesum Christum.

XXXIV.

Episcopus [b] ne audeat extra suos fines facere ordinationes in urbibus & pagis non ei subjectis. Sin autem hoc fecisse convictus fuerit, præter eorum sententiam, qui tenent pagos illos vel civitatem, deponatur & ipse, & ii quos ordinavit.

b Antioch. can. 5

XXXV.

Si quis ordinatus episcopus non suscipiat [c] ministerium & curam sibi commissam, sit segregatus, donec eam susceperit: similiter & presbyter, & diaconus. Sin autem recesserit, nec susceptus fuerit, non sua quidem voluntate, sed propter populi improbitatem, ipse quidem maneat episcopus, clerus autem civitatis segregetur, quod ejusmodi rebellis & insolentis populi institutores non fuerint.

c Conc. Ephesinum.

XXXVI.

u Bis in anno fiat episcoporum Synodus, [d] & inter se examinent decreta religionis, & incidentes ecclesiasticas controversias componant: semel quidem quarta heb-

d Nic. can. 5.

A λ.

Εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς * συναγωγὴν, καὶ θυσιαστήριον * πήξει, μηδὲν κατεγνωκὼς τοῦ ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ [1] καὶ δικαιοσύνῃ, καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος. τύραννος γάρ ἐστιν. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ, καὶ ὅσοι ἐν αὐτῷ προσθῶνται· οἱ δὲ λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν καὶ δευτέραν, [2] καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

* συναγώ[illegible]
* ἕτερον [illegible]ξη.

λά.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἀπὸ ἐπισκόπου γένηται * ἀφωρισμένος, τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου [3] δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτὸν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

* ἐν ἀφο[illegible]σμῷ.

λβ'.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων [4] ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι· καὶ ἐπιφερομένων * αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ εἰ μὲν ὦσι κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, * τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε. πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται.

* δὲ αὐτῶ[illegible]
* τὰ πρὸς [illegible] χρείας αὐτοῖ[illegible]

λγ'.

C Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα [5] πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τί. οὕτως γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δωξασθήσεται * ὁ θεὸς [6] διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

* , ὁ πατὴρ [illegible] ὁ υἱὸς καὶ τὸ [illegible]γιον πνεῦμα[illegible]

λδ'.

Ἐπίσκοπον μὴ τωλμᾶν ἔξω τῶν ἑαυτοῦ ὅρων χειροτονίαν ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας D αὐτῷ πόλεις [7] καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας, ἢ τὰς χώρας γνώμην, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

λέ.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ, τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται. ὡσαύτως καὶ πρεσβύτερος καὶ διάκονος. Εἰ * καὶ μὴ δεχθείη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν, αὐτὸς * μενέτω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέ- E σθω, ὅτι τοιούτου λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγένοντο.

* δὲ ἀπελθὼν, μή.
* μὲν ἔστω

λϛ'.

Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ [8] ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν· ἅπαξ μὲν

1 ἢ δικαιοσύνῃ, 2 ἢ καί. 3 δεχθῆναι. 4 al. συστατικῶν γραμμάτων προσδέχεσθε. 5 al. omittit πράττειν.
6 διὰ Χριστοῦ & ita Dionysius. 7 ἢ χώρας.
8 ἀνευρισκέτωσαν & ita Dionysius

μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίῳ δωδεκάτῃ.

A domada pentecoſtes, iterum autem *Hyperberetæi duodecimo. * id eſt Octobris.

λζ'.

Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ, ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

XXXVII.

* Omnium rerum eccleſiaſticarum epiſcopus curam gerat, & eas adminiſtret tamquam Deo intuente. Ne liceat autem ex eis aliquid ſibi vendicare, vel propriis cognatis, quæ Dei ſunt, largiri. Sin autem ſunt pauperes, ut pauperibus ſuppeditet: ſed non eorum prætextu vendat quæ ſunt eccleſiæ.

λή.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

XXXVIII.

Presbyteri & diaconi ſine ſententia epiſcopi nihil perficiant: ipſe enim eſt, cujus fidei populus eſt creditus, & a quo pro animabus ratio exigetur.

λθ'.

Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ [2] τῶν ἰδίων τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς [3] βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλεῖψαι. καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἔνθ' ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. Δίκαιον γὰρ τοῦτο παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας * πημαίνεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ ὀφαντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον * δυσφημίαις περιβάλλεσθαι.

y Manifeſtæ ſint epiſcopi res propriæ, ſi quidem res habet proprias, & manifeſtæ res Dominicæ: ut ſit in poteſtate morientis epiſcopi, propria quibus vult & ut vult relinquere, & non rerum eccleſiaſticarum prætextu res epiſcopi intercidant, qui nonnunquam uxorem habet & liberos, vel cognatos, vel famulos. [a] Eſt enim juſtum apud Deum & homines, ut nec eccleſia damnum aliquod accipiat propter rerum epiſcopi ignorationem: nec epiſcopus vel ejus cognati eccleſiæ prætextu proſcribantur, vel in negotia liteſque incidant, qui ad eum attinent, & ejus mortem maledictis infauſtiſque verbis proſequantur.

Qu. xx. c. Sint manifeſtæ.

a Antioch. can. 24.

* δημαίνεσθαι. * δυσφημία.

μ'.

Προστάττομεν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, [4] πολλῷ ἂν μᾶλλον δέοι ἐπὶ τῶν χρημάτων [5] ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν πάντα διοικεῖσθαι, καὶ τοῖς δεομένοις διὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου τοῦ θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας * αὐτῷ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενωμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον [6] αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διετάξατο τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ * ὑπηρετοῦντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου τρέφεσθαι· ἐπείπερ οὐδὲ * στρατιῶταί ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων * ἐπιφέρονται.

XL.

Jubemus epiſcopum rerum eccleſiæ poteſtatem habere [b]. Si enim precioſæ hominum animæ ſunt ei credendæ, multo magis ei ſunt committendæ pecuniæ, ut in ejus ſit facultate omnia adminiſtrare, & iis qui egent per preſbyteros & diaconos ſubminiſtrare cum Dei timore & omni religione, & etiam, ſi ſit opus in neceſſarium ſuum uſum accipere, & fratrum qui hoſpitio excipiuntur, ita ut ipſe nullo modo egeat. Lex enim Dei hoc habet, ut qui altari aſſident, ex altari alantur: quandoquidem nec miles unquam ſuo viatico adverſus hoſtes progreditur.

Qu. xxi. c. Præcipimus. b Antioch. can. 25.

Deut. 18. 1. Cor. IX. 13

* αὐτῷ. * προεδρεύοντας. * στρατιώτης. * ἐπιφέρεται.

προεδρεύοντας, ſic enim habebat Gentiani exemplar.

μά.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων, καὶ μέθαις, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

XLI.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus aleis & ebrietatibus vacans, vel ceſſet, vel deponatur.

Diſt. 35. c Epiſcopus aut presbyter.

μβ'.

Ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω, ὡσαύτως [7] καὶ οἱ λαϊκοί.

XLII.

Hypodiaconus, vel lector, vel cantor ſimilia faciens, vel ceſſet, vel ſegregetur. Itidem & laicus.

μγ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος,

XLIII.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus,

Diſt. 47. E piſcopus aut presbyter

1 ἔστω. 2 τὰ ἴδια. 3 βάληται. 4 πολλῷ ἂν δέοι. 5 συστέλλεσθαι.
6 αὐτοὺς 7 καὶ λαϊκός. & ſic Dionyſius.

pecunias mutuo datas cum fenore exigens, vel ceſſet, vel deponatur.

XLIV.

Epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui cum hæreticis vel ſolum comprecatus eſt, ſegregetur. Sin autem eis tamquam clericis aliquid operari permiſerit, deponatur.

XLV.

z Epiſcopum, vel presbyterum, qui hæreticorum baptiſmum vel ſacrificium admiſerit, deponi jubemus. *Quæ eſt enim conventio Chriſti cum Belial? vel quæ pars eſt fideli cum infideli?* 2. Cor. 6. 15.

XLVI.

Epiſcopus, vel presbyter eum *a* qui vere habet baptiſmum, ſi de integro baptizaverit, vel ſi eum qui ab impiis pollutus eſt, non baptizaverit, deponatur, ut qui irrideat mortem & crucem Domini, & non diſcernat ſacerdotes a falſis ſacerdotibus.

XLVII.

Si quis laicus ſua ejecta uxore aliam acceperit, vel ab alio ſolutam, ſegregetur.

XLVIII.

De Conſ. Diſtinct. 4. Si quis presbyter.

b Si quis epiſcopus vel presbyter ex Domini ordinatione non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, ſed in trium principii expertium, vel trium filiorum, vel trium paracletorum, deponatur.

XLIX.

Si quis Epiſcopus vel presbyter, *c* non tria unius myſterii baptiſmata perfecerit, ſed unum baptiſmum, qui datur in mortem Domini, deponatur. Non enim dixit Dominus: In mortem meam baptizate: ſed, *Ambulantes docete omnes gentes, baptizantes ipſos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Matth. 28. 19.

L.

Si quis Epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vel omnino ex ſacerdotali numero, a *d* nuptiis, carnibus & vino, non propter exercitationem, ſed propter abominationem abſtinet, oblitus quod omnia valde bona, & quod maſculinum & femininum fecit Deus hominem: ſed blaſphemans calumniatur opificium; vel corrigatur, vel deponatur, & ex eccleſia ejiciatur. Similiter & laicus.

LI.

Si quis epiſcopus, presbyter vel diaconus *e* eum, qui a peccatis convertitur, non recipit, ſed ejicit, deponatur; quoniam Chriſtum moleſtia afficit, qui dixit, *Gaudium eſt in cœlo propter unum peccatorem pœnitentiam agentem.* Luc. 15. 7

LII.

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus in feſtis diebus carnem & vinum non ſumit, abhorrens, & non propter exercitationem, deponatur, ut qui habeat injuria-

Α τύχας ἀπαιτῶν τὰς δανειζομένας, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

μδ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, αἱρετικοῖς συνδυάζομενος * μόνον, ἀφοριζέσθω. Εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω. * μόνον hoc loco diverſa diſtinctio ſenſum diverſiſſ. facit.

μέ.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον ¹ αἱρετικῶν * δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προσάτομεν. Τίς γὰρ συμφώνησις * τῷ Χριστῷ πρὸς τὸν ² Βελίαλ; ἢ τίς μερὶς * πιστοῦ Β μετὰ ἀπίστου; * δεξαμένου. * Χριστ. * πιστ.

μς'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα, ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ, καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σωτῆρα καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων.

μζ'.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφοριζέσθω.

μή.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, κατὰ τὸν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱούς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω. C

μθ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσῃ, ἀλλ' ἓν βάπτισμα * εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου δεδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος. Εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ, πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ D ἁγίου πνεύματος. * τὸ εἰς.

ν'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, καὶ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμων, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου, οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν, ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω, ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

να'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλ' ἀποβάλλεται, καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ Χριστὸν τὸν εἰπόντα. Χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. E

νβ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἑορτῆς οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν ² καὶ οἴνου, ³ βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρείσθω, ὡς κακοτηρια-

¹ al. addunt, ἢ διάκονον. ² Βελίαρ. ³ ἢ οἶνον ⁴ alii libri omittunt hæc verba. Bλ. καὶ δι' ἄσκ.

ριασμῷ τῷ ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

νγ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ [1] φωραθείη ἐσθίων, ἀφοριζέσθω, πάρεξ παρ' ὁδὸν τῶν ἐν πανδοχείῳ [2] ἢ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην [*] καταλυσάντων.

νδ'.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει τὸν ἐπίσκοπον, [3] καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ [4] τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

νέ.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίζει πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

νς'.

Εἴ τις [*] χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

νζ'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου, ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ τῇ [*] ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω.

νή.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος, μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω, ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν [*] αὐτοῦ.

νθ'.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία, ὡς ἅγια, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ [*] λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

ξ'.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ [*] ἀγέσθω.

ξά.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον Ἰουδαίου, ἢ Ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ, ἀρνήσηται. Εἰ μὲν [*] ὄνομα Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω· Εἰ δὲ καὶ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. Μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

ξβ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, φάγῃ [5] κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. Τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν. Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξγ'.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν, [*] συνεύχεσθαι, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω.

ξδ'.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, καὶ [*] ἀπὸ τοῦ εὐθέως [6] κρούσματος ἀποκτείνει, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. [*] Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

stam conſcientiam propriam, & ſit multis offenſionis cauſa. 1. Tim. 4. 2.

LIII.

Si quis clericus in caupona comedens deprehenſus fuerit, ſegregetur, præterquam ſi in publico diverſorio in via propter neceſſitatem diverterit.

LIV.

Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponatur. *Principi enim populi tui non maledices.* Exod. 22. 28. Act. 23. 5.

LV.

Si quis clericus presbyterum vel diaconum injuria affecerit, ſegregetur.

LVI.

Si quis clericus claudum, vel furdum, vel eum, cui vitioſus eſt inceſſus, irriſerit, ſeparetur. Similiter & laicus.

LVII.

Epiſcopus vel presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit, & eos pietatem non docet, ſegregetur: & ſi in ſocordia perſeveret, deponatur.

LVIII.

Si quis epiſcopus vel presbyter, cum ſit aliquis ex clericis egenus, ea quæ ſunt neceſſaria ei non ſuppeditat, ſegregetur: ſin autem perſeveret, deponatur, ut qui fratrem ſuum interfecerit.

LIX.

Si quis *f* falſo inſcriptos impiorum libros, tamquam ſanctos, in eccleſia publicat ad populi & cleri perniciem, deponatur.

LX.

Si adverſus fidelem aliqua accuſatio intendatur, ut fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alius prohibitæ actionis, & convictus fuerit, *g* ad clerum ne provehatur.

LXI.

Si quis clericus propter metum humanum, vel Judæi, vel Græci, vel Hæretici, negaverit; ſi quidem nomen Chriſti, ejiciatur: ſi autem nomen clerici, deponatur. Pœnitentiam autem agens, ut laicus recipiatur.

LXII.

Si quis epiſcopus vel presbyter, vel diaconus [a], vel omnino ex ſacerdotali catalogo, *b* comederit carnes in ſanguine animæ ipſorum, vel quid a feris captum, vel morticinum, deponatur; hoc enim lex prohibuit: ſi autem ſit laicus, ſegregetur. a Nic. can. 10.

LXIII.

Si quis clericus vel laicus in Judæorum vel hæreticorum ſynagogam ingreſſus ſit ad orandum, deponatur & ſegregetur.

LXIV.

Si quis clericus in pugna pulſatum aliquem uno ictu occiderit, deponatur propter ſuam proclivitatem & temeritatem.

LXV.

1 φωραθῇ. 2 δι' ὁδὸν ἀνάγκην καταλύειν, 3 al. addunt, ἀδίκως. 4 al. add. φησί. 5 κρέας. 6 κρύμματος ἀποκτείνας.

LXV.

i Si quis clericus inventus fuerit die dominico jejunare, vel ſabbato, præterquam uno ſolo, deponatur: ſin autem laicus, ſegregetur.

LXVI.

Si quis virginem non deſponſatam vi allata habet, ſegregetur: ei autem aliam accipere non liceat, ſed illam retinere quam elegit, etiam ſi pauper ſit.

LXVII.

Intelligitur de Concilio Gangrensi, ut cap. 19. Concil. Nic. & 91. Can. Synodi

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus ſecundam ordinationem ab alio ſuſceperit, deponatur & ipſe, & qui ordinavit, niſi utique conſtiterit, quod ab hæreticis ordinationem habeat. Qui enim ab eis baptizati & ordinati ſunt, ut fideles vel clerici ſint, fieri non poteſt.

LXVIII.

a vel hypodiaconus, vel lector

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, [a] vel lector, vel cantor *k* ſanctam paſchæ quadrageſimam non jejunat, *l* vel quartum diem, vel paraſceven, præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: ſi ſit autem laicus, ſegregetur.

LXIX.

Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, jejunat cum Judæis, vel cum ipſis feſtos dies agit, vel ab ipſis xenia accipit; ut, verbi gratia, azyma, vel quid tale, deponatur. Si vero ſit laicus, ſegregetur.

LXX.

Si quis Chriſtianus oleum deferat in templum gentium, vel in ſynagogam Judæorum in eorum feſtis, ut lucernam accendat, ſegregetur.

LXXI.

Si quis clericus, vel laicus a ſancta ecclesia *m* ceram vel oleum auferat, ſegregetur.

LXXII.

Vas aureum, vel argenteum, vel velum ſanctificatum nemo amplius in ſuum uſum convertat; hoc fit enim præter jus & contra leges. Si quis autem deprehenſus fuerit, mulctetur.

LXXIII.

Epiſcopum a viris fide dignis ob aliquid accuſatum, ipſum ab epiſcopis vocari neceſſe eſt: & ſi ſe quidem ſtiterit, & confeſſus vel convictus ſit, ſtatuatur pœna. Si autem vocatus non paruerit, ſecundo etiam vocetur, miſſis ad ipſum epiſcopis duobus. Si etiam ſic non obedierit, vocetur & tertio, duobus ad eum rurſus miſſis epiſcopis. Si autem vel ſic aſpernans & contumax ſe non ſtiterit, Synodus ea quæ videntur, adverſus eum pronunciet, ne lucrifacere videatur, dum judicium ſubterfugit.

ξέ.

Εἴ τις κληρικὸς δρᾷ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκός, ἀφορίζεσθω.

ξς'.

Εἴ τις κατὰ σύνοδον τῶν βαπτιζομένων [1] ἔχει, ἀφοριζέσθω. Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ' ἐκείνην, ἣν [2] ἐξελέξατο, καὶ πιστὴν οὖσαν τυγχάνει.

ξζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος δεύτερον χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας. [3] Εἰ μὴν ἄρα συμβαίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔσχε τὴν χειροτονίαν. Τοὺς γὰρ παρὰ τούτων βαπτισθέντας, ἢ χειροτονηθέντας, ἅτε πιστοὺς, καὶ ἅτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξή.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, [4] ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν [5] τὰ σάββατα, ἢ τὴν κυριακὴν, ἢ παρασκευὴν ὑπηρέτει, καθαιρείσθω, ἐκτὸς εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. [6] Εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τὸ καταλόγου τῆς κληρικῆς, [7] νηστεύει μετὰ τῶν Ἰουδαίων, ἢ [8] συνεορτάζοι μετ' αὐτῶν, ἢ [9] δέχοιτο παρ' αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἤτι τοιοῦτον, καθαιρείσθω. Εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ο.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀποστέγνωσι [10] εἰς ἱερὰ ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὰς Ἰουδαίων [11] ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅψει, ἀφοριζέσθω.

οά.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω [12].

οβ'.

Σκεῦος χρυσοῦν [13] ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν, ἢ ὀθόνιον, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετερίζέσθω· παράνομον γάρ· εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

ογ'.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι [14] παρὰ ἀξιοπίστων ἀνδρῶν, καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων. Καὶ μὲν [15] ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ, ἢ ἐλεγχθεὶς, δέχεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. Εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσοι, καλεῖσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως [16] καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἢ συνόδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγόδικος.

οδ.

---

1 ἔχοι al. χεῖ. 2 ἦν καὶ 3 εἰ μὴ ἄνθρ. παρὰ αἱρετικῶν αὐτὸν ἔχειν. 4 quidam codices omittunt τὸ σάββ. 5 πεύθει. 6 δέχεται αὐτὸν 7 ἢ ὅσα τοῖς ἑορταῖς αὐτῶν λαμβ. 8 ὑπὸ

οβ'.

Εἰς μητροπόλεως τῶν κατ' ἐπισκόπου αἱρέσεων μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ * ι πιστῶν εἶναι μόνον. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

ογ'.

Ὅτι * ου χρὴ ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ * ἢ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαρίζεσθαι παρὰ ἀνθρωπίνην. οὐ γὰρ τῶν τοῦ θεοῦ ἐκλογίσεται ὑπὸ * κληρονόμους ἀφοῦλαι τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος * μενέτω ἡ χειροτονία· αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

οδ'.

Εἴ τις ἀλάστορος * ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δὲ * ἐστι, ἐπίσκοπος γινέσθω. ἡ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μόλυσμός.

οε'.

Κωφὸς δὲ ὢν ἢ τυφλὸς, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς * βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ταραττόμενα.

ος'.

Εἴ τις δαίμονα ἔχει, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαιρεθεὶς δὲ προσδεχέσθω· καὶ εἰ ἄξιος, γινέσθω.

οζ'.

Τὸν * ὀξὺ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλης ἀγωγῆς, οὐ δίκαιον εὐθὺς παρεισάγεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ τὸν * μηδὲ αὐτὸν πεῖραν ἐπιδεξάμενον, ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον· εἰ μήτι κατὰ θείαν χάριν τοῦτο * γένηται.

οη'.

Εἴ τινα, ὅτι * ὁ γὰρ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον παιδικὰς ἑαυτῷ εἰς ἐκκλησίας διακονίας, ἀλλὰ προσδιωρίσθαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς χρείαις. ἢ τηρεῖσθω οὕτω μὴ ποιῶν, ἢ καθαιρείσθω. οὐδὲν γὰρ διώκεται ὑπὸ κυρίου θαυμάσιον, κατὰ τὸν κυριακὸν παραγγέλσιον.

οθ'.

Οἱ κύριος εἰς κλῆρον προσιόντας ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν γινώσκει, * ἀκατάστατα τὰ τοιαῦτα ἐργάζεται, εἰ δὲ ποτε ἡ ἀξία φανῇ ὁ αὐτὸς φῶς χειροτονίαν βαδίζει, ὡς καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος * ἔφασαν, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τὰ ἴδια ἐκείνῳ ἀφιερώσουσι, γινέσθω.

π'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τραπέζαις χηρῶν, ἢ βαλανείοις ἐπιτρέπων, ἢ ἐμπορίαν ποιῶν, ἢ πράγματα ἐπιτηδεύων, καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ κόσμου, κόσμῳ· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, τῷ θεῷ.

πα'.

Ὅστις ὑφεῖλε βασιλέα ἢ ἄρχοντα, * τιμω-

A

LXXIV.

n In testimonium adversus episcopum [a] hæreticus ne admittatur: sed nec unus solus fidelis. *In ore* enim *duorum vel trium testium stabit omne verbum.*

[a] Vide Synod. C.P. sub Nectario ix. canon. Agathi Decr. 29. 15.

LXXV.

o Quod non oportet episcopum fratri, vel filio, vel alii cognato gratificantem, humana affectione ad episcopatus dignitatem, quem vult, eligere. Episcopatus enim heredes facere justum non est, ea quæ Dei sunt largientem. Si quis autem hoc fecerit, irrita quidem electio maneat, B ipse autem segregatione mulctetur.

LXXVI.

Si quis [b] vel oculo orbatus, vel femore oblæsus, episcopatu autem dignus sit, fiat. Non enim corporis damnum eum polluit, sed animæ inquinatio.

[b] Aristot. c. 23.

LXXVII.

Qui autem est surdus & cæcus, ne sit episcopus: non ut pollutus, sed ne ecclesiastica impediantur.

LXXVIII.

p Si quis dæmonem habeat, ne fiat clericus, sed neque cum fidelibus precetur. Purgatus autem recipiatur; & si sit C dignus, fiat.

LXXIX.

Eum *q* qui ex vita gentili accesserit & baptizatus fuerit, vel ex improba vivendi ratione, non est æquum protinus episcopum fieri. Iniquum est enim, ut qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi forte hoc divina gratia fiat.

LXXX.

Diximus non oportere episcopum vel presbyterum seipsum ad publicas administrationes demittere, sed in ecclesiasticis negotiis versari. Vel ergo ita non D facere persuadeatur, vel deponatur.

LXXXI.

Servos in clerum provehi sine voluntate dominorum, non permittimus, ad eorum qui possident molestiam. Domorum enim eversionem talia efficiunt. Si quando autem etiam dignus servus visus sit, qui ad gradum eligatur, qualis noster quoque Onesimus visus est, & domini concesserint ac E liberaverint, & ædibus emiserint, fiat.

LXXXII.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus ecclesiæ vacans, & utraque obtinere volens, Romanum scilicet magistratum & sacerdotalem administrationem, deponatur. *Quæ sunt enim Cæsaris, Cæsari: quæ sunt Dei, Deo.* Matth. 22. 21.

LXXXIII.

Quisquis regem vel principem præter

jus contumelia affecerit, pœnas luat: & si sit quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur.

LXXXIV.

1 Sint vobis omnibus clericis & laicis libri venerandi & sancti, veteris quidem testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesu Nave unus. Judicum unus. Ruth unus. Regnorum IV. Paralipomenon, id est derelictorum libri dierum, duo. Esdræ duo. Hester unus. Macchabæorum tres. Job unus. Psalterium unus. Salomonis tres, Proverbia, Ecclesiastes, Cantica Canticorum. Prophetarum XII. unus. Esaiæ unus, Jeremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus. Extrinsecus autem a vobis intelligatur, debere vestros adolescentes discere Sapientiam eruditissimi Sirach.

Nostra autem, id est, noviteſtamenti, Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis, Pauli epistolæ quatuordecim, Petri epistolæ duæ, Joannis tres, * Iudæ una. Jacobi una. * Clementis epistolæ duæ, & ordinationes vobis episcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non sunt omnibus divulgandæ, propter ea quæ sunt in eis mystica: & actus nostri apostolorum.

Hactenus Gentiani versio.

a Ex editione Crabbi in alias deinceps permeavit ista appendix sive coronis, ut vocat.

Hæc vero [a] de regulis constituta vobis sint per nos, o episcopi. Vos autem obtemperantes, salvabimini, & pacem habebitis. At si non parueritis, puniemini, & bellum mutuo perpetuum habebitis, pœnam inobedientiæ congruam daturi. Deus porro, qui solus est æternus ac universorum creator, vos omnes pace in Spiritu sancto confortabit, & aptos reddet ad omne opus bonum, immutabiles, irreprehensibiles, sine crimine, dignosque faciet æterna vita * mediatio- nobiscum, per * interceſſionem dilecti filii sui Jesu Christi, Dei & salvatoris nostri; cum quo gloria sit ipsi supra omnia Deo Patri cum sancto Spiritu consolatore, nunc & semper & in sæcula sæculorum.

Ἀρίαν τινύτω· καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφωρίζέσθω.

πδ'.

Ἔστω * πᾶσιν ὑμῖν κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης, Μωσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευιτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον. Ἰησοῦ υἱοῦ * Ναυὴ ἕν, Ῥοὺθ ἕν Βασιλειῶν τέσσαρα, παραλειπομένων τοῦ βιβλίου τῆς ἡμερῶν, * δύο, Ἔσδρα δύο, * Μακχαβαϊκῶν τρία, Ἰὼβ ἕν, [2] Ψαλτήριον ἕν Σολωμῶντος τρία, Παροιμίαι, Ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων. Προφητῶν δεκαδύο, ἕν. Ἡσαΐου ἕν, Ἱερεμίου ἕν, Ἰεζεκιὴλ ἕν, Δανιὴλ ἕν. ἔξωθεν δὲ προσισορεύθω ὑμῖν, μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σειράχ.

* δύο, Ἔσδρα δύο
* Μακκαβαίων.

Ἡμέτερα δὲ, τοῦτ' ἔστι, τῆς καινῆς διαθήκης, Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου. Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες, Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰακώβου μία, Ἰούδα μία. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο, καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι (ἃς οὐ * δεῖ δημοσιεῦσαι ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικὰ) καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

* Χρή.

Τέλος τῶν ἀποστολικῶν Κανόνων.

Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι, ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς, σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τινυοῦντες. Ὁ θεὸς δὲ ὁ μόνος ἀΐδιος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ὑμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν πνεύματι ἁγίῳ σθενώσει, καὶ καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀῤῥέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους. καὶ καταξιώσει τῆς αἰωνίου ζωῆς σὺν ἡμῖν, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ πατρὶ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

CA-

1 Joan. Antioch. tit. 50. ubi hunc canonem recitat, silet de Macchabaicis. al. hic addit, Ἰούδᾳ ἕν.
2 Ψαλμοὶ ἑκατὸν πεντήκοντα.

CANONES APOSTOLORUM SANCTORUM

ET OMNI VENERATIONE PROSEQUENDORUM,

Ex interpretatione Dionysii Exigui.

TITULI CANONUM.

I. *De ordinatione episcopi.*
II. *De ordinatione presbyterorum, diaconorum & ceterorum.*
III. *Nihil aliud in sacrificio, præter quod dominus statuit, offerendum.*
IV. *Quæ species ad altare, non ad sacrificium, sed ab benedictionem simplicem debeant exhiberi.*
V. *Quod ea quæ in ecclesiis offerri non possunt, ad domos sacerdotum a fidelibus deferantur.*
VI. *Ut episcopus aut presbyter uxorem suam, quam debet caste regere, non relinquat.*
VII. *Ut sacerdotes & ministri altaris, sæcularibus curis abstineant.*
VIII. *Quo tempore pascha celebretur.*
IX. *Quod ministri altaris oblatione celebrata, communicare debeant.*
X. *Quod fideles laici ingredientes ecclesiam, communicare debeant.*
XI. *Quod cum excommunicatis non sit orandum.*
XII. *Quod cum damnatis clericis non sit orandum.*
XIII. *Ut nullus fidelium præter commendatitias suscipiatur epistolas.*
XIV. *Ut ab episcopis aliena parochia minime pervadatur.*
XV. *Ut clerici proprias ecclesias non relinquant.*
XVI. *Ut episcopus, qui clericos alterius susceperit, communione privetur.*
XVII. *Quod bigami non admittantur ad clerum.*
XVIII. *Quod is qui viduam vel ejectam aut meretricem acceperit, non admittatur ad clerum.*
XIX. *Qui duas sorores habuerit, non admittatur ad clerum.*
XX. *Clericum fidejussorem esse non posse.*
XXI. *Quod hi qui non sponte eunuchizati sunt, suscipiantur ad clerum.*
XXII. *Ut is qui se eunuchizavit, clericus non stat.*
XXIII. *Ut clericus qui se eunuchizavit, abjiciatur a clero.*
XXIV. *Ut laicus qui se eunuchizavit, tribus annis communione privetur.*
XXV. *Quod episcopus, aut presbyter, aut diaconus, si pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur.*
XXVI. *Similiter & reliqui ministri ecclesiæ.*
A XXVII. *Qui clerici debeant conjugibus copulari,*
XXVIII. *Quod episcopus, presbyter, & diaconus. fideles peccantes verberare non debeant.*
XXIX. *Quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant.*
XXX. *Quod non debeant officia ecclesiastica pecuniis obtineri.*
XXXI. *Ut ecclesia sæculari potentia minime pervadatur.*
XXXII. *De presbytero, qui contempto episcopo, seorsum conventus congregare tentaverit.*
XXXIII. *Quod clerici damnati non debeant ab aliis recipi.*
XXXIV. *Ut nullus episcopus, presbyter, aut diaconus, sine commendatitiis suscipiatur epistolis.*
B XXXV. *De primatu episcoporum.*
XXXVI. *Quod non liceat episcopum in aliena provincia clericos ordinare.*
XXXVII. *De ordinatis episcopis, nec receptis.*
XXXVIII. *Ut bis in anno concilia celebrentur.*
XXXIX. *Ut tantum curam rerum ecclesiasticarum episcopus habeat.*
XL. *De dignitate pontificis, & quod rerum suarum habeat potestatem.*
XLI. *Quod episcopus rerum ecclesiasticarum pro dispensatione pauperum habeat potestatem.*
XLII. *Quod Episcopus, presbyter, & diaconus, aleator & ebriosus esse non debeat.*
XLIII. *Similiter clerici & laici, si permanserint in alea, communione priventur.*
XLIV. *Quod episcopus, presbyter, & diaconus, non debeat usuras accipere.*
C XLV. *Quod non debeat episcopus, presbyter, aut diaconus, cum hæreticis orare.*
XLVI. *Quod non debeant hæreticorum baptismata comprobari.*
XLVII. *Quod ecclesiæ baptismate baptizatus, denuo baptizari non debeat: & non ita baptizatus, debeat baptizari.*
XLVIII. *Laicum pellentem suam conjugem, communione privandum.*
XLIX. *Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari.*
L. *Quod non debeat una mersio in baptismate, quasi in morte Domini, provenire.*

(a) CANONES.

I.

EPISCOPUS a duobus aut tribus episcopis ordinetur.

II.

Presbyter ab uno episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

III.

D Si quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem domini alia quædam in sacrificio offerat super altare, id est, aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam, aut volatilia, aut ani-

Sacrificium missæ a domino ordinatum.

1 Al. *Incipiunt Canones Apostolorum per Clementem Papam prolati.* Al. *Incipiunt Regulæ Ecclesiasticæ Sanctorum Apostolorum, prolatæ per Clementem Ecclesiæ Romanæ Pontificem.* In Reg. MS. 1203. *Apostolorum Canones, qui per Clementem Romanum Pontificem de Græco in Latinum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati, sunt quinquaginta.* At in pervetusto Codice Bibliothecæ Parif. Soc. Jesu hæc collectio Dionysiana Canonum Apostolicorum habet hunc titulum: *Incipiunt Ecclesiasticæ regulæ sanctorum Apostolorum, prolatæ per Clementem Ecclesiæ Romanæ Pontificem, quæ ex Græcis exemplaribus in ordinem primo ponuntur: quibus quamplurimi quidem consensum non præbuere facilem, & tamen postea quædam constitutæ Pontificum ex ipsis Canonibus adsumpta esse videntur.* Quæ ipsa verba sunt Dionysii Exigui in præfatione superius posita. *Harduinus.* Lucensis hunc titulum præfert: *Regulæ Ecclesiasticæ Sanctorum Apostolorum per Clementem prolatæ.* (a) Dantur etiam variantes ex Cod. 194. Lucano sæculo VIII. scripto, in quo tamen canones sunt 49. quia duo canones conjunguntur in unum.

malia aliqua, aut legumina, contra constitutionem domini faciens, congruo tempore deponatur. A

IV.

Offerre non liceat aliquid ad altare præter novas ſpicas & uvas & oleum ad luminaria, & thymiama, id eſt incenſum, tempore quo * ſancta celebratur oblatio.

* sacra.

V.

Reliqua poma omnia ad domum primitiæ epiſcopo & presbyteris dirigantur, non offerantur in altari Certum eſt autem, quod epiſcopus & presbyteri * dividant & diaconis & reliquis clericis. B

* dividunt

VI.

Epiſcopus, aut presbyter, uxorem propriam nequaquam ſub obtentu religionis abjiciat: ſi vero rejecerit, excommunicetur: ſed ſi perſeveraverit, (*a*) dejiciatur.

Dist. 28. c. 14. Si quis docuerit. & dist. 31. c. Quicumque declarando c. Et in decr. Ivo. lib. 3. Concil. Antioch. c. 1.

VII.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam ſæculares curas aſſumat: ſin aliter, (*b*) dejiciatur.

Dist. 88. c. Episcopus aut sacerdos.

VIII.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſanctum paſchæ diem ante vernale æquinoctium cum Judæis celebraverit, (*c*) abjiciatur.

IX.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex ſacerdotali catalogo, facta [2] oblatione, non communicaverit, aut cauſam dicat, [2] ut ſi rationabilis fuerit, veniam conſequatur: aut ſi non dixerit, communione privetur, tamquam qui populo cauſa læſionis extiterit, (*d*) dans ſuſpicionem de eo qui ſacrificavit, quod recte non obtulerit. D

Concil. Antioch. c. 2. Citatur Epiſtola 1. Anacleti n. 2.

X.

Omnes fideles qui ingrediuntur eccleſiam & ſcripturas audiunt, non autem perſeverant in oratione, nec ſanctam communionem percipiunt, velut inquietudines eccleſiæ commoventes, convenit (*e*) communione privari.

De Conſ. diſt. 1. c. Omnes fideles, Concil. Antioch. c. 2.

XI.

Si quis cum excommunicato ſaltem in * domo ſimul oraverit; iſte communione privetur. E

Concil. Antioch. c. 2. * domo locutus fuerit, vel 2. Joan. 1. cap.

XII.

Si quis cum damnato clerico, veluti cum clerico, ſimul oraverit iſte damnetur.

XIII.

Si quis clericus aut laicus a communione ſuſpenſus, ſeu communicans, ad aliam properet civitatem, & ſuſcipiatur præter commendatitias literas; & qui ſuſceperunt, & qui ſuſceptus eſt, communione priventur. Excommunicato vero protelatur ipſa correptio, tamquam qui mentitus * ſit, & eccleſiam Dei ſeduxerit.

Concil. Antioch. c. 6. In decret. Ivo. lib. 3.

* ſic, Eccleſiam. Luc. fuerit.

XIV.

Epiſcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, pervadere, licet cogatur a plurimis. Niſi forte quis * cum rationabili cauſa * compellatur, tamquam qui poſſit ibidem conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa religionis aliquid ** profecto [3] proſpicere. Et hoc non a ſemetipſo (*f*) pertentet, ſed multorum epiſcoporum judicio & maxima ſupplicatione [4] perficiat.

Nic. Concil. can. 21. Antioc. Conc. c. 21.

* eum compellat,

** profectus

XV.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorum; relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter epiſcopi ſui conſcientiam, [5] in aliena parochia commoretur, hunc ulterius miniſtrare non patimur, præcipue ſi vocatus ab epiſcopo, redire contempſerit; in ſua inquietudine perſeverans. Verumtamen tanquam laicus ibi communicet.

Nic. Conc. canon. 16. Antioch. conc canon.

XVI.

Epiſcopus vero, apud quem moratos eſſe conſtiterit, ſi contra eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans tamquam clericos forte ſuſceperit, velut magiſter inquietudinis, communione privetur.

Concil. Antioch. c. 3.

XVII.

Si quis poſt baptiſma ſecundis fuerit nuptiis copulatus, aut concubinam habuerit, non poteſt eſſe epiſcopus, non presbyter aut diaconus, aut prorſus ex numero eorum, qui miniſterio ſacro deſerviunt.

Distinct. 3. c. Si quis poſt

XVIII.

Si quis viduam [6] aut ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, vel aliquam de iis quæ publicis ſpectaculis mancipantur, non poteſt eſſe epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut ex [7] eorum numero qui miniſterio ſacro deſerviunt.

Distin. 34 c. Si quis vi

XIX.

Qui duas in conjugium ſorores acceperit, vel filiam [8] fratris, clericus eſſe non poterit.

XX.

Clericus fidejuſſionibus inſerviens, abjiciatur.

XXI.

(*a*) Luc. *deponatur*. (*b*) Luc. *deponatur*. (*c*) Luc. *deponatur*. 1 Sequentes notæ ex Harduino, & Card. de Aguirre deſumptæ ſunt. Theodorus Cant. legit *fractæ*. 2 lege, *&*, ex Amalario, Reginone, & Burchardo. (*d*) Luc. *ſuſpicientem faciens*. (*e*) in Luc. deeſt *communione*. 3 *reſpicere*. Vatic. n. 630. (*f*) Luc. *præſumat*. 4 *Supplicatio non perficiat*. Var. 5 *ut in aliena*. Vatic. 6 *&*. Vatic. 7 *Ex eo numero*. Vatic. 8 *filiam patris*. Vatic.

Distin. 55. Eunuchus per. Conc. Nic. c. 1.

XXI.

Eunuchus ſi per inſidias hominum factus eſt, vel ſi in perſecutione ejus ſunt amputata virilia, vel ſi ita natus eſt, & eſt dignus, efficiatur epiſcopus.

Distin. 55. Si quis abſcidit ſemetipſum. Conc. Nic. c. 1. ſui ipſius.

XXII.

Si quis abſcidit ſemetipſum, id eſt, ſi quis amputavit [1] ſibi virilia, non fiat clericus, quia * ſuus homicida eſt, & Dei conditionis inimicus.

Nic. conc. can. 1.

XXIII.

Si quis cum clericus fuerit, abſciderit ſemetipſum, omnino damnetur, quia ſuus eſt homicida.

XXIV.

Laicus ſemetipſum abſcindens, annis tribus communione privetur, quia ſuæ vitæ inſidiator extitit.

Distin. 81. presbyter ut diaconus. Sabum 1. c. ecundum liam literam

XXV.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione privetur. Dicit enim ſcriptura: *Non vindicabit dominus bis in idipſum.*

XXVI.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni ſubjaceant.

In decret. vo lib. 3.

XXVII.

(*a*) In nuptiis autem qui ad clerum provecti ſunt, præcipimus, ut ſi voluerint, uxores accipiant: ſed lectores cantoreſque tantummodo.

Distin. 45. episcopum ut presbyterum.

XXVIII.

Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per hujuſmodi [2] volentem timeri, dejici ab officio ſuo præcipimus, quia nuſquam nos hoc dominus docuit. E contrario vero ipſe cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

Iſai. 53. 2. Petr. 2. 23.

Antioch. concil. can. 4.

XXIX.

[3] Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, depoſitus juſte ſuper certis criminibus, auſus fuerit attrectare miniſterium dudum ſibi commiſſum, hic ab eccleſia penitus [4] abſcindatur.

Chalc. conc. 3.

XXX.

Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem: dejiciatur & ipſe, & ordinator ejus, & a communione modis omnibus [5] abſcindatur, ſicut Simon magus a Petro.

Act. 8.

XXXI.

Si quis epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus uſus eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur, & ſegregentur omnes * qui illi communicant.

* quiqui.

XXXII.

Si quis presbyter contemnens epiſcopum ſuum, ſeorſum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens [6] quo reprehendat epiſcopum in cauſa pietatis & juſtitiæ, deponatur, quaſi principatus amator exiſtens; eſt enim tyrannus: & cæteri clerici quicumque tali conſentiunt, [7] deponantur, laici vero ſegregentur. Hæc autem poſt unam & ſecundam & tertiam epiſcopi obſecrationem fieri (*b*) conveniat.

Antioch. concil. c. 5.

XXXIII.

Si quis presbyter, aut diaconus ab epiſcopo ſuo ſegregetur, hunc non licere ab alio recipi, ſed ab ipſo qui eum ſequeſtraverat, niſi forſitan obierit epiſcopus ipſe qui eum ſegregaſſe cognoſcitur.

Nic. conc. can. 5. Antioch. c. 6. item epiſtola Alex. quæ extat apud Theodoretum lib. 1. cap. 4.

XXXIV.

Nullus epiſcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, ſine commendatitiis ſuſcipiatur epiſtolis. Et cum ſcripta detulerint, diſcutiantur attentius, & ita ſuſcipiantur, ſi prædicatores pietatis extiterint: [8] ſin minus, nec quæ ſunt neceſſaria, ſubminiſtrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per ſubreptionem multa proveniunt.

Antioch. concil. can.

XXXV.

Epiſcopos Gentium ſingularum ſcire convenit, quis [a] inter eos primus habeatur, quem velut caput exiſtiment, & nihil amplius præter ejus conſcientiam gerant, quam illa ſola ſinguli, quæ parochiæ propriæ & villis, quæ ſub ea ſunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conſcientiam faciat * aliquid: ſic enim unanimitas erit, & glorificabitur Deus per Chriſtum in Spiritu ſancto.

Antioch. concil. can. 9. a Anaclet. ep. 3.

* aliquid in eorum parochiis.

XXXVI.

Epiſcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in civitatibus & villis quæ illi nullo jure ſubjectæ ſunt. Si vero convictus fuerit hoc [9] feciſſe, præter eorum conſcientiam qui [10] civitates & villas detinent; & ipſe deponatur, & qui ab illo ſunt ordinati.

Antioch. concil. can. 13.

XXXVII.

Si quis epiſcopus non ſuſceperit officium, & curam populi ſibi commiſſam, hic communione privetur, quoadusque conſentiat, obedientiam com-

Antioch. concil. can. 17. & 18.

1 *Sibi* deeſt in Vatic. (*a*) Luc. *innuptis*. 2 Alias *valentes*. 3 Canon hic viceſimus nonus appellatur a Zacharia Papa an. 747. 4 *abſcidatur*. Vatic. 5 *abſcidatur* Vatic. 6 *quod* Vatic. 7 *deponantur* deeſt in Vatic. (*b*) Luc. *convenit*. 8 *extiterint, minus ac quæ ſunt neceſſaria ſubminiſtretur*. Vatic. 9 *feciſſe* deeſt in Vatic. 10 *civitates ipſas* Vatic.

modans similiter autem [1] presbyter, & diaconus. Si vero perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici vero civitatis communione priventur, [2] eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt.

XXXVIII.

Nic. conc. can. 5. Antioch. conc. c. 20. Bis in anno episcoporum concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes ecclesiasticas contentiones (*a*) amoveant: semel quidem quarta septimana pentecostes, secundo vero duodecima die mensis * Hyperberetæi.

* id est, Octobris.

XXXIX.

12. quæst. 1. c. sint manifestæ. Conc. Antioch. c. 25. Omnium negotiorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis, quæ Dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tamquam pauperibus subministret, * nec eorum occasione ecclesiæ negotia [3] deprædetur.

* ne

XL.

Presbyteri & diaconi præter episcopum nihil agere pertentent. Nam domini populus ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem.

Antioch. c. 24. Sint autem manifestæ res propriæ episcopi, (si tamen habet proprias) & manifestæ dominicæ, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit, [4] derelinquere: * nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, quæ episcopi esse probantur, intercidant: fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut servos. Et justum est hoc apud Deum & homines, ut nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis, nec episcopus vel ejus propinqui [5] obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant qui ad eum pertinent, morsque ejus injuriis. [6] malæ famæ * subjiciatur.

* ne

* subjaceat

XLI.

12 quæst. 1. c. Præcipimus, ut. Conc. Antioch. c. 24. Præcipimus, ut in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretiosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate ejus indigentibus omnia dispensentur per presbyteros & diaconos, & cum timore omnique (*b*) solicitudine ministrentur. [7] Ex iis autem, quibus indiget, si tamen indiget, ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum usus [8] ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino deesse. Lex enim Dei [9] præcipit, ut qui altari deserviunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma [10] (*c*) sustulit.

12. quæst. 1. c. Ex iis autem. Levit. in pluribus capit. Et Deut. 18. 1. Cor. 9. 13.

XLII.

Distin. 30. c. Episcopus aut presbyter. * deponatur communione privetur. Episcopus aut presbyter aut diaconus, aleæ atque ebrietati deserviens, aut desinat, aut certe * damnetur.

XLIII.

Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communione privetur. Similiter etiam laicus.

XLIV.

Distin. 47. c. Episcopus aut presbyter. Et in decret. Ivo. libr. 3. ubi additur, damnetur, & communione privetur. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus usuras a debitoribus exigens; aut desinat, aut certe damnetur.

XLV.

Episcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis oraverit, tantummodo communione privetur: si vero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere vel orare, damnetur.

XLVI.

2 Corint. 6. [15] Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari præcipimus. *Quæ enim conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli?*

XLVII.

Distin. 32. c. præter. §. sciendum sententialiter. Episcopus aut presbyter, si eum qui secundum veritatem habuerit baptisma denuo baptizaverit, aut [11] polutum ab impiis non baptizaverit; deponatur, tanquam deridens crucem & mortem domini, nec sacerdotes a falsis sacerdotibus jure discernens.

XLVIII.

Si quis laicus uxorem propriam pellens, alteram vel ab alio dimissam duxerit; communione privetur.

XLIX.

Si quis episcopus aut presbyter juxta præceptum domini non baptizaverit in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis; abjiciatur.

L.

De consec. distinct. 4. c. Si quis presbyter. Et in decret. Ivonis lib. 2. Si quis [12] episcopus aut presbyter non trinam mersionem unius mysterii cele-

---

1 *Et presbyter* Vatic. 2 *eo* deest in Vatic. (*a*) Luc. *absolvant*. 3 *deprehendentur*. Vatic. 4 *delinquere; ne*. Vatic. 5 *sub obtentu*. Vatic. 6 Alias *& malæ*. (*b*) Luc. *reverentia*. 7 *Ex his autem, quæ indiget ad suas necessitates*. Vatic. 8 *Et ipse*. Vatic. 9 *præcepit*. Vatic. 10 *sustollit*. Vatic. (*c*) Luc. *assumit* 11 *aut si pollutum*. Vatic. 12 Al. *non trina mersione unius mysterii baptismæ celebret*. Paris. *non in trina*. Vatic.

celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari videtur in domini morte, deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, In morte mea baptizate: sed, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti* [1].

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Canones Apostolorum.) Canones hos auctoritate Apostolorum conditos, eorumque traditione nobis traditos, Clemens Romanus S. Petri discipulus Græce conscripsit: Dionysius autem Romanus abbas, cognomento Exiguus, Græcarum literarum peritissimus, tempore Justini Imperatoris scriptor celeberrimus, eosdem Latine, quam potuit accuratissime & fidelissime, transtulit.

Horum 50. priores tantum, quorum ultimus est de trina in baptismate mersione, præter Apostolicam & orthodoxam doctrinam, ab antiquis Pontificibus, conciliis & Patribus approbatam, nihil continentes, velut authentici recipiuntur, cap. 3. dist. 16. & juxta vulgatam SS. Patrum regulam, quoniam auctor eorum alius ignoratur, Apostolica traditione ad nos dimanasse, recte creduntur, Reliqui posteriores a Gelasio Pontifice canon. Sancta. dist. 15. inter apocrypha recensentur; tum quod eorum auctor ignoretur, tum etiam, quod ex illis quosdam a Græcis dolose suppositos & superadditos, quosdam ab hæreticis corruptos esse, ex canon. 65. & ultimo evidenter constet. Quia tamen ex his posterioribus fere omnes, præter prædictos duos, vel Romanorum Pontificum auctoritate, vel aliorum conciliorum Decretis, vel quorumdam Patrum sententiis confirmati & approbati inveniuntur, ut ex nostris annotationibus hisce & marginalibus manifestum est, adeo ut non leviter nec temere dubitetur, sintne illi hinc a Pontificibus, Conciliis, ac Patribus accepti, an potius ex ipsorum sententiis huc translati, jure meritoque hi omnes, præter prædictos duos, inter authenticos haberi possent, ac deberent.

Qui numerum quinquagenarium authenticorum canonum impugnant, eo quod S. Zephyrinus Pontifex prima sua epistola, cujus fragmentum canon. 2. dist. 16. extat, 60. vel (ut alia quædam lectio habet) 70. sententias ab Apostolis præceptas esse scribat, quodque 2. canone sextæ Synodi universalis, 85. canones Apostolorum recepti & approbati sint; Hoc scire oportet, prædictas 60. vel 70. sententias, quas Zephyrinus ab Apostolis præscriptas esse refert, omnes 50. canonibus sive capitulis Apostolorum contineri; sic, ut uno canone plures sententiæ comprehendantur. Vide Turr. lib. 1. cap. 20. Sexta universalis synodus de numero horum canonum nihil definivit: allegatus sub nomine sextæ synodi canon. 2. est illegitimi conciliabuli potius quam concilii. Nam vera sexta synodus, ut patet action. 4. & 5. concilii Nicæni II. nullos canones edidit. Centum autem & duo illi qui sub hujus nomine editi sunt, sexta jam absoluta, ab Episcopis post annos aliquot tempore Justiniani Constantinopolim reversis, in palatio, quod dicitur Trullum, constituti sunt, & a Sergio Pontifice, qui tunc sedebat, reprobati. Baron. anno Christi 102. num 16. & seqq. Bellarm. lib. 1. de concil. cap. 7. Anton. Possevinus in apparatu sacro.

b Episcopus) Idem statuitur canone 21. concilii Arelat. I. & canone 4. concilii Nicæni, canone 5. concil. Arelat. II. canone 12. Carthag. II. Refert Epiphanius lib. 9. cap. 16. Theod. lib. 5. cap 9. Grat. dist. 64. & seqq. Hoc idem est, quod S. Paulus 1. ad Timoth. cap. 4. scribit his verbis: *Noli negligere gratiam quæ est in te per impositionem manuum presbyterii.* Nam per presbyterium SS. Patres, Chrysostomus, Theophylactus, Oecumenius, &c. intelligunt trium, aut plurium episcoporum cœtum: in quo unus, metropolitanus nimirum ordinat: reliqui duo, aut plures ordinanti assistunt, simulque cum eo super caput ordinandi manus imponunt. Quod in S. Jacobi Apostoli, & Hierosolymitani episcopi ordinatione, per Petrum, Paulum, & Joannem peracta, observatum esse, & deinceps in quorumvis aliorum episcoporum consecratione observari debere, S. Anacletus epistola 2. recenset. Idem præcipitur concilio Nicæno I. canone 4. & concil. Carthag. IV. canone 2. Quod cœtus episcoporum presbyterium nominetur, ne mireris. Olim enim commune erat presbyteri nomen, tam sacerdotibus, quam episcopis: ut patet ex epistola Irenæi ad Victorem, quæ extat apud Eusebium, lib. 5. hist. cap. 25. Vide Baron. anno Christi 58. num. 3. & seqq. Et quamquam ordinarie tres ut minimum episcopi ad novi episcopi ordinationem & consecrationem requirantur, tamen ob raritatem episcoporum, aliamve justam causam, per summi Pontificis dispensationem fit, ut cum uno episcopo ordinante, adsint duo, aut plures abbates infulati, qui vicem episcoporum gerant. Bellarm. de eccles. lib. 4. cap. 8.

Canon 3. 4. Communicaturi panem & vinum in Ecclesia offerebant.

c Si quis episcopus.) Die dominico fiebant oblationes in Ecclesia, quarum aliæ in altari consecrabantur, aliæ in sustentationem ministrorum Ecclesiæ in gazophylacio conservabantur. Panis & vinum a communicaturis, sive dominicum sumpturis, in Ecclesia offerebantur: sed priusquam per diaconum, cui id ex officio incumbebat ad altare consecrationis gratia deferrentur, in gazophylacio recondebantur, donec inquisitio facta fuisset, sintne hujusmodi oblationes, quæ domino digne offerri possent: quia non nisi catholicorum, & bonæ vitæ fidelium, oblationes recipiebantur. Huc facit, quod inquit S. Augustinus, serm. 215. de Tempore: *Oblationes, quæ in altari consecrentur, offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit.* Item illud Cypriani, lib. de Operibus, & de Eleemosyna: ubi ait, *Locuples & dives es, & dominicum celebrare te credis, quæ corbonam* (gazophylacium, alias secretarium, qui dicitur locus in quem oblationes, antequam ad altare portarentur, sunt illatæ. Possidonius in vita Augustini cap. 24.) *omnino non respicis? quæ in dominicum sine sacrificio venis? quæ partem de sacrificio, quod pauper obtulit sumis?*

Oblationes Episcopus dispensat.

Reliquorum oblatorum, unde Ecclesiæ ministri alebantur, dispensator erat Episcopus, qui eas cuique Ecclesiæ ministro, prout opus esse videbatur, erogabat. Sumebat quisque menstruam sportulam: unde etiam ii, qui hæc victus stipendia capiebant, Clerici sportulantes dicebantur. Cyprian. epistola 34. & 66. Baron. anno Christi 57. n. 72. & 145. item anno Christi 58. n. 89. Hinc illam antiquissimam consuetudinem offerendi aliquid in Missa (de qua Pius I. in suis Decretis: & Fab. epistola 3. concil. hujus cap. 7. & 8. Et Aurelian. 1. canon. 16. August. Cyprian. prædictis locis. Hieron. epistola 3. ad Heliod. Tertull. in apolog.) originem sumpsisse est verisimile.

Canon 5.

Clerici ordinati suas uxores alere non autem cognoscere debent.

d Uxorem suam ne ejiciat.) Hoc canone non præcipitur, ut conjugatus clericus uxori suæ maritali commercio cohabitet, liberisque procreandis & generandis incumbat; sed potius ut ii qui habent uxores, juxta præceptum Pauli, 1. Timoth. cap. 5. & exemplum S. Petri, 1. Corinth. 9. illarum curam habeant, ipsisque de omnibus, quæ ad vitam honeste degendam requiruntur, provideant. Hujus expositionis veritas elucescit, primum ex titulo, quem huic canoni Dionysius abbas præfixit. Secundo, ex epist. Clem. 2. qua Clementi a Petro præcipitur, ut tales ministri altaris ordinentur, qui ante sui ordinationem uxores suas reliquerunt, id est, ipsis consentientibus, a carnali copula abstinuerunt. Ita in vetusto exemplari Vaticanæ Bibliothecæ legi, scribit Turrian. lib. 1. cap. 1. pro canon. Apost. Tertio, S. Gregorius lib. 1. Ind. epist. 42. constituit non modo, ut non Episcopi, sed ne quidem Subdiaconi, ad sacros Ordines recipiantur, nisi qui cum uxoribus ante habitis continentes deinceps vixerint. Cum itaque eodem libro, epist. 38. Apostolica lege & constitutione hac citata, Episcopis præcipiat, ne uxores suas relinquant; non aliter hunc canonem intelligi voluit, quam ut ii, qui ob susceptos sacros Ordines usu conjugii abstinent, uxorum suarum curam habere non desinant. Quarto, communi omnium fere patrum consensu ac testimonio, constat, quod si quis legitime conjugatus, uxore consentiente, episcopatum & ordines susceperit, is tam in orientali quam occidentali Ecclesia, vel muneris Episcopalis exercitio, vel uxoris suæ conjugali consuetudine abstinere debuerit. Vide Epiphan. in compend. Hier. contra Vigilantium, & epist. 50. ad Pammachium, Basil. epist. 17. Leonem epist. 82. cap. 4. ubi ne quidem Subdiaconis permittit uxoribus uti. Quinto, Apostolica constitutione bigamis, etiamsi cœlibes & continentes sint, susceptio sacrorum ordinum majorum interdicitur, ut patet infra, canon. 17. & seqq. Quomodo igitur ordinatis auctoritate Apostolica præcipietur, ut uxoribus, quas habent legitimas, conjugali consuetudine & commercio cohabitent, ipsisque debitum petentibus licite reddant? Sexto, patres concilii Nicæni 1. omnes omnino mulieres, præterquam matres, sorores, avias, aut amitas a contubernio clericorum prohibentes, quid aliud volunt, quam ut sacris Ordinibus initiati, ab omni conjugali commercio se contineant? Patres concilii Carthag. II. Canone 2. ingenue profitentur id sanctos Apostolos docuisse, & in Ecclesia antiquitus ab omnibus observatum esse. Dices: canone 15. sextæ Synodi statutum est, ut conjugati ad sacros Ordines allecti, uxores, quas habebant, retinerent, iisque certis tantum diebus exceptis, admiscerentur. Respondeo. Jam supra dixi, testimonio SS. Patrum eorum qui interfuere Concilio Nicæno II. quod habetur actione 4. & 5. istius Concilii, constare, sextam Synodum universalem nullos canones edidisse: evulgatos autem 102. sub hujus nomine canones, omnes spu-

Refellitur quædam objectio.

[1] Nota, quod quinquagesimus hic Canon respondet Græco quadragesimo nono, quæ canones Græcorum tertium in duos Dionysius dispertit, quemadmodum & vicesimum quartum; sed in unum contrahit Canones Græcos XXXVIII & XXXIX

ſpurios eſſe : quippe qui non a ſexta Synodo, ſed potius a quodam illegitimo & reprobato conciliabulo, in Trullo (a quo Trullani canones nominantur) habito, editi ſunt. Baron. an. Chriſti 58. num. 18. & ſeqq. Bellarm. lib. 1. de verbo Dei, cap. 20. & 2. de Rom. Pontif. cap. 17. & 18. & lib. 1. de Concil. cap. 7. Item lib. 1. de cler. cap. 21. Balſamonis igitur hujus canonis expoſitio, velut hæretica, fugienda eſt.

Canon 7. Non eſſe Paſcha cum Judæis celebrandum

e Sacri Paſcha diem.) Judæi ſicut & Quartadecimani hæretici, 14. luna primi menſis Paſcha celebrarunt, ante vernale æquinoctium. Ne igitur Eccleſia novum paſchale feſtum, ad leges ceremoniales paulatim abrogandas inſtitutum ſimul cum Judæis eodem tempore celebret, auctoritate Petri, aliorumque Apoſtolorum decretum eſt, ne unquam id ante vernale æquinoctium fiat. *Si quis enim cum Judæis*, inquit S. Ignatius, epiſt. 8. ad Philipp. *Paſcha celebrat, aut Symbola eorum recipit, particeps eſt eorum qui dominum occiderunt, & Apoſtoles ejus.* Ut autem hæc incommoda facilius & ſecurius evitentur, addiderunt iidem Apoſtoli, ut Paſcha die dominico celebretur. Id conſtat ex epiſt. S. Protherei Epiſcopi Alexand. ad S. Leonem Rom. Pontif. quæ extat apud Bedam de ratione temporis, cap. 42. qua ait, Petrum Apoſtolum Romæ hoc docuiſſe, & eadem ab eo accepta S. Marcum Ægyptiis tradidiſſe. Item Socrates, qui cum Novatianus fuerit, atque ideo una cum Judæis & Quartadecimanis hac de re ſenſerit, lib. 5. cap. 21. ſic ſcribit: *Sane quidem qui Romam & alias partes occidentis incolunt, Petrum & Paulum Apoſtolos conſuetudinem* (celebrandi Paſcha die dominico) *quam illi tenent, ipſis reliquiſſe affirmant.* Euſebius lib. 5. hiſtor. cap. 22. docet, patres ſanctiſſimos, qui ſe tempore Victoris Papæ Quartadecimanis oppoſuerunt, ut die dominico Paſcha celebraretur, ſibi vindicaſſe. Si apoſtolica & antiquiora teſtimonia requiras, accipe auctoritatem S. Joannis Apocal. cap. 1. ubi diei dominici, tamquam in Eccleſia celebris diei, qui ſcilicet dominicæ reſurrectioni conſecratus ſit, meminit. Adde ejus qui temporibus Apoſtolorum vixit, & ſedem Apoſtolicam Antiochenam a Petro fundatam adminiſtravit, teſtimonium Ignatii, epiſt. 6. ad Magneſianos, qua *celebrandum* ait *diem dominicum, ut dierum principem, reſurrectioni domini conſecratum.* Hanc ſanctam apoſtolicam de Paſchate traditionem, Judaizantium Eccleſiarum conſuetudine violatam, Pius Pontifex, edito decreto, quidem firmavit & ſtabilivit, (ut eſt apud Euſeb. in chron.) non autem primus illius de Paſchate ſanctionis eccleſiaſticæ auctor eſt. Vide quæ dicemus infra, in vita Pii: item quæ habet Baron. anno domini 159. num. 1. & ſeqq. Bellarm. de ſanctis, lib. 3. cap. 12.

Paſcha die dominico celebrandum. " Proterii.

Canon 8. Olim miniſtri altaris in Miſſa ſolemni, cui aſſiſtebant, communicarunt. " Suſpecta, ut poſtea monebimus de hac ſimilibuſque.

f Non communicaverit.) Sub pœna excommunicationis mandatur omnibus & ſolis clericis, ut, dum ſolennibus diebus ſacrificanti in Miſſa ſolenniter miniſtrant, & altari aſſiſtunt, niſi juſta aliqua de cauſa excuſentur, communicent. Hæc expoſitio confirmatur ex epiſt. 1. Anacleti ", num. 2. ubi hunc canonem citans, de ſolis clericis, altari aſſiſtentibus, loquitur. Itaque probabile eſt, hanc ob cauſam fortaſſe in concilio Altiſiodorenſi, cap. 19. ſtatutum eſſe, ut clerici, quia nimirum in Miſſa communicaturi erant, jejuni ad miniſterium altaris accederent. Totum tamen hoc decretum, non divino ſed humano jure conſtitutum, jam contraria conſuetudine eſt abrogatum. Bellarm. lib. 2. de Miſſa cap. 10. Suarez tom. 3. diſp. 69. ſect. 3. Franc. Turr. lib. 1. cap. 22. de canon. Apoſt.

Canon. 9.

g Quicumque fideles ingrediuntur.) Duplex eſt expoſitio hujus canonis. Prima eſt concilii Antiocheni, can. 2. non excommunicari, vel damnari eos, qui ſimpliciter & abſolute extra legitima & conſtituta certa tempora non communicant: ſed eos dumtaxat, qui certa de cauſa, nimirum ob aliquam ſuperſtitionem, aut pravam opinionem, ſcripturas quidem audiunt, ſacram autem communionem averſantur. Verba prædicti can. 2. ex concil. Antioch. hæc ſunt: *Qui ſanctam Euchariſtiæ participationem propter aliquam inſolentiam averſantur.* Confirmatur hæc expoſitio in decretis, collectis a S. Martino Bracarenſi, tom. 2. in concil. Bracarenſi II. extantibus decreto 83. ubi ſic expreſſius legimus. *Si quis intrat ad Eccleſiam Dei, & ſacras Scripturas audit, & pro luxuria ſua avertit ſe a communione ſacramenti, & in obſervandis myſteriis declinat conſtitutam regulam diſciplinæ, illum talem projiciendum eſſe de Eccleſia catholica decernimus.* Ab hac, expoſitio gloſſæ, in cap. Omnes fideles, de conſecrat. diſt. 1. non diſcrepat.

Miſſa complere & integre audienda.

Secunda expoſitio hæc eſt, Non excommunicari eos, qui in Miſſa, quam audiunt, non communicant, ſed potius illos damnari, & communione privari, qui uſque ad conſummationem integro ſacrificio non aſſiſtunt. Ita evidenter exponit Gentianus Hervetus in alia lectione hujus canonis: eaque manifeſte probatur per dictum c. Omnes fideles, & cap. Cum ad celebrandas de conſ. diſt. 1. Utraque bona eſt, licet prior contextui magis conſentanea eſſe videatur. Bellarm. & Suarez prædictis locis.

Can. 10. 11. Excommuni-

h Si quis cum excommunicato.) Prohibetur ſub pœna excommunicationis exterior communicatio cum excommunicato, etiam in privata oratione. Idem ſtatuitur cap. Excommunicatos 11. quæſt. 3. ibi, *Nec cum eis in oratione communicent.* Et cap. duobus ſeqq. *Cum excommunicato.* Et *Qui communicaverit.* In quibus juribus fermonem eſſe de communicatione in oratione privata, colligitur ex eo, quod conjungatur cum communicatione in cibo, potu, & communi ſermone. Hæc eſt communis interpretatio, & ſententia uſu recepta: quam ſequuntur Covarr. cap. Alma. part. 1. parag. 3 num. 8. Suarez tom. 3. diſp. 12. ſect. 2. Ratio eorum eſt, quod excommunicato omnis exterior communicatio cum aliis fidelibus ſit interdicta: oratio privata autem ſit quædam exterior communicatio. Dices cum Navarro, in manuali capite 27. num. 36. parag. ad 3. Conſortium in oratione privata eſt utile ad ſalutem excommunicati: quomodo ergo hic prohibetur? Reſpondeo. Triplex eſt communicatio cum excommunicato: una in crimine, altera in divinis, tertia in humanis. Prima prohibita eſt, quia ex ſe mala eſt. Duæ poſteriores malæ ſunt, quia expreſſo jure prohibitæ. Cum ergo orare privatim cum excommunicato, nimirum, ſi cum eodem recitentur horæ canonicæ, vel officium B. Virginis, aut defunctorum, ſit cum eodem communicare, illicita eſt & mala, quia jure eccleſiaſtico prohibita. Nam illi dum ſimul orant, non intendunt ſpiritualiter promovere ipſum excommunicatum, quod utilius fortaſſe faceret, ſi per ſe ac ſeparatim uterque oraret: ſed ſaltem adinvicem ſe juvare, & communi opera illud officium, ſeu miniſterium perficere, intendunt.

Triplex eſt communicatio cum excommunicato.

i Literis commendatitiis.) Commendatitiæ literæ ſolebant dari perſonis peregrinantibus, de moribus ſuſpectis, ne quid de illis dubitetur. Hæ iiſdem, quocumque pergerent, apud Chriſtianos pro viatico erant. De quo Lucianus in Peregrino: *Suſcepta ſecunda peregrinatione, egreditur vagaturus, ſatis ſibi viatici in Chriſtianis poſitum eſſe exiſtimans.* De commendatitiis, communicatoriis, aliiſque multis epiſtolarum generibus, Baron. anno Chriſti 142. num. 7.

Canon 13. Quæ literæ commendatitiæ

k Si quis preſbyter.) Hujus canonis mentio fit in epiſtola Conſtantini ad Euſebium de Antiocheno epiſcopatu abdicato, lib. 3. de vita Conſtantini, cap." 57. & ſeqq.

Canon 14. " In Gl. Valeſii ed. eſt 61.

l Eum non amplius celebrare.) Non velut irregularem, ſed tamquam de jure ſuſpenſum: patet ex can. 10. conc. Antiocheni II.

Canon. 15.

m Qui poſt ſanctum baptiſmum.) Quod Apoſtolus Paulus 1. ad Timoth. & ad Titum cap. 3. præcipit, ut Epiſcopus ſit unius uxoris vir: hoc idem hic ſtatuitur, ne ſcilicet ad ordines ſuſcipiendos admittatur, quiſquis vel ſimul, vel ſucceſſive duas uxores duxerit, aut ducere tentaverit, eaſque carnaliter cognoverit. Non igitur hic ſecundæ nuptiæ, tamquam illicitæ, damnantur: ſed auctoritate apoſtolica conſtituitur, quod idem a patribus Nicæni concil. I. confirmatum eſſe, teſtatur S. Ambroſius ad Eccleſiam Vercell. ut omnis vere bigamus, irregularis ſit: tum quod matrimonium iteratum, & bis conſummatum, unam illam conjunctionem unius ſponſi Chriſti cum unica ſponſa Eccleſia, cujus ſignum eſt, teſte Paulo ad Epheſ. cap. 5. non ſatis perfecte & accommodate ſignificet cap. *Debitum, de bigamis*: tum etiam, quia incontinentiæ alicujus ſignum eſt, ideoque quamdam indecentiam ad clericatum inducit: cum clericus & exemplo, & verbo, alios ad caſtitatem inducere debeat. Unde Ambroſ. 1. de offic. cap. ultim. *Quomodo*, inquit, *poteſt eſſe hortator viduitatis, qui ipſe conjugia frequentaverit?* Requiritur autem utriuſque matrimonii conſummatio, ut declaratur dicto cap. *Debitum*. Primo, quia ſine hac non eſt perfecta ſignificatio illius perfectæ, de qua Paulus prædicto loco ad Epheſ. cap. 5. *Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia*, conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, quæ in carnis aſſumptione contigit. Per copulam enim, vir & uxor fiunt una caro: juxta illud Adæ Geneſ. 2. *Et erunt duo in carne una*. Secundo, quia ubi nulla carnalis copula intervenit, nulla fit carnis diviſio in plures: nulla etiam exercetur, aut oſtenditur, cum effectu incontinentia. Suarez tom. 3. diſp. 49. ſect. 1.

I. cauſa.

II. cauſa.

Cur ad irregularitatem ex bigamia contrahendam, requiratur matrimonium conſummatum.

n Vel habuerit concubinam.) Quamquam tam vagus, quam adulterinus concubitus, pœna digniſſimus eſt, tamen irregularitate puniri non ſolet: ut recte notarunt Soto 4. ſent. quæſt. 3. art. 1. ad 1. Covarr. Clem. ſi furioſus 1. parte, parag. 2. num. 2. Ratio eſt, quia nulla bigamia hoc caſu committitur. Unde Covarr. prædicto loco, id quod hic dicitur, nunc uſu revocatum, & ſublatum eſſe tradit. Quamquam melius dicatur, publicum concubinarium, tam vagum, quam adulterinum, ratione infamiæ hic irregularem eſſe, conſtitui & declarari. Infamis enim ad ſuſceptionem ordinum non eſt admittendus. Canon. *Infamis*. 6. q. 1. Suarez prædicto loco, diſp. 49. ſect. 2. Aliam expoſitionem vide apud Turr. lib. 1. cap. 13.

Fornicatores & adulteri, an, & quomodo irregulares

o Qui viduam accepit.) Interpretative bigamus irregularis eſſe decernitur. Eſt enim bigamia triplex. Una vera, cum aliquis duas uxores habuit, & cum utraque copu-

Canon 17. Bigamia quotuplex.

copula intercesſit: de qua in præcedenti canone: altera interpretativa, quando non vere, sed virtualiter, & ex interpretatione tantum, duplex matrimonium intercesſit: nimirum, si vel duo matrimonia illicita quis simul contraxerit, vel unum licitum, alterum illicitum, aut si viduam, aut ab aliquo alio corruptam duxerit: de qua hoc canon. & seqq. Tertia est similitudinaria, qua, solemni voto castitatem professus, irregularis fit, si uxorem etiam virginem ducere tentaverit, eamque cognoverit: de qua canone *Quotquot.* 27. quæst. 1.

Canon. 18

p Qui duas sorores.) Hoc casu alterum matrimonium nullum est, sive fiat vivente conjuge, sive non: & nihilominus ob bigamiam irregularis esse decernitur. Multo magis igitur is bigamus erit & irregularis, qui prima uxore adhuc vivente, scienter secundas nuptias, quamtumvis invalidas, contraxerit, & consummaverit.

anon. 19. & quomodo clericus fiſſor esse t.

q Clericus fidejubens.) Clericus fidejussionibus inserviens, ideſt, valde serviens, adeoque frequens in fidejubendo, pro laicis præsertim, puniri debet, ita Gloss. cap. 1. de fidejuss. Si tamen ex pietate & rationabili causa pro iisdem fidejubeat, tantum abest ut peccet, ut potius id meritorie agere possit. Panorm. prædicto cap. 1. Semper autem valet fidejussio in foro fori, sive pro clerico, sive pro laico fidejubeat, ut ex cap. 2. & seq. eod. lib. colligunt Panormit. ibidem. Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. cap. 13. num. 18. &c. In foro autem conscientiæ propter hunc canonem aliud decidendum est.

anon. 20. tur a I. t. Nic.

r Eunuchus.) Quod involuntaria virilium membrorum præcisio nullam irregularitatem inducat, hoc canone statuitur: quod autem spontanea sui ipsius procurata castratio ipsum castratum irregularem efficiat, etiamsi bono zelo pietatis contigerit, seqq. canonibus decernitur. Idem Deuter. cap. 23. cautum erat, ne scilicet eunuchus in Ecclesiam Dei intraret. Ob hanc causam Origenes spontaneam virilium excisionem perpessus, & post per Alexandrum Hierosolymorum episcopum sacerdotio initiatus, de perperam susceptа ordinatione accusatur, & tandem a Demetrio Alexandrino episcopo damnatur. Eusebius lib. 6. hist. cap. 7. & 17. Baron. anno Christi 208. num. 1. & 2. item anno Christi 230. num. 1. & 2. &c. De Leontio olim presbytero, postea episcopo Antiocheno Arianæ factionis, hæc Athanasius epistola ad solit. *Inter eos Leontius ille castratus, quem nec sub laici quidem specie ad communionem admitti oportuit, eo quod seipsum abscidit, ut libere cum Eustolio dormiret, revera quidem muliere, quam ipse virginem prædicaret.* Socrates lib. 2. cap. 2. de eodem, habet ipsum ea de causa presbyterio privatum, & postea Arianum factum esse. *Is cum presbyter esset, dignitate*, inquit, *privatus est.* Plura exempla eunuchorum depositorum vide apud Baron. anno 230. n. 5.

xempla & æ eunuchum.

anon. 24. a inconntium clerum quæ.

s Fornicationis &c.) Omnis episcopus, presbyter & diaconus continens esse debet, ut patet supra. Itaque ordinaria pœna est incontinentium clericorum, ut ab ordinibus deponantur quidem, non autem excommunicentur, ne videlicet unum peccatum pluribus pœnis puniatur: quamquam ad privationem ministerii quandoque pro gravitate criminis, vel etiam si peccatum non emendetur, excommunicatio addatur, ut patet canone 28. 29. 52. &c. Huc facit illud Leonis, epist. 92. ad Rusticum Narbonensem episcopum, ubi dicit: *Ex apostolica traditione descendit*, quod scilicet per solam manus impositionem ad pœnitentiam recipiantur, aliter quam excommunicati. Pulchre hoc idem Basilius in suis canonibus Apostolorum can. 25 hunc secutus, inquit, can. 3. *Diaconus qui postquam in eum gradum ascenderit scortatus fuerit, gradu suo moveatur, in ordinem tamen laicorum rejectius, Ecclesia no prohibeatur.* Deinde subjungit. Est enim vetus canon, hunc proculdubio intelligens, ut qui de gradu suo dejecti fuerint, eo solo supplicio mulctentur: cujus canonis scriptores illud secutos credo, quod scriptum est Nahum cap. 1. *Non vindicabis bis in idipsum*, Hoc idem inquit canone 31. fornicarium vel potius incestuosum Corinthium, qui uxorem patris sui habebat, a Paulo Apostolo 1. ad Corinth. 5. excommunicatum esse, eademque censura omnes alios fornicatores ex præcepto Apostoli plectendos ac puniendos esse, verum est de laicis, non de clericis. Corinthius enim prædictus laicus fuit non clericus. Vide Turr. lib. 1. cap. 6. pro canonibus.

an. 33. 34.

t Episcopos uniuscujusque gentis.) Nicæna synodus can. 6. & Ephesina illis actis quæ post 7. can. edita sunt, hos Apostolorum canones sequuntur, statuentes ut singuli Episcopi suum primum & metropolitanum agnoscant, atque extra suam diœcesim nihil agant; sed potius Episcopus Alexandriæ, secundum canones (intellige Apostolorum hosce 35. & 36.) Ecclesias Ægypti, Episcopus Orientis orientales Ecclesias guberñet: ita Nicænum concilium. Ephesina enim synodus prædicto loco ait, præter canones Apostolorum esse, quos Episcopus Antiochiæ Cypri in provinciis ordinationes factebat: ideoque ad instantiam Zenonis, Evagrii, & plurium aliorum Episcoporum Cypriorum SS. Synodus decrevit, ut secundum canones sanctorum Patrum (quos Paulo ante apostolicos nominarat) & secundum antiquam consuetudinem Episcopi Ecclesiarum Cypri per seipsos ordinationes Episcoporum facerent. Fuisse autem tempore Apostolorum singulorum Episcoporum jurisdictionem certis limitibus circumscriptam, patet ad Tit. cap. 1. ubi Paulus præcipit Tito ut constituat Episcopos per singulas civitates; ut sic singuli Episcopi singulas sibi commissas civitates regant & gubernent: ita Chrys. & Theophyl. in hunc locum. Unde quamquam ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus Episcopis, qui in eadem provincia fuerint, celebrandæ sint, tamen sacerdotes reliqui a proprio Episcopo tantum ex præcepto Apostolorum ordinari debebant. Patet ex Epistola secunda Anacleti, ex concil. Antioch. can. 22. Cyprian. &c. Vide Turr. lib. 1. cap. 9. & 13. pro canonibus Apost.

Jurisdictio Episcoporum præterquam Romani, certis & finitis limitibus circumscripta est

u Bis in anno fiat Episcoporum Synodus.) Huc facit illud Anacleti in epistola prima, cum ait, *ubi fuerint summorum* (intellige Episcoporum) *congregata congregatio, quæ per singulos annos fieri solet ac debet*; indicans non tantum receptæ consuetudinis, sed etiam salutaris præcepti esse, ut Episcopi de rebus fidei & moribus Ecclesiæ aliquid constituere singulis annis conveniant. Hac de re Antiochena Synodus can. 20. *Recte habet quod in singulis provinciis bis quolibet anno concilia habeantur.* Item Nicænum I. *Visum est bene habere, ut per unamquamque provinciam singulis annis concilia celebrentur.* Quibus verbis patres hujus Synodi aperte significant, se nihil novi hac de re constituere; dicunt enim, Recte habet, visum est bene habere; sed potius quod jam prius auctoritate Apostolica statutum, & consuetudine communi, eaque utilissima receptum erat confirmare. " Tertullianus Nicæna & Antiochena Synodo antiquior, " lib. de jejunio contra Psychicos: *Aguntur*, inquit, *præcepta per Græcias illas certis in locis concilia ex universis Ecclesiis, per quæ & altiora quæque in communi tractantur, & ipsa repræsentatio nominis Christiani magna veneratione celebratur.* Hæc sane non aliunde quam ex consuetudine & traditione Apostolica didicisse probabile est. Vide Turr. lib. 1. cap. 10.

Canon. 38. Concilia bis in anno celebranda.

" In edit. Rigaltii p. 711. Aguntur præterea per Græcias illa, &c. Ego per provincias lego

x Omnium rerum ecclesiasticarum curam.) Quod hic Apostolis auctoribus pie ac utiliter est constitutum, id Antiochenum concilium can. 24. bene ac recte antiquo Apostolorum canone constitutum esse confirmat. *Bene habet*, ait, *oportere bona Ecclesiæ eidem Ecclesiæ servari.* Unde Paschalis secundus citans hunc canonem, sic inter sua decreta ait: Canone Apostolorum statutum est, ut omnium rerum ecclesiasticarum curam habeat Episcopus, & eas velut Deo contemplante dispensет. Huc pertinet etiam id, quod sancitum est can. 7. concilii Gangr. Citatus est hic, canone 12. Nicæni II. Turr. c. 14. lib. 1. pro canon. Apostolor.

Canon 39. Episcopus bonorum ecclesiasticorum dispensator.

y Manifesta sint.) Hoc antiquis canonibus vetitum esse, testantur Patres concilii Chalced. canone 22. Itaque cum nullus alius quam Apostolicus canon id statuisse inveniatur, per antiquos canones unum ex his intellexisse conjicere licet. Turr. lib. 1. cap. 14. pro canon.

Canon. 40.

z Hæreticorum baptisma) Hæreticorum baptisma, non eadem forma qua confertur ab Ecclesia collatum, nullum est, adeoque rejiciendum. Hoc modo baptizarunt illi qui Apostolorum tempore can. 49. & 50. in tribus patribus, seu in nomine trium principii expertium, aut trium filiorum, vel trium paracletorum, vel in morte domini baptizabant; quique, ut glorioſissimæ Trinitatis confessionem destruerent, catholici baptismatis formæ aliquid vel addebant, vel subtrahebant. Ita baptizarunt Gnostici teste Irenæo lib. 1. c. 18. In nomine Ignoti patris omnium, & in Veritate matris omnium, & in nomine descendentis Jesu ad unitionem, & redemptionem, & communionem virtutum. Hoc modo, forma baptismi corrupta, Paulianistæ baptizarunt, ideoque ab his baptizati, venientes ad Ecclesiam catholicam iterum baptizari præcipiuntur can. 19. concil. Nicæn. Niceph. lib. 10. hist. cap. 35. refert, quemdam Episcopum Arianum nomine Deutrum, baptizasse in nomine Patris, per Filium, in Spiritu sancto, & addit miraculose accidisse, ut aqua quæ ad baptismum parata erat, repente in deæstationem Arianæ hæresis, quam ille prædictis verbis profiteri intendebat, disparuerit. Tempore Apostolorum, forma baptismi mutasse & corrupisse Cerinthum ex eo colligit Baron. anno Christi 167. num. 2. quod Christi divinitatem negaverit, atque ut docet Irrenæus lib. 1. cap. 25. Christum a Jesu sejunxerit. Ita intelligendum est, quod in vita Pii legitur in Romano pontificali. *Hic constituit hæreticum venientem ex Judæorum hæresi suscipi & baptizari:* Suarez. tom. 3. disp. 21. sect. 3.

Canon. 45. Formam baptismi a Christo institutam essentialiter mutantes, nullum baptismum conferunt.

Canon. 46. Baptismus ab hæretico collatus valet, adeoque iterandus non est, modo legitima forma servata fuerit.

a Qui vere habet baptismum.) Etiamsi ab hæreticis ministratum sit, modo in forma illius cum Ecclesia consenserint, valet baptisma, ideoque nequaquam reiterandum est. Hanc sententiam Stephanus Papa contra Cyprianum, multosque alios Africanos, sola Apostolica hac (ut inquit Eusebius) traditione fretus defendit; qui vero juxta formam ab Ecclesia præscriptam per expressam S. Trinitatis invocationem non sunt baptizati, si ad Ecclesiam veniant, baptismo catholico baptizandi sunt.

sunt. Marcion hæresiarcha, non tantum anabaptismum hic damnatum introduxit, sed etiam tertium ad peccata diluenda concessit. Epiphan. hæresi 42. Baron. anno Christi 146. num. 12.

Canon. 48. Qua forma baptisma conferendum.

b Si quis Episcopus.) Præcipitur ut baptizantes sub forma a Christo præscripta, per expressam videlicet S. Trinitatis invocationem, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti baptizent. Unde Clemens Papa lib. 3. constit. cap. 16. *Nominans*, inquit, *invocationem Patris & Filii & Spiritus sancti, baptizabis eos in aqua*; & lib. 7. cap. 23. *Baptizare debes quemadmodum dominus præcepit, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Pelagius in cap. Si revera, de consecrat. dist. 4. dicit baptismum datum in nomine Domini esse nullum, & in cap. Multi sunt, eadem distinct. idem dicit de baptismo dato in nomine Christi. Zacharias Papa cap. In synodo distinct. eadem, expresse docet, baptismum non perfici, nisi in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, ita ut qui vel unam de Trinitate personam in baptismo non invocaret, verum baptisma conficere non posset. Quo sensu igitur Apostoli in actibus dicantur baptizasse in nomine Christi, & quomodo illud Nicolai Papæ, cap. A quodam Judæo de consecr. dist. 4. ubi ait baptismum in nomine Christi, vel Trinitatis collatum validum esse, intelligendum sit; vide Suarez tom. 3. disp. 21. sect. 3.

Canon. 49.

c Non tria unius mysterii baptismata.) In hoc canone directe damnatur error eorum qui baptizabant in nomine Christi mortui pro nobis, & ad hunc ritum magis introducendum utebantur una mersione tantum. Contra hos ergo docetur, invocandam esse Trinitatem, & additur ter esse mergendum tum propter consuetudinem illius temporis, tum in detestationem illius erroris. Quod autem hæc sit intentio hujus canonis, patet ex ratione quam subdit, dicens: Non enim dixit Dominus in morte mea baptizate, sed in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Et quamquam fortasse hinc & ex cap. *Multi sunt*, de consecr. dist. 4. trina mersio necessitate sacramenti ad baptismum requiri videatur, ideoque sancti Patres, (Dionysius cap. 2. de eccles. hierarch. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 27. Athanasius quæst. 125. ad Antioch. Hieronym. dial. contra Lucif. Augustin. serm. 91. & 201. de temp. Ambros. lib. 2. de sacr. cap. 7. &c.) hanc trinam mersionem ex apostolica traditione ortam scribant, & quod maximum est in concilio Constant. primo can. 7. error Eunomii docentis, ut testatur Theod. lib. 4. hæret. fabular. non oportere baptizandum ter immergere, damnatus sit; tamen ex communi theologorum consensu certum est ad essentiam hujus sacramenti constituendam sufficere quamlibet ablutionem aqua factam, sive per aspersionem, sive per immersionem unam aut tres fiat. Ex concil. Tolet. 4. cap. 5. constat unam mersionem sufficere, trinam mersionem vero necessariam non esse: ubi etiam refertur responsio Gregorii Papæ ad Leandrum, quæ habetur lib. 1. regist. epistol. 41. qui consultus hac de re, quoniam in Hispania quidam triplici mersione, alii una tantum baptizabant; respondit utramque retineri posse, sive trina mersio adhibeatur ad significandam Trinitatem personarum, sive una tantum ad confirmandam divinitatis unitatem. Addit autem consultius fuisse tunc posteriorem baptizandi modum retinere, ad vitandum Arianorum errorem, qui naturarum divisionem, & Trinitatem in trina mersione profitebantur. Aspersionem sufficere, Cyprianus lib. 4. epist. 7. parag. quæsisti, testatur, & baptismo Apostolorum Actor. 2. uno die tribus millibus hominum collato: sicut etiam ex consuetudine Ecclesiæ, & facto sancti Laurentii colligitur. Modus autem baptizandi is usurpandus est unicuique, qui ex consuetudine Ecclesiæ suæ præscriptus & receptus est. Ex auctoribus supra commemoratis nihil aliud probatur, quam quod illo tempore ritus baptizandi per trinam mersionem consuetudine vulgari receptus fuerit. Eunomius per concilium Constantinop. damnatus fuit, quoniam hæretico spiritu, & ad introducendos falsos errores, illam ceremoniam auferebat. Vide D. Thom. 3. parte, quæst. 66. & ibidem comment.

Quamvis ablutionem ad essentiam baptismi sufficere.

Eunomius trinam mersionem rejiciendam esse docens, cur damnatus?

Canon 50. A quibus hæreticis nuptiæ cum esu carnis prohibitæ, & cur?

d Nuptiis, carnibus & vino.) Impius Saturninus, ejusque gregales primi a matrimonio, & a propagatione, ac manducatione carnis animatæ, cujus auctor diabolus sit, abstinendum esse, Apostolorum temporibus docuerunt: ut patet ex Ignatio, epist. 9. & 13. Iræneo, lib. 1. cap. 22. Idem post illum tempore Ignatii, Ebionitæ, Encratitæ, Tatiani, Marcionitæ, & Manichæi, docuerunt. Hos teste Hieronym. lib. 1. contra Jovinianum, Ambrosio, Chrysostom. aliisque in cap. 4. epist. ad Timoth. Spiritus sanctus venturos designavit, eorumque doctrinam per Apostolum Paulum 1. ad Timoth. cap. 4. condemnavit: atque ideo optimo jure, censuræ ecclesiasticæ subjiciuntur, quicumque a nuptiis & carnibus, quasi per se malæ & prohibitæ sint, abstinent. Vide Baron. anno Christi 57. num. 188 & seqq.

Canon 51. Hæresis Novatianorum quæ fuerit, & unde orta?

e Eum qui a peccatis convertitur.) Hic canon ab Origene lib. 3. contra Celsum citatus, Stoicorum philosophorum errorem, quem Montanus & Novatiani in Ecclesiam a se invectum pertinaciter defenderunt, nimirum lapsos ad pœnitentiam recipiendos non esse, damnat. Hæc ex Cyprian. epist. 52. Baron. anno Christi 254. num. 104. & seqq.

Canon 52.

Canon 57. citatur a Justiniano, constitutione 6. ad Epiphanium Archiepiscopum Constantinopolitanum de recte ordinandis Episcopis, &c. Vide Turr. cap. 21.

Canon 53. Libri hæreticorum prohibiti

f Falsos inscriptos impiorum libros.) Hujus meminit Clemens lib. 1. const. Apostolicarum, cap. 7. ubi dicit, Apostolos prohibuisse initio fidelibus libros gentilium & falsorum prophetarum. Huc facit illud Actor. 19. ubi dicitur multos ab Apostolis conversos, libros curiosos & vanos contulisse, & coram omnibus combussisse. Vide Bellarm. lib. 3. de clericis, cap. 20.

Canon 54.

g Ad clerum ne provehatur.) Quia irregularis est. Vide quæ dixi supra in notis ad canon. 16. verbo, *Concubinam.*

Canon 55.

h Comederit carnes in sang.) Vide quæ diximus in notis ad concil. III. Hierosolymitanum supra.

Canon 56.

i Si quis clericus.) Hunc canonem supposititicium esse, Baron. anno Christi 102. num. 15. probat hisce rationibus. Primo, quod a nullo sanctorum Patrum, & nequidem ab Epiphanio, in comp. doctrinæ, ubi solum dominicos dies a jejunio quadragesimæ excipit, citatus esse reperiatur, cum tamen sæpe canones Apostolicos citare soleant. Secundo, quia Romana Ecclesia jejunium sabbati, a Petro & Paulo sibi traditum, vel ad commemorandam Christi sepulturam, vel ad imitandum exemplum biduo mortis Christi jejunantium & mœrentium, suscepit, ut patet ex Augustino epist. 85. Innocent. epist. 11. cap. 4. concil. Eliberit. canone 21. conc. Agath. canone 13. Quod sane Ecclesiam Romanam contra Apostolicam prohibitionem feciisse, Clementem, qui canones Apostolorum a se conscriptos noverat, permisisse, Petrum & Paulum observari mandasse, nequaquam cogitari, aut dici posset, si hic canon sabbati, præterquam Paschalis, jejunium vetans, Apostolis auctoribus conditus esset. Verum cum S. Ignatius, epist. 8. ad Philippenses, hæc scribat: *Si quis dominicam diem, aut sabbatum (uno excepto) jejunavit, hic Christi interfector est*: deque corrupto hoc loco Ignatii per Græcos suspicio esse non possit; quia hujus jejunii sabbatini, non tantum apud Ignatium prædicto loco, & canone 55. Trullanæ synodi, sed etiam apud Clement. lib. 7. constit. cap. 24. Gregorium Nyssenum, orat. contra eos qui ægre ferunt reprehensiones, &c. item apud Anastasium Nicænum, lib. quæst. quæstione 77. mentio fit; hanc repugnantiam, si qua esse videtur, ita conciliari posse existimo. De jejunio sabbati non fuisse canonem Apostolicum, ut recte Baron. & Bellarm. sentiunt, sed diversas tamen & contrarias fuisse consuetudines orientalis & occidentalis Ecclesiæ. Orientalis ex pia consuetudine sabbato, uno paschali excepto, non jejunabat, idque in odium & detestationem hæreticorum, Simonis magi, Menandri, Saturnini, Basilidis, Cerinthi, Carpocratis, eorumque sectariorum, Cerdonis & Marcionis; qui omnes Deum auctorem Mundi, cum omnibus a se creatis rebus, malum esse, atque ideo a carnis esu, & propagatione per matrimonium abstinentes, die sabbato jejunandum esse, ne Creator Mundi, qui die septima requievit, honorari videatur, docebant & observabant, ut constat apud Irenæum l. 1. c. 20. & seqq. 41. & seqq. Orientalis proinde Ecclesia, ut dictam Deo illatam contumeliam vindicaret, ac honorem Dei creatoris universi, contra sævos Dei & Ecclesiæ hostes defenderet ac propugnaret, communi consensu recepit, ne quis die sabbato jejunaret, sed potius illum magna cum hilaritate transigeret, ac instar diei dominicæ celebraret. Hoc sensu Ignatius dixit prædicto loco: Si quis sabbatum jejunarit, Christi interfector est, quia nimirum Deo debitum honorem & gloriam adimere conatur. Occidentalis Ecclesia, hæresi prædicta jam extincta & propulsata, non licite tantum, sed etiam pie sabbato jejunat, ut longissime quam potest, a Judæis sabbato epulantibus recedat: memoriam humilitatis domini, qui die sabbati mortuus, & sepulcro inclusus jacuit, veneretur: Apostolos, aliosque discipulos Domini, qui sponso suo ablato, feria sexta & sabbato in luctu & mœrore fuerunt, imitetur & ad dominicæ diei celebritatem præparetur. Vide Baron. prædicto loco. Item anno Christi 57. n. 202. & seqq. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pontific. cap. 27. & lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 18.

Ex diversa consuetudine & causa sabbato occidentales jejunant, orientales olim a jejunio abstinebant.

Orientales cur sabbato non jejunaverunt?

Occidentalis Ecclesia cur sabbato jejunet.

Cur universalis Ecclesia die dominico non jejunet.

Sed cur die dominico neque orientalis neque occidentalis Ecclesia jejunat? Ut hæreticos Christi resurrectionem negantes, ideoque diem dominicum in luctu, mœrore, ac jejunio transigentes, telis & armis quasi iisdem retortis, vincat ac superet. Vide Baron. prædicto loco, & anno Christi 58. n. 63.

Canon 58. De quadragesimali jejunio

k Sacram Paschæ quadragesimam.) Quadragesimale jejunium, quod ante Pascha 40. vel fere 40. diebus semper huc usque celebratum est, ab Apostolis Domini institutum est; atque universæ Ecclesiæ, sub pœna excommunicationis, aut depositionis, observari mandatum est. Hieronym. in epist. ad Marcellam, adversus Montanum: *Nos unam quadragesimam, secundum traditionem Apostolorum, toto anni tempore nobis congruo jejuna-*

junamus. S. Leo ſermon. de Quadrageſima: *Quod ergo, dilectiſſimi, in omni tempore unumquemque conſentit facere Chriſtianum, id nunc ſolicitius & devotius eſt exequendum, ut Apoſtolica inſtitutio 40. dierum jejuniis impleatur*. Vide Bellarm. de bonis operibus in particulari, cap. 14. Baron. anno Chriſti 57. num. 194. & ſeqq.

Modus obſervandi hoc quadrageſimale jejunium non omnium unus & idem erat: alii enim uno die, alii tribus, alii ſex diebus ab omni cibo abſtinebant, ut patet ex teſtimonio Irenæi, quod eſt apud Euſebium lib. 5. hiſtoriar. cap. 24. Philonis in libro de vita theorica ſuppl. Epiphanii in compendiaria doctr. Hieron. in epiſtola ad Marcellam, Auguſt. epiſtola 118. cap. 4. &c. Prioribus ſæculis aliquos jejunatum fuit, quatuor dominicis exceptis, per dies 36. Quibus, ut compleretur numerus quadragenarius, quatuor dies Eccleſia addidit, & ubique recepit. Cauſa inſtituti jejunii quadrageſimalis una eſt, ut Chriſtum qui eſt caput noſtrum quadraginta diebus jejunantem, noſtri cauſa patientem, nos etiam quantum poſſumus quadraginta diebus jejunando, corpus noſtrum affligendo, imitemur. Ignatius epiſtola ad Philip. Baſil. orat. 1. de jejunio, Gregor. Nazianz. orat. in ſanctum lavacrum, Hieronym. in cap. 58. Iſaiæ, &c. Altera eſt ut Chriſtiani omnes pro negligentiis toto anno commiſſis, quaſi communem & publicam pœnitentiam agant. Ita Leo ſermon. 4. de quadrageſ. Tertia eſt ut ad ſacram communionem ab omnibus in Paſchate ſumendam, præparemur. Chryſoſt. homil. 1. in Geneſ. Hieronym. in cap. 3. Jonæ. Plura hac de re apud Bellar. & Baron. prædictis locis.

Cur jejunium quadrageſimæ inſtitutum?

ejunium feæ quartæ & xtæ, cur, & quibus inſtitum ſit?

Modus jeiandi quis?

l Vel quartum diem vel paraſceven.) Sub eadem cenſura, qua jejunium quadrageſimale, præcipitur obſervari jejunium feriæ quartæ & ſextæ, idque ad commemorandum Chriſtum Dominum feria quarta venditum, & ſexta feria crucifixum. Apoſtolica autem auctoritate hæc nobis tradita ac demandata eſſe inde probatur, quod S. Ignatius epiſt. 8. ad Philipp. Tertull. lib. de jejunio, Clemens Alexand. lib. 7. Strom. ultra medium, Origenes homil. 10. in Levit. Epiphan. in compend. doctr. Hieronym. in cap. 4. ad Galatas, Auguſt. in epiſtola 86. ad Caſulanum, &c. hujus jejunii velut antiquitus inſtituti meminerunt. Cum igitur ſecundum regulam S. Auguſt. in epiſt. 118. ad Januar. & lib. 4. de baptiſmo cap. 24. illa omnia ſine dubio ex Apoſtolica traditione deſcendant, quæ in univerſa Eccleſia obſervantur, & in nullo Eccleſiæ concilio inſtituta inveniuntur; certum eſt, jejunia quadrageſimæ, quartæ & ſextæ feriæ ab Apoſtolis inſtituta eſſe. nam horum fit mentio apud auctores qui omnia concilia, exceptis Apoſtolicis, præceſſerunt. Extra quadrageſimam feria ſexta & quarta, nunc ſabbato (jejunium enim feriæ quartæ in latina Eccleſia nunc translatum eſt in ſabbatum) jejunantes, ex lege & præcepto a carnibus, ex arbitrio & beneplacito a prandio abſtinent. Vide Baron. anno Chriſti 57. n. 199. & ſeqq. Bellarm. de bonis operibus in princ. lib. 2. cap. 17.

Canon 72. & 73. 74.

m Ceram vel oleum, &c.) Hi duo canones citantur ab Anacleto epiſtola prima, & explicantur a Turriano lib. 1. pro canonibus cap. 22.

Epiſcopi ac eabyteri a cularium dicum potete exempti.

n In teſtimonium adverſus Epiſcopum.) Citatur ab Anacleto epiſt. prima, & ab Alexandro epiſt. 1. & Damaſc. epiſt. 3. Conſtantini Imperatoris factorae dicto hæc confirmantur, qui libellos hæreticorum adversus Epiſcopos & presbyteros ſibi oblatos combuſſit, . . teſtatur Sozom. lib. 1. cap. 16. & ad Epiſcopos commiſſus, hac quæ extant apud Ruffinum lib. 1. cap. 2. dixit. *Deus vos conſtituit ſacerdotes, & poteſtatem dedit de nobis quoque judicandi, & ideo nos a vobis recte judicamur: vos autem non poteſtis ab hominibus judicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate judicium, & veſtra jurgia, quæcumque ſunt, ad illud divinum examen reſervantur. Vos autem nobis a Deo dati eſtis Dii, & conveniens non eſt ut homo judicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in medio Deorum, in medio autem Deos diſcernit*. Theodoretus lib. 1. cap. 11. addit Conſtantinum jurejurando adjecto dixiſſe, ſe ne verbum quidem inſcriptum perlegiſſe: *Nam ſacerdotum, inquit, vitia non ſunt populo aperienda, ne ille inde cauſa offendiculi arrepta licenter peccare aggrediatur. Quin etiam eum hoc quoque adjeciſſe memorant: Si ſuis oculis Epiſcopum alienæ uxori ſtuprum inferre forte videret, facinus illud nefandum ſuo paludamento ſe obtecturum, ne facinoris aſpectus, eos qui idipſum cernerent, ulla ex parte læderet*. Baron. anno Chriſti 325. num. 42. & 44. de quæ ſcribit anno Chriſti 342. num. 30.

o Non oportet Epiſcopum.) Citatur a Concilio Antiocheno can. 23. Sicut enim hic vetatur Epiſcopo ſucceſſorem eligere, ita eidem ibi præcipitur, ut non conſtituatur Epiſcopus, niſi poſt mortem prædeceſſoris, idque in conventu Epiſcoporum, ſecundum legem Eccleſiaſticæ conſuetudinis. Turr. lib. 1. pro canon. cap. 14. Canon 75.

p Si quis dæmonem habeat.) Hæc Apoſtolica conſtitutio poſterioribus temporibus, creſcente numero fidelium, qui ſine his incommodis poſſent ad hoc munus aſſumi, amplius reſtricta eſt. Arreptitii enim qui a dæmone vexantur nunc per canonem Maritum, diſtinct. 33. ad ſuſcipiendos ordines perpetuo irregulares ſunt. Quamquam ex voces, *recipitor*, aperte colligatur, etiam hunc ſine in erventu diſpenſationis purgatum a dæmonio ad ſuſcipiendos ordines non fuiſſe admiſſum. Vide Suarez tom. 5. diſp. 51. ſect. 1. n. 7. Canon 78. An arreptitii ſint irregulares.

q Qui ex vita gentili.) Quod hic canon, idem Nicænum Concil. canone 2. ſtatuit; citatur etiam ab Origene libro tertio contra Celſum: Apoſtolicum igitur eſſe dubitari non poteſt. Per Epiſcopum intellige etiam Presbyterum: quod ex ratione ſubjecta colligitur, quam ſubjungit: Docere enim non tantum ad Epiſcopos, ſed etiam ad presbyteros pertinet. Turr. lib. 1. cap. 13. Canon 79.

r Sint vobis.) Hic canon apocryphus eſt & ſurreptitius: tum quod ſcripturarum canoni, contra omnium Conciliorum & Patrum communem ſententiam, quoſdam libros apocryphos, nimirum, conſtitutiones & epiſtolas Clementis addat: tum quod ſacram S. Joannis Apocalypſin, a Græcis rejectam, ab univerſa autem Eccleſia, a multis & antiquiſſimis Conciliis ac Patribus receptam, eidem ſacræ ſcripturæ canoni fraudulenter adimat. Quis enim unquam antiquorum Latinorum atque Græcorum" Apocalypſin S. Joannis inter canonicos libros adnumerare præſumpſiſſet, quam ſciret in Apoſtolorum canone velut apocryphum eſſe rejectam? Accedit quod hoc canone libri ſacri veteris teſtamenti, hi: Eſdræ, Judith, Tobiæ, Sapientiæ & Eccleſiaſtici omittantur, qui tamen ab antiquiſſimis Patribus, Dionyſio, Irenæo &c. inter ſacros libros citantur ac numerantur. Vide Baronium anno Chriſti 202. num. 15. & 16. Bellarm. libro primo de verbo Dei, cap. 20. Si urgeas canonem ſecundum ſextæ ſynodi, quo 85. canones recepti eſſe dicuntur: Reſpondeo ſicut ſupra dixi, canonem objectum ſpurium eſſe & illegitimum ut qui editus ſit a conciliabulo Trullano, non autem a ſexta ſynodo. Canon 84. Apocryphus eſt canon iſte. "Notæ eam ſcriptam ſub finem ſæculi primi æræ Chriſtianæ, ac multa alia. Refellitur objectio

[a] ANTIOCHENA SYNODUS APOSTOLORUM. [1]

CANON VIII.

NE decipiantur ſalvati *b* ob idola: *c* ſed pingant ex oppoſito divinam humanamque manufactam, impermixtam effigiem Dei veri ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ipſiuſque ſervorum, contra idola & Judæos. Neque errent in idolis, neque ſimiles fiant Judæis.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Antiochiæ ſynodum habitam eſſe probatur.

a Antiochena ſynodus Apoſtolorum.) Antiochiæ ab Apoſtolis ad ſedandas controverſias illic exortas, habitam eſſe ſynodum, atque in ea editos fuiſſe canones, auctoritate Pamphili martyris, eos in bibliotheca Origenis repertos eſſe teſtantis, Turrianus, cujus fragmenta etiam recitat, confirmat lib. 1. cap. 25. adverſus Magdeburg. De eadem hac ſynodo Innocentius epiſt. 18. agens de Antiochena Eccleſia: *Ubi*, inquit, *& nomen accepit religio Chriſtiana, & quæ conventum Apoſtolorum apud ſe celeberrimum meruit.* Firmiſſimum teſtimonium huic concilio Apoſtolorum Antiochiæ celebrato, præbet concilium Nicænum II. actione 1. his verbis: *In Antiochena ſynodo Sanctorum apoſtolorum dictum eſt, ſalvatos non debere* &c. de quibus infra.

Quot canones Antiochenæ ſynodi.

Canones in hoc Concilio editos & in compendium redactos novem enumerat. Quorum primus eſt, ut credentes in Dominum Jeſum, quos illius temporis homines (ut habent Acta Apoſtolorum cap. 11.) appellabant diſcipulos, Chriſtiani dicerentur. Secundus, ne baptizatus Judaico more circumcideretur. Tertius, ut omni nationi ad Eccleſiam aditus pateret, nec quiſquam a Chriſtiana religione excluderetur. Quartus, de vitanda avaritia, & quæſtubus iniquis. Quintus, de vitio gulæ coercendo, curioſitateque ludorum, qui in theatris A exhiberi ſolerent, vitanda, & de abſtinendo a juramento. Sextus, de vitanda ſcurrilitate & moribus gentium. Septimus, abſtinentiam ſanguinis, & ſuffocati in ſynodo Hieroſolymitana præceptam confirmat. Octavus, de imaginibus ſacris, ſupra citatus. Nonus & ultimus, de non admittendo Judæorum delectu ciborum. Horum octavus, cum in Nicæno Concilio II. actio. 1. a Gregorio Peſſinuntis Epiſcopo citetur in hæc verba: *In Antiochena ſynodo ſanctorum Apoſtolorum dictum eſt: Salvatos non debere amplius ob idola aberrare, ſed certandum eſſe ante iconem Dei hominiſque Jeſu Chriſti Domini noſtri*, velut authenticum in textu poſuimus. Hic idem cum reliquis, quod in canonibus Apoſtolorum deſiderari videantur, ſeptimo ordine recenſetur in conſtitutionibus Clementis cap. 25. lib. 7. Vide Baron. anno Chriſti 102. num. 19. & 20. Turr. lib. 1. cap. 25. adverſus Magdeb.

Curſolus octavus canon in textu poſitus.

Idolum & imago quomodo differant.

b Ob idola.) Idolum & imago differunt, nam in concilio Nicæno II. Act. 5. & 7. anathema dicitur iis qui imagines Chriſti vocant idola: imago enim eſt vera rei ſimilitudo, ut cum pingimus hominem, equum &c. idolum autem eſt falſa ſimilitudo, repræſentans id quod vera non eſt, ut cum gentiles proponebant ſtatuas Veneris, Minervæ, &c. illa ſigna idola erant, quia repræſentabant deos generis feminini, quales dii nec ſunt, nec eſſe poſſunt. Vide Bellarm. tom. 1. de reliquiis ſanctorum lib. 2. cap. 5. B

Uſus imaginum in eccleſia antiquiſſimus.

c Sed pingant ex oppoſito.) Hoc non mirabitur, qui noverit ipſo etiam Chriſto vivente, ejus imaginem Paneade a Syrophœniſſa muliere ære fuſam conflari juſſam, eamdemque integram ad trecentos & amplius annos, nimirum ad Juliani apoſtatæ tempora perduraſſe, quantumlibet immenſis ac prope innumeris cladibus Palæſtina deformata fuerit. Patet ex Sozom. lib. 5. cap. 20. ex Nicephoro lib. 10. cap. 30. Niſi enim pie, ſancte, religioſeque ab ipſis Apoſtolorum temporibus ſacræ imagines in Eccleſia fuiſſent uſitatæ, nunquam fideles permiſiſſent, per tot annorum ſpatia illam ſolam ſic intactam & illibatam ſervari. Vide Baron. anno Chriſti 57. num. 111. & ſeqq. aliquot; item quæ dicentur infra in Concil. Elib. canone 36. C

LIBER

1 In qua Canones novem editi referuntur a Baronio ad an. Chriſti 57. n. 3. ſed quos ſpurios eſſe cenſet P. Pagi ad an. 56 Canonem vero octavum nominatim ſuppoſititium vocat P. Petavius lib. 13 de Incarn. cap. 14. n. 5. & 6. *Harduinus.*

LIBER PONTIFICUM
JAM INDE A PETRO PAPA USQUE AD NICOLAUM PAPAM EJUS NOMINIS PRIMUM:

In [b] *quo eorum gesta describuntur; primorum, per Damasum Papam, reliquorum autem, per alios veteres ac fide dignos auctores.*

ANNO CHRISTI 45. " seu potius 43.

Nota Severini Binii.

Hujus libri pontificalis Damasus auctor non est, sed potius e duobus diversis auctoribus consarcinatus esse, inde probatur, quod in uno quoque fere Pontifice, pugnantia inter se contineat, adeoque dictorum, ac scriptorum inter se dissidentium nulla ratio haberi potuerit. Baron. anno Christi 69. num. 35. anno 384. num. 16. & 17. Antonius Possevinus in apparatu sacro, verbo Damasus.

BEATUS Petrus [c] Apostolus & princeps Apostolorum, filius Joannis provinciæ Galilææ, ex vico Bethsaida, frater Andreæ, *a* primo sedit in cathedra episcopatus Antiochiæ annis septem. *b* Hinc beatus Petrus ingressus est in urbem Romam, (*a*) sub Claudio Cæsare: ibique sedit in cathedra episcopatus *c* annis vigintiquinque, mensibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberii Cæsaris, & Caii, & Claudii, & Neronis. Hic scripsit duas epistolas, quæ catholicæ ac canonicæ nominantur, & evangelium Marci, quia Marcus auditor ejus fuit, & filius a baptismo. Post omnem quatuor evangeliorum fontem, quæ ad interrogationem & testimonium ejus (hoc est Petri) firmata sunt, dum alius Græce, alius Hebraice, alius Latine [d] scribentes consonant, omnia ejus testimonio tunc firmata. [c] Hic ordinavit duos episcopos, Linum & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in urbe Roma populo, vel ad se venientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone mago multas disputationes habuit, tam coram Nerone imperatore, quam coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Christi aggregabat, ille per magias & deceptiones segregabat. Et dum diutius altercarentur, Simon divino nutu interemptus est.

Hic Petrus beatum Clementem episcopum consecravit, *d* cui & cathedram vel ecclesiam omnem disponendam commisit, dicens: Sicut mihi gubernandi tradita est a domino meo Jesu Christo potestas, ligandi, solvendique, ita & ego tibi committo, ut ordines dispositores diversarum causarum, per quos actus non ecclesiastici profligentur, & tu minime curis sæculi deditus reperiaris; sed solummodo orationi, & prædicationi ad populum vacare studeas. Post hanc dispositionem *e* martyrio *f* cum Paulo coronatur, *g* post passionem [a] Domini anno XXXVIII. Qui sepultus est via Aurelia in templo Apollinis juxta locum ubi crucifixus est, juxta palatium Neronianum in Vaticano, juxta territorium triumphale, tertio Kalendas Julii. Hic fecit ordinationes per mensem Decembrem presbyteros decem, diaconos septem, episcopos per diversa loca numero tres.

[b] Sub Petro celebratum est concilium primum Hierosolymis, cujus exemplar habes in actis apostolorum cap. 15. Nicephorus Callistus historiæ suæ lib. 2. cap. 37. testimonio Tertulliani & Caii historici, probat, eodem anno eodemque die Petrum cruci affixum, & Paulum capite truncatum Romæ.

[a] desunt in c. H

[b] Hæc a Surio, Binio, & R.C. addita.

Notæ Severini Binii.

a Primo sedit in cathedra episcopatus Antiochiæ.) Sicut Petrus anno Christi 35. ad eos qui in Samaria verbum Dei receperant confirmandos mittitur, ita etiam omnium Apostolorum sententia (ut æquum est credere) factum est, ut idem Apostolorum Princeps, ad Principem totius Syriæ civitatem atque metropolim, cui Palæsti-

Petrus quando Ecclesiam Antiochenam instituerit, & quamdiu ejus episcopatum tenuerit.

(*a*) *Luc. Nerone Cesare.*

Iæstina & Hierosolyma subjaceret, Antiochiam anno Christi " 39. ablegaretur. Isthuc ergo cum venisset, anno prædicto, Ecclesiam Antiochenam instituit, eamque septem annis, non tamen completis, administravit. Vide Baron. anno Christi 37. num. 9 & seqq Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 6.

Quando Romanam Ecclesiam fundaverit

b Hinc B. Petrus ingressus est in urbem Romam.) Quod dicitur Petrum Antiochia in urbem Romam profectum, non sic intelligendum est, quasi nunquam ex Antiochia toto illo tempore egressus sit, immo vero eodem tempore peragravit vicinas provincias, Pontum, Asiam, Galatiam, Cappadociam, Bithyniam: inde autem anno septimo Episcopatus Antiochensis, qui erat annus Christi " 44. in Jerusalem rediit; ibique comprehensus ab Herode in vincula conjicitur, a quibus per Angelum liberatus, Actor. 12. cap. in diversis provinciis a se peragratis juxta Metaphrasten ad diem 29. u

42. aut præcedens

An Evodius in Antiocheno episcopatu Petro subrogatus fuerit, & quando.

nii Episcopos constituit & Antiochiam rediit. Hinc vero designato, nondum autem instituto successore Evodio, Romam profectus, in orbem venit anno secundo Claudii, ibique 18. Januarii anno Christi 45. & 2. P

43.

Claudii adhuc durante Romanam Ecclesiam erigens, una cum persona omne ius Summi Pontificii in eam transtulit, ac firmiter stabilivit; eo ipso quod hanc cathedram usque ad martyrium in cruce suscepturn tenuerit. Christus enim in Petro & Petri successoribus, propter Ecclesiam usque ad finem Mundi duraturam, Matth. cap. ult. instituit pontificatum æquali tempore duraturum, Joan. 21. nam oves Ecclesiæ perpetuæ Pastorem perpetuum requirunt. Cum ergo Romanus Episcopus defuncto Petro successerit, eumdem in ordinarium officium universam Ecclesiam cum summa potestate gubernandi, quod est pontificium, successisse certum est. Quod diximus Petrum in hac cathedra Romana usque ad mortem sedisse, intelligendum est de auctoritate, potestate, ac præfectura gubernandi Ecclesias universas, non de situ locali. Constat enim cum hanc cathedram septem annis administrasset, anno Christi " 51. & 9. Claudii, cujus edicto omnes Judæi ac Christiani Roma expellebantur, Petrum etiam expulsum Hierosolymam rediisse, & Hierosolymitano concilio tertio interfuisse: mortuo tamen Claudio Romam redit, & ibidem vitam finivit. Vide Baron. anno Christi 39. num. 25. & anno 44. num. 10. 11. & anno 45. num. 1. & seqq. 12. & 13. & anno 51. num. 1. 2. 3. & 4. Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 6. & 12.

Cur Romanus non Antiochenus Episcopus in Pontificatu Petro successerit.

49.

Quamdiu Petrus Romæ sederit.

c Annis 25.) Annis 24. mensibus 5. & diebus 11. sedisse, verius esse probat Baron. Nam cum durante adhuc anno secundo Claudii, Christi vero " 45. die 18. Januarii Romæ sedere cœperit, atque anno " 69. die 29. Junii martyrio diem suum objerit, ut infra dicemus, absque dubio præscripto annorum, mensium, ac dierum

' 43.

' 67

A numero sedisse reperitur Baron. anno Christi 69. num. 33.

Quomodo Clemens a Petro successor designatus

d Cui cathedram vel Ecclesiam commen.) Petrus passione sua imminente B. Clementi sedem episcopalem quidem reliquit, sed Clemens S. Petro mortuo in sede Apostolica sedere noluit, donec vixerunt Linus & Cletus, qui in Episcopali sede Petri coadjutores fuerant. Ita Epiphan. hæresi 27. Vide quæ dicemus infra in Lino & Clemente.

66

e Martyrio) Petrus & Paulus anno Christi 68. Neronis 12. in carcerem conjecti; ille quod Simonem magum per aerem volantem invocatione divini nominis dejecisset; hic quod pellicem Neronis ad Christianam religionem convertisset, & ex impudica casti m reddidisset: anno sequente ambo virgis cæsi, post oreulum, ubi mutuo datum occiduntur: Petrus truci capite mercerram demisso affigitur, Paulus autem gladio gloriosissime occubuit. Baron. prædicto loco post passionem anno domini 38. verius 36.

Petrus & Paulus uno & eodem die ejusdem anni mortui sunt.

f Cum Paulo.) Quamquam Prudentius perisse hym. 12. Aug. de sanct. serm. 28. affirment, uno quidem die, non autem eodem anno Petrum & Paulum occisos esse, verior tamen & magis prob orum assertio, qui ambos una die ejusdem anni palmam martyrii adeptos esse dicunt. Ita cum universa ecclesia sentiunt " Cajus, Zephyrinus, & Dionysius Corinthiorum episcopus apud Metaphrasten die 29. Junii. Item Euseb. in chron. Epiph. hæresi 27. Hier. de script. eccles. Maximus dicto serm. de S. Petro. Cassiodorus in chron. Priorem sententiam Prudentii ab hæreticis vulgatam fuisse, concilium Romanum sub " Damaso post canonem de libris apochryphis testatur, his verbis. *Addita est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis: qui non diverso* (sicur falso hæretici garriunt) *sed uno eodemque die gloriosa morte cum Petro in urbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictam S. Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt.* Baron. anno Christi 69 num. 3. & 4.

" Vetus Theologus apud Eusebium

" Gelasio

67

g Post passionem Domini anno 38.) Verius 35. post passionem Domini, Neronis 13. qui est Christi nati " 69. Nam cum omnium consensu receptum sit, Apostolos hosce duos, Petrum & Paulum, sub Nerone 29. Junii martyrium subjisse, ipsum vero Neronem, ut ex Svetonio & Dione constat, decima Junii occisum esse, adeoque ad 29. Junii decimiquarti anni imperii sui non perveniisse, necessario statuendum est hoc gloriosum duorum Apostolorum martyrium non decimoquarto, sed decimotertio anno Neronis, qui est Christi nati " 69. passi vero 35. contigisse. Hanc sententiam Cajus antiquus Theologus, Zephyrinus Pontifex, & Dionysius Corinthiorum Episcopus apud Metaph. prædicto loco citati approbant. Baron. anno Christi 69. num. 1. & 2.

" 67.

EDITORUM ADMONITIO

In S. Petri decretum.

Quod hic exhibemus decretum falso S. Petri nomen præferre ultro agnoscimus; ne quid tamen omittatur eorum, quæ Romanis Pontificibus utcunque tribuuntur, omittendum non duximus. Erutum vero est ex S. Theodori Studitæ Refutatione Impiorum Poematum, acceptumque est ex Actis S. Pancratii Tauromenii in Sicilia primi Episcopi, qui S. Petri Apostoli Discipulus fuisse creditur

Vox Petri Principis Apostolorum.

Φωνὴ Πέτρου τοῦ κορυφαίου Ἀποστόλου.

Profer imaginem Domini nostri Jesu Christi, & illam in turricula exprime, ut cernant populi qualem formam assumpserit Filius Dei,

Ἔξένεγκε τὴν εἰκόνα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἀντύπωσον αὐτὴν ἐν τῷ πυργίσκῳ· ἵνα ἴδωσιν οἱ λαοὶ ποίαν μορφὴν ἀνέλαβεν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

a Exc. MS. editus Sub Moguntiæ anno 1525. cum codice inventum veteris Ecclesiæ Romanæ, sterum recensus Parisiis ann 1609.

(a) TRACTATUS DE PRIMATU ROMANÆ ECCLESIÆ.

Si difficile & ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, & causam & causam, & judicium intra portas tuas videris verba variari: surge & ascende ad locum quem elegerit dominus Deus tuus: veniesque ad

Deut. 17.

sacerdotes Levitici generis, & ad judicem qui fuerit illo tempore: quæresque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem. & facies quodcumque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te juxta legem ejus: sequerisque sententium

Deuter. 17.

(a) De hoc fragmento, vel si malueris, tractatu juvat hic ea dare quæ VV Cll. Ballerini fratres in Appendice ad Opera S. Leonis in Dissert. de Antiq. Collect. Par. IV. Cap. XVIII. num. III afferunt his verbis „ MS. exemplum Vat. 1832. seculi „ XI. vel XII. post nonnulla integra, vel in partes secta documenta ex Pseudoisidoro excerpta collectionem profert in duos libros distinctam, quorum primus continet capitula, sive titulos 360. secundus vero fere totidem, qui tamen non signantur numero nisi usque ad titulum 54. Primum caput libri primi inscribitur *De Primatu Romanæ Ecclesiæ*, & incipit; *Si difficile, & ambiguum &c.* quod caput ex hac collectione fortassis excerptum, cum separatim inventum fuerit a Joanne VVendelstino, „ uti nos quoque illud separatim nacti sumus in MS. Vat. 4977. & in alio apud Eminentissimum Passionenm, ab eo „ dem editum fuit cum Hadriana collectione Moguntiæ anno 1525. & exinde insertum legitur tom. 1. Conciliorum edit Ven. „ col. 65.

tiam eorum, nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto judicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

Anacletus servus servorum Dei, omnibus Episcopis & reliquis Christi sacerdotibus salutem.

SACROSANCTA Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro primatum obtinuit, sicut ipse Petro Beato Apostolo dixit: *Tu es Petrus*, & reliqua. Ergo hæc Apostolica Sedes, cardo & caput omnium Ecclesiarum, a Domino, & non ab alio, est constituta: & sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctæ Sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente, reguntur. Igitur si quæ causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad hujus sanctæ Sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut Apostolico terminentur judicio.

Zephyrinus Romanæ urbis Archiepiscopus, omnibus Episcopis salutem.

AD Romanam Ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressionibus releventur: quia non potest nec debet oblivisci mater filium suum. Judicia enim Episcoporum, majoresque Ecclesiæ causæ, a Sede Apostolica, & non ab alia, sunt terminandæ: quia licet in alios tranferantur Episcopos, beato tamen Apostolo Petro dictum est: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis.*

Callistus Archiepiscopus Ecclesiæ Catholicæ urbis Romæ, omnibus Episcopis salutem.

NON decet a capite membra dissidere, sed juxta sacræ scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli vero dubium est, quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum, a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare: & sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris sui, sic & vos voluntatem vestræ implete matris, quæ est Ecclesia. Quidquid ergo sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum habere ratio nulla permittit.

Fabianus Episcopus Romæ, omnibus Episcopis salutem.

SI in rebus sæcularibus suum cuique jus & proprius ordo servandus est, quanto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio? quod hac observatione servabitur, si nihil potestati, sed totum æquitati tribuitur. *Idem.* Si quis judicem sibi adversum senserit, vocem appellationis adhibeat. Appellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis injuriare custodia, sed liceat appellatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare, nec vox appellationis denegetur ei, quem in supplicium A sententia destinarit. Pulsator ante suum judicem causam dicat, & ante non suum judicem, pulsatus, si voluerit, taceat: & ut pulsatis, quoties appellaverint, induciæ dentur, nec quemquam a suo non judice dicta sententia constringat.

Sixtus universalis Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ rectoribus salutem.

SI quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter hanc sanctam & apostolicam appellet Sedem, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut Ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem necesse ei evenerit, eamque minime appellare voluerit, & vocatus tamen ab hac sancta sede fuerit; non renuat venire: sed consestim, ut ei nunciatum fuerit, venire festinet: & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si fuerit necesse aliquid corrigere, cum his quos primos hic invenerit, corrigat. Ad Ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam hinc literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter hic suam aliorumque causam finierit, quatenus * ea absque aliqua ambiguitate nunciare & prædicare possit omnibus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram hujus sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse venturam, & sicut egerit, ita recipiet: si bene, bene: si grave, grave; si pessime, pessime: quoniam dignus est operarius mercede sua.

Sylvester Papa generali residens synodo, dixit.

NEMO judicabit primam sedem, justitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo judex judicabitur.

Julius Apostolicæ Sedis Episcopus, omnibus Episcopis salutem.

HABET sacrosancta Romana Ecclesia potestatem, singulari sibi privilegio concessam, aperire & claudere januas regni cœlestis, quibus voluerit.

Gelasius Episcopus omnibus Episcopis.

CUNCTA per mundum novit Ecclesia, quod sacrosancta Romana Ecclesia fas habeat judicandi: neque cuiquam de ejus liceat judicare judicio, siquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est: ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa præterimus, quod Apostolica Sedes sine ulla synodo præcedente exolvendi quos synodus iniqua damnaverat, & damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habeat facultatem, & hæc nimirum pro suo principatu, B. Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper, & retinebit.

Sym-

Symmachus Papa universis Episcopis.

Ibidem c. Aliorum.

ALIORUM hominum causas Deus voluit per homines terminare, sacro vero sanctæ Sedis Romanæ præsulem suo sine quæstione reservavit arbitrio: voluit B. Petri successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam.

a Eutherio sive Eleutherio.

Vigilius Papa dilectissimo fratri Euthero [a] *coepiscopo.*

NULLI vel tenuiter scienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum & forma sit Ecclesiarum, a quo omnes Ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignoret: quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, Beato Petro tamen concessum est, ut ceteris præmineret: unde & Cephas vocatur; quia caput & primus est omnium Apostolorum: & quod in capite præcessit, in membris sequi necessum est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia, ejus merito Domini voce consecrata primatum tenet omnium Ecclesiarum: ad quam tam sancta Episcoporum negotia atque querelæ atque judicia, quam & majores Ecclesiarum quæstiones quasi ad caput semper referendæ sunt. Nam & qui se scit aliis esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa namque Ecclesia quæ prima est, ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in partem vocatæ sint solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Unde omnium appellantium Sedem Apostolicam, Episcoporum judicia, & cunctarum majorum negotia causarum, eidem sanctæ Sedi reservata esse liquet, præsertim cum his omnibus ejus semper sit expectandum consilium: cujus tramiti si quis obviare tentaverit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eamdem sanctam Sedem noverit redditurum.

a quæst. 6 Qui se scit aliis.

Gregorius servus servorum Dei, omnibus Episcopis per diversas provincias constitutis.

DIVINIS præceptis & Apostolicis saluberrimis incitamur monitis, ut pro omnium statu impigro vigilemus affectu: & quia cunctarum dispositione divina Ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia Apostolica auctoritate subvenire optamus: quoniam divinæ virtutis & infirmitatis humanæ sanctio est, ut omnium Ecclesiarum negotia ad nostræ reparationis tendant effectum. Quapropter has ad vos litteras destinamus, in quibus decreto nostro vestram rogantes caritatem, mandamus, ut nihil prius de eo quod ad sinum sanctæ Romanæ confugit Ecclesiæ, ejusque implorat auxilium, decernatur, quam ab ejusdem Ecclesiæ fuerit præceptum auctoritate: quæ vices suas ita aliis impartivit Ecclesiis, ut in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem, quod non arbitramur, a quoquam secus præsumptum fuerit; ab officio cleri submotus, Apostolicæ auctoritatis reus ab omnibus judicetur: ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sævitia quosque audeant dilacerare: & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant.

Distin. 12. Præceptis.

Idem eisdem. Præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ a sancta Romana & Apostolica auctoritate jussa sunt, salutifere impleantur, si ejusdem sanctæ Ecclesiæ, quæ est caput vestrum, communionem habere desideratis. Non novum aliquid præsenti jussione præcipimus, sed illa quæ olim indulta videntur firmamus: cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio, ad Sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum, debeat referri, & inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis videatur omittere cujus auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolint ab Apostolica, super quam Christus universalem fundavit Ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hæc Apostolicæ Sedis præcepta non observaverit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

Distin. 15 Nulli fas.

Idem eisdem. Nulli fas est, vel velle vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta, nec ejus dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis voluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter sacerdotes habeat; sed extorris a sancto ministerio fiat; nec de ejus judicio quisquam postea curam habeat: quoniam jam damnatus a sancta & Apostolica Ecclesia ejusque auctoritate, pro sua inobedientia atque præsumptione, a quoquam esse non dubitatur, quia majoris excommunicationis dejectione est exigendus, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina: qui non solum præfatæ sanctæ Ecclesiæ jussionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne præterirent, insinuare. Sit ergo alienus a divinis & Pontificalibus officiis, qui noluit præceptis obedire Apostolicis.

Si quis super his nos arguere voluerit, aut extra auctoritatem facere contenderit, veniet ad Sedem Apostolicam, quo omnia Ecclesiastica negotia, de quibus quæstio habetur, confluere jussa sunt: ut ibi ante confessionem Sancti Petri mecum juste decertet, quatenus inibi unus ex nobis sententiam suscipiat.

Nicolaus Papa omnibus Episcopis.

17. quæst. 4 Nemini.

DNEMINI licitum est de Sedis Apostolicæ judicio judicare, aut illius sententiam retractare permissum; videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum, Christi munere in Petro apostolico divinitus collatum.

Cæcilius Cyprianus, in epistola sua dicit ita.

Cyprianus in tract. de simpl. prælatorum. 24. q. 1. c. Loquitur Dominus. *Matth.* 16. *Joan.* 20.

LOQUITUR Dominus ad Petrum: *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Super unum ædificat Ecclesiam, & quamvis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos, accipite Spiritum sanctum*: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis ejusdem originem, ab uno incipientem, sua auctoritate disposuit. Hoc erant utique ceteri apostoli, quod fuit Petrus; pari consortio præditi & honoris & potestatis; sed exordium ab unitate proficiscitur, ut Ecclesiam etiam in cantico canticorum Spiritus sanctus ex persona Domini designat, & dicit: *Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genetrici suæ.* Hanc Ecclesiæ unitatem & Beatus Apostolus Paulus docet, & sacramentum unitatis ostendit, dicens: *Unum corpus, & unus spiritus, una fides, unum baptisma, unus Deus.* Quam unitatem tenere firmiter

Cantic. 6. *Ephes.* 4.

&

& vindicare debemus maxime nos Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut Episcopatum quoque ipsum unum atque indivisum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei virtutem perfida prævaricatione corrumpat.

Idem. Episcopatus unus est cujus a singulis in solidum pars tenetur: Ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radii sunt, sed lumen unum: & rami arboris multi sunt, sed robur unum tenaci fundatum radice: & quomodo de fronte uno rivi plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen servatur in origine. Avelle radium solis a corpore, divisionem lucis unitas non capit; ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: a fronte præcide rivum, præcisus arescit: sic & Ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in universam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter rivos latius pandit: unum tamen caput est, & origo una & una mater fœcunditatis successibus copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, unam domum novit unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.

Idem. Alienus est, prophanus est, hostis est, habere non potest Deum Patrem, qui universalis Ecclesiæ non tenuerit unitatem.

Hactenus ex codice antiquo

SUfficerent " quidem ista apud eos Christianos qui parent, & simpliciter credunt quidquid tradit ac tenet sancta mater Ecclesia. Cum autem nostra ætate sedis Apostolicæ auctoritas a plurimis Belial & inobedientiæ filiis, non solum revocetur in dubium, sed etiam editis libellis impugnetur; pluribus profecto & scripturarum testimoniis, & sanctorum patrum adstipulationibus debet primatus Petri & successorum ejus affirmari. Id quod efficaciter præstiterunt, superiori ætate D. Thomas opusculo contra errores Græcorum, D. Anton. 3. par. summæ, Card. Turrecremata lib. 2. summæ, Thomas Wald. lib. 2. doctrinæ fidei & patrum, ac nostra ætate Cardinales Cajetanus, Roffensis, Contarenus, Polus, Osius, & alii variorum ordinum: Catharinus, Ecchius, " Pighius, Joannes Faber, Jacobus Latomus, Cochleus, Campegius, Joannes Antonius Delphinus, Petrus a Soto, Alphonsus de Castro, Alanus Copus, Melchior Canus, Joannes a Lovanio, Franciscus Turrianus, Remundus Ruffus, Nicolaus Sanderus eruditissimis octo libris de visibili monarchia Ecclesiæ, novissime autem illustrissimus Cardinalis Baronius, Bellarminus, " & alii theologi quam plurimi. Copiosissime enim simul & solidissime ostenderunt ex sacris literis, ex antiquis Conciliis, ex Apostolicis decretis, ex antiquissimis patribus, ex probatissimis Ecclesiæ doctoribus, ex legibus denique publicis & approbatis historiis rem hanc ita clare deduxerunt, ut de ea nemo amplius dubitare queat, nisi qui per hæresim & rebellionem penitus est subversus, ac judicio proprio, ut ait Apostolus, condemnatus. Cum autem istorum libri non omnibus passim sint ad manum, operæ pretium fuerit hic aliquot testimoniis propositum confirmare, ne lector dubio aut suspenso animo tot ac tam præclara ac pia veterum Romanorum Pontificum decreta, quæ nunc eduntur, legat: cui profecto omnem dubitationis scrupulum, si non obsistat rebellionis aut odii affectus, sequentes poterunt auctoritates eximere. Ipse enim dominus & Salvator noster Jesus Christus in singularem prærogativam sic loquitur in Evangelio ad Petrum: *Beatus es Simon Barjona, quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus* &c. Item, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Tertio, *Tibi dabo claves regni Cœlorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in Cœlis.* Quarto, *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Quinto, *Simon Joannis, diligis me plus his? Pasce agnos meos, Pasce oves meas.* Hæc profecto singulariter Petro, primo Romanæ Ecclesiæ Pontifici, nulli aliorum Apostolorum, dixit dominus. Sunt & alia plura Evangelii loca, ex quibus Petri primatum haud obscure observare liceat. Ubique enim in Apostolorum catalogis primo loco ponitur Petrus, licet vocatione primus non fuerit, & non raro nominatim præ aliis commemoratur. Atque pro solvenda didrachma ait dominus illi specialiter: *Vade ad mare & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus, inventes staterem: illum sumens, da eis pro me & te.* Neque sine mysterio dixit ei, *Tu me sequere*, ut scilicet simili mortis genere eum sequeretur, cujus in Ecclesia vices præ ceteris administraturus erat. Nec parvi momenti est, quod a se petra Christus Simonem, mutato nomine, Petrum vocavit: *Tu vocaberis*, inquit, *Cephas, quod interpretatur Petrus, quia super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Nec caret mysterio, quod cum dominus post resurrectionem suam se discipulis suis manifestaret iterum ad mare Tiberiadis, solus Petrus, *cum audisset quia dominus est, tunica se succinxit, erat enim nudus, & misit se in mare: alii autem discipuli navigio venerunt.* Hoc quippe signum fuit, ut ait S. Bernardus, singularis Pontificii Petri, per quod non navem unam, ut ceteri, quique suam, sed sæculum ipsum susceperit gubernandum. Mare enim sæculum est; Naves, Ecclesiæ. Inde est, quod altera vice Matthæi 14. & Marci 6. instar domini gradiens super aquas, unicum se Christi Vicarium designavit, qui non uni populo, sed cunctis præesse deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Solus ergo supra mare jussus est venire ad Christum, ut daretur intelligi, quod totus orbis, qui per mare est designatus, suæ ditioni parere deberet. Neque frustra dictum Petro putat sanctus Ambrosius, Duc in altum, hoc est, in profondum disputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei videre, scire filium Dei, & professionem divinæ generationis assumere? Non turbatur itaque navis quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet. Per navem enim Petri, quam Christus ascendit, Ecclesia significatur. Sed & alia loca Evangelii animadvertunt sacri interpretes circa Petrum ad universalis Ecclesiæ curam pertinentia, velut Matthæi 18. *Accedens Petrus ad Jesum, dixit: domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei?* Ubi sane, tamquam præses Ecclesiæ, fraternæ correctionis modum diligenter præ aliis quæsivit Apostolis. Et sequenti capite, *Ecce*, inquit, *nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Ubi Chrysostomus ait: Interrogat Petrus, ut tu inops discas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Qui enim claves regni Cœlorum acceperat, pro his quæ ibi sunt, confidit, & pro orbe terrarum interrogat. Instante item tempore passionis, soli Petro nominatim dixit dominus: *Simon dormis? non potuisti una hora vigilare mecum?* Ubi voluit ostendere Christus, Petrum præ cæteris ex commisso sibi officio debere vigilare. Sed & abscissio auriculæ, a beatis Ambrosio & Gregorio in mysterium pastorale trahitur. Quare tollit, inquiunt, aurem Petrus? Quia ipse est, qui accepit claves regni Cœlorum. Ille enim condemnat, qui & absolvit, quoniam ligandi atque solvendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audientis, tollit autem gladio spiritali aurem interiorem male intelligentis. Hæc & id genus plura Evangeliorum loca, symbolice ad Petri primatum referuntur a sacrarum literarum interpretibus, etiam antiquissimis, non modo Latinis, sed & Græcis, quos recensere longum foret. Sunt & alia scripturæ loca, tum in Epistolis, tum in actibus Apostolorum, quæ principem Apostolorum, fuisse Petrum aperte declarant, uti Roffensis Episcopus eleganter deducit: sed hic commode referri propter prolixitatem non possunt. Satis itaque fuerit pro ampliori hujus rei declaratione, tres ex antiquis Ecclesiæ doctoribus in testimonium accersere. Hæc autem sunt verba B. Dionysii, quem Areopagitam vocant, capite tertio de divinis nominibus ad Timotheum. *Namque & apud ipsos divino spiritu plenos Pontifices nostros, cum & nos (ut nosti) & plerique ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod auctorem vitæ Deumque coperat, convenissemus: (aderat autem & frater domini Jacobus, & Petrus supremum decus, & antiquissimum theologorum columen) ubi post contuitum placuit, ut infinite potentem divinæ infinitatis bonitatem pontifices laudarent omnes, quisque pro captu suo.* Hæc ibi. Et alibi vocat Petrum non raro summum & verticalem Apostolum, quemadmodum postea eumdem vocavit B. Chrysostomus os & principem Apostolorum, verticem totius consortii, pastoremque ac caput Ecclesiæ. Sed & Cyrillus Origenesque & Theophilus, id genus epitheta illi attribuisse leguntur. Sic deinde antiquissimus Afrorum scribit in libro de præscriptionibus adversus hæreticos Tertullianus: *Si Italiæ*, inquit, *adjaces; habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præsto est. Felix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderunt: ubi Petrus passioni dominicæ adæquatur, ubi Paulus Joannis exitu coronatur, ubi Apostolus Joannes, posteaquam in oleum igneum demersus nihil passus est, in insulam relegatur. Videamus quid didicerit, quid docuerit*, &c. Hæc ille. An vero non est hoc grande testimonium, ab eo præsertim qui Romanis clericis inimicus fuisse legitur?

Matth. 17. *Joan. 21.* *Joan. 2.* *Matth 16.* *Joan. 21.* *Bern. lib. 2. ad Eugen.* *Apoc. 17* *Luc. 5.* *24. q. 1. Non turbatur.* *Matth. 19.* *Marc. 14.* *Luc. 22.* *Ambros. in Luc. lib. 9. cap. 95.* *In art. 13.* *Dionysius de translatu Mariæ.* *Chrysost. in Matth. hom. 55.* *Tertullianus.*

Sic

scripsit Græce Irenæus lib. 3 cap. 3.

Sic antiquissimus item " Latinorum ante mille trecentos quinquaginta annos scripsit Irenæus Episcopus Lugdunensis lib. 3. contra hæreticos: *Maxima*, inquit, *& antiquissima, & omnibus cognita, a gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundata & constituta Ecclesia, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos indicantes, confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles, in qua semper, ab his qui sunt undique, conservata est ea quæ est ab Apostolis traditio.* His itaque, & id genus aliis rationibus & auctoritatibus constat, Romanam Ecclesiam semper habuisse primatum inter omnes totius orbis Ecclesias, a temporibus Apostolorum in hanc usque horam. Unde allegatur a Fabro Constantiensi Græcus auctor (a) Hugo * Etherianus, qui tempore Emmanuelis Imperatoris, in Latinorum sententiam tres libros de processione Spiritus sancti scripsit, ubi inter cetera his utitur verbis: *Quibus ex rebus liquido claret, quod Petrum, ejusque successorem, principem Christus & caput non modo Latinorum, Græcorum, occidentis & septemtrionis universi, verum etiam Armeniorum, Arabum, & totius orientis ac meridiani climatis in perpetuum constituit. Oh quam rem occidui solis limites universi, Petri successorem ex tunc sibi dominum recognoscunt, & sub illo præsule diriguntur, quod omnes facere opportunum est.* Hæc Græcus ille auctor. Hinc certe sunt amplissima illa sedis Apostolicæ privilegia, quæ Julius Papa & Athanasius Patriarcha ad longum commemorant in Epistolis suis ex Concilio Nicæno: quæ tamen & antea huic sedi fuisse attributa, ex Historia Ecclesiastica, veterumque Pontificum decretis, haud obscure cognoscitur. Ita enim ante Nicænam synodum scripsit Marcellus Papa & Martyr Maxentio Imperatori: *Synodum Episcoporum absque hujus sedis Romanæ auctoritate (quamvis quosdam Episcopos posstis congregare) non potestis regulariter facere, neque ullum Episcopum, qui hanc appellaverint Apostolicam sedem damnare, antequam hinc diffinitiva sententia procedat.* Nemo igitur sine peccato aut institutа ejus contemnit, aut ejus præcepta transgreditur. Unde ait Damasus Papa: *Omnia decretalia, & cunctorum prædecessorum nostrorum constituta, quæ de Ecclesiasticis ordinibus & canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus Episcopis ac Sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, ut si quid in illa commiserint, veniam sibi honoris deinceps noverint denegari.* Quod si sanctis istis Pontificibus, velut in propria causa; minus credendum esse dixerint adversarii credant saltem B. Cypriano superius allegato, cujus & hæc sunt ad S. Cornelium Romanum Pontificem verba: *Quales putas esse eos qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut natæ schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus judex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversum Sacerdotum collegium quidquam moveret: nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, judicem se, non jam episcopi, sed Dei faceret.*

25. q. 2. cap. Omnia.

Cypr. in ep. lib. 2. ep.

* Etherianus.

Nota " Severini Binii.

(a) *Hugo.*) Hunc Hugonem Trithemius Tuscum fuisse asserit, atque ita Latinum, id quod probabilius est: quamvis non modo Latine, sed & Græce doctissimus fuerit: ut ipsemet in præfatione operis sui, de processione Spiritus sancti, contra Græcos, quam ad Alexandrum tertium misit, testetur se Constantinopoli ab Imperatore Emmanuele consultum de rationibus Latinorum pro eorum sententia. "

Imo potius Nicolini, quem exscripsit Binius

Vide quæ diximus tomo 2. de script. Eccles.

Privilegia Rom. Eccles.

Dist. 17. c. 2. Synodum.

ANNO CHRISTI 70. " 67.

DE SANCTO LINO PAPA ET MARTYRE.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

" LInus natione Italus de regione Tusciæ, patre Herculano, *b* sedit annos undecim, menses 3. dies 12. Fuit autem temporibus Neronis, *c* a consulatu Saturnini & Scipionis, usque ad Capitonem & Rufum consules. Martyrio coronatur. Hic ex præcepto B. Petri *d* constituit, ut mulier velato capite in Ecclesiam introiret. [a] Hic fecit ordinationes duas, & Episcopos 15. Presbyteros 18. qui sepultus est juxta corpus B. Petri in Vaticano, sub die 9. Kalend. Octobris.

a abfunt a C. H.

Notæ Severini Binii.

a Linus.) Linum Petro successisse, patrum & historicorum antiquissimorum testimonia probant, rationes vero evidentissime contra multorum calumniam convincunt. Ignatius in Epistola ad Mariam Cassobolitem: *Cui* (de Cleto loquitur) *nunc successit beatissimus Clemens.* Linum igitur Clemente in Pontificali sede anteriorem non fuisse S. Ignatius sine dubio negaverit. S. Irenæus lib. 3. cap. 3. Petro Apostolo Linum in regimine universalis Ecclesiæ successisse, aperte fatetur his verbis: *Fundantes igitur & instruentes B. Apostoli Ecclesiam, Lino Episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt.* Tertullianus lib. 3. carminum, quæ scripsit in Marcionem, non modo Linum Petro, verum etiam Cletum Lino, & Clementem Cleto surrogatum fuisse testatur his versibus:

Ex quibus electum magnum plebique probatum
Hac cathedra, Petrus qua federat ipse, locatum
Maxima Roma Linum, primum considere jussit.
Post quem Cletus & ipse gregem suscepit ovilis.
Hujus Anacletus successor sorte locatus,
Quem sequitur Clemens &c.

An Clemens Anacleto postponendus sit, infra dicemus in Clemente. Epiphanius hæresi 27. *Episcoporum*, inquit, *in Roma successio hanc consequentiam habuit, Petrus & Paulus, Linus, Cleius, Clemens.* Optatus Milevitanus lib. 2 catalogum Romanorum Pontificum usque ad sua tempora retexens, sic exorditur. *Cathedra unica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit* &c. Eodem ordine S. Augustinus epistola 161. Optatum secutus, Pontificiam seriem collocat. S. Hieronymus Romanæ Ecclesiæ alumnus, corrigens sententiam quam dixerat cap. 52. Isaiæ in fine, hæc ait libro de script. Eccles. in Clemente cap. 15. *Clemens de quo Apostolus Paulus ad Philippenses*, &c. *quartus post Petrum Romanus Episcopus: siquidem secundus fuit Linus, tertius Cletus; tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum Apostolum putant fuisse Clementem.* Hanc primorum Pontificum successionem, qua Linus Petro subjungitur, Cletus Clementi anteponitur, præter Romanæ Ecclesiæ martyrologium, Canon Missæ sacratissimus, ea parte qua post Linum Cleti ac Clementis commemorario habetur, non sane leviter confirmat; ita ut ad hanc sententiam corroborandam fere neque Eusebii in chron. & 3. hist. cap. 28. neque Niceph. lib. 2. cap. 28. testimonio opus esse videatur. Libri pontificalis, quem Damaso falso adscribi supra diximus, auctoritate contraria nihil movemur: maxime propterea, quod sicut multis aliis in locis, ita etiam in horum Pontificum successione contexenda, sibiipsi contraria scripserit. Fatetur Clementem in ejus vita, tertio anno Trajani Imperatoris, qui cum anno Christi nati " 102. concurrit, martyrium subjisse: fatetur novem annos cathedram Pontificalem gubernasse: adeoque cum communi sententia initium illius ad annum Christi nati " 93. & Domitiani Imperatoris decimum referendum esse. Quomodo ergo vera sunt quæ supra & infra inculcat, Clementem Petro anno Christi " 69. Neronis 13. in Pontificatu subrogarum esse? Linum & Cletum non aliter quam coadjutores, Petro vivente in Pontificatu cooperatos esse? Hoc igitur gladio in proprium jugulum converso, fateri debet quod Linus ac Cletus, spatio viginti trium circiter annorum, inter martyrium Petri & initium Clementis interjacente, ordinaria, non delegata potestate & auctoritate, alter post alterum universæ Ecclesiæ præfederint. Urgebis, quod Damasus; sive liber Pontificalis in vita Petri ac Clementis, scribit, Clementem a Petro successorem cathedræ Pontificalis designatum esse, eundemque ab eodem adhuc vivente per manuum impositionem ordinatum esse: Anacletus & Alexander Epistola prima, Joannes tertius in Epistola ad Episcopos Germaniæ, Tertullianus de præscriptionibus cap. 32. Epiphanius hæresi 27. Rufinus in præfatione recognitionum confirmant. Respondeo. Utrumque verum est: Clementis per Petrum designatio vere quidem contigit, sed oblatum sibi Pontificium post obitum Pe-

Linum Petro successisse probatur testimonio Ignatii.

Tertulliani.

Epiphanii.

Optati.

Augustini.

Hieronymi

Refellitur objectio quædam, & simul prædicta sententia ratione confirmatur

" 99.

" 92. aut "

" 67

Refellitur objectio secunda

Clemens oblatum sibi Pontificatum ad tempus recusat.

tri non acceptavit. Teſtatur id prædicta hæreſi 27. Epiphanius, ubi ait Clementem hæc verba dixiſſe: *Secedo, abeo, erigatur Eccleſia Dei*, iiſque ad obitum utriuſque, Lini nimirum & Cleti, Epiſcopatum recuſaſſe. Nulla igitur inter prædictos auctores contrarietas eſt. Sicut enim ii, qui Linum Petro ſucceſſiſſe ajunt, Clementi Pontificatum oblatum eſſe non negant, ita etiam illi, qui Clementem Petri, dum adhuc viveret, ſucceſſorem ordinatum vel deſignatum eſſe ſcribunt, non inficiantur Clementem oblatam Pontificalis officii ſedem humillime recuſaſſe. Baron. anno Chriſti 69. n. 38. & ſeqq. Bellarminus lib. 2. de Rom. Pontif. c. 5.

b Sedit annos undecim, menſes 3. dies 12.) Verius, annis 11. menſibus duobus diebus 23. juſſu enim Saturnini conſularis " 25. Septembris, ut patet ex martyrologio Romano, potius ſub Veſpaſiano quam Tito martyrio coronatum eſſe, ex Titi humanitate, de qua Svet. cap. 9. conjicere licet. Cum igitur initium Titi in menſem Junium anni Chriſti nati " 81. incidat, neceſſario martyrium Lini " 25. Septembris Veſpaſiano adhuc regnante peractum, ad annum Chriſti " 80. referri debet. Unde ſi ad poſterum diem obitus Petri recedas & retronumeres, (quot diebus enim ſedes poſt Petrum defunctum vacaverit, non conſtat) prædictam ſummam annorum, menſium & dierum, quibus Linus Pontificatum tenuit, invenies. Vide Baron. anno Chriſti 80. n. 1.

c A conſulatu Saturnini & Scipionis, uſque ad Capitonem & Rufum.) Conſulatus priorum in annum Chriſti nati " 58. Petri 14. Neronis ſecundum: poſteriorum in Chriſti " 69. Petri ultimum Neronis 13. incidit: ut patet ex Baron. annis prædictis. Unde ſequitur auctorem hujus libri pontificalis, quiſquis fuerit, præterquam quod ſibi non conſtet, graviter errare. Non conſtat ſibi, quia quem alibi non aliter quam coepiſcopum Petri ſediſſe affirmat, hic propterea confeſſione convictus poſt obitum Petri uſque ad " 25. Septembris Pontificiam ſedem cum ordinaria auctoritate ac poteſtate adminiſtraſſe approbat. Error illius ex ſupradictis manifeſte appareret. Ut ea, quæ de hujus libri auctoritate ſupra ſemel atque iterum dixi, vera eſſe cognoſcantur, hæc addo; plura infra dicturus in Cleto & Clemente. De libro pontificali judicium. " 56. " 69. " 23.

d Conſtituit ut mulier velato capite.) Quod ab Apoſtolo Paulo Epiſtola 1. ad Corinth. cap. 11. pie, ſancte & religioſe conſtitutum eſt, ut feminæ nonniſi operto ac velato capite, ob angelorum, qui juxta expoſitionem S. Ambroſii ſunt Sacerdotes, reverentiam templum ingrediantur, hoc idem a Lino Pontifice decreto firmatum eſſe, vel impie, vel ignoranter Magdeburgenſes reprehendunt. Bellarminus lib. 4. de Rom. Pontifice cap. 8. Vide Baron. anno Chriſti 57. n. 84. & ſeqq. ubi pulchre de velandis mulieribus ſcribit. Cur mulieres juſſæ velato capite Eccleſiam ingredi.

DE SANCTO CLETO PAPA ET MARTYRE.

Ex libro pontificali Damaſi Papæ.

[a] CLetus natione Romanus, de regione vico Patricii, patre [a] Emiliano, [b] ſedit annis 12. menſe uno, diebus 11. Fuit autem temporibus Veſpaſiani & Titi, [c] a conſulatu Veſpaſiani ſeptimo, & Domitiani quinto, uſque ad Domitianum nono, & Rufum conſules. [b] Hic ex præcepto B. Petri, 25. Presbyteros ordinavit in urbe Roma. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, 6. Kalend. Majas. Et ceſſavit Epiſcopatus dies 20.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Cletus.) S. Ignatii, Irenæi, Tertulliani, Epiphanii, Hieronymi, martyrologii Romani, & ſacratiſſimi Canonis Miſſalis auctoritate, & ratione eadem Cletum Lino in Pontificatu ſucceſſiſſe probamus, qua ſupra Linum S. Petro Apoſtolorum principi ſubrogatum eſſe oſtendimus. Spatium enim annorum plus minus vigintitrium, quod inter martyrium Petri & initium Clementis intercedit, nemo ſcriptorum Eccleſiaſticorum integrum hactenus vel Lino vel etiam Cleto attribuiſſe legitur. Communior igitur & verior eſt illa in Eccleſia recepta ſententia, qua illorum undecim cum aliquot menſibus ac diebus Lino, reliqui Cleto Pontifici adnumerantur. Optatus lib. 2. & S. Aug. Epiſtola 161. catalogum Pontificum retexentes, hunc Cletum, utpote quem cum Anacleto unum eundemque eſſe exiſtimant, prætereunt & omittunt. Verba Optati hæc ſunt: *Cathedra unica, quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anacletus.* Quod S. Irenæus loco ſupra allegato, Ignatius & Euſebius hunc Pontificem Anacletum nominent, Baron. anno Chriſti 93. num. 1. a ſolis Græcis ſcriptorum & librariorum vitio ac errore factum eſſe putat; nempe quod pro Cleto Anacletum ſcripſerint. Nam Græci, ut apparet, nominum ſimilitudine decepti; ſicut Marcellum & Marcellinum; Novatum Carthaginenſem & Novatianum, patria Romanum; ita etiam Cletum & Anacletum unum eumdemque putantes confuderunt. Bellarm. vero lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 5. ait, duos fuiſſe Anacletos; alterum Clementis anteceſſorem, alterum ejuſdem ſucceſſorem; illum binominem fuiſſe, Cleti & Anacleti nominibus appellatum, ideoque eundem tertium Pontificem Clementis anteceſſorem, a Græcis Ignatio, Irenæo, Euſebio Anacletum, a Latinis vero, nempe Tertulliano, Hieronymo, Damaſo, &c. Cletum nominatum eſſe.

b Sedit annos 12. menſem 1. dies 12.) Numerando annos Cleti a poſtero die obitus Lini; verius annis 12. menſibus 7. diebus 2. ſediſſe ponitur. Nam 26. Aprilis anno Chriſti " 93. & Domitiani Imperatoris 10. martyrio coronatum eſſe martyrologium Romanum atteſtatur, & ex tempore ſedis Clementis colligitur. Baron. anno Chriſti 93. num. 1. Tempus Cleti. " 91.

c A conſulatu Veſpaſiani ſeptimo, & Domitiani quinto, uſque ad Domitiano nono & Ruffinum.) Id eſt, ab anno Chriſti " 78. uſque ad annum Chriſti " 85. Prædicti enim conſulatus cum his annis Chriſti coincidunt. Errorem igitur errori addis, quiſquis hujus pontificalis auctor es. Si Cletus prædictis coſſ. anno Chriſti 78. ſedere cœpit, quomodo Lino, anno Chriſti 69. Capitone & Rufo coſſ. ut ſupra dixiſti, defuncto immediate ſucceſſit? Quomodo novennale ſedis Pontificiæ interregnum tua ſolius auctoritate ſibi repugnante conſtitutum excuſabis? Quomodo Cletum duodecim annis ſediſſe ais, cujus ſedem Pontificiam duobus conſulatibus, ſeptem annorum intervallo dumtaxat a ſe diſtantibus, circumſcribis? Quomodo, quod intolerabilius & abſurdus eſt, Clementem a conſulatu Trachali & Italici uſque ad tertium annum Trajani, id eſt, ab anno Chriſti " 70 uſque ad annum ejuſdem Chriſti " 102. adeoque triginta tribus annis Pontificiam ſedem adminiſtraſſe ais, quem ibidem in ejuſdem vita, annis dumtaxat novem ſediſſe aſſeris? Hinc igitur videas, lector, in quos ſcopulos impingeret, quiſquis hujus libri ſcripta ſine ulla inquiſitione ſuſcipienda eſſe ſentiret. " 76. " 83. Liber pontificalis erroris redarguitur. " 68. " 100.

ANNO CHRISTI 93. " 91

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA CLEMENTIS PAPÆ I.

ANNO CHRISTI 93 " 91.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a CLemens natione Romanus, de regione Cœlio monte, ex patre Faustino *b* sedit annis 9. [a] Fuit autem temporibus Galbæ & Vespasiani, *c* a consulatu [*] Tragali & Italici, usque ad Vespasianum nono & Titum. Hic cum *d* multo libros zelo fidei & Christianæ Religionis scriberet, martyrio coronatur. Hic *e* fecit 7. regiones dividi notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta martyrum solicite & curiose, unusquisque per regionem suam, perquirerent. Hic fecit *f* duas Epistolas, quæ Canonicæ nominantur. *g* Hic ex præcepto B. Petri suscepit Ecclesiæ Pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat a domino Jesu Christo cathedra tradita vel commissa. Tamen in Epistola quæ ad Jacobum scripta est, qualiter ei commissa est a B. Petro Ecclesia, reperies. Ideo Linus & Cletus ante eum conscribuntur, quia ab ipso Principe Apostolorum, ad ministerium sacerdotalem exhibendum sunt Episcopi ordinati. Hic fecit ordinationes [b] duas per mensem Decembrem, Presbyteros decem, diaconos duos, Episcopos per diversa loca [c] quindecim. Obiit martyr anno (*a*). Trajani tertio. Qui etiam sepultus est in Græcia 9. (*b*) Kalend. Decemb. Et cessavit Episcopatus dies 21.

a menf. lj. d. 10.

[*] Trachalæ.

b tres.

c quinque.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Clemens tertio loco post Petrum pontificalem sedem tenet " 91.

a Clemens.) Clemens totius christianæ religionis summus antistes fit, tertio post Petrum loco & ordine, anno Domitiani 10. Christi nati " 93. quo S. Ignatius jussu tyrannorum plagis & vinculis exagitatus est. De hujus enim creatione Epistola 4. ad Mariam Cassobolitem hæc scribit. *Mibi autem in mentem venit, & dicam verum fuisse sermonem, quem de te audieram, cum Romæ apud B. Anacletum Papam* (quem latini Cletum, ut supra dixi, nominavere) *esses, cui nunc successit beatissimus Clemens; Petri & Pauli auditor*, &c. De persecutione autem quam tunc pateretur, idem eadem Epistola hæc narrat. *Ego vero, o beata, non tam meus quam aliorum nunc facius, exagitor partim exiliis, partim custodiis, partim vinculis. At nihil eorum curo*, &c. Eodem igitur anno quo S. Ignatius pro fide christiana persecutionem sustinuit, Clemens in Pontificatu Romanæ Ecclesiæ subrogatus est. Itaque cum post mortem Neronis Ecclesia usque ad decimum Domitiani Imperatoris pace & tranquillitate frueretur; divino nutu ac voluntate singulari factum esse videtur, ut eodem anno quo secunda Ecclesiæ persecutio & turbatio orta est, Clemens a Petro olim electus, ante hæc tempora Lino & Cleto successive hanc præfecturam temporibus Ecclesiæ tranquillioribus cesserit, eamque libens volensque acceptaverit eo tempore, quo contra duorum crudelissimorum luporum Domitiani & Trajani insidias, infestationem, & crudelitatem, pastor vigilantissimus ovile suum tueri ac defendere deberet. Hoc idem eadem quæ supra in Lino & Cleto allegata sunt Irenæi, Epiphanii, Hieronymi, Eusebii testimonia ac rationes convincunt. Tertullianus & quidam alii Clementem Anacleto, diversitate nominum decepti postponunt. Existimavit enim Tertullianus Cletum & Anacletum una cum Ignatio, Irenæo, &c. Clementi anteponendum esse; non advertens forte ab his Anacletum vocari, quem ille cum aliis pluribus Latinis Cletum nominavit. Baron. anno 69. num. 39.

Cur Clemens pontificatum ad obitum Lini ac Cleti recusaverit.

Cur Anacletus Clementi anteponitur. Tempus Clementis.

b Sedit annos novem) Numerando ab ultimo die vacationis sedis Cleti sedit annos 9. menses 6. dies 6. prima Decembris, anno secundo Trajani Imperatoris, qui est Christi " 102. in Chersoneso, quo fuerat relegatus, martyrio coronatur, ut hinc, & ex Euseb. & Hier. de

100

script. Eccl. constat. Vide Baron. anno Christi 93. n. 2. anno 103. num. 1.

c A consulatu Tragali & Italici, usque ad Vespasianum nono, & Titum cons.) id est ab anno Christi " 70. & Neronis 14. qui est primus post martyrium Petri, usque ad annum Christi " 81. Vespasiani decimum. Hæc computatio si vera est, falsum est quod supra ais, novem annis sedisse: & verum non est quod infra scribis anno tertio Trajani martyrio occubuisse; etenim a consulatu Tragali & Italici usque ad nonum Vespasiani consulatum numerantur anni duodecim. ad tertium autem Trajani Imperatoris, a prædicto consulatu Tragali, triginta tres anni numerantur. Taceo quod sedibus Lini & Cleti nullum tempus hæc computatio relinquat Vides igitur, lector amice, quam egregie auctor libri pontificalis in consulum ratione sibi constet. " 68. " 79. Libri pontificalis error

d Multos libros.) Præter Epistolas scripsit constitutiones Apostolorum: de utrisque infra agemus. Canones Apostolorum non quidem condidit, sed traditos ab Apostolis græce conscripsit, ut supra diximus de canonibus Apostolorum, verbo Canones. Inter alia ejusdem monumenta recensentur circuitus Petri 10. libris descripti, qui ab aliis interdum itinerarium Clementis, ab aliis recognitiones Clementis sunt appellati. Hi cum insulsis fabulis referti sint, eorumque usu patres sibi temperaverint, Gelasius vero eosdem in Concilio Romano inter apocrypha rejecerit, omnes etiam prudentes consulto ab horum lectione abstinebunt. Traditio est, Clementem Romanum Pontificem ritum, quem a sancto Petro acceperat, offerendi sacrificium, Romanæ Ecclesiæ scriptis consignatum reliquisse. Multa etiam scripta falso sub Clementis nomine esse evulgata tradunt. Hæc de script. Eccles. in Clemente Euseb. 3. hist. c. 32. Baron. anno Christi 102. num. 22. & 23. Bellarmini judicium de recognitionibus Clementis habes tomo 3. de gratia & libero arbit. lib. 5. cap. 25. Scripta Clementis quæ

e Fecit septem regiones dividi notariis.) Instituit notarios septem, singulis singulas regiones urbis dividens ac committens, qui acta martyrum solicite ac curiose per regiones quisque suas perquirerent, atque conscriberent. Baron. anno Christi 98. num. 3. Acta martyrum a notariis septem excipiuntur.

f Duas Epistolas quæ canonicæ nominantur.) Credo eas intelligi, quarum altera teste Hier. de script. Eccles. in Clemente ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum contra schisma apud eos exortum scripta est, quam utilem esse, & publice in Ecclesia recitatam, ex Hieronym. Euseb. Irenæo & Epiphanio Baron. anno Christi 95. n. 1. & seqq. non modo probat, verum etiam ejus fragmenta recitat. Alteram vero esse puto, qua virginitatis laudem prædicavit, quæque iisdem testibus etiam publice in Ecclesia recitari solebat. " Neutra harum extat, quia in extantibus nulla sit instituta narratio de virginitate, nulla etiam earum ad Corinthios scripta sit. Præter has aliarum quarumdam mentio fit apud Epiphan. hæresi 30. apud Hieron. lib. 1. contra Jovin. & de script. Eccles. in Clemente, & in Epist. ad Ephes. cap. 2. Vide Baron. anno 95. num. 1. & seqq. & anno 102. num. 5. 6. 7. Quot & quales Epistolas scripserit " Priorem nox subjicie- mus integram G. & Latina cum fragmento posteriori

g Hic ex præcepto B. Petri, &c.) Hæc & reliqua quæ sequuntur quomodo sint intelligenda, ex supradictis patet.

EPISTOLÆ DECRETALES ROM. PONTIFICUM.

NOTA " SEVERINI BINII.

" *Huic subjectam vide nostram sylloge- ram.*

EPistolas decretales antiquitate sua & totius mundi reverentia consecratas, omni gravitate, doctrina & sanctitate refertas, testimonio & usu posteritatis omnium sæculorum confirmatas, stylo ac sermone Apostolicis viris convenientissimo exaratas, sacram Scripturam juxta eum sensum quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia interpretantes, ad martyrium tempora persecutionis Christi domini nostri exemplo fortiter sustinendum, ad hæreses

(*a*) *Dicit in Luc. anno, & pro Trajani habet Trajano* (*b*) *In Luc. VIII.*

ſt. Decre- um defen- Franciſcus rianus. bus argu- tis a no- ribus im- ıentur.

reſes ſui temporis redarguendum utiliſſime ſcriptas, reverendus Pater Franciſcus Turrianus, ſocietatis Jeſu Theologus præſtantiſſimus, quinque libris ſolidiſſime defendit a calumnia Magdeburgenſium, qui eaſdem propter craſſum, ut ajunt, orationis habitum, propter ſuſpicioſam argumentorum ſimilitudinem, propter Scripturas violenter ipſorum judicio citatas, atque indocte, perplexe, & contrarie explicatas, propter formulas citationum ſibi non cohærentes, propter temporum repugnantiam, propter hiſtoriarum falſitatem, propter alienos ritus, propter corruptelam dogmatum, aliaque hujuſmodi commenta & præſtigia a nobis infra ſuis locis inſinuata & refutata, tamquam commentitias, adulterinas & ſpurias redarguunt, rejiciunt, omnique auctoritate exuere & ſpoliare conantur.

um argu- tum a ſty- materiæ litudine ptum re- tur.

Idque ſane nulla neceſſario urgente de cauſa. Primum enim ſi ſtyli, argumenti & materiarum ſimilitudo, ut iſti ajunt, harum epiſtolarum falſitatem arguere poteſt, ſequeretur primo ſacras canonicas epiſtolas Pauli, Petri, ac Jacobi falſitatis notam incurrere. Nam ſicut illarum Pontificiarum plurimæ ſcriptæ ſunt de primatu Petri, de regno Eccleſiæ Romanæ, de ordinatione Epiſcoporum, de ſacerdotibus non lædendis, accuſandis, ac deponendis de appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interponendis; ita Apoſtolicæ prædictæ ſacræ & canonicæ epiſtolæ, multa de manſuetudine ac caſtitate, de moderatione ſermonis, de caritate erga omnes, de honeſta converſatione, de vitanda humanæ ſapientiæ jactantia, de pœnitentia ad ſalutem neceſſaria, de proximi temerario judicio fugiendo, de tentatione toleranda, de magiſtratuum debita obedientia, ſimplici ſtylo ac charactere ſcripſerunt.

Secundo ſequeretur omnes hujus ac ſuperiorum ſæculorum Pontificum epiſtolas, & diplomata, quæ in publicis archiviis per ſtylum, materiam & argumentum ex lege & conſuetudine ſibi ſimillima aſſervantur, non eſſe eorum, quibus in titulo inſcribuntur. Quod ſane non minus abſurdum foret, quam ſi quis ſcriptum Sulpitii ad imitationem Ciceronis evulgatum, Sulpitio "adjudicatum, Ciceroni tribueret, vel commentitium eſſe negaret.

abjudica-

Addo integras ſæpe ſententias iiſdem plane verbis de primatu Romanæ Eccleſiæ, de appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interponendis, &c. poſteriorum temporum Pontifices ſuis epiſtolis decretalibus inſeruiſſe, quas priorum temporum prædeceſſores Pontifices jam ante a ſe ſcriptas poſteris tradiderunt. Quæ profecto priorum ſæculorum ſcriptis epiſtolis pontificiis fidem non tantum non adimunt aut minuunt, ſed potius earumdem auctoritatem mirifice illuſtrant & confirmant.

ecundum mentum nere ſer- is ſum- a refelli-

Genus ſermonis inelegantis, & (ut ipſi ajunt) parum Latini reprehendunt, quod Pliniana, aut Svetonii, Solini, Taciti, Juſtini, aliorumque iſtius temporis elegantiſſimorum ſcriptorum puritate careat, multiſque barbariſmis & ſolœciſmis ſcateat. In ſpecie haſce phraſes notant: in epiſt. 1. Clem. Ut prælibatum eſt: in 2. Marcelli, Ut præfixum eſt: in epiſt. Clem. 2. De ſacramentis bene intuendis uſque delegavi: in epiſt. 2. Evariſti, Stephani & Teleſphori, Epiſcopi ſunt obediendi, non detrahendi: in 2. & 3. epiſt. Alex. Boni a malis perſequuntur: Cavete vos, fratres, ne efficiamini participes malis eorum. In 2. epiſt. Sixti I. Ab hac ſede a ſanctis Apoſtolis tueri Epiſcopi juſſi ſunt; in epiſt. Victoris ad Afros, Perlatum eſt ad ſedem Apoſtolicam aliquos veſtros nocere fratres velle. In epiſt. Eleuth. Pulſatus ſuper criminibus. In epiſt. 1. Zephyrini: Judicium ordinabiliter habitum: Calliſti 2. Anathematizatorum vox nullum nocere poteſt, & plura alia, quæ poſt" Magdeburgenſes prolixe congeſſit Robertus Cocus, Anglicanæ Eccleſiæ prædicans miniſter in ſua cenſura, qua catholicos ſcriptores, veros a falſis & ſuppoſititiis, diſcernere prætendit.

Plura quo- adverſus dem epi- as Blon- lus mini- Calvinia- integro umine.

Verum ſi propter ſolœciſmos aut barbariſmos, ſermonem ſimplicem, rudem, ac vulgarem, epiſtolæ Pontificum negari vel rejici deberent, omnes epiſtolæ ſancti Pauli Apoſtoli, omnes veteris ac novi teſtamenti ſcriptores ſacri & canonici rejiciendi forent. Sanctus Paulus 1. Corinth. 2. de ſeipſo ait: *Et ſermo meus, & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis conſiſtit*. In Scriptura ſacra innumeras phraſes & locutiones inveneris regulis grammaticæ contrarias. Conſilium erat, Deo auctore, Apoſtolis eorumque poſteris inſpiratum, ut in rebus ad ſalutem omnium pertinentibus, ſermone ac verbis imperito vulgo accommodatiſſimis uterentur. Hinc Origenes lib. 6. & 7. contra Celſum multa adverſus eos philoſophos diſputat, qui τὸ εὐτελὲς Scripturæ ſanctæ exprobrabant. Idemque tomo 4. in Joannem ſolœciſmos Pauli excuſans ait; *Qui voces diſtinguit, & ſignificata, & res, non offenditur ſolæciſmis*. Hac de cauſa æterna memoria dignum eſſe judicatum eſt, quod ſanctus Spyridion Tremithuntis Cypri Epiſcopus inſignis ſacræ fidei confeſſor, & ſacrarum Scripturarum propugnator, Tryphilium virum eloquentiſſimum, a ſe per miracula ad fidem Chriſti jam ante converſum, in Nicæna ſynodo perorantem, & loco verborum Chriſti, *Tolle grabatum tuum*, dicentem, Tolle lectum tuum humilem, non immerito, ut refert Sozom. lib. 1. c. 11. objurgavit, quod verbis Chriſti, uti dedignaretur, & eloquentia eſſerretur.

Hinc S. Hieronymus alioquin diſertiſſimus & elegantiſſimus ſcriptor & doctor Eccleſiæ, ut in literis ad Damaſum ſcriptis fatetur, phraſes Scripturæ, quas regulis grammaticorum repugnantes eſſe non ignorabat, retinere quam mutare maluit.

Hinc B. Gregorius in epiſtola ad Leandrum in commentarios libri Job ſic ſtylum ſuum incultum & inelegantem excuſat. Unde & ipſam, inquit, artem loquendi, quam magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſervare deſpexi. Nam ſicut hujus quoque epiſtolæ tenor enunciat, non metaciſmi colliſionem effugio, non barbariſmi confuſionem devito. Quia indignum vehementer exiſtimo, ut verba cœleſtis oraculi reſtringam ſub regulas Donati: nec enim hæc ab ullis interpretibus in Scripturæ ſanctæ auctoritate ſervata ſunt. Sicut igitur omnes ſcriptores veteris ac novi teſtamenti, omneſque poſteriorum ſæculorum ſcriptores ſacri, in rebus ad fidem & mores pertinentibus, ſingulari Dei nutu ac voluntate, vulgari ſermone uſi fuerunt, ideoque nequidem ab ullo hæretico, etſi redargui, non tamen negari potuerunt; ita Magdeburgenſes, eorumque poſteri cenſores ac critici ſcriptores, horum Apoſtolicorum virorum ſcriptas epiſtolas propter ſermonem ſimplicem barbariſmis ac ſolœciſmis ſcatentem, a regulis Donati aliorumque grammaticorum deſciſcentem, non rejeciſſe, negaſſe & deſpexiſſe; ſed potius, tamquam Apoſtolicorum virorum ſcripta, reverenter acceptaſſe, ſuſcepiſſe & exaltaſſe oportebat.

Tertium argumentum a tempore S. Hieronymi ſumptum refellitur.

Vulgata editio novi teſtamenti, ex qua potiſſima loca Scripturæ deſumpta ſunt, ab Hieronymo non edita ſed emendata fuit: ideoque argumentum contra auctoritatem harum epiſtolarum a citatis Scripturis, quas ſanctus Hieronymus tranſtuliſſet, mutuatum, nullius eſt ponderis. Africanæ Eccleſiæ, Nicæni & Sardicenſis conciliorum canones per Donatiſtarum graſſationes, ut infra in notis concilii Sardicenſis verbo Approbatum dicemus, eo tempore necdum innotuerant: quid mirum omnes haſce epiſtolas in archiviis & ſcriniis Romanæ Eccleſiæ deliteſcentes non fuiſſe agnitas?

Argumentum a conſulari nota refellitur.

Argumentum a conſulari chronologia deſumptum, Apoſtolicorum virorum epiſtolis nullam fidem, nullamque auctoritatem adimere poteſt: ſiquidem notam conſularem epiſtolis Pontificiis, non ipſi Pontifices, ſed alii quidam exſcriptores earumdem non ſatis fideles ſub & obreptitie addiderunt, ut infra ſuis locis eſt oſtenſum.

Sextum argumentum refellitur.

Commune exordium primæ a S. Zephyrino, & tertiæ a S. Fabiano, aliarumque ab aliis trium priorum ſæculorum Pontificibus ſcriptarum epiſtolarum, auctoritatem earumdem ſi minuat, minuet etiam auctoritatem earum quæ a Leone Magno, Hilario, Pelagio, aliiſque poſteriorum ſæculorum Pontificibus poſteris relictæ non improbantur, ſed velut authenticæ ab omnibus recipiuntur. Tertia Leonis primi cum ſecunda Pelagii collata, ejuſdem initii eſſe reperietur. Hilarii tertia, prima Zephyrini, & tertia Fabiani, unum idemque commune habent principium. Omnes poſteriorum ſæculorum bullæ Pontificiæ ex ſtylo Romanæ curiæ concluduntur iiſdem prope verbis hiſce: *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis*, &c. *infringere, vel ei auſu temerario contraire*, &c. Sicut igitur hac de cauſa propter communem terminandi modum nemo prudens horum ſæculorum decretales epiſtolas Pontificias rejicere poteſt, ita propter idem multarum exordium, eaſdemque multis inſertas ſententias ac clauſulas antiquorum & primorum Pontificum, epiſtolæ decretales a Magdeburgenſibus eorumque ſequacibus novatoribus prudenter rejici & exterminari nequeunt.

Reliqua objecta nullius ſunt momenti; & ſi quæ ponderis aliquid habere videantur, iſthæc infra ſuis locis movebuntur & refellentur.

Observatio Phil. Labbe S. J.

Mirum eſt viris doctiſſimis Turriano, Binio, & quibuſdam aliis in tanta eruditionis eccleſiaſticæ luce probari potuiſſe decretales illas epiſtolas, a quocumque, ſeu Mercatore, ſeu Peccatore fabricatas, & antiquis Romanæ urbis Pontificibus circiter annum chriſtianæ epochæ octingenteſimum ſuppoſitas: adeo enim perſpicacibus viris deformes videntur hoc ſaltem tempore, ut nulla arte, nulla ceruſſa, aut purpuriſſo fucari poſſint. Eas omnes, ſaltem pleraſque earum repudiarunt eruditiſſimi quique tractatores catholici, *Baronius*, *Bellarminus*, *Perronius*, *Contius*, *Antonius Auguſtinus*, *Lorinus*, *Sirmondus*, *Ducæus*, *Petavius*, *Marca*, *Boſquetus*, ut alios modo, ſive antiquiores, ſive recentiores ſilentio obvolvam. De ſingulis, ut ſe dabit occaſio, deinceps, verum obiter tantum καὶ ἀχορηγῶς, dicturi ſumus.

mus. Neque enim vacat pluribus hoc loco traducere [illegible] cujusdam novelli ὑπερασπιστοῦ, qui mala avi, ex zelo quidem, sed minus prudenti & considerato, certe non secundum scientiam, easdem ab omnibus eruditione præstantibus abjectas ac penitus repudiatas defendere aggressus est.

Non tali auxilio, nec defensoribus istis

indiget, aut unquam indiguit Romana Ecclesia in veritatis Apostolicæ petra solidata. Recte enim sapienterque admodum Baronius ad annum Christi 336. numero 60. *Procul absit ab ecclesiastico tractatore omnis turpis suspicio fictionis & imposturæ, qui pura luce tantummodo gaudeat veritatis: præstat enim ingenue ignorantiam fateri magis, quam ex* MENDACIIS EMENDICATAM SCIENTIAM *afferre. At enim, amabo, cur Severinus Binius Mercatoris sui centonibus præfigere noluit* πρόθυρον τηλαυγές, Aurelii scilicet Carthaginensis Episcopi ad Damasum Papam, & Damasi ad Aurelium epistolas commentitias, eodem, hoc est, soloce crassissimoque filo contextas. Subveritus est, opinor, ne quis Cardinalis Baronii justissimam reprehensionem occineret. *At quid opus fuit* MENDACIIS EXORNARE VESTIBULUM *amplæ domus, ut in non levem suspicionem adducat cætera, (si) quæ vera intus habentur*. Neque vero gravabor adscribere ejusdem viri eminentissimi aculeata verba ad annum 530. num. 5. *Eant procul a fidelium cætu, qui in* ECCLESIAM *non habentem maculam neque rugam ejusmodi curantur inferre* QUISQUILIAS, *longeque longius a* CATHOLICO ORBE, *qui, quæ corruere videntur,* MENDACIIS *suffulcire nituntur: nam super solidum fundamentum firmamque petram structa est, semper manens, nunquam casura, sincera* FIDES. Hisce porro præmunitus lector securius ad sequentium epistolarum lectionem atque electionem se accinget. Ne vero leviter tantum ac dicis causa videamur meminisse Illustrissimi ac Reverendissimi Parisiensis Archiepiscopi omnium juris Pontificii consultorum eruditissimi, placet hic in observationis nostræ subsidium & veritatis canonicæ adversus proletarios quosdam scriptores firmamentum intexere integrum caput. 5. libri tertii admirandi prorsus operis de concordia sacerdotii & imperii.

I. Antiquo juri universalis Ecclesiæ assensu roborato, successit *Jussum Novum*, quod ab anno 836. publicari cœpit; & adnitente Nicolao I. & ceteris Romanis Pontificibus paulatim usu invaluit per Occidentis Provincias. Jus illud comprehensum est collectione Isidori, quæ ex Clementis, Anacleti, Evaristi, & antiquorum Pontificum epistolis, qui tempora Siricii præcesserunt; & e canonibus tam antiquis, quam Gallicanis, & Hispanicis compacta est. Epistolæ illæ apud eruditos viros gravi suspicione laborant, tum ob verborum sordes a secundi sæculi, quo datæ dicuntur, elegantia & nitore alienas; tum ob styli similitudinem, & eumdem scribendi characterem, qui in omnibus epistolis occurrit; ita ut ab uno auctore, non a diversis Pontificibus conscriptæ esse videantur. Accedit usus frequentissimus vulgatæ scripturarum versionis; unde fit ut post Hieronymi ætatem effictas esse necesse sit. Deinde & Hieronymo, qui Scriptorum Ecclesiasticorum catalogum texuit, & Innocentio, Leoni, ceterisque Pontificibus, quorum germanæ epistolæ ad nos pervenerunt, omnino fuerunt incognitæ. Turrianus his similibusque argumentis a Magdeburgensibus prolatis satisfacere conatur, edito in eam rem volumine. Sed fortasse cessisset Dionysii Exigui testimonio, qui cum veterum Pontificum epistolas, jam a centum & mille annis cum summa diligentia colligeret, a Siricio initium suæ compilationis facit. Hæc sunt ejus verba in epistola ad Julianum Ecclesiæ Romanæ presbyterum:

Dionysius Exiguus

Præteritorum Apostolicæ Sedis præsulum constituta, qua valui cura & diligentia collegi, & in quemdam redigens ordinem titulis distinxi compositis: ita dumtaxat ut singulorum Pontificum, quotquot a me præcepta reperta sunt, sub una numerorum serie terminarem. Fortius vero urget Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis observa-

Ant. August. in notis ad capitula Hadr

tio, qui primus adnotavit ipsa legum imperatoriarum verba, & quæ sub Aniani nomine extant ad codicem Theodosianum scholia, in illis epistolis usurpata fuisse: quamvis Pontifices, quibus epistolæ tribuuntur, duobus & tribus sæculis codicis Theodosiani editionem præcesserint. His argumentis victus Illust. Bellarminus has epistolas, *Indubitatas*, inquit, *esse affirmare non audeam*. Sed apertioribus verbis Ill. Baronius eas ab iis auctoribus, quibus tribui solent, data opera abdicavit: *Ex multis eas reddi suspectas epistolas, quæ dicta sunt secundo annalium tomo, dum de singulis mentio facta est, satis est demonstratum, simulque ostensum, illis non indigere Romanam Ecclesiam, ut si falsitatis arguantur, suis ipsa destituatur juribus & privilegiis, cum etsi illis careat, ex legitimis germanisque aliorum Pontificum epistolis decretalibus, satis superque corroborata consistat. Ceterum quod excerpta ex illis capita a Benedicto Levita primum, ut canonibus conscientia, probata essent, ut ipse testatur, auctoritate Romanorum Pontificum, quod & a posterioribus factum est collectoribus, eadem usu potius recipi contigerunt, quam constanti ipsorum firmitate*. Bellarmini & Baronii auctoritate fultis, liberum erit venerandos Pontificum veterum titulos, epistolis illis detrahere. Præsertim cum eruditissimi viri industria, ab aliquot annis eo processerit, ut sententiæ & verba ipsa, ex quibus epistolæ contextæ sint, a quibus auctoribus petita sint, accuratissime demonstraverit. Cui tamen in eo suffragari non possum, quod atrocioribus verbis epistolas dilacerat: quas e sententiis, & verbis legum, canonum antiquorum, & sanctorum Patrum qui quarto & quinto sæculo floruerunt, si pauca demas, concinnatas esse constat.

Bellarm de Rom Pont. l. 2. c. 14.

Baron. ad an. 865. n. 8

Vide pseudo Isidorum editum anno 1628.

II. Hanc vero epistolarum & canonum collectionem, Riculfo Episcopo Moguntino debemus, qui eam ex Hispania allatam penes se habuit, & Gallis communicavit, teste Hincmaro: *De libro collectarum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Episcopus Moguntinus in hujusmodi, sicut & in capitulis Regiis studiosus, obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit*. Quisquis auctor hujus collectionis fuerit, illustri nomine Isidori Hispalensis eam commendare voluit; eo enim nomine insigniebatur temporibus Hincmari, id est anno 870. Quare non assentimur viris doctis, qui manuscriptos codices secuti, Isidorum Mercatorem collectionis auctorem faciunt. Etenim etsi fateamur in quibusdam codicibus eam lectionem extare; in plerisque tamen & melioris notæ libris, Compilator iste, Isidorus *Peccator* dicitur; unde manavit vitio amanuensium *Mercatoris* dictio. Peccatoris autem appellatio inde fluxit, quod Episcopis quibusdam solenne fuerit, in Conciliis peccatores seipsos inscribere, quemadmodum videre est in Concilio Turonensi primo, in Parisiensi tertio, in Turonensi secundo, & in Matisconensi primo; qua ratione & apud Græcos Episcopi ἁμαρτωλοί vocari amabant. Certum quidem est & omnino indubitatum ex sententia illustrissimi Cardinalis Baronii sordes verborum, quæ aliquoties in illa collectione occurrunt, in Isidorum Hispalensem laudatissimum, & eruditissimum virum non esse rejiciendas: qui etsi in originum libris aliquando lapsus fuerit, variæ tamen & reconditæ lectionis specimen præbet, unde antiquariorum studia maxime juvantur. Inde autem colligitur Isidoro Hispalensi non esse tribuendam istam collectio-

Hincmarus in Opusc. c. 24.

Hincmarus ep. 7 c. 12.

Isidorus, Hispalensis Episcopus collegit cum epistolis Romanæ Sedis Pontificum a S. Clemente usque ad B. Gregorium.

Concil. Turon. 1. Paris 3. Turon. 2. Matiscon. 1.

lectionem, quia & Concilii Toletani undecimi habiti anno 675. & Concilii sexti coacti anno 681. meminit; quadraginta & amplius annis post obitum Isidori, qui accidit anno 636. ut docet Redemptus diaconus in ejus vita. Imo vero & Gregorii II. & III. & Zachariæ Summorum Pontificum, qui post annum septingentesimum vixerunt, epistolas auctor ille collectioni suæ inseruit. Si fides habenda esset chronico Juliani Toletani a Viro Clariss. Laurentio Ramiresio Parisiis edito, non laborandum esset de collectionis auctore; Etenim juxta chronici illius fidem, Isidorus Mercator Episcopus Setubensis, ope Monachi cujusdam compilationi operam dedisse dicitur, & obiisse anno 805. Verum quia chronicum illud apud eruditos viros suspicione non caret, satius est Hincmari testimonio hærere, qui non Mercatori Setubensi Episcopo, sed Isidoro Hispalensi, ætate sua collectionem tributam fuisse testatur.

III. Riculfus autem, a quo publicatam fuisse docet Hincmarus, Ecclesiam Moguntiacam tenuit ab anno 787. usque ad annum 814. & Sedem apostolicam devote coluit; ut testis est auctor præfationis ad Benedicti Levitæ collectionem. Quod fortasse illi epistolarum interpolandarum desiderium injecit, ut labantem Romanæ Ecclesiæ auctoritatem in Galliis restauraret. Sane post tempora Riculfi, sententiæ aliquot selectæ ex suppositititiis epistolis, a Gallicanis Episcopis in canones suos transcriptæ sunt. In Concilio Aquisgranensi habito anno 836. quæ de unctione olei infirmorum, seu chrismate ab Episcopis quotannis consecrando in cœna Domini, decernuntur, *juxta statuta decretalium*; e secunda epistola Fabiani hausta sunt, etsi tacito Fabiani nomine. Cæterum frequentissime ab Episcopis laudata fuisse verba epistolarum illarum decretalium, & earum auctoritatem usurpatam, probant tres ultimi capitularium libri: quos e scriniis Ecclesiæ Moguntiacensis, in unum corpus compegit Benedictus Levita, jussu Autgarii ejus Ecclesiæ Episcopi; eosque Lothario, Ludovico, & Carolo nobilissimis regibus filiis Ludovici Pii inscripsit, circa annum 850. In iis libris passim e Clementis, Anacleti, Pii, Evaristi, Fabiani, & ceterorum Pontificum apocryphis epistolis quamvis suppresso auctorum nomine, auctoritas petitur: quod usurpatum etiam ab auctoribus additionum, quæ libris capitularium adjunctæ sunt. Quin & Hincmarus ipse Anacleti, Evaristi, Fabiani, Stephani, Lucii, Alexandri, Pii, Callisti, Julii, Melchiadis testimoniis aperte usus est, in epistolis suis, & aliis opusculis.

IV. Non solum autem Isidori collectio Riculfi tempestate emersit; sed alia etiam collectio, quæ sub nomine capitulorum Hadriani Papæ, per Gallias ab Ingilramno Metensi Episcopo anno 785. divulgata est. Ex his capitulis quædam in epistolas Pontificum, qui eas interpolavit, ipsis verbis transcripsit; imo & ipsæ capitularium additiones, capitulis Hadriani aliquoties utuntur.

Attamen observandum est, etsi Gallicanæ synodi veterum Pontificum nominibus perstrictæ, selectis sententiis epistolarum ejusmodi uterentur: Collectionem Ingilramni, aut Isidori non recepisse in canonum censum, ut testatur Hincmarus Remensis in opusculo, quo Hincmarum Laudunensem refellit; qui ex illis epistolis collectionem privatam ad usum Ecclesiæ suæ consuerat. De capitulis enim Hadriani ita censet: *De sententiis, quæ dicuntur ex Græcis, & Latinis canonibus, & synodis Romanis, atque decretis Præsulum, ac Ducum Romanorum collectæ ab Hadriano Papa, & ab Engelramno Metensium Episcopo datæ, quando pro sui negotii caussa agebatur; quam dissonæ inter se habeantur, qui legit satis intelligit: Et quam diversæ a sacris canonibus, & quam discrepantes in quibusdam ab Ecclesiasticis judiciis habeantur.* Hincm. in Opusc. c. 24

V. Quid autem de veterum Pontificum epistolis sentiret, apertissime ostendit eodem loco. Docet enim ex Innocentii, Leonis, & Gelasii receptis decretis, accurate servanda, quæ canones conciliorum præscribunt; a quibus tamen discederetur, si varia capita controversis epistolis comprehensa servarentur, quæ adversa sunt canonibus: qui posteriores cum sint iis epistolis, illis utpote prioribus derogare censendi sunt. Unde tandem orationem suam hac definitione concludit: Honorem quidem iis epistolis deberi ob dignitatem auctorum, quorum nomina præferunt; sed concilia servanda, quorum decreta universalis Ecclesia & Sedes Apostolica custodit: *Tu hac discretione*, inquit, *ut præmissi ex verbis Gelasii, suscipe ad instructionem illas epistolas, quas Beatissimi Papæ diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consolatione dederunt legendas, venerabiliter; & serva sacra Concilia, quæ Sedes Apostolica, & omnis sequitur Ecclesia, inviolabiliter.* Uberius quæstionem istam exequitur, cum Laudunensis Hincmari verba refellit, qui prolatis Anacleti, Victoris, Callisti, & Eleutheri testimoniis, his verbis usus erat ad Hincmarum Remensem: *Ecce pater qui canones recipiendi, venerandi ac observandi habentur.* Excipit Hincmarus noster: *Si isti sunt canones recipiendi, venerandi ac observandi quos commemorasti, qui sunt illi quos & Apostolica Sedes, & omnes Episcopi per universum orbem, à primæ Sedis Apostolicæ Pontifice, usque ad illum qui modo novissime etiam post te est ordinatus Episcopus, immo & omni Catholica Ecclesia canones appellant Quique a Nicæno Concilio, quod primum in nostris codicibus quos ab Apostolica Sede majores nostri acceperunt, sequendos per ordinem, usque ad Africanum Concilium, pro canonibus recipiendis, venerandis & observandis, retinent; & Innocentius, Zosimus, & cæteri quique observandos canones nominant. Inter quos, & istas epistolas Apostolicæ Sedis Pontificum, quas canones appellas, Gelasius ut supra posui differentiam facit, & illa Concilia canonum observanda decrevit, has autem epistolas pro consolatione quorumdam directas, venerabiliter suscipiendas dicit.* Quod iterum confirmat in epistola quam retulit Flodoardus auctor historiæ Remensis. Ex isto Hincmari loco discimus, apud Episcopos Ecclesiæ Gallicanæ, solum codicem canonum ex collectione Dionysii Exigui, quem superioribus verbis descripsit, circa annum 870. auctoritatem obtinuisse; epistolas vero contentas in collectione Isidori, non repudiatas quidem ab Episcopis, quia de falsitate illarum nondum constabat; sed in auctoritatem canonum non fuisse receptas. Qua in re præjudicio Leonis IV. utebantur, qui has epistolas decretales in canone non recensebat, ut monui capite superiori num. 5. Hincm. in Opusc. c. 25. Hincm. in Opusc. c. 49. Flodoard. l. 3. Hist. Rem. c. 22.

VI. Contenderat tamen Nicolaus literis ad universos Galliæ Episcopos datis anno 865. ut decreta illa reciperentur, & magno conatu Gallicanorum Episcoporum argumenta repulerat. Excipiebant enim illi decretales epistolas priscorum Nicolaus ep. 42.

rum

rum Pontificum ideo non admittendas, quia in codicem canonum non essent relatæ. Reponit Nicolaus, ex hoc sequi nec ipsas scripturas sacras veteris & novi testamenti suscipiendas, quia codici Ecclesiasticorum canonum non sunt insertæ. Si autem Galli respondeant, Innocentii decreto, quod in codicem canonum relatum est, statui ut testamentum vetus & novum recipiatur: Eadem ratione dici posse, decretales illas epistolas esse recipiendas, quia decreto Leonis Papæ cavetur, omnia decretalia constituta decessorum suorum custodienda esse. Itaque nihil interesse, *utrum sint omnia decretalia Sedis Apostolicæ constituta inter canones Conciliorum immixta, cum omnia in uno corpore compaginari non possint*. Quod Nicolaus confirmat Gelasii Papæ definitione, cujus hæc sunt verba: *Decretales epistolas, quas Beatissimi Papæ diversis temporibus de urbe Roma, pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus*. Hic Gelasii locus a Nicolao, & Hincmaro trahitur in partes. Sane si commentitiæ non essent epistolæ veterum Pontificum, Gelasius Nicolai causam juvaret, potius quam Hincmari. Sed aliud Hincmari argumentum invictum remanet, nempe canonibus posterioribus, derogatum fuisse priscis illis decretalibus, etsi veræ forent; quarum ratio habenda non sit in iis capitibus, quæ codici canonum adversantur. In ceteris enim articulis Galliæ Episcopi testimoniis harum epistolarum utebantur, ut ante dixi; quod illis Nicolaus objiciebat: *Cum ipsi*, inquit, *suæ intentioni hæc suffragari conspiciunt, illis indifferenter utuntur*.

Gratianus cap. Si Romanorum. D. XIX.

[a] EPISTOLÆ [c] CLEMENTIS PAPÆI.

[b] EPISTOLA I. AD JACOBUM FRATREM DOMINI.

c Rufino [b] Torano Aquilejensi interprete.

Narrat Clemens quomodo S. Petrus se invitum successorem suum elegit, & omnia præcepta ab eodem sibi tradita explicat.

Clemens Jacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes Ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt, cum Presbyteris & Diaconibus, & ceteris omnibus fratribus, Pax tibi sit semper.

NOTUM [c] tibi facio, Domine, quia Simon [1] Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primo Deus Pater Filium revelavit, cui & Christus competenter beatitudinem contulit, qui & vocatus est & electus, & conviva Domini & comes effectus tamquam bonus & probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam Occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique & integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraho, refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa caritate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia (adversante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, & regem omnium sæculorum per orbem terræ, & usque ad ipsius Romanæ urbis hujus notitiam, ut etiam ipsa salvaretur, invexit: hic, inquam, pro pietate pati volens præsentem vitam finivit. [d] In ipsis autem diebus, quibus vitæ finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me fratres & conservi mei: Quoniam, ut edoctus sum ab eo qui misit me, Domino & magistro meo Jesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram [e] trado: Qui mihi ab initio usque in finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit: Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseverans: Quem præ ceteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, & scientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei instituuntur) injurias. * Propter quod ipsi trado a Domino mihi traditam potestatem ligandi & solvendi; ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & solvet quod expedit solvi, tamquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, & Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vita carebit. Ipsum autem qui præest ceteris, oportet medici vicem agere, & non feræ bestiæ furore commoveri. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam, excusans me, & declinans honorem cathedræ, vel potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit, ne me rogaveris. Hoc enim fieri statutum est mihi, & eo magis, quod excusas: quia hæc cathedra eum qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus & in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adjutor tam sedulus adstitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, sed & Ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset, habens alium talem, non te cogerem opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium quærere, cum primitias eorum qui ex gentibus per me salvantur, & præcipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula; certus esto, quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum & periclitantem, cum juvare possis, subterfugis; tui tantummodo habens confiderationem, & non quod in commune omnibus expedit, providens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieveris, tanto me citius laboris & tristitiæ meæ mœrore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia & molestias, pericula etiam & opprobria inerruditi vulgi indociliſque concilium; quæ tu tamen scio quod constanter & fortiter se-

[a] Hæc & sequentes quatuor epistolæ Bar. Bellar. Perr. Pet. aliisque eruditis Catholicis pro Sedis multis nominibus suspectæ sunt.

[b] Vide præf. in recogn. ad Gaudentium ubi ait hanc a se olim interpretatam atque editam.

[c] Vide epitomen historiæ Clementinæ, sive librum de gestis sancti Petri, anno 1555. opera Hadriani Turnebi Græce editum, & Latine redditum a Joachimo Perionio O.B.

[d] Gesta sive epitome de passione S. Petri edit. Coloniensis anno 1569 qua utor.

[e] Conf. VII. 46.

In Decret. Ivo. lib. 5.

11. quæst. 3. Quicumque contrist. Petrus infra in Epist. Alexandri Papæ I.

Videtur prohiberi interrogationem post mortem.

[1] Sequentes variantes lectiones, notulasque suppeditavit Harduinus, qui non has Clementis Epistolas tantum, sed etiam reliquas Isidorianæ Collectionis contulit cum Mſ. Bibliothecæ collegii Parisiensis Soc. Jesu; in quo hujus epistolæ hic titulus habetur: *Incipit Epistola Clementis ad Jacobum Fratrem Domini*. Deest autem, *Petrus*, rectè. [a] Ivo in Decretal. lib. 5. can 47.

feres, reſpiciens ad illam ſpem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed & illud cupio, te mecum juſta ratione perſpicere, quando maxime opera tua indiget Chriſtus, nunc cum inimicus adverſus ſponſam ejus commovet bellum, an futuro in tempore, quando jam Chriſtus poſt victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi ſenſus intelligat, quod iſtud eſt tempus, in quo operam tuam Chriſtus requirit? Tota igitur mente in præſenti neceſſitate præbe operam tuam, & auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas poſt victoriam [a] redditurо. Libenter ergo ſuſcipe Epiſcopatus officium, eo maxime, quod Eccleſiaſticas diſpoſitiones a me probabiliter didiciſti, ut ſalus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Verumtamen & breviter te de ipſius diſpenſationis ordine coram omnibus commonere neceſſarium [b] duco.

Te quidem oportet irreprehenſibiliter vivere, & ſummo ſtudio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias, ne fidejuſſor exiſtas, ne advocatus litium fias, neve id ulla aliqua occupatione prorſus inveniaris mundialis negotii occaſione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem ſæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Chriſtus, [c] uti ne præfocatus præſentibus hominum curis, non poſſis verbo Dei vacare, & ſecundum veritatis regulam ſecernere bonos a malis. Iſta namque opera, quæ tibi dominus congruere ſuperius expoſuimus, exhibeant ſibi invicem diſcentes, id eſt, laici; & te nemo occupet ab his ſtudiis, per quæ ſalus omnibus datur.

Sicut enim tibi impietatis crimen eſt, neglectis verbi Dei ſtudiis, ſolicitudines ſuſcipere ſæculares: ita & unicuique laicorum peccatum eſt, niſi invicem ſibi etiam in his quæ ad communis vitæ uſum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero ſecurum facere [d] ex his, quibus non debes vacare, omnes communiter elaborent. Quod ſi forte a ſemetipſis hoc laici non intelligunt, per Diaconos edocendi ſunt, ut tibi ſolius Eccleſiæ ſolicitudines derelinquant; quo ipſam, ut dignum eſt, diſpenſare ſufficias, & veritatis verbo abundantiùs & ſtudioſius deſervire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus; & teipſum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad ſalutem pertinent, plenius ſingulis quibuſque diſtinguere. Et ex eo fiet, ut & tu tamquam qui non docueris quæ ad ſalutem hominum pertinent [e] puniaris, & diſcipuli per ignorantiam pereant.

Idcirco tu quidem ad hoc ſolum vacato, ut opportune & ſine intermiſſione doceas verbum Dei, per quod ſalutem conſequi poſſint. Illi vero cum tanta reverentia tua verba ſuſcipiant, tamquam qui ſciant legatum te & præconem eſſe veritatis, & quodcumque ſuper terram ligaveris, eſſe ligatum & in cœlo: & quodcumque ſolveris ſuper terram, etiam ibi eſſe ſolvendum. Quoniam quidem & tu, ut dixi, quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, ſolves. Et ad te quidem qui præes, iſta ſint monita, & his ſimilia. Ad presbyteros vero ſint iſta: Ante omnia, [f] ut pudicitiæ ſtudentes, adoleſcentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in proveſtioribus quidem curam habere hujuſcemodi negligant, quia in multis, etiam cum ſenuerit corpus, concupiſcentia viget. [g] Ne ſorte ergo fornicationis labes, occaſione accepta, tamquam venenum peſſimum ſerpat in vobis, cavere & antevenire neceſſarium eſt, ne quod in vobis adulterii occultum [h] coaleſcat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, etiam ſi ſobrie vixerint. Propter quod vos o Presbyteri, Eccleſiam excolite, & [i] ordinate ſponſam Chriſti ad pudicitiam. Sponſam autem dico, omnem Eccleſiæ congregationem: quæ ſi pudica inventa fuerit a ſponſo ſuo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur: & vos, velut miniſtri ſponſæ, & amici ſponſi, ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si vero ſponſa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipſa quidem, tamquam indigna, [k] non tradetur regalibus thoris. Vos autem pœnas dabitis, ſi forte per veſtram negligentiam vel deſidiam obrepſerit contagio læva peccati. Idcirco ante omnia ſobrietatis & pudicitiæ ſolicitudinem gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cujus ſpecies ſunt quidem plures, ſicut vobis & ipſe Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima ſpecies adulterii eſt, virum propria uxore ſolummodo non eſſe contentum, & mulierem non proprio tantum ſervare ſe viro. Si ergo caſtus fuerit quis, poteſt & humanus & miſericors fieri, per quod & ipſe æternam a Deo miſericordiam conſequatur. Sane ſicut adulterii venenum cunctis malis pernicioſus eſt, ita amor fraternus & caritas totius boni faſtigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres veſtros, & cum religione ac miſericordia reſpicite ad omnes. [l] Orphanis exhibete voſmetipſos parentes. Viduis virorum curam impendite, cum omni caſtitate, quæ neceſſaria ſunt, præbentes. Juniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus victum neceſſarium quærant: artificibus vero operam providete, debilibus miſericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, ſi caritatem præ ceteris & ante omnia in veſtro corde figatis. Cujus caritatis, & recipiendæ, & habendæ, maximum erit fomentum; ſi frequenter inter voſmetipſos communem cibum veſtrum menſamque faciatis, & inquantum unuſquiſque prævalet, crebrius panes ac ſales ſuos cum fratribus ſuis tu mat. Per hæc enim præcipue caritas comparatur, & cauſa totius boni in hujuſmodi communione conſiſtit. Ubi autem pax & bonitas, ibi & ſalus. Propter quod communes facite cibos veſtros cum his qui ſecundum Deum fratres ſunt, quia per hæc temporalia officia, pacis & caritatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo autem ſolicitius eſurientes reficite, & ſitientibus potum date, nudis veſtimentum; ægros viſitate, & eos qui in carcere ſunt, prout poſſibile eſt, juvate: peregrinos ſatis prompte in domibus veſtris ſuſcipite. Et ne omnia nunc ſingulatim dicam, omne bonum ipſa per ſe (ſi in vobis fuerit) caritas vos facere docebit, ſicut & e contrario eos qui a ſalute alieni ſunt, omne malum facere odium docet.

Si qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non judicentur: ſed apud Presbyteros Eccleſiæ, quidquid illud eſt, dirimatur: & omni modo obediant ſtatutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite; quæ homines occaſione præſentis lucri ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras, pro locis quibuſque æquiſſima cuſtodite: depoſita fideliter re-

[a] receptu- in c. Juſt.
duxi.
[b] 1. q. 1. Te lem.
[c] deeſt hæc ula a c.
[d] 1. q. 1. Si- enim. & his qui- debes va- em: idem x
[e] deponaris.
[f] lem in epi- a Evariſti e. In De- . lib. 5. th. 16.
[g] onſt. IV. 10.
lic. l. ep. 49
[h] caleſcat 32. quæſt. 7. Quid in omnibus. Et in Decr Ivo. lib. 7.
[i] adornate
[k] extrudetur a regalibus
Prima ſpecies adulterii.
[l] Conſtit. IV. 2.
Matth. 25. Item in ep. 2. S. Evariſti Papæ.
11. quæſt. 1 Si qui eſt

restituite. Quæ omnia, & si qua sunt similia his, ita demum solicite & diligenter implebitis, si futurum Dei judicium sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? Quod in fine mundi certum est agitandum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt, consequantur bona reposita; peccatores autem ut consequantur præparatas & reconditas pœnas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus. Si quidem hæc omnia ita esse ventura verus nobis propheta prædixit. Unde & vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irrepserit; non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei & consilium salubre curetur, quo possit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

Nota de confessione sacramentali.

Distinct. 93. Diaconi Ecclesiæ. a Const. II. 44.

Diaconi vero Ecclesiæ, tamquam [a] oculi sint Episcopi oberrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, & perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato, ut referant hæc ad Episcopum, & commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsurus est, uti revocetur, & non corruat in peccatum. [1] Negligentiores quoque, & eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec solicite ad Episcopi tractatum conveniunt, ipsi commoneant & hortentur. Si enim assidui sint ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra verum & quæcumque illæ sunt tristitiæ vel mœrores, [2] quæ ex præsentis vitæ necessitatibus & cladibus temporum veniunt, [3] quæque malorum sermonibus in corde suo velut jacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, [4] & vitæ æternæ doctrina, & eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei, & remaneant [b] in [5] cultu vitiorum, sine dubio * spinis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut diximus, [6] Diaconis cura sit. Sed & eos qui secundum carnem ægrotant, solicite perquirant, & plebi (si forte [7] plebs ignorat) indicent de his, ut & ipsi visitent eos, & quæ necessaria sunt, præbeant eis cum conscientia ejus qui præest. Quod tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt, sed & de peregrinis, similiter Episcopo suggerant, refovendis: & cetera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ & disciplinam ejus pertinent, Diaconis [8] curæ sint. Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint: de anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse [9] præcipue apprime esse eruditus & doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, prosequar.

b inculti, vitiorum, &c. * Deum amiserunt, spinis ac.

Dist. 93. Diaconi Ecclesiæ.

Verumtamen illud est quod præ ceteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per [c] quod solum potestis portum quietis intrare, & civitatem summi regis (quæ pax nominatus [10] habitare. [11] Similis namque est status omnis Ecclesiæ magnæ navi, quæ per undosum pelagus diversis e locis & regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus Dominus [d], ipse Omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur: epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit: ipsum quoque mare hic mundus habeatur: ventorum vero varietates & turbinum, diversis tentationibus conferantur: persecutiones, tribulationes, & pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum & seductorum, seu pravæ doctrinæ verba [e] ducantur: promontoria vero & loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, & pericula minantur & mortes. [12] Dithalassa vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, & de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ autem & dolosi, piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliquid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes * ipsæ bonis moribus & bonis operibus adjuventur. Sed ante omnia cum quiete & silentio, epibatæ (id est, laici) in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, & inconditos inutilesque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de [f] mercedibus commoneant: & nihil omnino quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri, velut nautæ aptent singula ad instructionem navis diligenter, & instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tamquam proreta, vigilanter & solicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus gubernator Ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis ac jussis credat & obediat omnis Ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem & omne periculum superent, tamquam mare profundum mundi istius & vitæ humanæ pelagus navigantes, in quo esuriendum sit & sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis & ægritudines tolerandas. Insuper & hominum insidiis ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque & sugillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum & rejectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis, jactura facienda est, & abjicienda

c quam solus. Ecclesiæ magnæque navis lepida collatio. d Anaclet. epist. 1. Const II. 61. e vocentur. * ipsius. f mercibus.

pror-

1 MS. *Neglegentiores*, & ita semper. 2 MS. *qui*, & ex recentiori manu *quæ*. 3 MS. *quæcumque sermonibus fuis*. 4 MS. *vitæ æternitate, doctrina &c.* 5 MS. *a cultu*. 6 MS. *diatoni*. 7 ex MS. dele *plebs*. 8 MS. *cura fit*. 9. in MS. abest vox *præcipue*. 10 Redundat vox *habitare*, nec legitur in MS. 11 Ivo in Decret. part. 3. c. 1. 12 MS. *Bithalassa*.

prorsus e corde omnis intrinsecus quæ latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quam utique cum evomuerit quis & abjecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Verumtamen [a] scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum & singulorum. Propter quod, o Clemens, tamquam qui omnibus præesse te noveris, singulos (prout potueris) juva, & singulos releva, qui & singulorum onus & solicitudinem portas. Unde & ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis, quam præsto. Sed esto confidens & fortiter ferens; certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem. Ibi mercedes & præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis & refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne a pessime agentibus diligaris; sed potius propter [1] justam dispensationem, & æquissimam regulam disciplinæ, a Christo collaudari merearis. [b] Hæc cum dixisset, & his similia quam plurima, rursum respiciens ad populum, dixit: Sed & vos carissimi fratres & conservi mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite; scientes quod si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec Deum Patrem susceperisse judicabitur, & ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satagite ad omnem collectam & congregationem semper convenire, ut non velut negligentes & desides a judice Christo condemnemini. Convenientes vero semper ad Clementem, date omnes operam pro ipso sentire, & summo studio favorem vestrum erga ipsum [c] ostendere; scientes quia propter singulos vestrum, ipsi magis soli [2] infestus est inimicus, & in ipsum majora suscitat bella.

Oportet ergo vos summo studio niti, ut omni erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed & vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari & consensu & unanimitate possitis. Propter quod & vos salutem consequi, & ille possit, obtemperantibus sibi vobis, promptius impositi oneris pondus evehere. [d] Quædam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius & manifestius proloqui. Verbi gratia: [e] Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo cui ipsum sentitis [3] adversum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur; unus est & ipse ex illis qui exterminare volunt. Ecclesiam Dei: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ [f] inimici sunt, gerit, & Ecclesiam dispergit ac vastat. [g] Et cum hæc dixisset, in medio coram omnibus manus mihi imposuit, & in cathedra sua, ingenti verecundia fatigatum, sedere me compulit. Cumque sedissem, hæc ad me rursum loquutus est: Deprecor te, o Clemens, coram omnibus qui præsentes sunt, ut posteaquam (sicut [4] naturæ debitum est) vitæ præsentis finem fecero, [h] Jacobo fratri Domini, descripta breviter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed & qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris & actuum fueris, quæque per singulas civitates (me disputante) solicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum; sed qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia, quam potes, breviter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si didicerit, quod post me non imperitus vir aliquis, aut indoctus, atque ignorans divini verbi [*] mysterium, & Ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nescius, suscepererit cathedram meam: scit enim, quia si indoctus & insciius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli & auditores ignorantiæ tenebris [5] obvoluti, in interitum demergentur. Unde & ego, mi domine Jacobe, cum hæc ab eo præcepta suscepserim, necesse habui implere quod jusserat, indicans tibi & de his ipsis, simul & de illis breviter comprehendens, quæ per singulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit; aut in gestorum virtute perfecerit; quamvis tibi de his plurima jam & plenius ante descripta, ipso jubente, transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcepit affigi; [6] id est, Clementis itinerarium, [i] non prædicationis Petri. [k]

Sed & nunc exponere jam quæ præcepit, domino opem ferente, incipiam: *Pœnitemini*, inquit, *& veram agite pœnitentiam*. Omnes ergo homines, qui christiano censentur vocabulo, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, unum Deum & dominum veraciter credere & confiteri, eumque tota mente & toto corde & tota virtute diligere, & proximos suos tamquam semetipsos, docibilesque esse usque ad perfectam doctrinam ad hæc perficienda, summopere oportet. Fides enim & dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit. [l] Christo itaque resurgente, & ascendente in cœlum, misso sancto Spiritu, collata Apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi, symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, unusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recensentes, in qua & integritas credulitatis ostenditur, & unius

Evari. 2.

f inimica.

g Gest. Petri p. 413.

h Neronis anno 8. currente Christi 62. cæsus est, Petrus vero Neronis ejusdem 13. exeunte. Christi 67.

Gesta S. i p. 413.

* ministerium. " ita & c. Just.

pendere.

i deest hæc negatio in MS.

k Hic desinit epistola in quibusdam codicibus. Cætera sunt vice appendicis, addita circa annum 800. ut videtur.

Conc. Va- II. c. 6. 442. Di- 93. Et in decr. 3. clet. Papæ initium Benedi- Deus. Et iter Fa- Papæ, incipit: inis præs. Conc. Me- ann. 888.

De titulo autem illo dicemus in notis. *Marc.* 1.

Compendiolum fidei Christianæ.

l Venantii exp. in symbolum c. 1. usque ad, diligere ergo Deum &c.

1 MS. *justitiæ dispensationem*. 2 *infestat inimicus*. 3 MS. *aversum*. 4 MS. *naturale*. 5 MS. *involuti*.
6 Reliqua sententia non extat in MS. nostro addita ab aliquo interpolatore.

Dei omnipotentis (ideſt, ſanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur, & myſterium incarnationis Filii Dei, qui pro ſalute humani generis a Patre de cœlo deſcendens, de Virgine naſci dignatus eſt, [a] quoquo ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo ſepultus ſurrexerit, & in carne ipſa cœlos aſcenderit, ad dextramque patris conſederit, judex venturus ſit, ac qualiter remiſſionem peccatorum ſacro baptiſmate renatis contulerit, & [b] reſurrectionem humani generis in eadem carne in vitam æternam futuram, ſic docuerunt. [c] Symbolum enim Græce, Latine collatio dicitur. [d] Et hoc prædicti ſancti Apoſtoli inter ſe per Spiritum ſanctum ſalubriter (ut dictum eſt) [e] condiderunt. Dicitur & indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus qua continentur in præfato ſymbolo, ſalus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur. [f] Et quod in primordio ejuſdem ſymboli præponitur, Credo in Deum Patrem omnipotentem; præclarum fidei teſtimonium & fundamentum in prima fronte monſtratur, quia ſalvus eſſe poterit, qui recte crediderit. *Credere enim oportet accedentem ad Deum:* quoniam *corde creditur ad juſtitiam, & ore confeſſio fit ad ſalutem.* Unde ait propheta: *Credidi, propter quod locutus ſum.* Et illud, *Juſtus ex fide vivit.* Et, *Niſi crediderit is, non intelligetis.* [g] Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur, niſi labor omnis ad effectum venire credatur. Unde credendum eſt in Deum, a quo tam præſens vita, quam futura tribuatur. Deus autem appellatio eſt ſubſtantiæ ſempiternæ, ſive timoris divini. Igitur Deus ſine principio, ſine fine, ſimplex, incorporeus, & incomprehenſibilis. Patrem autem cum audis, agnoſce quod habeat filium veraciter genitum ſicut poſſeſſor dicitur, qui aliquid poſſidet: & dominus, qui habet cui dominetur. Deus ergo pater, ſecreti ſacramenti vocabulum eſt, cujus vere filius eſt verbum, & ſpeculum, & character, & imago vivens Patris viventis, in omnibus Patri ſimilis, ejuſdem naturæ in divinitate, genitus, & genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo genuit filium; quod & Angeli neſciunt, & prophetis incognitum eſt. Unde illud dictum eſt; *Generationem ejus quis enarrabit?* Quam ſecretam originem cum proprio filio, novit ipſe ſolus qui genuit. [h] Nec Deus a nobis diſcutiendus eſt, ſed credendus: qui in nobis ipſis neſcimus, quod ſapimus, quomodo ſapientia, ingenium, aut intellectus, aut conſilium, aut mens noſtra generat verbum. Sed ſufficit noſſe, quia lux genuit ſplendorem, ſicut ait propheta; *In ſplendoribus ſanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Et illud; *Hic Deus noſter, & non reputabitur alter ad eum.* Et poſt; *In terra viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* [i] Diligere ergo Deum unumquemque ex toto corde, & ex tota anima, (ut præfixum eſt) ex tota fortitudine oportet, & proximum tamquam ſemetipſum, reſpondente domino cuidam ſcribarum ac dicente: *Primum omnium mandatum eſt, audi Iſrael: Dominus Deus tuus, Deus unus eſt:* &, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua: hoc eſt primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt illi: diliges proximum tuum tamquam teipſum.* Majus horum aliud mandatum non eſt, quod majus eſt omnibus holocautomatibus & ſacrificiis. Unde & in veteri teſtamento ſcriptum habetur: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Et Dominus ait: *Omnia quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite ſimiliter illis.* [k] Quibus utriſque mandatis, per unum malitia compeſcitur, & per aliud benignitas propagatur, ut ne malum quis inferat, ſed bonum impendat. Primum, ut caveat lædere; ſecundum ut norit bonum præſtare. *Si enim fratrem quem vides, non diligis; Deum, quem non vides, quomodo potes diligere?* Sic ergo nos decet exercere curam noſtram, ut non dimittamus curam veſtram: & ſic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi: quia [l] Dei dilectio morti comparatur, dicente ſapientia; *Valida eſt dilectio ut mors:* idcirco quia ſicut mors violenter ſeparat animam a corpore, ita dilectio Dei ſeparat animam violenter a mundano & carnali amore. *Qui enim*, dominus inquit, *diligit me, mandata mea ſervabit.* Nam qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit. Unde ſcriptum eſt: *Nolite putare quod maneatis in dilectione mea, ſi non ſervaveritis præcepta mea.* Neque enim regem diligimus, ſi odio leges ejus habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui noſcitur in proximi [m] corruere dilectione: quia per dilectionem proximi pervenitur ad caritatem Chriſti, quoniam, ut præcipitatum eſt, in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Docibiles ergo, qui perfecte docti non ſunt ad hæc peragenda, oportet omnes eſſe, & ut ipſi docti ſint, & alios prudenter inſtruere, & perfecte poſſint docere, juxta Danielem prophetam, qui ait: *Populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt plurimos.* Omnes docibiles, ut jam dictum eſt, qui docti [n] ſunt, eſſe oportet: ſed ſacerdotes doctiores ceteris populis, neceſſe fore docebat [o] Chriſtus dicens; *Quia ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.* Sacerdotes vero ſal terræ & mundi lumen [p] docens, præcepit in ſplendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait: *Beati eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adverſum vos, mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis: ſic enim perſecuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal evanuerit, in quo ſalietur? Ad nihilum valet ultra, niſi ut foras mittatur, & conculcetur ab hominibus. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt,* ut qui ingrediuntur lumen videant. *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, ut videant bona opera veſtra, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Epiſcopos autem per ſingulas civitates, quibus ille non miſerat, perdoctos & prudentes, ſicut ſerpentes, ſimpliceſque ſicut columbas, juxta domini præceptionem, nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoavimus, & Domino opem ferente, facturi ſumus. Vos autem per veſtras diœceſes Epiſcopo ſacrate & mittite, quia nos ad alias partes, quod idem juſſit, agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias [z] Hiſpaniaſque mittemus, & quoſdam ad Ger-

[a] quoque.
[b] reſurrectio futura ſit.
[c] S. Aug. ſerm. 215. de Temp. Ruff. in ſymb.
[d] quia.
[e] contulerunt.
[f] Ergo quod.
[g] Ruff. præf. expoſ. in ſymb.
[h] Aug. ſerm. 181. de Temp. Ruff. cit.
[i] Hactenus Ven. Fort.
[k] S. Greg. X Moral. 4.
[l] S. Iſid. II. ſent. 3.
[m] in errore.
[n] non.
[o] eſſe.
[p] Diſtinct. 9. Sacerdotes vero.
Deeſt media hæc ſententia in Lucenſi codice.
[z] MS. *Spaniaſque.*

Tobiæ 4. 16. Matth. 7. 1. Joan. 4. Cantic. 8. Joann. 14. ibidem. Matth. 22. Daniel. 12. Matth. 15. Matth. 5. Matth. 10. Pſal. 109. Baruc. 3. Matth. 22. Marci 12. Iſaiæ 53. Hebræor. 11. Roman. 10. Pſal. 115. Ab. cuc. 2. Iſaiæ 8. 9.

[1] Hæc duo vocabula non ſunt in MS.

Germaniam & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Ubi autem ferociores & rebelliores gentes esse cognoverimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habemus, qui quotidie non cessent divina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem & viam veritatis perducere, ut plures manipulos domino valeant præsentare.

In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos * archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum primates poni, vel Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum judicia & majora (quoties necesse foret) negotia in fide agitarent, & secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita ut ne quis injuste periclitaretur, definirent. In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos primates, Archiepiscopos institui præcepit, qui non tamen primatum, sed Archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quoque judicia, (ut superius memoratum est) & majora Ecclesiarum negotia, si ipsi reclamaverint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad jam dictos primates vel Patriarchas, ne * aliquis nocenter periret, transferri * perdocuit. In singulis vero reliquis civitatibus singulos, & non binos vel ternos aut plures Episcopos, constitui præcepit, qui non primatum, aut Archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus præfuit. Hoc tamen prævidendum instituit, ne in Villis, aut Castellis vel modicis Civitatibus, instituerentur Episcopi; ne vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem Apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere Presbyteros debere insinuabat. Et si quis aliquem ex his scandalizaret, gravissimam illi pœnam inferri debere prædicabat. Cunctos se invicem diligere & adjuvare debere, & neminem ab adjutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas vero & adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coæquale non erant, ab eorum vexatione & accusatione (docente Domino) prohibebat, & non nisi a coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat; quia discipulum supra magistrum esse, aut ullam ei injuriam inferre, nullatenus debere oportet. Infames etiam omnes, & quos primates & leges sæculi non suscipiunt, sed & laicos ab eorum accusatione & vexatione semper repelli debere, rogabat, & cunctos illis subditos esse præcipiebat. Cunctorum Sacerdotum vitam, superiorem sanctioremque ac discretam a sæcularibus & laicis hominibus esse, & spirituales quosque atque Sacerdotes super carnales ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur & judicemur, vel ab humano die. Majores vero, a minoribus nec accusari nec judicari ullatenus posse dicebat; quoniam non solum hoc divinas, sed & leges sæculi inhibere docebat.

Omnes ergo legum divinarum libenter violatores, & sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, Ecclesiastica indignos regula & sancta communione judicabat. Operatores vero earumdem, eisque obedientes, utrarumque ac ceterorum bonorum dignos esse dicebat. Unde & Prophetas in testimonium sumebat: *Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autem non cognovit me, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestræ igne succensæ: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur. Væ,* inquit, *qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, & operuit os suum absque ullo termino. Et descendent fortes ejus, & populus ejus, & sublimes glorioseque ejus ad eum. Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio, & Deus sanctus sanctificabitur in justitia.* Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui cervices suas contra magistros & seniores suos erigebant, hæc in exemplum [a] adducebat: *Detracta est ad inferos superbia tua,* [b] *concidit cadaver tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid iste est vir, qui (a) turbavit terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, & urbes ejus destruxit, vinctis ejus non apperuit carcerem?* Ebrietatem oppido prohibebat, & ebriosos, corpore & animo mortuos esse prædicabat: de quibus & in exemplum ajebat: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis: cithara & lyra & tympanum & tibia & vinum in conviviis vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis.* Et iterum: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem: qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi auferetis ab eo. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Et conturbati sunt montes, & facta sunt mor-*

[a] dicebat. Isai. 14.
[b] cecidit.
Isai. 1.
Isai. 5.
Isai. 5.
Ibidem.

(a) Luc. *conturbavit*.

morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta. [a] Nullum [*] etiam presbyterum in alicujus Episcopi parochia aliquid agere debere, absque ejus permissu, [*] docebat: sed & cunctos presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes (instituente Domino) esse debere docebat. [b] Nullum item aliena concupiscere aut præsumere, quæ eorum erant, sed unumquemque suis sibique commissis [*] contentos esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri vellet, instruebat. Sanctam quoque Ecclesiam immaculatam omnes servare debere evangelizabat, cujus claves Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere Cœlum, & aperire portas ejus, quia claves Cœli facti sunt. Admonere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, & *qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus*. Et quanta pœna dignus sit qui eos scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, ubi ait: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Væ mundo ab scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, quam duas manus habentem, mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te. Bonum est tibi, introire ad vitam claudum, quam duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te. Bonum est tibi, unum oculum habentem, in vitam introire, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. Amen dico vobis. Quæcumque alligaveritis super terram, erunt alligata & in Cœlo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in Cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in Cœlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Et iterum per Prophetam loquitur, dicens: *Expavit* (inquit) *Cœlum super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus.* O intolerabilem malignitatem, o linguam iniquitatem loquentem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: *Impone homo tuæ linguæ ostium & seram.* Cessa, cornu in altitudinem extollens, & loquens adversus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo & fratribus? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conscientiam, in Christum graviter peccatis, & rei judicio effecti, infames efficiemini, & juste repellemini. Et iterum per Prophetam loquitur, dicens: *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, & lætitia sempiterna erit eis: quia ego dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocaustum: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimento salutis, & indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam & laudem coram universis gentibus.* Eos autem a solo Domino aut judicandos, aut removendos, & non ab aliis esse dicebat, quia sui sunt, & non alterius. Et quis est, qui alterius judicet servum? Nam si non patiuntur homines, nec Deus Deorum & Dominus dominantium hæc ullatenus patitur. Unde & Prophetas sibi testes esse dicebat, per quos Dominus loquitur dicens: *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam, ut non blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Jacob & Israel, quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est cœlos. Ego vocabo eos, & stabunt simul. Me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, si comedet eos vermis, & sicut lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea in generationes generationum.* Et iterum: *Abscondita est via mea a Domino, & a Deo meo judicium meum transibit. Numquid nescis, aut non audisti? Deus, sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus. Qui dat lasso virtutem, & his qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquilæ: current, & non laborabunt: ambulabunt, & non deficient. Taceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus.* Hos autem qui eos vetant, aut amovere vel damnare nituntur, [c] Dominus per Prophetam damnat, & usque ad satisfactionem eorum & Ecclesiæ damnatos esse docebat, ubi ait: *Talia elegerunt in viis suis, & abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde & ego eligam illusiones eorum, & damnationem adducam eis: quia locutus sum eis, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui, elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum ejus: dixerunt fratres vestri, audientes vos, & abjicientes propter nomen meum. Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur.* Non enim laborabunt frustra in conturbatione præsules mei, *quia semen benedictorum Domini est. Antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.* Ad glorificandum se, & divina mandata seminanda & evangelizanda, eos Dominus elegit, & non ut prohibeantur, aut perturbentur, suggerebat: [d] quoniam qui eos lædit, eum lædit, cujus legatione funguntur. Prædicare eos assidue, & mandata Domini sine intermissione annunciare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam coram Deo habere insinuabat. Omnes principes terræ,

[a] Can. Apost. 40.
[*] volebat.
[b] Can. Apost. 36.
[*] contentum abire oportere.
Zach. 2. 8.
Matth. 18.
Jerem. 2.
1. Cor. 8.
Isai. 61.
Ivo in dec. p. 3. c. 232. Anacl. ep. 2. Alex. ep. 2. Te. Isidor. Fab. Melc. Jul. Dam. &c.
Isai. 48.
Isai. 51.
Isai. 40.
Isai. 40.
Isai. 41.
c dominum damnare
Isai. 66.
Isai. 65.
d Greg. XI. 22

x MS. enim.

ræ, & cunctos homines eis obedire, & capita sua submittere, eorumque adjutores existere præcipiebat, ut omnes pariter fideles & cooperatores legis Dei monstrarentur, ne de eis dicatur: *Confundentur & erubescent omnes qui pugnant adversum te, & erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non invenies viros rebelles tuos. Erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis adversum te.*

Omnes ergo qui eis contraveniunt, ita damnatos, & infames usque ad satisfactionem monstrabat, & nisi converterentur, a liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat. Homicidiorum vero tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstrantur. Omnes etiam a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, abstinere, & bonam eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere insinuabat, & veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana enim illius prædicatio, inter cetera divina mandata, hæc erat, quam in ejus exemplum etiam tibi, frater charissime, significare curavi. [a] Bonorum, inquit, operum inter cetera semina ac negotia sunt, quantum unusquisque sapit & potest; totis intimi cordis (ut prælibatum est) visceribus Deum diligere, & proximum velut seipsum: abnegare seipsum sibi, ut Jesum Christum Dominum nostrum sequatur: & nihil ejus amori præponere, veritatem corde & ore proferre debere, & totam spem Deo semper committere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora custodire, & in omni loco Deum respicere: firmiter scire, cogitationes malas cordi suo advenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus Domini manifestare. Os suum a [b] multo vel pravo colloquio custodire, & verba vana, aut mendacia non loqui: quia *os quod mentitur, occidit animam*. Verba divina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedientes esse docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequenter incumbere, & eleemosynas veras perficere. Desideria carnis non perficere, sed propriam frangere voluntatem: boni aliquid in se cum viderit Deo * applicare [c], non sibi: & malum a se factum cognoscat, & sibi imputet. Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum, aut malum loquantur. Diem judicii timere, gehennam expavescere, vitam æternam omni concupiscentia desiderare: non occidere, non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, non falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas & caducas non amplecti delicias jejunium & vigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, [e] infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare & eleemosynas dare: dolentes consolari, & suis bonis refovere, & a malis actibus se alienum facere. Non esse superbum, non violentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem: quia qui detrahit, non * se, sed & multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reservare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam * dare. Caritatem non derelinquere, nec jurare, ne forte perjurium (quod absit) fiat. Malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non maledicere, sed magis benedicere, & persecutionem pro justitia sustinere. * Caritatem amare, & nullum odio habere: quia qui odit fratrem suum homicida est. Elationem fugere, zelum malum non habere, invidiam non exercere, nec contentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & juniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo divino & mandato instruere ac dirigere, hosque omnes & eorum Episcopos tota animi virtute diligere ut oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, memores scilicet illius Dominici præcepti: *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite*. Ipsi autem Episcopi, si [d] exorbitaverint ab istis non sunt reprehendendi vel arguendi, sed [e] supportandi, nisi in fide erraverint.

Illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos: quoniam major a minore nec argui, nec judicari potest. Nullus se extollat erga doctores [f] magistros suos, quia discipulus super magistrum esse non debet, nec potest. [g] Nullus velit dici sanctus, antequam sit: sed prius sit [h], ut verius dicatur. Præcepta Domini, doctorumque ac magistrorum, factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. [i] Obedientia enim & humiliatio quæ magistris agitur, Domino exhibetur. *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo*, & resistunt mandatis ejus, & inobedientes ac contumaces sunt his qui ejus legatione funguntur: *& ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, qui derelinquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas. Et quid facient, cum inspicere cœperit Dominus? Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conservabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt illi: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum: secundum enim magnitudinem illius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Venite (inquit) filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Omnis, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, & labia ejus ne loquantur dolum. Divertat a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & persequatur eam: quia oculi Domini super justos, & aures ejus ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Propterea nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed lætamini in Domino, & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient ab oriente & occidente*, Domino dicente, & a septemtrione atque meridie, *& recumbent cum Abraham & Isaac & Jacob* [k] Propter quod, deprecor te, frater carissi-

[a] reg. S. Benedicti: ut nota- oram in stelli.
[b] de con- e pœni- i. o.
[c] buere. icet.
[d] xequiis.
[e] se solum. MS. Just.
[f] ac. Matth. 10. Luc. 10.
[g] c. 4. reg. S. Benedicti.
[h] quo.
[i] cap. 5. Eccl. 2.
* Castitatem. ita MS. c. 1. Joan. 3.
2. q. 7. Sacerdotes &
Matth. 23.
d Conc. Rom. V. sub Symmacho.
e portandi.
Eccl. 2.
Pſal. 33. Jo. 12. 35. 1. Petr. 3.
Recogn. l. 4 c. 4. Pſal 31. Luc. 13
Recognit. 4.

riſſime, ut doceas attentius hunc prædicationis ordinem & abſolutionum dies, ut ſalventur animæ hominum, quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere, priuſquam doceantur, agnoſcunt. [a] Operum vero ratio poteſtati & arbitrio uniuſcujuſque permittitur, & hoc ipſorum eſt proprium. Deſiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a Patre cœleſti donatum eſt. Sed ſalus in eo eſt, ut voluntatem ejus, cujus amorem & deſiderium (Deo largiente) conceperis, facias; ne dicatur ſermo ejus ad nos, quem idem dixit: *Quid autem me dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?* Eſt ergo proprii muneris, ut unuſquiſque ſit, prout Dominus noſter dederit, perfectus in Eccleſia, mittenſque ſemina divina, ut de nobis non prædictus ſermo, ſed ille dicatur, quem alibi Dominus noſter dixit: *Ideo*, inquit, *omnis ſcriba doctus in regno Cœlorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera.* [b] Nullus ergo, inquit; impediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices: ſed primo, quæ ſit juſtitia ejus, quæ voluntas, requiramus, ut bonis operibus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte ſentiunt, & bona agunt, præſto eſt; quoniam his manifeſtat ſeipſum. [c] Nam ſi quis velit (antequam actus ſuos emendet) de his requirere, quæ non poteſt invenire, ſtulta & inefficax erit hujuſmodi inquiſitio. Tempus enim breve eſt, & in judicio Dei geſtorum cauſa agitur, non quæſtionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam conſequi mereamur. Nam ſi exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupamus & inutiles quæſtiones, inanes ſine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, ubi judicium operum noſtrorum fiet. Unaquæque etenim res ſuum tempus habet & locum. [d] Operum hic locus, hoc tempus eſt: meritorum, ſæculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, & a beatorum præceptorum Domini inſtitutis, & a Spiritus ſancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda ſunt corda noſtra ac corpora, ſanctæ mandatorum ejus ſuorumque Epiſcoporum ac prædicatorum [e] obedientiæ militatura; ut ſuæ gratiæ jubeat nobis auxilium miniſtrari, & fugientes gehennæ pœnam, ad vitam valeamus omnes pervenire æternam.

[f] Hæc itaque, frater cariſſime Jacobe, ab ore Sancti Petri jubentis accepi, tibique (ut optabas) inſinuare ſtudui, ut ſervari omnia immaculata præcipias, quia Eccleſiaſtica non oportet negligenter, ſed diligenter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat abſque ſui periculo negligere vel diſſimulare, quia in judicio Dei ignis æterni tormenta ſuſtinebit, qui Eccleſiaſtica decreta neglexerit. Qui vero te audierit, [g] (ut juſſerat miniſter Chriſti Jeſu) gloriam accipiet. Qui autem te non audierit, imo loquentem Dominum per te, ipſe ſibi damnationem accipiet. [h] Curandum ergo & attendendum eſt nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, ut Chriſti paſſionibus per patientiam participemus, atque regni ejus mereamur eſſe conſortes. Amen.

a Recogn. ibid. c 5.

Luc. 6.

Matth. 13.

b Recognit. 2. c. 22.

c Recogn. ibid. c. 21.

d Clem. ep. 3. & Recogn. ibid. c. 22.

e Præf. reg. S. Benedicti.

f Clem. ep. 2.

g utilis ex m. l. C &

h curandum

Notæ Severini Binii.

a Epiſtolæ Clementis.) Harum epiſtolarum quinta Encyclica eſt; ſic dicta, quod omnibus Eccleſiis communis eſſet, & per manus ſingulis tradita, univerſum Chriſtianum orbem circumiret. Diverſa tamen eſt ab illa encyclica, in qua virginitas, teſte Epiphan. hæreſi 30. deprædicata fuit, quæque ſuo tempore quo integra extabat in ſanctis Eccleſiis, ut ait, legebatur: ſicut & illa quæ ad Corinthios ſcripta fuit; de qua ſupra in Clementis vita, verbo epiſtolæ in noſtris annotationibus: cujus autem fidei ac firmitatis ſint hæ quinque titulo Clementis notatæ, vide Turrianum lib. 2. adverſus Magdeburgenſes.

Encyclicæ epiſtolæ quæ

b Epiſtola prima ad Jacobum fratrem Domini.) Cum hæc epiſtola ſcripta ſit; ut in fronte & capite illius apparet, poſt obitum S. Petri, adeoque poſt 13 annum Neronis; ad Jacobum fratrem Domini ſcripta eſſe nequit: utpote qui, teſte Hieron. de viris illuſtribus, ſeptimo anno Neronis Hieroſolymis occiſus eſt: unde patet, quod hæc epiſtola vel non ſit Clementis, vel potius ad Simonem, qui etiam frater Domini fuit, ſcripta ſit, & in titulum epiſtolæ mendoſe vox, Jacobum, irrepſerit. Ita Poſſevinus in apparatu ſacro, in verbo Clemens Romanus.

An hæc epiſtola ad Jacobum Apoſtolum ſcripta? An Clementis illius auctor.

c Rufino interprete.) Quod hæc prima & tertia ſequens a Rufino Aquilejenſi translatæ dicuntur, valde Baron. anno Chriſti 102. num. 6. dubitat. Nam Gennadius de viris illuſtribus cap. 17. de Rufino agens, in cunctis a ſe e Græco editis verſionibus præfationem præponere conſueviſſe teſtatur, adeo ut quæ ſine prologo reperiuntur eſſe translatæ, non Rufini, ſed alterius eſſe opus affirmet. "

An prima & tertia Clementis epiſtola Rufino tranſlatæ.

" Ipſe docet ſe fuiſſe interpretatam primam.

Monitum Editoris

In ſequentem Epiſtolam.

Quam hic profero, epiſtola eadem eſt, ac præcedens, niſi quod prior illa multis interpolationibus ab Iſidoro Mercatore, ſeu potius ab alio quodam multo quam Iſidorus antiquiore accreta eſt. Hanc vero poſteriorem exhibeo ex editione P. Couſtant, qui eam affert in Appendice Tomi I. Epiſtolarum Romanorum Pontificum pag. 2.

P. COUSTANT

MONITUM

IN EPISTOLAM SEQUENTEM.

I.

Patr. t. 1. fac. 10. 1. pag. 533. Cur hic edatur ſine Rufini interpretatione.

Johannes-Baptiſta Cotelerius inter ea, quæ Clementina *inſcripſit, epiſtolam ſequentem græcè & latinè edidit. Ejuſdem interpretationem jam habebamus à Rufino acceptam, quam Iſidorus Mercator adoptans in fronte collectionis ſuæ cum non modica acceſſione præpoſuit. Cùm autem hanc Iſidori collectionem ſuo loco exhibituri ſimus, nonnullis fortè ſupervacaneum videbitur, epiſtolam ei inſertam aut hîc repræſentare, aut illic recudere. Sed neque hanc ſine græco, quo primùm ſcripta eſt, edere, neque in mera Iſidori collectione græcum, quo caruit, adjicere convenit. Eo autem propenſiùs primigenium textum græcum unà cum Cotelerii interpretatione hîc præmittimus, quòd Rufini è græco in latinum conver-*

versiones quàm liberæ sint & indiligentes, nemo non novit. Qui autem illius desiderat interpretationem, Mercatoris collectionem, in qua competentem sibi locum obtinebit, adeat.

II.

Est velut præfatio in Recognitiones Clementis.

Rufinus præfat. in vulgatos Recognitionum Clementis libros epistolam istam his libris posteriorem opinatur. Photius verò cod. 112. & 113. dedicationem esse existimat operis, quod actus Petri & disputationes cum Simone necnon recognitionem Clementis ejusque patris ac fratrum complectebatur; atque hujus sententiæ subscribit Cotelerius: maximè cùm ad calcem epistolæ fingatur Clemens jussu Petri ad Jacobum mittere opus cum hac inscriptione, Clementis Epitome prædicationum Petri in peregrinationibus, *sive ut Rufino magis placuit*, Itinerarium Petri. *Quo dicto, statim subdit pseudo Clemens, atque epistolam claudit his verbis*, Ceterùm exponere ut jussus sum incipiam; *quibus sanè aliquod opus proximè subsecuturum promittitur. Præterea cum epistolæ hujus fine, ut postrema nota indicabimus, tam aptè cohæret Recognitionum Clementis exordium, ut opus istud hîc promitti nihil propè dubitemus.*

III.

Apocrypha est. *Gelas. epist. 33. n. 7.*

Unde confici arbitramur, ut epistolæ hujus ac mox dicti Itinerarii unus & idem sit parens. Cùm autem Itinerarium illud Ecclesia respuat ut nugis ac fabulis refertum, ideoque Gelasii ejusque concilii judicio inter apocrypha rejectum sit, eodem judicio & de hac epistola quid censendum sit edocemur. Idem quoque judicium firmat manifesta illius cum Clementinis homiliis consensio, quam Cotelerii marginalibus notis adjuti exploratam habuimus. Neque verò inficias ibit quisquam, qui citata loca cum epistola nostra contulerit, utrumque opus ex officina una prodiisse.

IV.

Rufin. præfat. in lib. Recog.

Sensit etiam Rufinus id epistolæ hujus veritati adversari, quòd Clemens proximè Petro successisse in ea prædicatur, ac sibi obiici non dissimulat, quomodo cùm Linus & Cletus in urbe Roma ante Clementem hunc fuerint episcopi, ipse Clemens ad Jacobum scribens, sibi dicat à Petro docendi cathedram traditam. *Ille quidem respondet*: Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quòd Linus & Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatûs curam gererent, ipse verò apostolatûs impleret officium, *indeque factum*, ut & illi ante Clementem numerentur episcopi, & Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem. *Sed hanc rationem nullam esse jam demonstravimus cùm aliis momentis, tum Romanorum pontificum catalogis, quos texuerunt antiqui patres. In his quippe Linus & Cletus ante Clementem, non solùm ut Romani episcopi, sed etiam ut proximi Petri successores recensentur.*

Qua ratione Rufinus Clementem intelligat Petri successorem.

V.

Epistolæ sequentis manifesta falsitas.

Sed & inde certa & explorata est epistolæ hujus falsitas, quòd eam Clemens post passionem Petri ad Jacobum scribere fingitur, quem ante Petrum obiisse indubitatis monimentis notum habetur. Nam Jacobum anno Christi 62. à Judæis occisum esse convenit: Petrum autem aliqui anno 65. plures anno 66. alii aut 67. aut 68. nulli sanè ante 65. passum existimant. Hac difficultate motus Herigerus Leobiensis Abbas, qui sæculo XI. *florebat, apud nostrum Edm. Martene Thesaur. Anecdot. tom.* I. *pag.* 117. de epistolis decretalibus Jacobi & Clementis ad alterutrum missis, in quibus ita Clemens ait de Petro, sicut jam passo, *quærit quomodo istud componi possit*. Igitur, *inquit*, Petro vivente manifestum est eum non scripsisse · & Jacobum (*tamen*) octo annis manifestum est ante passionem Petri decessisse. Post passionem verò Petri Linus XII. annis, & Anacletus (*hoc est* Cletus) totidem, cooperatores Clementis, qui Petro verè successerat, exstitere. Multò minùs igitur istorum tempore potuit Jacobo rescribere. Post decessum verò ipsorum cùm Clemens solus novem annis Romanæ præsideret ecclesiæ, multo adhuc minùs credendum est potuisse rescribere completo à passione Jacobi XXXII. annorum tempore. *Quibus in verbis illud obiter notandum, quòd is scriptor tertium quoddam circa successionem beati Petri systema explicat. Nam Clementem Petro verè successisse pro certo habet, ac nihilo minùs post Petri mortem & Linum duodecim annis & Cletum totidem Romanam ecclesiam administrasse non dubitat, non quidem veluti successores Petri, sed tamquam* cooperatores Clementis; *adeo ut Clemens tantùm* XXIV. *annis post mortem Petri solus Romanam ecclesiam regere cœperit. Nempe post Rufinum duplex ea de re nata erat ac vulgò obtinebat opinio, quam Photius cod.* 113. *memorat his verbis*: Clementem secundum à Petro urbis Romæ episcopum

pum fuisse quidam autumant, alii verò quartum: Linum enim & Anacletum inter utrumque pontifices intercessisse. *Hinc nonnulli scriptores dum modò unam, modò alteram inconsideratè sequuntur opinionem, in manifestam verborum pugnam incidêre, uti videre est in libro pontificali, cujus auctor in Petro & Clemente ipsum Clementem proximum Petri successorem facit; in Lino autem & Cleto, quot Linus post Petrum, & quot deinde Cletus annos sederit, recenset. Ita & martyrologii apud Bezam vulgati scriptor ad* IV. *Kal. Decembr. de S. Clemente hæc habet:* Hic ex præcepto B. Petri Ecclesiæ suscepit pontificatum. Linus & Cletus ideo ante eum scribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum ad ministerium sacerdotale episcopi sunt ordinati. *Proximè tamen antea de eodem præmiserat:* Hic quartus post Petrum Romæ episcopus ordinatus est, *nec meminit quòd ad* VI. *Kal. Maii Anacletus* quartus post B. Petrum Ecclesiam rexisse *ab ipso dictus fuerat: aut quòd ad* VI. *Kal. Decembris prædicarat de S. Lino,* Primus post apostolum Petrum Romanam ecclesiam tenuit annos XII. menses III. dies XII. *Ab hac verborum pugna purgatur martyrologium item Bedæ adscriptum, quod Bollandus initio tomi 2. mensis Martii vulgavit.*

VI.

Ab antiquis est laudata. *Tùmquam à Rufino latinitate donata est hæc epistola, etiam nonnullis antiquis canonum collectionibus, nominatimque Codicis à Pasch. Quesnello vulgati quibusdam exemplaribus inserta est. Unde minimè mirum est eam anno 442. à concilio Vasensi I. can. 16. ac subinde à Nicolao I. Johanne VIII. aliisque Clementis nomine fuisse laudatam.*

EPISTOLA I.

Enarrat Clemens, qua ratione Petrus brevi moriturus, congregatis fratribus, & concione præmissa, qua ipsius Clementis meritum effert, & multa ei tradit regendæ Ecclesiæ præcepta, ipsum sibi successorem ordinat, ac jubetur Clemens post mortem Petri epitomen prædicationum ipsius ad Jacobum mittere.

CLEMENS JACOBO domino, & episcoporum episcopo, regenti autem Jerosolymam sanctam Hebræorum ecclesiam, omnesque quæ ubique Dei providentia pulcre fundatæ sunt, cum presbyteris ac diaconis & ceteris omnibus fratribus pax sit semper.

A Κλήμης Ἰακώβῳ * κυρίῳ, καὶ ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ, διέποντι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν Ἑβραίων ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῇ Θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς, σύν τε πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη * εἴη πάντοτε.

[illegible]

1. NOtum tibi sit, domine mi, quod Simon, qui propter veram fidem & firmam doctrinæ suæ basim, * Ecclesiæ fundamentum esse definitus est, atque ob id ab ipsius Jesu ore non fallaci transnominatus est Petrus, primitiæ Domini nostri, Apostolorum primus, cui primo Pater Filium revelavit, quem Christus merito beatum prædicavit, vocatus & electus, & convictor, & comes, bonus ac probatus discipulus; qui Occidentis tenebrosiorem mundi plagam, ut omnium magis idoneus, illuminare jussus est, nec non instaurare potuit, (sed quo usque sermonem protraho, nolens significare quod triste est; quod necessario, licet tardè, omnino dicere me oportet?) his ipse, ob immensam erga homines caritatem, clarè palam, repugnante licèt Malo, futurum bonum toti mundo indicans Regem, huc usque Romam veniens, & Deo placita doctrina salvans homines, ipse præsentem vitam per vim cum morte commutavit.

1. Γνωστόν σοι ἔστω, κύριέ μου, ὅτι Σίμων, ὁ διὰ τὴν ἀληθῆ πίστιν, καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν, τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος εἶναι ὁρισθείς, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ ἀψευδεῖ στόματι μετονομασθεὶς Πέτρος, ἡ ἀπαρχὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὁ τῶν ἀποB στόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν, ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν, ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτός, καὶ συνέστιος, καὶ συνοδοιπόρος, ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητής, ὁ τῆς δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος, ὡς πάντων ἱκανώτερος, φωτίσαι κελευσθείς, καὶ κατορθῶσαι δυνηθείς, (καὶ ἐπὶ μέχρι τοῦ μηκύνω τὸ λέγειν, μὴ βουλόμενος σημᾶναι τὰ λυπηρά, ἃ δεῖ ἀνάγκης, κἂν βραδύ, πάντως εἰπεῖν με δεῖ;) οὗτος αὐτός, διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργήν, σαφῶς δημοσίᾳ, ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνύσας βασιλέα, μέχρι τῆσδε τῆς Ῥώμης γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους, αὐτὸς τὸν νῦν βίον βιαίως C τῷ ζῆν μετήλλαξεν.

2. In ipsis autem diebus, quibus brevi moriturus erat, congregatis fratribus, subito apprehensa manu mea consurgens, coram ecclesia dixit, Audite me fratres & conservi: Quoniam, sicut edoctus sum ab eo, qui misit me, Domino & Magistro Jesu Christo, dies mortis meæ appropinquat, Clementem hunc episcopum vobis ordino; cui meam

2. Περὶ αὐτὰς δὲ τὰς ἡμέρας, αἷς ἤμελλεν τελευτᾶν, συνηθροισμένων τῶν ἀδελφῶν, ἀθρόως ἐπιλαβόμενός μου τῆς χειρός, ἐγερθείς, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη· ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι. ἐπεί, ὡς ἐδιδάχθην ὑπὸ τοῦ ἀποστείλαντός με κυρίου καὶ διδασκάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ τοῦ θανάτου μου ἤγγικαν ἡμέραι, Κλήμεντα τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν χειροτονῶ.

τῷ, ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λόγων πιστεύω καθέδραν, τῷ ἀπαρχῆς μοι μέχρι τοῦ τέλους συνοδεύσαντι, καὶ οὕτως πασῶν μου ὁμιλιῶν ἐπακούσαντι· συνελόντι εἰπεῖν, ὃς ἐν πᾶσι πειρασμοῖς μου κοινωνήσας, τῇ πίστει προσκαρτερῶν εὑρέθη· ὃν πλέον πάντων πεπείραμαι θεοσεβῆ, φιλάνθρωπον, ἁγνὸν, φιλομαθῆ, σώφρονα, ἀγαθὸν, δίκαιον, μακρόθυμον, καὶ γενναίως εἰδότα φέρειν τὰς ἐνίων τῶν κατηχουμένων ἀχαριστίας. διὸ αὐτῷ μεταδίδωμι τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεύειν καὶ λύειν, ἵνα περὶ παντὸς οὗ ἂν χειροτονήσῃ ἐπὶ γῆς, ἔσται δεδογματισμένον ἐν οὐρανοῖς. δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς τὸν τῆς Ἐκκλησίας εἰδὼς κανόνα. αὐτοῦ οὖν ἀκούετε, ὡς γνόντες ὅτι ὁ τὸν ἀληθείας προκαθεζόμενον λυπῶν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνει, καὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων παροργίζει· οὗ ἕνεκεν οὐ ζήσεται. καὶ αὐτὸν οὖν δεῖ τὸν προκαθεζόμενον, ἰατροῦ τάξιν ἐπέχειν, οὐ θηρὸς ἀλόγου θυμὸν ἔχειν.

3. Αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος, ἐγὼ προπεσὼν ἐπεδεόμην αὐτοῦ, παραιτούμενος τὴν τῆς καθέδρας τιμήν τε καὶ ἐξουσίαν. ὁ δ' ἀπεκρίνατο· περὶ τούτου μή με ἀξίου· τοῦτο γὰρ γενέσθαι δέδοκταί μοι, καὶ ταύτῃ μᾶλλον εἰ παραιτῇ· ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλοκαθεδροῦντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ πολυμαθοῦς τὸν λόγον. δὸς δέ μοι κρείττονα, ὃς ἐμοί σου πλεῖον συνοδεύσας, καὶ τῶν λόγων ἐπακούσας, καὶ τὴν διοίκησιν τῆς ἐκκλησίας ἐκμεμαθηκὼς, καὶ οὐκ ἀναγκάσω σε, καλῶς ποιεῖν οὐ θέλοντα. ἀλλ' οὐ δυνήσει νῦν τὸν σοῦ κρείττονα παραγαγεῖν· σὺ γὰρ εἶ ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐθνῶν ἡ κρείττων ἀπαρχή. πλὴν καὶ τὸ ἕτερον λόγισαι, ὅτι * τὸν κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας δεδοικὼς, οὐκ ἀναδέχῃ τῆς ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν, σὺ ἴσθι εἰδὼς, ὅτι πλεῖον ἁμαρτήσεις, ὅστις τοὺς θεοσεβεῖς ὥσπερ πλέοντας καὶ κινδυνεύοντας βοηθεῖν δυνάμενος, οὐ θέλεις, διασκοπῶν μόνον τὸ ἴδιον, καὶ οὐ τὸ κοινῇ πᾶσι συμφέρον. ὅτι δὲ τὸν κίνδυνον πάντως ἀναδέξασθαί σε δεῖ, ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦντος μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν, εὐθὺς ἐπίστασαι. ὅσῳ οὖν μοι τάχιον συγκαταθήσεις, τοσούτῳ με τῆς ἀθυμίας κουφίσεις.

4. Οἶδα δὲ καὶ αὐτὸς, ὦ Κλήμης, λύπας, καὶ ἀθυμίας, καὶ κινδύνους, καὶ ψόγους, τοὺς ἐξ ἀπαιδεύτων ὄχλων σοι ἀπαντωμένους, οὓς δυνήσῃ γενναίως φέρειν, ἀφορῶν τῆς ὑπομονῆς τὸν ἐκ Θεοῦ σοι μέγαν ἀποδιδόμενον μισθόν. ἀλλὰ καὶ δικαίως συνενθυμήθητί μοι, πότε σοῦ τῆς ξυμμαχίας χρείαν ἔχει ὁ Χριστός; νῦν ὅτε ὁ πονηρὸς κατὰ τῆς αὐτοῦ νύμφης πόλεμον ἤρατο, ἢ εἰς τὸν ἑπόμενον χρόνον, ὅτε νικήσας βασιλεύσει, μηδεμιᾶς τοῦ λοιποῦ χρείαν ἔχων βοηθείας; οὐχὶ καὶ τῷ βραχὺ νοῦν ἔχοντι δῆλον, ὅτι νῦν; πάσῃ οὖν προθυμίᾳ ἐν τῷ τῆς παρούσης ἀνάγκης χρόνῳ σπεῦσον ξυμμαχῆσαι βασιλεῖ ἀγαθῷ, μισθοὺς μεγάλους μετὰ νίκην ἀποδιδόναι προθυμουμένῳ. χαίρων οὖν ἐπισκόπησον, ἀκαίρως ταύτῃ μᾶλλον ὡς διοίκησιν Ἐκκλησίας παρ' ἐμοῦ με-

sermonum cathedram committo, qui *a* mihi ab initio usque ad finem comes exstitit, sicque omnes sermones meos audivit, breviter dicam, qui in omnibus tentationibus meis particeps, in fide perseverans inventus est: quem plus ceteris expertus sum religiosum, humanum, castum, eruditum, temperantem, bonum, justum, patientem, & scientem fortiter ferre nonnullorum catechumenorum ingratum animum. Quapropter ipsi trado ligandi atque solvendi potestatem: ut quodcumque in terris ordinaverit, sit decretum in cælis. Ligabit enim quod ligari oportet, & solvet quod oportet solvi, tamquam qui Ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, ut scientes quod qui contristaverit veritatis præsidem, peccat in Christum, & universorum Patrem irritat: quapropter non vivet. Ceterum ipsum præsidem oportet medici locum tenere, non autem feræ bestiæ furorem habere.

3. Hæc illo dicente, ego procidens rogabam eum, cathedræ honorem & potestatem deprecans. At ille respondit: Hac de re noli me orare; hoc enim fieri statutum mihi est, eoque magis quod excusas: quia hæc cathedra non opus habet homine temerario, qui in ea sedendi cupidus sit, sed viro moribus sanctis & erudito sermone. Porro *b* da mihi præstantiorem, qui plus te mecum peregrinatus fuerit, & sermones meos audierit, ac Ecclesiæ administrationem didicerit; & non cogam te, nolentem bene agere. Sed non poteris nunc meliorem, quam tu es, exhibere. Tu namque inter eos, qui per me ex *c* Gentibus servati sunt, locum optimarum primitiarum obtines. Sed & aliud reputa; quod si peccati periculum metuens, Ecclesiæ gubernationem non suscipis; certus esto te amplius peccare, qui Dei cultoribus velut navigantibus & periclitantibus succurrere cum possis, non vis, tuum id considerans quod tuum est, & non quod in commune omnibus expedit. Quod autem periculum omnino suscipere te oporteat, me id rogare non cessante in cunctorum subsidium, optime novi. Quanto igitur citius mihi assensus fueris, tanto me tristitia levabis.

4. Novi autem etiam ipse, o Clemens, quod molestias & mærores & pericula & probra ab ineruditia plebe importanda tibi concilient; quæ poteris fortiter ferre, respiciens ad patientiæ magnam mercedem tibi a Deo reddendam. Sed & aliud juste mecum attende; quandonam tuo auxilio opus habet Christus? nunc cum Malus adversus ipsius sponsam bellum suscipit, an in sequenti tempore, quando parta victoria regnabit, nullo amplius subsidio indigens? annon etiam exigui ingenii viro manifestum est, quod in præsenti tempore? Toto igitur animi affectu, in hoc præsentis necessitatis tempore festina commilitare bono regi, magnas remunerationes post victoriam reddere solito. Læto igitur animo episcopatum suscipe, opportune eo magis, quod Ecclesiæ dispo-

a Qui modestiæ ac verecundiæ leges non ignorat, [illegible], qui Clementem [illegible], quæ passim per totam epistolam [illegible].

b In Clementinis [illegible] Petrus [illegible] Ecclesiæ [illegible].

c Semper inter Clementem ac Hebræos [illegible].

dispositionem a me didicisti, ad fratrum A qui ad nos confugerunt salutem.

Ne Clemens sæcularibus negotiis implicetur. Constit. apost. l. 2 c. 6. Can. Apost. 6.

5. Verumtamen & breviter coram omnibus & propter omnes, quæ ad eam dispositionem pertinent volo commemorare. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, maximo studio omnes vitæ occupationes abjicere; neque fidejussorem fieri, neque advocatum, neque alio ulio sæculari negotio implicari. Non enim judicem & cognitorem pecuniarum vel negotiorum ad hanc vitam pertinentium constituere te vult Christus; ut præsentibus hominum curis detentus, tempus non habeas ad separandos, juxta veritatis modum, homines bonos a malis. Verum illa quidem sibi invicem exhibeant qui B discunt, & te a sermonibus salvos facere valentibus non avocent. Quemadmodum enim tibi impium est, sæculares curas suscipere, relicto eo quod facere jussus es: ita singulis laicis peccatum est, si sibi invicem etiam in mundanis necessitatibus præsto non sunt. Equidem si cuncti non cogitent facere, ut a quibus curis liberum te esse oportet, ab his liber sis; per diaconos edoceantur; quo solius Ecclesiæ sollicitudinem geras, tum ad eam scite administrandam, tum ad tradendos sermones veritatis.

Subditos Dei doctrina imbuat.

6. Nam si sæcularibus curis occupatus fueris, & te ipsum & auditores decipies. Conducibilia enim præbere per occupationem non C valens, & tu quasi qui utilia non docueris punieris, & qui non edocti fuerint, ignorantiæ ergo peribunt. Quocirca tu quidem fac ut absque occupatione præsideas, quo tempestive sermones quibus illi salvari possint præbeas: sicque te audiant, scientes ligatum esse & in cælo, quodcumque legatus veritatis ligaverit super terram, & quodcumque solverit, solutum esse. Tu *a* autem ligabis quæ ligari oportet, & solves quæ oportet solvi. Atque ad te quidem qui præes, quæ pertinent, ista sunt, & his similia.

Liget liganda, & solvenda solvat.

7. Quæ vero ad presbyteros spectant, ista sint. Ante omnia, juvenes nuptiis cito *b* jungant, laqueos ferventis in juventa cupi- D ditatis præveniendo. Sed nec de conjugio eorum, qui jam senes sunt, curam abjiciant. Nam in nonnullis, etiam cum senuerint, valida inest cupiditas. Ne igitur fornicatio, adversum vos grassandi occasione accepta, pestem in vos invehat, præcavete; & conquirite, ne forte in vobis occulte adulterii ignis fuerit accensus. Multum enim grave peccatum est adulterium; in tantum, ut secundum in pœnis obtineat locum; quandoquidem primus debetur iis qui in errore degunt, quamvis temperanter vivant. Quare vos, velut Ecclesiæ presbyteri, Christi sponsam ad castitatem exercete. Sponsam autem dico, Ecclesiæ corpus & congregationem. E Si enim pudica inventa fuerit a sponso Rege, maximum honorem consequetur; vosque grandi lætitia, velut invitati ad nuptias fruemini. Si vero in peccato deprehensa fuerit, ipsa quidem ejicietur; vos autem pœ-

Presbyteri & juniores, & interdum senes nuptiis jungant. Clement. hom. 3. c. 68. Constit. apost. l. 4. c. 11.

Adulterio secundus in pœnis debetur locus.

Christi sponsam castitas decet.

μαθητὰς εἰς τὴν τῶν ἡμῖν προσφευγόντων ἀδελφῶν σωτηρίαν.

5. Πλὴν καὶ * βραχείας ἐπὶ πάντων διὰ πάντας, τὰ τῆς διοικήσεως ὑπομνῆσαι θέλω. σὲ μὲν χρὴ ἀνεπιλήπτως βιοῦντα, σπουδῇ μεγίστῃ πάσας τὰς βίου ἀσχολίας ἀποσείεσθαι, μήτε ἐγγυητὴν γινόμενον, μήτε συνήγορον, μηδὲ ἑτέρῳ τινὶ βιωτικῷ παρεμπεπλεγμένον πράγματι. οὐ γὰρ κριτὴν καὶ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων καθεστάναι σε θέλει τῶν νῦν βιωτικῶν πραγμάτων ὁ Χριστός· ἵνα συνεχόμενος εἰς τὰς νῦν τῶν ἀνθρώπων φροντίδας, μὴ ἀσχολῇς χωρίζειν, λόγῳ ἀληθείας, ἀνθρώπους τοὺς κρείττονας ἀπὸ τῶν χειρόνων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μανθάνοντες ἀλλήλοις παρεχέτωσαν, καὶ ἀπὸ τῶν σώζειν δυναμένων λόγων μὴ ἀποσχολείτωσαν. ὡς γάρ σοι ἀσεβές ἐστιν, τὰς βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέξασθαι, καταλείψαντα ποιεῖν ὃ ἐκελεύσθης· οὕτως ἑκάστῳ λαϊκῷ ἁμαρτία ἐστὶν, ἐὰν μὴ ἀλλήλοις καὶ ἐν ταῖς βιωτικαῖς χρείαις παρίστανται. καὶ σὲ δὲ περὶ ὧν χρὴ ἀμέριμνον εἶναι οἱ πάντες ποιεῖν ἐὰν μὴ νοῶσιν, παρὰ τῶν διακόνων μανθανέτωσαν. ἵνα μόνης τῆς ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχῃς, πρός τε τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς, καὶ τὸ τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους παρέχειν.

* f. βραχ[illegible]

6. Ἐπεὶ ἐὰν βιωτικαῖς μερίμναις ἀσχοληθῇς, καὶ σὲ αὐτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐνεδρεύσεις. τὰ γὰρ συμφέροντα ἐφοδιάζειν διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐ δυνηθεὶς, καὶ σὺ ὡς μὴ διδάξας τὸ συμφέρον κολασθήσῃ, οἱ δὲ μὴ μαθόντες, ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀπολοῦνται. διὸ σὺ μὲν αὐτὸς * ἀσχολεῖν προκαθέσθητι, πρὸς τὸ εὐκαίρως παρέχειν τοὺς σώζειν αὐτοὺς δυναμένους λόγους· καὶ οὕτως ἐπακουσάτωσάν σου, εἰδότες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβύτης ὃ ἂν δήσῃ ἐπὶ γῆς, δέδεται καὶ ἐν οὐρανῷ, ὃ δ᾽ ἂν λύσῃ, λέλυται. σὺ δὲ δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις ἃ δεῖ λυθῆναι. καὶ τὰ μὲν κατὰ σὲ τὸν προεστῶτα ταῦτά ἐστιν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

* forte [illegible]

7. Τὰ δὲ κατὰ τοὺς πρεσβυτέρους ἔστω τάδε. πρὸ πάντων τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει, προλαμβάνοντες τῆς νεαζούσης ἐπιθυμίας τὰ παγιδεύματα. ἀλλὰ μὴ δὲ τῶν ἤδη γερόντων περὶ γάμου ἀμελήτωσαν· ἐνίοις γὰρ καὶ γηράσασιν, ἀκμαία ἔνεστιν ἐπιθυμία· ἵνα οὖν μὴ ἡ πορνεία νομὴν λαβοῦσα καθ᾽ ὑμῶν, εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτῆς ἐμβάλλῃ λοιμὸν, προασφαλίζεσθε, καὶ ἐρευνᾶτε, μή πως τὸ τῆς μοιχείας λανθανόντως ἐν ὑμῖν ἀναφθῇ πῦρ. πολὺ γὰρ δεινὸν ἡ μοιχεία, τοσοῦτον ὅσον τὰ δευτερεῖα ἔχειν αὐτὴν τῆς κολάσεως· ἐπεὶ τὰ πρωτεῖα τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν ἀποδίδοται, κἂν σωφρονῶσιν. διὸ ὑμεῖς, ὡς ἐκκλησίας πρεσβύτεροι, ἐξασκήσατε τὴν Χριστοῦ νύμφην εἰς σωφροσύνην. νύμφην δὲ λέγω, τῆς ἐκκλησίας τὸ σύστημα. ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ ὑπὸ νυμφίου βασιλέως, τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεγάλης εὐφρασίας, ὡς κλητοὶ γάμων, ἀπολαύοντες. ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μὲν ἔκβλητος ἔσται, ὑμεῖς δὲ δίκην δώσετε, μή πως παρὰ

a Observat Cotelerius istud in epistola Niconis cap. 2. tom. 3. Biblioth. patrum ita citari: *Magnus quoque Petrus ad Clementem* [illegible]

b *Ebionitarum*, inquit Cotelerius in hunc locum, *hæreseos Clementinis inspersa mos fuit, adolescentulos ad nuptias ante ætatem* [illegible] At nihil vetat quominus id, quod nostra epistola præcipit, eo sensu intelligatur dictum, quo [illegible] Cotelerio [illegible] in Clementinis dixit [illegible] σπουδάζομεν κατὰ τὸ Θεοῦ νόμον αὐτοὺς [illegible]

παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν γένοιτο ἡ ἁμαρτία.

8. Διὸ πρὸ πάντων περὶ σωφροσύνης φροντίζετε. λίαν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ χαλεπὴ ὥρισται ἡ πορνεία. πορνείας δὲ εἴδη πολλὰ, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν ὑφηγήσεται. πλὴν πρώτη μοιχεία ἐστὶν, τὸν ἄνδρα μὴ ἰδίᾳ μόνῃ χρήσασθαι γυναικὶ, καὶ γυναῖκα μὴ ἰδίῳ μόνῳ χρήσασθαι ἀνδρί. ἐὰν σώφρων ᾖ τις, καὶ φιλάνθρωπος γίνεσθαι δύναται, οὗ ἕνεκεν ἐλέους αἰωνίου τεύξεται. ὡς δὲ ἡ μοιχεία μέγα κακὸν, οὕτως ἡ φιλανθρωπία μέγιστον ἀγαθόν. διὸ ἀγαπᾶτε πάντας ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς, σεμνοῖς καὶ ἐλεήμοσιν ὀφθαλμοῖς, τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ποιοῦντες τὰ γονέων, ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν, παρέχοντες μετὰ πάσης εὐφροσύνης τὰς τροφάς. τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀτέχνοις, διὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐννοούμενοι τὰς προφάσεις τῆς ἀναγκαίας τροφῆς· τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος.

9. Οἶδα δὲ ταῦτα ποιήσειν ὑμᾶς, ἐὰν ἀγάπην εἰς τὸν ὑμέτερον ἱδρύσητε νοῦν. πρὸς δὲ τὴν αὐτῆς εἴσοδον, μία τίς ἐστιν ἱκανὴ πρόφασις, κοινὴ τῶν* ἄλλων μετάληψις. διὸ σπουδάζετε πυκνότερον συνέστιοι ἀλλήλων γίνεσθαι, ὡς δύνασθε, ὅπως αὐτὴν μὴ ἀπεμπολήσητε· αἰτία γάρ ἐστιν τῆς εὐποιΐας, ἡ δὲ εὐποιΐα τῆς σωτηρίας. κοινοὺς οὖν πάντες πᾶσιν τοῖς κατὰ Θεὸν ἀδελφοῖς τοὺς ἑαυτῶν παρέχετε βίους, εἰδότες ὅτι πρόσκαιρα δωρούμενοι, αἰώνια λήψεσθε. πολλῷ μᾶλλον πεινῶντας τρέφετε, καὶ διψῶσι παρέχετε ποτὸν, γυμνοῖς ἔνδυμα, τοὺς νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθε, τοῖς ἐν φυλακαῖς ἐπιφαινόμενοι, ὡς δύνασθε, βοηθεῖτε, τοὺς ξένους μετὰ πάσης προθυμίας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους λαμβάνετε. πλὴν ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, πᾶν καλὸν ἡ φιλανθρωπία ὑμᾶς ποιεῖν διδάξει, ὥσπερ ἡ μισανθρωπία τοῖς μὴ βουλομένοις σώζεσθαι, τὴν κακοπραξίαν ὑποδείκνυσιν.

10. Οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ, ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν παντὶ τρόπῳ, ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι. πλὴν καὶ τὴν πλεονεξίαν οὕτως φεύγετε, ὡς προφάσει προσκαίρου κέρδους, ἀπὸ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ζημιοῦν δυναμένην. ζυγὰ, μέτρα, στάθμια τὰ τῶν τόπων, δίκαια ἐπιμελῶς φυλάσσετε· πρὸς τὰς παρακαταθήκας εὐγνωμονεῖτε. πλὴν ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, μέχρι τέλους ποιεῖν ὑπομενεῖτε, ἐὰν ἀγήρατον μνήμην περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ γενομένης κρίσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἔχητε. τίς γὰρ ἂν ἁμαρτήσῃ, πεπληροφορημένος ὅτι ἐκ Θεοῦ δικαίου, τοῦ νῦν μόνου μακροθύμου καὶ ἀγαθοῦ, ἐπὶ τῇ τοῦ βίου συντελείᾳ γίνεσθαι ὡρισθήσεται κρίσις; ἵνα οἱ ἀγαθοὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀποῤῥήτων ἀγαθῶν ἀϊδίως ἀπολαύσωσιν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ εὑρεθέντες, ὡς κακοὶ, ἀποῤῥήτου κολάσεως τεύξονται τὸν αἰῶνα. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν, εἰ μὴ ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης ἐνόρκως εἰρήκει ἔσεσθαι, τάχα ἂν εὔλογον ἦν ἀμφιβάλλειν.

nas dabitis, ne forte per vestram negligentiam commissum fuerit peccatum.

8. Quapropter ante omnia de pudicitia solliciti estote. Quippe apud Deum admodum grave quid censetur fornicatio. Ceterum fornicationis species multæ sunt, ut & ipse Clemens vobis enarrabit. Attamen primum adulterium est, virum non sola sua uti uxore, & uxorem non solo suo uti viro. Si quis castus exstiterit, humanus etiam fieri potest, propter quod æternam consequetur misericordiam. Quemadmodum adulterium magnum malum est, sic humanitas maximum bonum. Idcirco diligite omnes fratres vestros, sanctis & misericordibus oculis; orphanis quidem ea exhibentes officia quæ parentes, viduis autem quæ viri exhibere solent, præbentes alimoniam cum omni liberalitate; providentes ætate vigentibus conjugium, atque inter illos iis qui artem nesciunt, aliquam per occupationes occasionem parandi victos necessarii, artifici operam, debili misericordiam.

Fornicationis species multæ.

Adulterium.

Humanitas magnum bonum.
Eccli. 4. 10.

9. Scio autem vos hæc facturos, modo caritatem vestra in mente statueritis. ad quam introducendam unus quidam est modus accomodatus, mensæ & salis in commune perceptio. Quare studete, inter vos frequentius convivia agitare, quantum potestis, ne caritatem amittatis: causa enim est beneficentiæ, beneficentia vero salutis. Cuncti ergo cunctis in Deo fratribus communem vestrum præbete victum, scientes quod temporalia donando, æterna consequimini. Multo magis nutrite esurientes, & sitientibus potum date, nudis indumentum; ægrotos visitate; *a* eos invisentes qui in carcere sunt, illis pro viribus succurrite; peregrinos omni cum alacritate in vestris ipsorum domibus suscipite. Verum ne singulatim dicam, omne bonum ut faciatis docebit vos caritas erga homines; quemadmodum iis, qui salvi esse nolunt, odium erga homines male agere suggerit.

Caritatis & beneficentiæ opera exercenda.

Clemens [illegible]

10. Fratres, qui lites habent, apud Potestates non judicentur sed *b* ab Ecclesiæ presbyteris in concordiam reducantur omni modo, quibus prompte obediant. Ad hæc, avaritiam ita fugite, ut quæ occasione temporalis lucri æternis bonis privare potest. Stateras, mensuras, pondera *c* pro locorum ratione justa sedulo custodite; in depositis bene vos gerite ac fideliter. Atque hæc & similia usque ad finem facere sustinebitis, si de futuro per Deum judicio memoriam perpetuam corde retineatis. Ecquis enim peccet, qui certo persuasus fuerit, quod a Deo justo, qui nunc solus patiens & bonus est, in consummatione sæculi judicium fore definitum est; ut boni deinceps ineffabilibus bonis perpetuo fruantur; qui vero peccatores inventi fuerint, tamquam mali, inenarrabili supplicio afficiantur in sempiternum. Et ista quidem ita se habere, nisi veritatis Propheta futurum jurejurando affirmasset, forte par erat dubitare.

Apud quos judicandæ delitium lites [illegible]
Justitia in stateris, mensuris, &c. servanda.

Recordationis judicii futuri utilitas.

11. Quo-

a Græce primum ediderat Cotelerius ἐπιφαινόμενοι, non ἐπισκεπτόμενοι. [illegible] archetypo [illegible], [illegible] Nec [illegible] Reg. [illegible] in ἐπιφαινόμενοι: maxime cum eadem sententia Clementin. homil. 11. cap. 4. repetatur his verbis. [illegible], & homil. 12. in fine cap. 32. [illegible]

b Hoc ipsum Clement. homil. [illegible] ita explicatur. [illegible] *ut iis in quibus injuria afficiuntur, [illegible] apud presbyteros concilientur; & presbyteri conciliationem ad episcopum referant.*

c Cotelerius, qui [illegible], loco τόπων, [illegible] [illegible] Rufino lectum esse [illegible], sed & eamdem vocem in archetypo suo, antequam interpolaretur, exstitisse, & in altero codice etiamnum existere.

Dubitatio ſi cui obortatur, quomodo cuſtenda.

11. Quocirca cum ſitis veri Prophetæ diſcipuli, depoſita hæſitatione animi, ex qua mala opera oriuntur, alacriter bene agere ſuſcipite. Quod ſi circa ea, quæ futura eſſe diximus, ambigit aliquis veſtrum, non erubeſcat confiteri, ſi quidem curam habet animæ ſuæ, & a præpoſito ſatisfiet ipſi: ſin vero recte credidit, confidens vivat, quaſi qui magnum condemnationis ignem effugerit, & in perpetuum bonumque Dei regnum ſit ingreſſurus.

Diaconorum diverſa munia.

12. Porro Eccleſiæ diaconi epiſcopo ſint, ſcite *a* oberrando, oculi; ſingulorum Eccleſiæ hominum opera perſcrutantes, quis peccato proximus ſit, ut admonitione præventus a præſide, peccatum forte non perficiat. Eccleſiæ deſertores corrigant, ut non deſiſtant congregati audire ſermones; quo animi moleſtias, quæ paſſim cordi ex mundanis caſibus & pravis colloquiis incidunt, eloquia veritatis poſſint purgare; ſi etenim multo tempore inculti maneant, ignis materia fiunt. Quin etiam diaconi corpore ægros perquirant, & ignoranti plebi indicent, ut appareant atque viſitentur, & neceſſaria ex præſidis ſententia præbeant. Hoc vero tametſi clam eo fecerint, non peccabunt. Iſta quidem, & quæ ſunt iſtis ſimilia, diaconis curæ ſint.

Clementem idoneum eſſe qui alios inſtituat.

13. Qui alios in religione inſtituunt, ipſi prius inſtructi alios inſtruant: quia de hominum anima agitur. Oportet quippe ad multas diſcentium ſententias & voluntates aptari, eum, qui verbum Dei ſubminiſtrat & docet. Sit ergo neceſſe eſt catechiſta valde doctus, irreprehenſibilis, maturus & perſpicuus; ſicut ipſi probabitis fore Clementem, poſt me catechiſtæ officio functurum: Longum enim eſt nunc me ſingula recenſere. Verum ſi concordiam tenueritis, poteritis portum quietis attingere, ubi Regis ſummi exſtat urbs pacifica.

Comparatio Eccleſiæ cum nave.

14. Similis namque eſt totus Eccleſiæ ſtatus navi magnæ, quæ per validam tempeſtatem fert viros diverſorum locorum, unam quamdam boni regni civitatem incolendi cupidos. Sit ergo vobis dominus navis Deus, & aſſimilentur, gubernator quidem Chriſto, proreta epiſcopo, nautæ presbyteris, præfecti laterum diaconis, nauſtologi catechiſtis, vectoribus univerſa fratrum multitudo, mari mundus, venti adverſi tentationibus, perſecutiones vero & pericula & omnigenæ afflictiones decumanis fluctibus, terrenis autem torrentium ſpiritibus & flatibus ſermones ſeductorum ac pſeudoprophetarum; at promontoria & loca confragoſa judicibus dignitate eminentibus & crudelia minantibus, loca autem bimaria & fera iis hominibus qui ratione carent ac de promiſſionibus veritatis dubitant. Hypocritæ piratis ſimiles habeantur. Sed & validum vorticem & tartaream Charybdin, & cruenta fragmina, & mortiferas ſubverſiones, ſola eſſe peccata exiſtimate. Ut igitur ſecundo vento navigantes, in portum ſperatæ urbis abſque gravi periculo deferamini, orate precibus quæ exaudiri dignæ ſint. Preces autem tales fiunt bonis operibus.

Preces dignæ quæ exaudiantur.

11. Διὸ προφῆται * ἀληθῶς ὄντες μαθηταὶ, ἀποθέμενοι τὴν δισχόνοιαν, ἐξ ἧς γίνεται ἡ κακοπραξία, προθύμως τὸ ἀγαθοποιεῖν ἀναδέξασθε. εἰ δὲ περὶ τῆς ἐρημιῶν ἔσεσθαι, ἀμφιβάλλετε ὑμῶν, μὴ αἰδεσθεὶς ὁμολογήτω, εἴπερ τῆς αὐτῆ φροντίζει ψυχῆς, ἢ ὑπὸ τῦ προεσῶτος πληροφορηθήσεται· εἰ δ' ὀρθῶς πεπίσλυκε, θαῤῥῶν πολιτεύεσθω, ὡς μέγα κατυδίκης πῦρ φεύγων, ἢ εἰς ἄδειαν ἀγαθῆ θεοῦ βασιλείαν εἰσερχόμενος. * Ruffin. ἀληθεῖς

12. Οἱ μὲν ἓν τῆς ἐκκλησίας διάκονοι, τῆ ἐπισκόπῳ σωετῶς ῥεμβόμενοι ἔσωσαν ὀφθαλμοί. ἑκάστε τῆς ἐκκλησίας πολυπραγμονῦντες τὰς πράξεις, τίς μέλλει ἁμαρτάνειν, ἵνα νυθεσίᾳ καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ προκαθεζομένε, τάχα οὐ μὴ τελέσῃ τὸ ἁμάρτημα· τὺς λειποτάκτας ἐπιστρεφέτωσαν, τῆ μὴ ἐπιλείπειν τὺς σωερχομένους τῆ λόγων ἐπακούειν, ὅπως τὰς ἑκάστοτε τῇ καρδίᾳ προσπιπτύσας ἀθυμίας, ἔκ τε βιωτικῶν συμπτώσεων, καὶ ὁμιλιῶν κακῶν, λόγια ἀληθείας καθαίρεσθαι δυώνται· ἐπεὶ γὰρ ἂν χρόνῳ πολλῷ χερσδύσωσιν, τυρὸς ἔργον γίνονται. τὺς δὲ κ' κατὰ σάρκα νοσῦντας μανθανέτωσαν, ἢ τῆ ἀγνοῦντι πλήθει προσαντιβαλλέτωσαν, ἵνα ἐπιφαίνωνται, κ' τὰ δέοντα ἐπὶ τῇ τῦ προκαθεζομένε γνώμῃ παρεχέτωσαν. τῦτο δὲ κἂν λάθρα αὐτῦ ποιῶσιν, ἀκ ἁμαρτάνωσιν. ταῦτα μὲν κ' τὰ τύτοις ὅμοια οἱ διάκονοι προγοήτωσαν.

13. Οἱ κατηχοῦντες, πρῶτοι κατηχηθέντες κατηχήτωσαν· ὅτι περὶ ψυχῆς ἀνθρώπων τὸ ἔργον. πρὸς γὰρ τὰς πολλὰς τῆ μανθανόντων γνώμας συναρμόζεσθαι δεῖ τὸν τῆ λόγων ὑφηγητήν. πολυμαθῆ ἓν, καὶ ἀνεπίληπτον, πεπείροντε καὶ δῆλον τὸν κατηχοῦντα εἶναι δεῖ, ὡς αὐτὸς * ἔσεσθαι Κλήμης τα μετ' ἐμὲ κατηχεῖν μέλλοντι. πολὺ γάρ ἐσιν ἐμὲ νῦν τὸ κατ' εἶδος λέγειν. πλὴν ἐὰν ὁμονοήσητε, δυνήσεσθε εἰς τὸν τῆς ἀναπαύσεως ὀνεχθῆναι λιμένα, ἔνθα μεγάλε βασιλέως ἐσὶν εἰρηνικὴ πόλις. * Deeſt lacuna ſed quid ſimile

14. Ἔοικεν γὰρ ὅλον τὸ πρᾶγμα τῆς Ἐκκλησίας νηῒ μεγάλῃ, ὑφ' σφοδρᾶ χειμῶνος ἄδρας φερούσῃ ἐκ πολλῶν τόπων ὄντας, καὶ μίαν τινὰ ἀγαθῆς βασιλείας πόλιν οἰκεῖν θέλοντας. ἔσω μὲν ἓν ὑμῖν ὁ ταύτης δεσπότης Θεὸς, καὶ παρεικάσθω, ὁ μὲν κυβερνήτης χεισῷ, ὁ πρωρεὺς ἐπισκόπῳ, οἱ ναῦται πρεσβυτέροις, οἱ τοιχάρχοι διακόνοις, οἱ ναυσολόγοι τοῖς κατηχοῦσιν, τοῖς ἐπιβάταις τὸ τῆ ἀδελφῶν πλῆθος, τῷ βυθῷ ὁ κόσμος, αἱ ἀντιπνοίαι τοῖς πειρασμοῖς, οἱ δὲ διωγμοὶ κ' οἱ κίνδυνοι κ' παντοδαπαὶ θλίψεις ταῖς τειχυμίαις, τὰ δὲ ἀπόγεια τῆ χειμάῤῥων κ' τὰ φυσήματα αἱ τῆ πλάνων κ' ψευδοπροφητῶν ὁμιλίαι, τὰ δὲ ἀκρωτήρια καὶ τὰ βραχέα τῆ τόπων τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς δεινὰ ἀπειλοῦσι δικασταῖς, διθάλασσοι δὲ καὶ θηριώδεις τόποι τοῖς ἀλογίστοις καὶ ἐνδοιάζυσι περὶ τῶν τῆς ἀληθείας ἐπαγγελμάτων. οἱ ὑποκρινόμενοι τοῖς πειρατικοῖς παρεικασμοῖς νοείσθωσαν· πλοῦν ἰσχυρὰν ἴλιγγα, ἢ ταρταρέαν χάρυβδιν, κ' φόνια προσρήγματα, κ' θανατώδεις διαλύσεις μόνας τὰς ἁμαρτίας εἶναι νομίζετε. ἵνα ἓν θείᾳ πλέοντες, εἰς τὸν λιμένα τῆς ἐλπιζομένης πόλεως ἀκινδυνότερον ὀνεχθῆτε, ἐπηκόως ἐύχεσθε. δύχαὶ δὲ ἐπήκοοι γίνονται τοῖς δικαίοις.

15. Ita-

---

a Hac de re Clement. homil. 3. n. 67. iſtud conſtituitur: *Diaconi circumambulantes conſiderent fratrum corpora & animas, atque epiſcopo denuntient.* Quocirca lib. 2. Conſtitut. apoſtol. cap. 44. legimus: *Sit diaconus epiſcopi auris & oculus & os, ſed pariter & anima: ut epiſcopus in pluribus quam par eſt ac minutioribus negotiis non occupetur*

15. Εὐσαθήτωσαν οὖν οἱ ἐπιβάται ἑδραῖοι ἐπὶ τῶν ἰδίων καθεζόμενοι τόπων, ἵνα μὴ τῇ ἀταξίᾳ σεισμὸν ἢ ἑτεροκλινίαν παρέχωσιν. οἱ ναυτολόγοι τοὺς μισθοὺς ὑπομιμνησκέτωσαν. οἱ διάκονοι μηδὲν ἀμελήτωσαν ὧν ἐπιστεύθησαν. οἱ πρεσβύτεροι ὥσπερ ναῦται κατηρτιζέτωσαν ἐπιμελῶς τὰ χρήζοντα ἑκάστῳ. ὁ ἐπίσκοπος ὡς πρωρεὺς ἐγρηγόρως τὸ κυβερνήτου μόνου τοὺς λόγους ἀντιβαλλέτω. ὁ χειστὸς ὁ σωτὴρ, κυβερνήτης φιλείσθω, καὶ μόνος περὶ ὧν λέγει πιστεύεσθω. οἱ δὲ πάντες τῷ θεῷ περὶ τοῦ ὅσια πλεῖν προσευχέσθωσαν. οἱ πλέοντες, πᾶσαν θλῖψιν προσδοκάτωσαν, ὡς μέγα καὶ ταραχώδη βυθὸν παραπλέοντες, τὸν κόσμον· ὅτε μὲν ἀθυμοῦντες, διωκόμενοι σκορπιζόμενοι, πεινῶντες, διψῶντες, γυμνητεύοντες, στενοχωρούμενοι· καὶ πάλιν, ὅτε μὲν εὐθύμως, σωαυλιζόμενοι, ἡσυχάζοντες. ἀλλὰ καὶ ναυτιῶντες, ἰλιγγιῶντες, ἀπερῶντες, τουτέστιν ἐξομολογούμενοι τὰ παραπτώματα, ὥσπερ νοσοποιοῦς χολὰς, τὰς ἐκ πικρίας ἁμαρτίας λέγω, καὶ τὰ ἐξ ἐπιθυμιῶν ἀτάκτων σωρευθέντα κακὰ, ἅτινα τῷ ὁμολογῆσαι ὥσπερ ἀπεράσαντες, κουφίζεσθε τῆς νόσου, * προσιέμενοι τὴν ἐκ τῆς ἐπιμελείας σωτήριον ὑγείαν.

16. Πλὴν γινώσκετε πάντες, πάντων ὑμῶν πλεῖον κάμνοντα τὸν ἐπίσκοπον. ὅτι ἕκαστος ὑμῶν τὴν αὐτοῦ θλῖψιν πάσχει, αὐτὸς δὲ τὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἑκάστου. διὸ ὦ Κλήμης ἑκάστῳ κατὰ τὸ δυνατὸν προκαθέσθητι βοηθὸς, τὰς πάντων φορτιθεὶς φροντίδας. ὅθεν τόσε οἰκονομεῖν ἀναδέξασθαι, χάριν οἶδα εἰληφὼς, ἃ δεδωκώς· ἀλλὰ θάρρει, καὶ γὰρ γυναίως φέρε, ὡς εἰδὼς ὅτι ἀποδώσειστοι ὁ θεὸς, εἰς τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως καταντήσαντι, τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, ἀναφαίρετον μισθὸν, καθ' ὅτι ὑπὲρ τῆς τῶν πάντων σωτηρίας τὸν μείζονα ἀνεδέξω κάματον. ὥστε ἐάν σε πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν διὰ τὴν * ἔπαχρον δυσωσιλίαν μισήσωσιν, τὸ αὐτῶν μὲν μῖσος οὐδέν σε βλάψει, ἡ δὲ τῆ δικαίᾳ Θεῷ φιλία πολύσε ὠνήσει. ὥστε πειρῶ τὸν ἐξ ἀδικίας γινόμενον ἔπαινον ἀποσίεσθαι, διὰ δὲ δικαίαν διοίκησιν τὸν ἐκ Χριστοῦ ἐπωφελῆ θηρεύειν ἔπαινον.

17. Ταῦτα εἰπὼν καὶ τὰ τούτων πλείονα, πάλιν τῷ πλήθει προσεμβλέψας, εἶπεν· καὶ ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοί μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι, τῷ προκαθεζομένῳ ἀληθείας κατὰ παντὸς ὑπείξατε, τοῦτο εἰδότες, ὅτι ὁ τοῦτον λυπήσας, Χριστὸν, ὃ τὴν καθέδραν πεπίστευται, οὐκ ἐδέξατο, καὶ ὡς Χριστὸν μὴ δεξάμενος, ὡς ἀθετήσας τὸν πατέρα λογισθήσεται, διὸ τῆς ἀγαθῆς βασιλείας ἀποβληθήσεται. ὃ εὔνεκεν πειρᾶσθε, * καὶ πάσας συνόδους ἔρχεσθαι, ἵνα μὴ ὡς λειποτάκται, ὑπὸ τῆς τοῦ τιξιάρχου ἀθυμίας, ἁμαρτίας ἔγκλημα λάβητε. διὸ πρὸ πάντων οἱ πάντων οἱ πάντες τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ φρονεῖτε, τοῦτο εἰδότες ὅτι δι' ἕκαστον ὑμῶν ὁ πονηρὸς αὐτῷ μόνῳ τὸ πλεῖον ἐχθραίνων προσπολεμεῖ. ὑμεῖς δὲ πειρᾶσθε, τῇ πρὸς αὐτὸν σοργῇ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους διοίκᾳ διατελεῖν, καὶ αὐτῷ ἐπακούειν, ἵνα καὶ αὐτὸς κουφίζηται, καὶ ὑμεῖς σωθῆναι δυνηθῆτε.

18. Ἕνια δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν νοεῖν ὀφείλετε, διὰ τὸ αὐτὸν μὴ δυνασθαι ἐν φανερῷ λέγειν, διὰ τὰς ἐπιβουλάς· οἷον ἐὰν ἐχθραίνῃ τινὶ, μὴ ἀναμένετε αὐτὸν εἰπεῖν, τῷ δὲ μὴ προσαμιλλᾶσθε, ἀλλὰ φρο-

15. Itaque in quiete firmi maneant epibatæ, in propriis ſedentes locis; ne perturbato ordine concuſſum & ad alterum latus inclinationem excitent. Nauſtologi de mercede commoneant. Diaconi nihil eorum, quæ ipſis credita ſunt, negligant. Presbyteri velut nautæ diligenter præparent unicuique neceſſaria. Epiſcopus tamquam proreta vigilanter ſolius gubernatoris doctrinam ſecum reputet. Chriſtus ſalvator, gubernator, diligatur, ſoluſque in iis quæ dicit credatur. Cuncti vero Deum de proſpera navigatione orent. Navigantes omnem anguſtiam exſpectent, ut qui magnum ac turbidum pelagus transfretent, mundum ſcilicet: interdum quidem afflicti, perſecutionem patientes, diſſipati, eſurientes, ſitientes, nudi, coanguſtati; rurſus autem interdum adunati, congregati, quieti; ſed & nauſeantes, vertigine affecti, vomentes, hoc eſt confitentes delicta, tamquam morbidam bilem, peccata dico ex amaritudine profecta, & mala ex inordinatis affectibus cumulata; quæ per confeſſionem veluti evomentes, a morbo allevamini, recipientes ſalutarem ex ſedulitate ſanitatem.

Que ratione clerici & laici ſeſe in Eccleſia gerere debeant

Confeſſionis peccatorum utilitas.

16. Cuncti tamen ſcitote, plus vobis omnibus epiſcopum laborare: quoniam unuſquiſque veſtrum ſuam patitur moleſtiam, ille vero ſuam, & ſingulorum. Quapropter o Clemens ita præſide, ut unicuique, quantum potes, ſis adjutor; qui omnium ſollicitudinibus onuſtus es. Unde quod hanc diſpenſationem ſuſcipis, ſcio me gratiam accipere, non dare. Sed confide, & fortem te præſta, tamquam qui ſcias quod tibi Deus, in requietis portum appellenti, retribuet ſummum bonorum, ſtabilem mercedem; quando quidem pro univerſorum ſalute majorem ſuſcepiſti laborem. Quocirca ſi multi ex fratribus te ob ſupremam juſtitiam odio habuerint; eorum quidem odium nulla ratione te lædet, juſti autem Dei amicitia multum tibi conducet. Itaque nitere laudem injuſtitia partam depellere, per juſtam vero adminiſtrationem ſectari utilem laudem ex Chriſto provenientem.

Epiſcopo major omnibus labor.

Ne præ labore Clemens animum deſpondeat.

17. Hæc & alia plura cum protuliſſet, rurſus multitudinem intuens, dixit: Et vero vos, dilecti mei fratres & conſervi, præſidi veritatis in omnibus obſecundate; illud ſcientes, quod qui hunc contriſtaverit, Chriſtum, cujus cathedram tenet, non receperit; & cum Chriſtum non receperit, quaſi qui Patrem rejecerit reputabitur, ideoque a bono regno ejicietur. Qua de cauſa ad omnes conventus venire ſatagite; ne velut deſertores, per Imperatoris anxietatem peccati probrum accipiatis. Idcirco ante omnia cuncti quæ pro ipſo faciunt ſentite; id cognoſcentes, quod propter unumquemque veſtrum diabolus ipſi ſoli bellum majus infert. Vos ergo contendite, in amore erga ipſum & in mutua benevolentia perſeverare, eique obedire; ut & ipſe ſublevetur, & vos poſſitis ſalutem conſequi.

Clementi obſequendum eſſe. *Clement. homil. 3. cap. 66.*

Ibid. c. 69. Conventus eccleſiæ frequentandi.

18. Quin etiam nonnulla ex vobis ipſis debetis intelligere; quod ipſe manifeſto dicere propter inſidias non poſſit. Verbi gratia, ſi alicui ſit infenſus, ne exſpectetis dum ipſe dicat, cum illo autem ne contendatis; ſed prudenter ejus voluntatem ſequimini, odio

Concordia cum Clemente ſervanda.

ha-

habentes quos odio prosequitur, nec loquentes cum iis quibuscum non loquitur; ut quilibet dum contendit universorum amicitiam habere, reconciliatus ei, salvus fiat, ejus obediens sermoni. Quod si quis amicus sit his quos ipse odit, & loquatur cum his cum quibus ipse sermonem non habet, unus etiam ipse eorum est, qui ecclesiam exterminare cupiunt: corpore enim vobiscum manens, sententia vobiscum non exsistens, contra vos est; multo pejor iis, qui extra inimici apparent; quippe qui cum apparente amicita eos qui intra sunt dispergat.

Ordinatio S. Clementis Romani.

19. Atque his dictis, in medio coram omnibus manus mihi imponens, in sua cathedra sedere me erubescentem compulit. Cumque sedissem, hoc statim mihi dixit: Rogo te coram omnibus adstantibus fratribus meis, ut postquam ex hac, quemadmodum mihi necesse est, vita migravero, Jacobo fratri Domini mittas in epitome, describasque etiam usque ad cogitationes *a* pueritiæ tuæ, & quo modo ab initio usque nunc me comitatus es, sermonibus a me per civitates prædicatis & actibus meis intendens. Deinde in fine, mortis quoque meæ occasionem, sicut dixi, declarare te non pigebit. Neque enim ea res valde ipsum contristabit, ubi noverit me pie id persolvisse, quod omnino perpeti necesse erat. Maxima vero afficietur consolatione, cum didicerit quod post me non ineruditus vir, ac vivificorum ignarus sermonum, Ecclesiæque regulam nescius, docentis acceperit cathedram. Imperiti enim ac seductoris sermo, audientis vulgi animas interimit.

20. Unde ego, domine mi Jacobe, postquam hæc dixisset, atque obstrinxissem fidem, non tardavi, sicut jussus sum, magnam partem sermonum per civitates habitorum, qui jam tibi descripti sunt, ac per ipsum missi, in libris summatim comprehendere, quasi indicandi gratia, sicque ad te destinare, cum hac inscriptione: Clementis epitome prædicationum Petri in peregrinationibus. Ceterum exponere, ut jussus sum, incipiam.

A νίμως ἔπεσθε αὐτοῦ τῷ βουλήματι, ἐχθροὶ γινόμενοι οἷς ἐχθραίνει, κ᾽ μὴ ὁμιλοῦντες οἷς μὴ ὁμιλεῖ ἵνα ἕκαστος, ἐπιδικαζόμενος τοῦ πάντας φίλους ἔχειν, αὐτὸν διαλλάττων, σώζηται, τῆς αὐτοῦ ἐπακόων ὁμιλίας. εἰ δέ τις φίλος μοὶ ἢ οἷς αὐτὸς ἐχθραίνει, καὶ λαλεῖ οἷς αὐτὸς οὐχ ὁμιλεῖ, εἷς ἐστὶν καὶ αὐτὸς τῆς ὀλοθρεύειν θελόντων τὴν ἐκκλησίαν. τῷ γὰρ σώματι σωὼν ὑμῖν, τῇ γνώμῃ μὴ ὢν μεθ᾽ ὑμῶν, καθ᾽ ὑμῶν ἐστιν, πολλῷ χείρων τῆς ἔξωθεν φαινομένων ἐχθρῶν. μὴ δοκήσης φιλίας σκορπίζων τοὺς ἔσω.

B 19. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐν μέσῳ ἐπὶ πάντων μοι τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν καθεσθῆναί με ἐδυσώπησεν. καθεσθέντι δὲ τοῦτό μοι δεῖπεν ἔφη. ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῆς συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὅπως ὁπόταν τοῦ ἐνταῦθα, ὡς ἐμοὶ ὀφείλεται, ἀπαλλάξω βίου, σὲ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ κυρίου διαπέμψαι ἐν ἐπιτομῇ, ἀναγραψάμενον μέχρι καὶ τῆς ἐκ παίδων σου λογισμῶν, καὶ ὡς ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχει τοῦ νῦν σωώδησάς μοι, ἐπακόων τῆς κατὰ πόλιν ὑπ᾽ ἐμοῦ κηρυχθέντων λόγων τε καὶ πράξεων· ἔπειτα πρὸς τὰ τέλει κ᾽ τὴν τοῦ θανάτου μου πρόφασιν, ὡς προεῖπον, δηλῶσαι μὴ ὀκνήσεις. ὅτε γὰρ λίαν αὐτὴν λυπήσει τοῦτο, εἰδότι ὅτι ὁ πάτως ἔδει με παθεῖν, δίσεβῶς ἀπεδόμην· μεγίστης δὲ παραμυθίας τεύξεται, C μαθὼν ὅτι μετ᾽ ἐμὲ οὐκ ἀμαθὴς ἀνὴρ, καὶ ζωοποιοὺς λόγους ἀγνοῶν, καὶ ἐκκλησίας κανόνα οὐκ εἰδὼς, τὴν τοῦ διδάσκοντος ἐπισθῆναι καθέδραν. * πλάνος γὰρ ὁμιλία, τῆς ἀκουόντων ὄχλων ἀναίρει τὰς ψυχάς. * f. πλάνης.

20. Ὅθεν ἐγὼ, κυρίέ μου Ἰάκωβε, αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος, ὑποχόμην, οὐκ ὤκνησα, ὡς ἐκελεύσθην, τὸ πολὺ τῶν κατὰ πόλιν λόγων, πῶν ἤδη σοι προγραφέντων, καὶ ὑπ᾽ αὐτοῦ διαπεμφθέντων ἐν βίβλοις ἐπὶ κεφαλαίων ποιῆσαι, ὥσπερ σημείου χάριν, καὶ οὕτως διαπέμψαι σοι, ἐπιγράψαντι, Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή. πλὴν τοῦ ἐκτιθέναι ὡς ἐκελεύσθην ἄρξομαι.

D

* EPI-

a Notat Cotelerius in uno codice græce haberi ἐκ παιδός σου. Pluris refert expendere qua ratione libri Recognitionum, qui sub Clementis ad Jacobum fratrem Domini scribentis nomine confícti sunt, inchoentur. Incipiunt nempe ab his verbis: *Ego Clemens in urbe Romana natus, ex prima ætate puericiæ studium gessi. dum me animi intentio velut vinculis quibusdam sollicitudinis & mœroris innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio (incertum sane unde initium sumserit, crebro enim ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens.* &c. Unde non absurde colligas, pseudo-Clementem libris illis id præstare, quod modo præcipitur; cum ab ipsis pueritiæ suæ cogitationibus Jacobo pandendis exordium sumat. Quocirca minime assentiendum videtur Rufino qui epistolam hanc libris Recognitionum *tempore posteriorem* censet

EPISTOLA II.

CLEMENTIS PAPÆ I.

AD JACOBUM FRATREM DOMINI.

De sacratis vestibus & vasis

Clemens [b] *Romanæ Ecclesiæ Præsul. Jacobo Hierosolymorum Episcopo*

QUONIAM, sicut a Beato Petro Apostolo accepimus, omnium Apostolorum patre, qui claves regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere: [c] Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta divinorum secretorum, id est, Presbytero, Diacono, & * ministro, qui cum timore & tremore clericorum, reliquias fragmentorum corporis dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inveniatur, (*a*) ne cum neghgenter agitur, portioni corporis Domini gravis inferatur injuria. Communio enim corporis Domini nostri Jesu Christi, si negligenter erogetur, & Presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate [d] & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, [2] in crastinum non reserventur, sed cum timore & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt, [e] consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant; [f] ne putent sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualiculos digestus, in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri qui eam consumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sane sacris ita gerendum est: Altaris palla, * cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, aut Diaconus scapulas operire velit, quæ fuit in altari, aut certe quæ data est [3] in mensam Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter quasi nihil & negligenter [4] habuerit divina mysteria, Diaconus triennio, sexque mensibus, a dominico alienus erit altari, gravi percussus anathemate. Quod si Clericum Presbyter non [5] commonuerit, decem annis & quinque mensibus excommunicatus sit; propterea quod de dominicis sacramentis subjecta sibi non commonuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesiæ. [g] Pallas vero & vela, quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio Diaconi cum humilibus ministris [6] juxta sacrarium lavent, non ejicientes foras a sacrario velamina dominicæ mensæ; ne forte pulvis dominici corporis male decidat a sindone foris abluta, & erit hæc operanti peccatum: idcirco intra sacrarium ministris præcipimus, [7] hæc sancta cum diligentia custodire sane pelvis nova comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed [8] nec ipsa pelvis velis apponatur lavandis, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinent. [9] Pallæ altaris solæ in ea laventur, [h] & in alia vela januarum. De velis autem januarum, [10] cura sit ostiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens aut ignarus ad velum januæ domus Domini manus incondite tergat; sed statim coercitus dicat omnis homo, quia velum atrii domus Domini sanctum est. [i] Præcipimus etiam [11] ne [k] excommunicato Ecclesiæ, sive laico, de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam. Unde scis tu, qui passim * sacrarii panes indignis impendis, unde nosti, si a mulieribus mundi sunt hi quibus impendis? Hinc & David ab [12] Abimelech sacerdote interrogatus, cum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit.

[l] Ad dominica autem mysteria tales eligantur, [13] qui ante ordinationem suam conjuges suas * non noverint. Quod si post ordinationem, ministro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad dominici corporis [m] portationem accedat, [n] [14] nec aquam sacerdotibus porrigat ad manus. Ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, [o] urceum sive calicem ad altare non sufferat. Si forte quispiam Presbyter, sive Diaconus, sacrarii sindonem vel velum, subtracta vendiderit, [p] Judæ [15] Iscariotis similis æstimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Judæ susceptorum pœnam. [q] Clericus vero solus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec properet, sine majoris natu Principis jussione. [16] Nec Presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam. Nec solus cum sola femina fabulas misceat. [r] Nec Archidiaconus aut Diaconus, sub prætextu [s] officii humilitatis, frequentet domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos ejus, matronæ mandent [17] secreti aliquid. Si cognitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur Ecclesiæ. Sed si forte aliqua interceſſio fuerit, Episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire [t] pio interventu ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc [18] sanare debeant. Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen [19] clericorum cum [u] extranea habitet femina, nisi proxima aut soror

---

1 In altero e MSS. nostris, qui sunt ex antiquissimis, titulus est: *Item epistola præceptorum S. Clementis Papæ, missa Jacobo fratri Domini.* In altero: *Incipit prima S. Clementis Romani ad Jacobum de sacramentis Ecclesiæ.* Ita Harduinus, qui ex prædictis Codicibus has variantes lectiones animadvertit. (*a*) Luc Cod. legit: *etsi negligenter agendo portionem corporis (manus antiquas addit & sanguinis Domini N. J. C. presbyter minora non curat &c.* 2 MS. *In crastina.* 3. MS. *in mensa*; at Gratianus *in mensam.* 4 MS. *habueris ministeria.* 5 MS. *admonuerit*, & ita rursum postea 6 MS. *intra*, ut mox. 7 In MS. abtunt hæc duo verba. 8 MS. *non.* 9 MS. *Pallæ, in alia pelve laventur, & in.* 10 MS. *etiam cura sit*; ceteris omissis, *de velis autem januarum.* 11 MS. *ne unquam extero.* 12 Ita MS. at vulgata, & Hebræa *Achimelech* 13 MS. *qui ante ordinationem conjuges suas noverint.* 14 MS. *aquam sacerdotum porrigat manibus. ostia &c* 15 MS. *Inde similis æstimabitur Scariotis* 16 In MS. deest hæc integra sententia, quoniam inferius repetitur 17 MS. *secretim.* 18 MS *debeat sanare.* 19 In MS. abest vox ea *clericorum*

a absunt a c. Justelli De consec. distinct. 2. Tribus gradibus. § Tanta in

i Matisc. 11. c. 6.

k extero.

* sanctuarii.

l Aliter in MSS. Hard. & Just quæ referuntur notis

* Scilicet, semper continere noluerint. Sic legit hunc locum & interpretatur Humbertus Cardinalis tempore Leonis IX. lib contra Nicetam

m portionem c. Just.

n sed.

o Urcium sane ad altare suggerat. c. Har & Just.

p II. Tur. 25. III Brac. 3.

q Hippon. 26.

r Turon. III 2 9

s hum. vel officii

t pro

u σωνισάκτου de qua sæpe in conciliis & patribus.

ror fuerit. Et hoc cum magna ſolicitudine fiat. Non ignoramus malitias ſatanæ. Univerſa hæc cum manſuetudine Eccleſiaſtica complenda ſunt miniſteria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicem vero ad perferendum ſanguinem Domini, præparatum cum tota munditia, miniſterii, miniſter præparet, ne, non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honeſtate, cuncta quæ ſupra expoſuimus, oportet impleri. Tales ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſint dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim Domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. A principio epiſtolæ uſque ad hunc locum, de ſacramentis delegavi bene [a] intuendis: ubi non murium ſtercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, neque [b] putrida per negligentiam remaneant clericorum, & convenientes, qui accipere ſibi medicinam deſiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo & faſtidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorum ultra hæc diſſimulet, aut negligere ullatenus audeat, ſed libenter, quæ juſſa ſunt, expleat, & ſacramenta divina nequaquam negligenter contrectet. Ideoque tam juvenes quam ſenes de his, & de omni converſatione ſua, & converſione, & pœnitentia valde eſſe ſolicitos oportet, ſatiſque agere, ut hæc condigne agant, & de reliquo ornent, tam clerici quam ſæculares, animas ſuas ornamentis digniſſimis, dogmatibus ſcilicet veritatis, decore pudicitiæ, ſplendore juſtitiæ, candore pietatis, aliiſque omnibus, quibus * compoſitam decet eſſe rationabilem mentem. Tum præterea declinare a conſortiis inhoneſtis & infidelibus, & ſocietates habere fidelium, atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de juſtitia, de pietate tractatur. Orare ſemper Deum ex toto corde, & ab ipſo petere quæ decet, ipſi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum geſtorum, aliquantulum etiam (ſi poſſibile eſt) per miſericordias pauperum juvare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, & indulgenti citius indulgebitur. Quod ſi provectioris ætatis ſit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod poſtquam [c] finis eſt omnis impetus concupiſcentiæ carnalis, ſcientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, inſurgentes adverſus animam, reprimat corporis * voluntates. Supereſt ergo ei in agnitione veritatis, & miſericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum converſionis oſtenditur, & non in devotionis ac propoſiti firmitate. Deo enim manifeſtæ ſunt mentes, quia non temporum rationem colligit, ſed animorum. Ipſe enim probat, ſi quis, agnita veritatis prædicatione, non diſtulit, neque tempus negligendo [d] conſumpſit, ſed ſtatim & (ſi dici poteſt) eodem momento præterita perhorreſcens, futurorum deſiderium cepit, & in amorem regni cœleſtis exarſit. Propter quod nemo veſtrum ultra diſſimulet, nec retro reſpiciat, ſed ad Evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, Quia, cum dives factus fuero, tunc convertar. Non requirit a te Deus pecuniam, ſed animum miſericordem & piam mentem. Neque dives converſionem ſuam differat pro ſolicitudine ſæculari, dum cogitat, quomodo diſpenſet abundantiam frugum. Neque dicat intra ſemetipſum. Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neque dicat animæ ſuæ; *Habes multa bona repoſita in annos multos, epulare & lætare.* Nam dicetur ei: *Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ paraſti cujus erunt?* Itaque feſtinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis ſexus, omniſque conditio, ut vitam conſequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati ſint, quod in ipſo impetu deſideriorum, cervices ſuas jugo ſubjiciunt diſciplinæ. Senes & ipſi laudabiles, quia multi temporis conſuetudinem, in qua male præventi ſunt, pro Dei [a] amore commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. Quæ enim cauſa cunctandi eſt ad bene agendum? Animus ſibi male conſcius, dum videtur ſibi nullam pœnam pati, credit quia non judicet, Dominus; cum abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, jam ſit magna damnatio. Unde ſcriptum eſt: *Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit.* Quapropter paſtoralis ordinis eſt, infatigabiliter revocare, quidquid ad correctionem populorum, imo magis filiorum ſpiritualium, quantum (eſt fas intelligere) cognoverit pertinere, & non (quod abſit) cum ſuo periculo alienæ ſpei, per ſolam negligentiam facere detrimentum, ſed quod ad generalis ſalutis ſpectat compendium, ſalubri neceſſe eſt providere tractatu. Homini religioſo parum eſſe debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, niſi eas etiam extinguere bene loquendo ſtuduerit. Ecce oris noſtri buccina ad aures hominum perſonamus, neque ſe deinceps excuſabit non montium, qui, quod ſequi debeat, tam verbis quam literis edocetur. Qualis autem condemnatio, & qualis imminet maledictio his qui in patres peccant, divina nos docet ſcriptura. Si enim Cham filius Noe, cum vidiſſet nudum ſuum patrem, quoniam non cooperuit patris [b] corporalis nuditatem, ſed egreſſus, nunciavit eam fratribus, & illi veſtimento eum cooperuerunt: ipſe quidem Cham, & illi qui ex eo nati ſunt, ſub maledicto facti ſunt: qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt: multo magis iſti majore & ampliore condemnatione digni ſunt qui patribus obviare, aut contra eos inſurgere nituntur, aut injuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur: quoniam qui eis reſiſtit, Deo reſiſtit: & qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit. *Expavit cœlum ſuper hoc, & horruit amplius vehementer, dicit Dominus.* O intolerabilem malignitatem! o linguam loquentem iniquitatem contra Deum, & mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: *Impone homo tuæ linguæ oſtium & ſeram.* Ceſſa [c] in altitudinem extollens, & loquens adverſus Deum iniquitatem & proximum tuum. Quouſque inſultas patienti Chriſto & fratribus? Hæc nos familiarius docebat, & hæc nobis [d] publicitus prædictus magiſter & inſtructor atque ordinator noſter, Princeps Apoſtolorum Petrus, in Eccleſia prædicabat, exemplum dans, ut & nos ſimiliter faciamus; *Humiliamini*, inquit, *in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alteru-*

Diſtinct. 23. Tales ad.

a tuendis.

b S. Greg. in ſacram. cap. de ord. ſubdiacon.

Optimæ inſtitutione.

* comptam ita MS.

c fractus.

* voluptates.

d contempſit.

Aug. in Pſ. 9. apud Prosp. ſent. 218.

Jerem. 48.

a timore

Proſper. ſent. 178. Celeſtin. ep. 1.

2. quæſt. 3. Sacerdotes, & reliqui.

Juſtinian. de 3. capitulis.

Geneſ. 9.

b corporales

Jerem.

Eccl. 28.

c cornu.

d publice

1 Petr. 5. Jac. 4. quamvis tamen hæc ibi dicatur epiſtola.

rutrum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. Qui autem judicat legem, non eſt factor legis, ſed judex. Unus eſt enim legislator & judex, qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es, qui judicas proximum? Non oportet. Non præcipit nos judicare invicem, ſed magis auxilium ferre. [a] Væ erit, inquit, his qui fratres tribulant, & eis qui eos perſequuntur. Vos autem quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Quod etiam ipſe nos Dominus docuit: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.* Et item, *Beati eritis, cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint, & ejecerint nomen veſtrum tamquam malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo.* Unde & ipſe ait: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum.* Non enim (inquit) recte diligit Deum, qui fratrem inſequitur: nec diligit proximum qui ei detrahit, vel qui illum accuſat: quia quod ſibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Diſcite (inquit) filii mei ſapientiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini caritatem, ut non excidatis. *Data eſt enim a Domino poteſtas, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur veſtras.* Qui autem cuſtodierint juſtitiam, juſte judicabuntur: & qui * didicerint juſta, [b] juſte invenient quid reſpondeant. Semper cavetote. Præcepit enim, ne aliquando peccato conſentiamus: & prætermittamus præcepta Dei noſtri. Eccleſias per congrua & utilia facite loca, quæ divinis precibus ſacrare oportet, & in ſingulis ſacerdotes, divinis orationibus Deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non quoquam gravari. Semper vitate mala, & pro animabus veſtri ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos jam ſupplantavit ſuſpicio. Caritatem ſemper diligite, & fratres adjuvate. Erunt enim quaſi non ſint, & peribunt viri qui contradicunt vobis. Unde & Dominus ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui ſpernit me, ſpernit eum me qui miſit.* Et item: *Qui enim non eſt adverſum vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Chriſti eſtis, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. Et qui ſcandalizaverit unum ex his puſillis credentibus in me, bonum eſt ei magis, ſi circumdaretur mola aſinaria collo ejus, & in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizaverit te manus tua, abſcinde illam. Bonum eſt tibi, debilem introire in vitam, quam duas manus habentem, ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus ſcandalizat te, amputa illum. Bonum eſt tibi, claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod ſi oculus tuus ſcandalizat te, ejice eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim homo igne ſalietur, & omnis victima ſalietur. Bonum eſt ſal. quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quod illud ſalietis? Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos:* quia quiſquis veſtrum recte docuerit, & juſte vixerit, habebit gloriam. Qui autem ſecus egerit, indubitanter pœnam ſuſtinebit. Ideo bona agere vos ſemper oportet, ut bravium æternæ vitæ percipiatis.

His ergo bene parete ſententiis. Ne quis hæc præcepta minime credat implenda, & judicio Dei æterni ignis tormenta ſuſtineat, qui eccleſiaſtici operis ſacra neglexerit. Hæc igitur, frater Jacobe, de ore ſancti Petri jubentis audivi: Si quis præcepta hæc non integra cuſtodierit, ſit anathema uſque ad adventum domini noſtri Jeſu Chriſti. Hæc præcepta a ſancto Petro apoſtolo accepi: & tibi, frater cariſſime, inſinuare curavi, ut ſervari omnia præcipias ſine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit miniſter Jeſu Chriſti. Qui autem non audierit te, imo loquentem dominum per te, ipſe ſibi damnationem accipiet. Omnipotens Deus, cariſſime, ſua te protectione cuſtodiat, atque ad cœleſtis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum iterumque incolumem cuſtodiat, reverentiſſime frater. Amen.

[a] ep. 1.

[a] 22.

[b] lerint. ſt hæc a a c.

[a] 7. Ecper. & diſt. 1.

* ſale ſalietur.

S. Greg. ep. 27. lib. VII.

[1] EPISTOLA III.

CLEMENTIS

[a] PAPÆ I.

[a] Non adeo certum niſi de Recognitionum ſcriptis

Rufino Torano Aquilejenſi interprete.

De officio ſacerdotis & clericorum.

Clemens urbis Romæ epiſcopus omnibus coepiſcopis, presbyteris, diaconis, ac reliquis clericis, & cunctis principibus majoribus, minoribuſve, omnibuſque [b] generaliter fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia Dei, quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu domino noſtro.

[b] In c. Juſt. dicitur epiſtola generalis

URget nos, fratres, multus amor veſter, & religioſa invitat devotio, quia debitores ſumus, ut quædam vobis ſcribamus. Vos ergo, qui ſacerdotio domini fruimini, & in ſpecula eſtis poſiti, plus ſcire oportet, ut ſubditos vobis populos pleniter docere poſſitis, eiſque ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Unde & ipſa per ſe veritas ait: *Vobis datum eſt, noſſe myſterium regni Dei, ceteris autem in parabolis,* &c. Propter quod conſilium do unicuique veſtrum, conſtanter docere verba divina: & diſcentibus, libenter accommodare aurem verbo Dei. Veſtrum enim, quia legatione domini fungimini, eſt docere populos: eorum vero, eſt vobis obedire ut Deo. [c] Si autem vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac ſubdiaconi, & reliqui clerici, omneſque principes, tam majoris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi, tribus, & linguæ non obtemperaverint, non ſolum infames, ſed & extorres a regno Dei & conſortio fidelium, ac a liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt. Nam veſtrum eſt, eos inſtruere: eorum eſt, vobis obedire ut Deo, cujus legatione fungimini, dicente domino: *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Et qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.*

Marc 4.

11. q. 3. Si autem vobis c Conc. Turon. c. 8

Luc. 10. Matth. 10.

[1] In MS. noſtro titulus eſt: *Item incipit Epiſtola generalis Clementis Papæ, omnibus tam majoribus, quam inferioris ordinis clericis, ac cunctis fidelibus ſcripta.* Harduinus

sit. Nihil enim injustius vel inhonestius est, quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel protervos existere. Novimus enim, primum hominem per inobedientiam cecidisse: idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia *dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, dominus noster mittens vos vice sua in loco apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obedientes, ut ipsi, existere: quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinaverit, & pariat quæ est paritura. Sic & omnis homo, qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non sinerit, ac minime crediderit doctoribus & episcopis suis, non benevolus, sed rebellis atque inobediens extiterit, fructum non germinabit nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua dominus ait: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*. Primus enim pontifex Aaron, chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit: & tamquam rex, primitias & tributum per capita accepit a populo: & judicandi populum sorte susceptа, de mundis immundisque judicabat. Sed & si alius ex ipso unguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita, tantum potuit, intelligite jam quantum sit illud unguentum, quod a Deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, & in civitate constitutus, scripturis sacris * conditus, carus & pretiosus hominibus oppido esse debet. Quem, quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique servire, & obedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod sive honor sive injuria, quæ ei deferrur, in Christum redundat, & a Christo in Deum. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ a presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem disciplinæ. Propter quod deprecor vos conservos & adjutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere, & pro omnibus stare, maxime tamen pro his qui in cultu divino laborant. Ecclesiarum omnium curam habetote, servisque earum adjutorium præbete, viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius * liberate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. Et (ut breviter totum dicam) alterutrum vos, in quibus res poposcerit, sustentate. Deum colite, qui creavit cœlum & terram, & Christo credite, invicem vos diligite, & misericordes estote in omnes, non verbo solo, sed opere & rebus [a] implete caritatem. Agite pro viribus, conservi dilectissimi, quia bonum est ut unusquisque vestrum, secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo non vos pigeat, secundum sapientiam, quæ vobis per Dei providentiam collata est, instruere ignaros & docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis, eumque ut oculos suos amare oportet; quia & ipsum populum sibi commissum, ceu proprios filios, amare & docere condecet: hoc enim ei a Patre cœlesti donatum est. Sed & salus in eo est, ut voluntatem ejus cujus amorem & desiderium, Deo largiente, conceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiet. Accedat autem qui vult, ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum, jejuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus jam consummatis, in die festo possit baptizari. Baptizetur autem unusquisque in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum, per hæc consecratus, possit percipere locum cum sanctis. Nullus enim propter opprobrium senectutis aut juventutis, vel nobilitatem generis, a parvulis & minus eruditis, si quid forte est utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit, & discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, & potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, ut quæ ignorat, discat, & quæ didicerit, doceat? Certissimum namque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil est pretiosius anima. Dominus autem creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque & aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere præcepit, sicut & verus nobis propheta enarravit, & ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo rationalis est; & consequens est, ut [a] ratio in rationalibus dominetur. Hic enim ab initio, cum adhuc justus esset, cunctis vitiis & omni fragilitate superior erat: ubi autem peccavit, & factus est servus peccati, simul & fragilitati efficitur debitor & obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse [b] impassibiles: & non solum impassibiles, verum & parva in Deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promisit, dicens: *Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit*. Hujus vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, & jam facta quædam per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis; quia, adstantibus nobis, eorum meritis dæmones cum passionibus, quas hominibus invexerant, transierunt & fugati sunt. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est: quæ non alia esse, quam patientibus quidem, infidelitatis, curantibus vero, fidei, demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum Dei judicium, peccandi licentiam præbet: peccatum vero, hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei judicium esse credens, continet homines a peccato. Non peccantes vero, non solum liberi sunt a dæmonibus & passionibus, verum & aliorum dæmones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit omnium malorum mater; quæ incuria & ignavia gignitur, negligentia vero alitur & augetur, atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur: quam si quis forte doceat effu-

Jacob. 4. & 1 *Petr.* 5.

Matt. 7.

Recognit. 1.

eruditus. Recognit. 3. c. 66.

Dist. 5. Audire episcopum.

juvare.

a repleti caritate. Recognit. 8. c. 37.

Recognit. 4 c. 5.

Recogn. 3. c. 67.

Dist. 38. Nullus epiſcopus. Recogn. 1. c. 67

Anſ. Lud. lib. 1. in VVibertum.

Recogn. 1. c. 3.

a rationalirrationabilibus.

b ἀπαθῆ

Matth. 17

Recogn. 3. c. 3.

Recogn. 1. c. 4.

gandam velut antiquis & hæreditariis ſedibus, moleſte & indignanter avellitur. Et ideo paululum laborandum nobis eſt, ut indignantes, ignorantiæ præſumptionem ſcientiæ ratione refecemus; in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi ſunt, per quas, quaſi ſub ſpecie alicujus ſcientiæ, ignorantia in his vehementius radicata eſt. Nihil enim eſt gravius, quam ſi id quod ignorat quis, ſcire ſe credat, & defendat verum eſſe, quod falſum eſt: quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem cuncta ut ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici a ceteris velit. Ita ſunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicujus ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atque ad perniciem quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis, ut poſſimus, quaſi lumine nobis inde [a] accenſo, errorum tenebras depellere. Grande enim malum eſt (ut diximus) ignorantia: ſed quia ſubſtantiam non habet, facile ab his, qui ſtudioſi ſunt, effugatur. Non enim aliud eſt ignorantia, niſi non cognoviſſe quod expedit. Ubi autem cognoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius aſſignare poteſt, niſi verus propheta. Hæc enim [a b] via eſt, vitam volentibus ingredi, & [c] ſummum iter bonorum operum pergentibus ad civitatem ſalutis. Si quis ſane audiens ſermonem veri prophetæ velit aut nolit recipere & amplecti onus ejus, id eſt, mandata vitæ, habet in ſua poteſtate: liberi enim ſumus arbitrii. Nam ſi hoc eſſet, ut videntes ea, jam non haberent in poteſtate aliud facere, quam audierant; vis erat quædam naturæ, per quam liberum non eſſet ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem, quia liberum eſt animo, in quam velit partem declinare judicium ſuum, & quam probaverit, eligere viam; conſtat evidenter, ineſſe hominibus arbitrii libertatem. Igitur priuſquam audiat quis, quod ei expedit, certum eſt quia ignoret: & ignorans vult & deſiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit cauſas erroris ſui, & rationem veritatis acceperit, tunc ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudum fuerat præventus, recte jam vocabitur ad judicium, daturus pœnas, quia vitæ hujus ſpatium, quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis conſumpſerit errorum. Qui veto audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum ſibi doctrinam fuiſſe delatam; requirat intentius, & diſcere non deſinat, uſquequo cognoſcat, ſi eſt vere aliud ſæculum, in quo bonis præmia præparata ſint. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod ſibi veritatis lumen oſtenderit, ac de cetero dirigat actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt præparatam, demirans per omnia & ſtupens ceterorum hominum errores, & quod ante oculos poſitam veritatem nemo videat. Ipſe tamen gaudens ſuper divitias ſapientiæ, quas invenit, * ſatiabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, feſtinans ad ſæculum futurum mundo corde & pura conſcientia pervenire, ubi etiam videre Deum regem omnium poſſit. His autem omnibus carere nos & fraudari, ſola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malum de ſe non patiuntur excludi: neſciunt enim, quanta ſit in horum permutatione diverſitas. Propter quod, conſilium do unicuique diſcenti, libenter præbere aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam ſi, me docente ea quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo pravis opinionibus occupato obſiſtere nititur; non ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim juſto judicio examinare quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his quæ ſunt, ut ſunt, in bonis actibus dirigens viam ſuam, regni cœlorum poſſit particeps inveniri, ſubjiciens ſibi carnis deſideria, & dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipſe fiat dominatoris omnium jucunda poſſeſſio. Nam qui permanet in malo, & ſervus eſt mali, non poteſt effici portio boni, donec permanet in malo: quia ab initio (ut ante jam diximus) duo regna ſtatuit Deus; & poteſtatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui ſe ad obediendum ipſe ſubjecerit. Et quia definitum eſt apud Deum, non poſſe unum hominem utriuſque regni eſſe ſervum; omni ſtudio date operam, in boni regis [a] aulam ac jura concurrere. Propter hoc denique verus propheta, cum eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam ex divitibus negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem: *Nemo poteſt*, inquit, *duobus dominis ſervire*: &, *Non poteſtis Deo ſervire, & mammonæ*: Mammona, patria eorum voce, divitias vocans. Hic ergo verus propheta, qui in Judæa nobis apparuit, ut audiſtis: qui, ſtans publice, ſola juſſione faciebat cæcos videre, ſurdos audire, fugabat dæmones, ægris ſanitatem reddebat, & mortuis vitam: cumque nihil eſſet ei impoſſibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli eſt poſſibile, niſi ſoli Deo. Hic annunciabat regnum Dei: cui nos de omnibus quæ dicebat, tamquam vero prophetæ, credimus; firmitatem fidei noſtræ non ſolum ex verbis ejus, ſed & operibus aſſumentes: quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præſentia ejus expoſuerant, in ipſo deſignantur, & imagines geſtorum Moſis, & ante ipſum patriarchæ Jacob, ipſius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc eſt ipſum in quo venerat, prædictum ab his conſtat: & ſuper omnia, quod eſſet a gentibus expectandus, ſacris literis comprehenſum eſt, quæ in eo pariter univerſa completa ſunt. Quod autem Judæorum propheta prædixit eum a gentibus expectandum, ſupra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixiſſet a Judæis expectandnm, non aliquid eximium prophetaſſe videretur, quod a contribuli populo, & a propria gente ſperaretur is, cujus adventus ad ſalutem mundi fuerat repromiſſus. Videtur enim magis conſequens ratio eſſe, ut hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicant, omnem illam ſpem, quæ de ſalute mundi repromittitur, & novitatem regni, quæ inſtruenda per Chriſtum eſt, atque omnia quæ de eo indicantur, ad gentes eſſe transferenda, jam non ſecundum conſequentiam rerum, ſed incredibili quodam vaticinationis eventu, magnificentia prophetica confirma-

[a] fœdum

Recogn. ibid. c. 9

Matth. 6.

Recogn. 5. c. 10.

Acts 2. Recogn. ibid. c. 11. Geneſ. 49. 10.

MS. & Recogn. *porta eſt vitæ, volentibus ingredi: & iter.* Harduinus.

firmatur. Judæi namque ex initio, affore aliquando hunc virum, per quem cuncta reparentur, veriſſima traditione ſuſceperunt: & quotidie meditantes ac proſpicientes, quando ejus fieret adventus; ubi adeſſe eum viderunt, & ſigna ac prodigia (ſicut de eo ſcriptum fuerat) adimplentem; invidia excæcati, agnoſcere nequiverunt præſentem, in cujus ſpe lætabantur abſentis. Intellexerunt tantum ſancti apoſtoli, qui a Deo electi ſunt, & nos, qui poſt ab eis electi ſumus. Hoc autem providentia Dei factum eſt, ut agnitio boni hujus etiam gentibus traderetur: & hi qui nunquam de eo audierant, nec a prophetis didicerant, agnoſcerent eum; illi vero, qui quotidianis meditationibus evanuerant, ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui præſentes eſtis, & deſideratis audire doctrinam fidei ejus, & agnoſcere, quis & quomodo & qualis ſit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc enim [a] prophetæ prædixerant, quia a vobis quærendus eſſet, qui de eo nunquam audiſtis. Et ideo videntes in vobis ipſis prophetica dicta compleri, huic uni recte creditis, hunc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, ut non ſolum expectetis eum, ſed & hæreditatem regni ejus credentes conſequamini, ſecundum quod ipſe dixit, quia unuſquiſque illius fit ſervus, cui ſe ipſe ſubjecerit. Propterea ergo vigilate, & dominum Deumque noſtrum vobis conſcribite dominum, qui & cœli ac terræ dominus eſt. Et ad ipſius vos imaginem ac ſimilitudinem reformate, ſicut ipſe verus propheta docet, dicens: *Eſtote boni, & miſericordes ſicut & pater veſter celeſtis miſericors eſt, qui oriri facit ſolem ſuum ſuper bonos & malos, & pluit ſuper juſtos & injuſtos.* Hunc ergo imitamini, & hunc timete: & ſicut mandatum datur hominibus, *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies.* Infidelibus quidem dormit dominus, & abſens habetur his a quibus eſſe non creditur, & mandatis ejus non obediunt: atque ob id illis videtur quaſi dormire dominus, quia pro peccatis ſuis non exaudiuntur. Quapropter cunctis fidelibus, & ſummopere omnibus presbyteris & diaconis & reliquis clericis attendendum eſt, ut nihil abſque epiſcopi proprii licentia agant. Non utique miſſas fine ejus juſſu quiſquam presbyterorum in ſua parochia agat, non baptizet, nec quidquam abſque ejus permiſſu faciat. Similiter & reliqui populi, [b] majores ſcilicet ac minores, per ejus licentiam, quidquid agendum eſt, agant: nec ſine ejus permiſſu a parochia abſcedant, vel in ea adventantes morari præſumant. Animæ vero eorum ei creditæ ſunt. Ideo omnia ejus conſilio agere debent, & eo inconſulto nihil. Quicumque enim obediunt epiſcopis ſuis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei & reprobi exiſtunt. Porro ipſi a Deo donum ſummi muneris conſequuntur, qui per juſtitiæ & præceptorum ejus ſemitas incedentes, doctoribus ſuis (qui recte epiſcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus & beatus Petrus, inſtructor & ordinator noſter, & princeps apoſtolorum, manifeſte cunctos audientes inſtruebat, dicens: Videntur mihi, qui loquuntur verba veritatis, & qui illuminant animas hominum, ſimiles eſſe radiis ſolis: qui ut proceſſerint & apparuerint mundo, celari ultra aut occultari nullatenus poſſunt, dum non tam videntur ab omnibus, quam videre omnibus præſtant. Unde & bene ipſa per ſe veritas ad veritatis præcones

Recogn. ibid. c. 12.

a eſt quod *Iſaiæ 65.*

Recogn. ibid. c. 13.

Luc. 6. Matth. 5.

Deuter. 6.

Recogn. 8.

16. quæſt. 1. Cunctis fidelibus. Conc. Tribur. 32. Ivo p. 2 c. 223.

b Seniores ac juniores.

Recogn. 2.

Hæc beati Petri apoſtoli verba habentur in libro recognitionum 8. c. 4.

ait. *Vos eſtis lux mundi.* &, *Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſupra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo ſunt.* Si quis ergo his obedierit, Deo (ut dictum eſt) magnum munus offert. Qui autem his reſtiterit, aut inobediens extiterit, non his, ſed Domino ſalvatori noſtro, cujus legatione funguntur, reſiſtit. Propter quod primum eſt omnium, juſtitiam Dei, regnumque ejus inquirere, & ſuis juſſionibus obtemperare: juſtitiam quidem, ut recte agere doceamur: regnum vero, ut, quæ ſit merces poſita laboris & patientiæ, noverimus: in quo eſt bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui contra voluntatem ejus egerint, pro uniuſcujuſque geſtis pœnarum digna reſtitutio. Hic ergo; hoc eſt, in præſenti vita poſitos, oportet nos agnoſcere voluntatem Dei, ubi & agendi, & ſacrificandi eſt locus: quoniam in aliis locis ſacrificare & miſſas celebrare non licet, niſi in his, in quibus epiſcopus proprius juſſerit, aut ab epiſcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, conſecratus fuerit. Aliter enim non ſunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos novo & veteri teſtamento. Hæc apoſtoli a domino acceperunt, & nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobiſque & omnibus, abſque reprehenſione, tenere & docere, quibus agendum eſt, mandamus. Unaquæque etenim res tempus ſuum habet & locum. Operum hic locus eſt, tempus vero meritorum eſt ſæculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo, quæ ſit Dei juſtitia, requiramus, & tamquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo poſſimus ad regnum Dei, tamquam ad urbem maximam, pervenire. Deus enim his qui recte ſentiunt per ipſa opera mundi, quæ fecit, manifeſtus eſt; ipſius creaturæ ſuæ utens teſtimonio: & ideo cum de Deo dubitatio eſſe non debeat, de ſola nunc ejus juſtitia requiramus & regno. Idcirco perſuadeo primum, juſtitiam ejus eſſe requirendam, ut per hanc iter agentes, & in via veritatis poſiti, verum prophetam invenire poſſimus, non velocitate pedum, ſed bonorum operum velocitate currentes; ut ipſo duce uſi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipſum ſequentes, ingredi meruerimus illam, quo perveniro cupimus, civitatem; omnia jam de quibus quæritur, oculis videbimus, tamquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam eſſe hunc vitæ noſtræ curſum: viatores, eos qui nos inſtruunt, vel bona opera gerunt: portam vero, prophetam de quo dicimus: urbem, regnum eſſe, in quo reſidet omnipotens Pater, quem ſoli videre poſſunt hi qui mundo ſunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor, quia in fine ejus requies erit. Nam & ipſe verus propheta, ab initio mundi per ſæculum currens, feſtinat ad requiem. Adeſt enim nobis omnibus diebus: & ſi quando neceſſe eſt, apparet, & corrigit nos, ut obtemperantes ſibi, ad vitam perducat æternam. De his autem qui negligunt viam ſuæ ſalutis, & * adhuc non bene fideles, & præceptis ejus ſuorumque pontificum juſſionibus inobedientes, vel contumaces eis exiſtunt, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, mittens diſcipulos ſuos, præcepit nobis, dicens, *Ut in quamcumque civitatem aut domum introjerimus, dicamus. Pax huic domui. Et ſi quidem* (inquit) *fuerit ibi filius pacis, veniet ſuper eum pax veſtra.*

Matth. 5

Recogn. c. 20.

De conſ. diſtinct. 1. Hic ergo, id eſt.

Felix IV ep 2.

Recogn. & ſupra in epiſt. 1

Rom

* ob hoc

Recogn.

Matth. 10 & Luc. 10

vestra. Si vero non fuerit, pax vestra ad vos revertetur. Euntes autem de domo vel civitate illa, etiam pulverem qui adhæserit pedibus vestris, excutiatis super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati vel domui. Quod utique ita demum fieri præcepit, si prius in civitate vel domo veritatis sermo prædicetur: ex quo vel recipientes veritatis fidem, filii pacis & filii Dei fiant: vel non recipientes arguantur, quasi inimici pacis & Dei. Ita ergo & nos, magistri instituta sectantes, primo pacem proponimus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit, neque acquiescit veritati, scimus adversus eum pugnam verbi movere, & [a] arguere acrius, confutando ignorantiam, & redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum: ab eo autem qui se alienum paci effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in mandatis habemus, ut venientes ad civitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus: quanto magis convenit noscere, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & alias ob causas, utile est viri hujus habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est & inculpabilis; hoc est, si sobrius, si misericors, si justus, si mitis & humanus est, quæ utique bona esse nullus ambigit: tunc consequens videbitur, ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam, quod deest fidei & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam sunt peccatis involutus permanet inquinatus, non me oportet aliquid de secretioribus & remotis divinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari & convenire eum, ut peccare desinat, & actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, quæ eum, minus recte agentem, non oporteat audire; prudenter enim debemus [b] eludere: nam nihil omnino respondere, auditorum [c] causa, utile non videtur; ne forte existiment, nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, [d] non [1] intelligentia propositi nostri. Magna contumelia, & grave nobis erit peccatum, si ita desipiamus, ut cum videamus eum qui idola colit esse sobrium, nos qui Deum colimus, sobrii esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed magnum habeamus studium, ut si illi qui errant homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nec concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus, a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos, [e] qui æterni sæculi hereditatem speramus, debemus [f] præcedere eos, qui præsens tantum sæculum noverunt: scientes, quia si opera illorum nostris operibus collata, in die judicii similia inveniantur ac paria, confusio nobis erit, quod æquales inveniamur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri sæculi habuerunt. Et vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales his inveniri in operibus bonis; quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores, examinatio futura reperiat? Audite ergo, quomodo de his nos ipse verus Propheta docuerit. Ad eos autem qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: *Regina Austri surget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquam Salomon hic, & non audiunt.* Ad eos vero, qui de malis actibus gerere detrectabant pœnitentiam, ita ait. *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, & ecce plusquam Jonas hic.* Videtis ergo, quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, & ostendens eos nec æquales illis esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus sermo, quem proposuimus, approbatur, ut castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his in errore sunt positi custoditur; multo prius & attentius, & per singulas quasque (sicut supra ostendimus) species a nobis, qui veritatem sequimur, teneatur; eo magis, quod apud nos observantiæ ejus præmia æterna sunt posita. Aliter enim nemo salvus esse poterit, nisi his observationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua voluntate, unumquemque in suo ordine semper custodiat, fratres, sibi placere in omnibus concedat. Amen.

Matth. 12. & *Luc.* 11.

Matth. 12. & *Luc.* 11.

EPISTOLA IV.

CLEMENTIS

PAPÆ I.

Scripta discipulis suis Julio & Juliano, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus a recta via declinaverant, * & gentibus, inter quas habitabant, directa.

* & his atque

Clemens Romanæ urbis Episcopus, carissimis fratribus Julio & Juliano, ac reliquis consodalibus nostris, gentibusque quæ circa vos sunt.

OPORTET fratres, omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecrati, pro cunctis solicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis & ad portum salutis reducere. Et licet propter gentes, quæ circa vos sunt, in modico vos errasse contigerit; melius est tamen redire ad veritatis viam, quam diutius in ipso errore * perseverare. Quoscumque enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum prædicationis non audierunt, potestis, vobiscum assumite, & ad viam veritatis adducite, ne infructuosi, sed fructuosi Domino inveniamini. Et quoniam quidem, sicut a cultore neglecta terra, spinas & tribulos necessario producit, ita sensus vester longi temporis incuria multas & noxias opiniones rerum & intelligentias falsæ scientiæ germinavit: opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis vestræ, ut hoc sermo veritatis (qui est verus & diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam, & occupationes ac solicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germen. Potest enim

* perdurare.

Recogn. 6. c. 2.

fie-

1 Recognitionum: *non intelligentium propositum nostrum*. Harduinus

fieri, ut multi temporis negligentiam brevis & assidua reparet diligentia. Incertum namque est uniuscujusque tempus vitæ. Et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præveniat. Et ob hoc acrius adnitendum est, ut (dum est temporis spatium) collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo adversum vosmetipsos pro his quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est utilis [1] vita, & justa & necessaria iracundia, ut unusquisque, in quibus erravit, & perperam gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ [c] voluntatis, bono semini verbo Dei fecundiorem cordis præparet glebam. Puto autem, quod satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus justissimus ignis iste [d] concalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum, quantosque lapsus & quanta præcipitia ad peccandum dederit: a quantis vos bonis abstraxerit, & in quæ præcipitarit mala, & (quod est super omnia gravius) quod vos in futuro sæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen effulsit, ignis justissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur & radicitus intereat omne germen, si quod forte intra vos malæ [2] conscientiæ pullulavit? Unde & ipse qui misit nos, cum venisset, & omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse; non continuo ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ ejus ruinis scientiam veritatis opposuit: ut, si qui forte resipiscerent, lumen veritatis adspicerent, deceptos se, & in præcipitia erroris abstractos merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem adversus deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: *Ignem veni mittere in terram, quem volo, ut accendatur*. Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis & scientiæ necessario separet homines ab errore & ignorantia; sicut sæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis a connexione viventium membrorum, ferro [e] secante, separari. Tale ergo aliquid est, quod agit veritatis agnitio. Necesse enim, ut salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonem receperit veritatis, a parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos, credentes atque incredulos, scientiæ atque ignorantiæ, veritatisque & erroris pugna [f] consistit. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium*. Quod si dicat aliquis: Et quomodo justum videtur, separari filios a parentibus? Audi quomodo: Quia cum ipsis si in errore permaneant, neque illis proderunt; & ipsi cum illis pariter interibunt. Justum igitur & valde justum est, separari eum qui salvari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt venit ista separatio. Illi enim volunt interesse pariter, & prodesse his, & docere meliora. Sed & istud proprium est ignorantiæ vitium, ut confutantem se veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, (quia bonitatis plena est) tanquam a bono Deo [3] datam, cupiunt eam (si fieri potest) cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos & persequuntur. Sciunt enim quia [4] peccatum, ipsorum causa ignorantiæ est. Propterea denique ipse magister, cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus suis, & dicebat: *Pater dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt*. Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus & persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum & propinquorum persecutiones ferre, & pro conversione eorum orare [5] credimur? Tum deinde etiam [a] diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquiunt, quia vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium: auctor autem vitæ unus & solus est Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus. Sed illum (inquiunt) cognoscere non potuimus, istos autem & novimus, & in affectu habemus. Esto, non potuistis cognoscere, [b] quis sit Deus: [b] quid tamen non sit Deus, perfacile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum, aut lapis, aut æs, vel alia hujusmodi materia, Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluistis intendere; certum est, quia in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignaviæ vitio: nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accepissetis intelligentiæ viam. Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra: ferrum vero per ignem confectum est, qui ignis aqua extinguitur: aqua autem per spiritum movetur, spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dixit Moses Propheta: *In principio fecit Deus cœlum & terram. Terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei erat super aquas*. Qui spiritus Dei jussu, quasi ipsa manus conditoris, lucem separavit a tenebris, & post illud invisibile cœlum istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret Angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos ergo jussu Dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, fecessit, ut terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut vobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter vos producere jussa est animantia, & omnia quæ vestro usui voluntatique servirent. An non propter vos venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt, & tempora vicissitudines mutant? Num propter vos sol oritur, & occidit, mutationes luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatum suum, ut vobis ingratis cuncta subjaceant. Nonne pro his omnibus justa erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia & agnoscere & venerari debuistis, solum præ ceteris ignoratis? Sed & nunc per idem vos adhuc in intelligentiam ejus duco. Videtis etenim, quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per unigenitum ex initio

Recogn. ibid. c. 3.
a iniendum.
b hæc vox videtur superflua.
c voluptatis.
d concalescat.
Recogn. 6. c. 4.
Luc. 12.
e secantis.
f consurgit.
Matth. 10.
Recogn. 6. c. 5.
Luc. 23.
a illac
Recogn.
b quid qui.
Recogn. 4.
Genes.
Recogn.

1 Forte *vita*. In Recognitionibus: *Hæc enim est justa*, vocibus aliis omissis. *Hardouinus*. 2 Recognitionum: *concepisceret*. Hardouinus. 3 Recognitionum: *data*. Hardouinus. 4 Recognitionum rectius: *peccati ipsorum causa ignorantia est*. Hardouinus. 5 Recognit. *debemus*. Hardouinus.

tio facta est, unigeniti vero Omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine (ut supra diximus) pervenitur ad Patrem. Cum autem perveneritis, agnoscite hanc esse voluntatem ejus, ut per aquas, quae primae [b] creaturae sunt, denuo renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, haeres efficitur ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite, quasi filii ad patrem, ut peccata vestra diluantur, & causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permaneatis in incredulitate, vobis jam perditionis vestrae causa, & non ignorantiae, reputabitur. Nec putetis, quod etiam si omnem pietatem colatis, omnemque justitiam, baptismum vero non accipiatis, spem possitis habere apud Deum: imo majore poena digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis; sed si ita gerantur, sicut Deus jubet. Deus autem jussit, omnem colentem se baptismo consignari. Quod si vos renueritis, ut vestrae voluntati magis, quam Dei, obtemperetis; contrarii sine dubio & inimici estis voluntati ejus. Sed dicetis fortasse: Quid confert aquae baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis, & Deo renato, fragilitas prioris nativitatis, quae vobis per hominem facta est, amputatur, & ita demum pervenire poteritis ad salutem: aliter impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus Propheta testatus est, dicens: *Amen amen dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum caelorum.* Et ideo accelerate: est enim in aquis illis misericordia ejus quaedam, quae ex initio ferebatur super eas: & agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas: solae sunt enim, quae possint vim futuri ignis extinguere: ad quas qui moratur accedere, constat in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, & ab ipso prohiberi ad aquas properare quae salutem conferunt. Sive enim justus, sive sit injustus, baptismus ei per omnia necessarius est. Justo quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo; injusto vero, ut peccatorum quae gessit, remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo, id est, [c] septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est uniuscujusque exitus vitae. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi spiritus gratia ab Episcopo (ut memoratum est) confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit, (ut a Beato Petro accepimus, & caeteri Sancti Apostoli, praecipiente Domino, docuerunt) & demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem ejus, qui eum genuit, Patris. Post haec vero agnoscat Deum honorare. Honor autem ejus est, ut ita vivat, sicut ipse vult: vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidium & adulterium nesciat, odium & avaritiam fugiat, iram, superbiam, jactantiam respuat & execretur, invidiam quoque, & caetera his similia, penitus a se ducat aliena. Est sane propria quaedam nostrae religionis observantia, quae non tam imponitur hominibus, quam proprie ab unoquoque Deum colente, causa puritatis expetitur: de castimoniae dico cautela, cujus species multae sunt. Sed primo, ut observet unusquisque, ne menstruatae mulieri misceatur: hoc enim execrabile ducit lex Dei. Quod si lex de his non admonuisset nos, ut * (a) cantharі libenter volveremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, utpote rationales homines, & caelestium sensuum capaces, quibus summum studium esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. Bonum est autem, & puritati conveniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim & magister noster quosdam Pharisaeorum, & Scribarum, qui videbantur esse ceteris meliores, & a vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas: quia ea solummodo quae hominibus videbantur, purificabant: corda vero, quae solus Deus aspicit, inquinata relinquebant & sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat: *Vae vobis scribae & pharisaei hypocritae, quia mundatis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem plena sunt sordibus. Pharisaee caece, munda prius quod intus est: & quod deforis est, erit mundum.* Vere enim, si mens mundetur luce scientiae, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus, qui deforis est, hominis ipsa necessario curam gerit, id est, carnis suae, ut & ipsa purificetur. Ubi autem ista, quae deforis est, purificatio carnis negligitur certum est, neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio & extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit haec, ut hominibus placeat. Sed & illa species castimoniae observanda est, uti ne passim & libidinis solius causa, cum feminis coeat quis, sed posteritatis reparandae gratia: quae observantia cum etiam in nonnullis pecudibus inveniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationalibus & Deum colentibus observetur. a Ergo omnes peccaverunt & egent auxilio Dei. Propter quod, carissimi, festinamini, semper caritatem, & aemulamini meliora & spiritualia, & adjuvate vos invicem, ut Deo semper in omnibus placere valeatis. Amen.

Levit. 18.
* cantharides [illegible] ut bene Turrianus ex Graeco codice lib. 5. cap. 24.
Deest haec comparatio in c. [illegible]
Recogn. 6. c. 11.
Matth. 23.
Haec ab Hermenopulo [illegible] Ebionitis [illegible] videntur.
Recogn. 6. c. 12.
1. Cor. 14.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Ergo omnes peccaverunt*, &c.) Hac cognitio calumniose reprehenditur ab haereticis. Inter ea Sanctus Clemens * argumentatur: Si tamen [illegible] & lex [illegible] Deum non sufficit ad conservandam hanc speciem castitatis, quam pecudes, sine ratione & lege sola naturae instinctu servant, & ita mutabiles sunt homines: sequitur omnes esse peccatores, & auxilio Dei egere, ad bene vivendum. Quo nihil verius, nihil salubrius, nec aliud commodius dici potest.

* [illegible]

(a) Lat. legit cantharo.

EPISTOLA V.

CLEMENTIS

PAPÆ I.

De communi vita & reliquis caufis, fuis difcipulis fcripta, Hierofolymitanifque directa.

Dilectiffimis fratribus & condifcipulis, Hierofolymis cum cariffimo fratre Jacobo coepifcopo habitantibus, Clemens Epifcopus.

12. q. 1. dilectiff. fratribus.

COMMUNIS vita, fratres, omnibus neceffaria eft, & maxime his qui Deo irreprehen- B fibiliter militare cupiunt, & vitam Apoftolorum, eorumque difcipulorum imitari volunt. [a] Communis enim ufus omnium, quæ funt in hoc mundo, omnibus effe hominibus debuit: fed per iniquitatem alius hoc fuum effe dixit, & alius illud, & fic inter mortales facta divifio eft. Denique Græcorum quidam fapientiffimus [b] hæc ita fciens effe, ait: *Communia debere effe amicorum omnia.* [c] *Et ficut non poteft* (inquit) *dividi aer, neque fplendor folis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data funt ad habendum, dividi debere, fed habenda effe communia.* Unde & Dominus per Prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Iftius enim confuetudinis more reten- C to, etiam Apoftoli, eorumque difcipuli, ut prædictum eft, una nobifcum & vobifcum communem vitam duxere. Unde (ut bene noftis) *erat multitudinis eorum cor unum & anima una: nec quifquam eorum aut noftrum, de his quæ poffidebat, aliquid fuum effe dicebat, fed omnia illis & nobis erant communia, nec quifquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros poffidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes Apoftolorum,* ficut nobifcum quidam veftrum cognoverunt & viderunt: *& dividebant fingulis, prout cuique opus erat.* Ananias autem vir aufterus, & [1] Sapphira uxor ejus, qui mentiti funt Apoftolis de pretio agrorum fuorum, quos vendiderant, D [d] nobis præfentibus; in confpectu omnium circumadftantium, a confpectu Apoftolorum, propter peccatum eorum & mendacium quod fecerunt, mortui delati funt ambo. [2] Ceteraque quæ de talibus cognovimus & vidimus, nec recordatione, nec demonftratione digna funt. Quapropter hæc vobis cavenda mandamus, & doctrinis & exemplis Apoftolorum obedire præcipimus: quia hi qui mandata eorum poftponunt, non folum rei, fed extorres fiunt. Quæ non folum vobis cavenda, fed & omnibus prædicanda funt. Relatum eft etiam nobis, quod quidam in veftris partibus commorantes, adverfantur fanis doctrinis, & (prout eis videtur) non fecundum * traditionem Patris, fed juxta fenfum fuum do- E cere videntur. [e] Multas enim quidam (ut audivimus) veftrarum partium, fecundum ingenium hominum, ex his quæ legunt, verifimilitudines capiunt: & ideo diligenter obfervandum eft, ut lex Dei, cum legitur, non fecundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in fcripturis divinis, quæ poffunt trahi [3] ad eum fenfum, quem fibi unufquifque fponte præfumpfit, fed fieri non oportet. Non enim fenfum quem extrinfecus adul- A teretis, alienum & extraneum debetis quærere, [a] aut quomodo ipfum fcripturarum auctoritate confirmetis; fed ex ipfis fcripturis fenfum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam difcere fcripturarum, qui eam a majoribus, fecundum veritatem fibi traditam fervavit ut & ipfe poffit ea, quæ recte fufcepit, competenter afferere. Cum enim ex divinis fcripturis integram quis & firmam regulam veritatis fufceperit, abfurdum non erit, fi aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus ftudiis, quæ forte in pueritia attigit, ad affertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi vera didicit, falfa & fimulata declinet. [b] Incertum eft enim etiam juvenibus vitæ tempus, fenibus autem jam nec in- B certum eft: non enim dubitatur, quin quantumcumque eft quod putatur fupereffe, breve fit. Et ideo tam juvenes quam fenes oportet de converfione & pœnitentia valde effe folicitos, & [c] fatagere, ut de reliquo ornent animam fuam ornamentis digniffimis, id eft, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, fplendore juftitiæ, candore pietatis, aliifque omnibus, quibus comptam decet effe rationabilem mentem. Unde, confilium dantes, veftram prudentiam hortamur, ut ab Apoftolicis regulis non recedatis, fed communem vitam ducentes, & fcripturas facras recte intelligentes, quæ Domino voviftis, adimplere fatagatis. Et cum oratione affidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc, fine fufpicio- C ne mali * interitus, vota poffint celebrari fefti- va. Deus autem pacis fit cum omnibus vobis. Amen.

a Fauftinianus hæc dicit lib. 10. Recogn. p. 238. quæ refellit ipfemet Clemens.

b Platonem intelligit.

c In MS. atque editis Merlini & Crabbi pauca inferuntur, de quibus in notis. Ea Surius & poft eum alii refecuerunt, cum tamen legantur l. 10. Recogn.

Pfal. 123.

Actor. 4.

Actor. 5.

d Non videtur tunc Hierofolymis extitiffe Clemens, natione Romanus, qui plures poft annos fidem fufcepit. Verba Latinii notis noftris inferemus.

Dift. 37. relatum eft

* traditiones Patrum.

e Recognit. 10. c. 42.

a ut quomodo.

b Recogn. 10. c. 41.

c fatifagere

12. q. 1. diff. fratribus.

* inter: vel

NOTA SEVERINI BINII.

De Clementis epiftola fub Romanæ Ecclefiæ perfona, ad Corinthiorum Ecclefiam, [a] quæ non extat, meminit Eufeb. libro 3. Ecclef. hift. cap. 32. quam omnium confenfu approbatam dicit, & epiftolæ Beati Pauli ad Hebr. fimillimam. Item D. Hieron. in catalogo, & in commentariis If. cap. 52. ubi pauca quædam ex illa citat. [b] Epiphan. hærefi 30. citat quamdam encyclicam de virginitate, in Ecclefia ifto tempore receptam & extantem. Vide quæ diximus in vita Clementis verbo, epiftolæ canonicæ.

a Eam ... proferemus ... edit. ... fi anni 163...

b Hactenus Nicolinus

Sequuntur duæ aliæ Clementis Epiftolæ, quas nuper D *vulgavit VVetftennius in Tomo II. Novi Teftamenti Græci ex Cod. MS. Syriaco, de quarum veritate judicium doctis relinquimus. Nobis fat eft eas huc tranftuliffe eodem confilio & cetera Clementis apocrypha fcripta hic collecta funt.*

EPISTOLA VI.

B. CLEMENTIS

DISCIPULI

PETRI APOSTOLI.

I. OMnibus amantibus, & diligentibus falutem fuam in Chrifto, per Deum Pa- E trem, & obedientibus veritati Dei in fpe vitæ æternæ, diligentibus fratres fuos, & diligentibus proximos fuos in amore Dei, virginibus (*Fratribus*) beatis, qui conftituerunt fervare virginitatem propter regnum cœlorum, & virginibus (*fororibus*) fanctis in Deo falutem.

II. Unicuique virginum (*fratrum*) & virginum (*fororum*) qui in veritate conftituerunt fervare virginitatem propter regnum cœlorum, neceffe eft, ut fit aptus ad regnum cœlorum in omnibus. Non enim verbo, aut nomine, aut

1 MS. *Zaphira*. 2 MS. *Cetera, quæ talia*. 3 Recognit. *ad fuum* Hæc quoque ex Harduino defumpta funt

aut forma, aut genere, aut pulchritudine, aut vi, aut tempore multo apprehenditur regnum cœlorum; sed apprehenditur virtute fidei, cum homo ostendit opera fidei. Qui enim justus est vere, opera ejus testantur de fide ejus, ipsum vere fidelem esse fide magna, fide perfecta, fide in Deum, fide lucente per opera bona, ut glorificetur pater omnium per Christum. Qui autem vere sunt virgines (*fratres*) & virgines (*sorores*) propter Deum audiunt eum qui dixit: *justitia, & fides non deficient te. Liga illas in collo tuo, & invenies misericordiam animæ tuæ, & cogitabis benitatem coram Deo, & coram hominibus; viæ ergo justi ut lux lucent, & ibit lux earum donec ordinetur dies.* Splendores enim luminis eorum illustrant omnem creaturam etiam nunc per opera bona, tanquam qui vere sunt lux mundi, quæ lucet *sedentibus in tenebris*, ut surgant, & transeant ex tenebris per lucem operum bonorum timoris Dei, ut videant opera bona, & glorificent Patrem suum cœlestem. Homini enim Dei necesse est, & in omnibus verbis, & factis suis sit perfectus & ornatus in conversationibus suis in omni schemate honesto, & ordinato, & ut in justitia faciat omnia opera sua, ut homo Dei.

III. Virgines enim (*fratres*) & Virgines (*sorores*) pulchra sunt exempla *credentibus*, & credituris. Nomen enim solum sine operibus non introducit in regnum cœlorum. Qui enim vere fidelis fuerit poterit servari: qui autem fidelis vocatur nomine solum, & in operibus non est fidelis, servari non poterit. *Ne quis igitur seducat vos verbis inanibus deceptionis.* Qui enim vocatur virgo (*frater*) vel virgo (*soror*) & opera abundantia pulchra, & convenientia virgininitati non habet, servari nequit. Dominus enim *virginitatem* talem *fatuam* vocat, sicut ait in evangelio; quæ cum nec oleum, nec lumen haberet, mansit extra regnum cœlorum, & privavit se gaudio sponsi, & cum inimicis sponsi reputata est: apud tales enim est *forma timoris Dei solum, virtutem autem negant; putant enim in animo suo se esse aliquid, dum non sunt, & errant.* Quilibet autem exploret opera. & cognoscat seipsum, quia cultum vanum colit omnis homo, qui gloriatur in virginitate, & sanctitate, & virtutem ejus abnegat. Virginitas enim talis est immunda, & reprobata ab omnibus operibus bonis. *Omnis enim arbor ex fructibus suis cognoscitur. Considera quæ dixi; det tibi Deus intellectum.* Quicunque enim profitetur coram Domino se servaturum castitatem, debet cingi omni virtute sancta Dei, & si vere in timore *crucifixit corpus suum* propter pietatem deprecatur verbum dicens: *crescite, & multiplicamini*, & totam mentem, & cogitationem, & concupiscentiam mundi hujus, & delicias, & ebrietatem, & omnem amorem ejus, & otium ejus; & exinanitus est ab omni conversatione mundi hujus, & ex laqueis, & retibus, & impedimentis ejus. Et ambulans super terram dilige, ut sit cultus tuus, & ministerium tuum in cœlo.

IV. Qui enim hæc sibi desiderat, magna, & excellentia, propterea exinanitur, & se separat a toto mundo. ut habeat, & vivat vitam divinam, & cœlestem, *sicut angeli* sancti in cultu puro, & sancto, & in sanctitate spiritus Dei, & ut serviat Deo omnipotenti per Jesum Christum propter regnum cœlorum. Propterea separat se ab omnibus concupiscentiis corporis, & non solum deprecatur illud: *fructificate, & multiplicate*, sed desiderat spem promissam, & præparatam & positam in cœlis Deo, qui promisit ore, & non mentitur; qui major est filiis, & filiabus, & dabit virginibus (*fratribus*) & virginibus (*sororibus*) locum celebrem in Domo Dei, excellentiorem filiis, & filiabus, & excellentiorem illis, qui celebres fuerunt in sanctitate, & non *polluti sunt e concubitu* suo. Dabit enim Deus illis virginibus (*fratribus*) & virginibus (*sororibus*) regnum cœlorum, ut angelis sanctis per confessionem hanc magnam, & ingentem.

V. Vis ne ergo virgo esse frater? Scis ne quantum laboris, & molestiæ sit in virginitate vera? *Hæc perseveranter fiat coram Deo semper, & non recedit; & sollicita est quomodo placeat Domino in corpore sancto, & in spiritu.* Nosti ne quanta sit virginitatis gloria, & propterea facis hoc? An scis, & intelligis quid facere desideres? An scis opus sanctum virginitatis? An ut vir sciens legitime ostendere agonem hunc luctaris in virtute spiritus sancti, eligens tibi hoc, ut geras coronam lucis? Et discernis naturam tuam in *Jerusalem superna*! Si igitur hæc omnia desideras, vince corpus, vince affectus carnis, vince mundum in spiritu Dei, vince vanitates temporis transeuntes, & veterascentes, corruptas, & deficientes. Vince draconem, vince leonem, vince serpentem, vince satanam per Jesum Christum, qui corroborat te per auditum verborum suorum, & eucharistiam divinam. *Tolle crucem tuam, & abi retro illum*, qui mundavit te, Jesum Christum Dominum tuum. Luctare cursum recte, & certo, non in timore, sed in fiducia, sperans in expectatione Domini tui, ut *apprehendas coronam justitiæ vocationis tuæ supernæ per Jesum Christum*. Omnis enim qui eruditus fuerit in fide, & non timuerit, revera accipit coronam virginitatis, cujus labor multus est, & merces multa. An intelligis, & nosti quantam gloriam petat sanctitas? An intelligis quanta, & quam gloriosa, & excellens sit laus virginitatis?

VI. Uterus virginitatis sanctæ gestavit Dominum nostrum *Jesum Christum* filium Dei, & corpus, quod gestavit Dominus noster, & in eo agonem in hoc mundo fecit, ex virgine sancta induit. Hinc ergo intellige majestatem, & gloriam virginitatis. Christianus vis esse? Imitare Christum in omnibus. *Joannes Angelus* fuit, ut veniret *ante Dominum* nostrum, quo non fuit major inter natos mulierum, angelus sanctus Domini, virgo fuit. Imitare igitur legatum Domini, & dilige Deum in omnibus. Rursus *Joannes, qui cecidit super pectus Domini*, qui dilexit eum valde; etiam sanctus fuit, non enim frustra dilexit eum Dominus. Porro *Paulus, & Barnabas, & Timotheus, cum cateris quorum nomina scripta sunt in libro vitæ*. Hi enim omnes sanctitatem amarunt, & dilexerunt, & *in certamine cucurrerunt, & cursum suum absolverunt* sine macula, sicut imitatores Christi, & filii Dei viventis. Certe etiam *Eliæ*, & *Elisæ* & multorum aliorum sanctorum reperimus conversationem fuisse sanctam, & sine macula. Si igitur hoc cupis imitari, imitare eos fortiter. Dixit enim: *seniores vestros honorate, & quando videtis conversationes eorum, & mores eorum imitamini eorum fidem*; & iterum dicit: *estote imitatores mei, fratres, sicut ego Christi.*

VII. Qui igitur Chriſto ſimiles ſunt, omnino illi ſunt ſimiles. Qui enim *Chriſtum* vere *induerunt* ſimilitudinem ejus efformarunt in mente ſua, in omni vita ſua, & in omni converſatione ſua, & in verbis, & in factis, in patientia, in virtute, in cognitione, in caſtitate, in longanimitate, in corde puro, in fide, in ſpe, in amore perfecto, & pleno erga Deum. Omnis ergo virgo (*frater*) & virgo (*ſoror*) niſi fuerit omnino ut Chriſtus, & ut illi, qui ſunt ejus ſervari non poſſunt. Omnis enim virgo (*frater*) & virgo (*ſoror*) in Domino ſancta eſt in corpore, & ſpiritu ſuo, & perſeverans in cultu Domini ſui, & aliorum non ſecedit ab eo, ſed miniſtrat ſemper in caſtitate, & ſanctitate in ſpiritu Dei, ut placeat Domino ſuo pure, & ſine macula, & ſollicita eſt, ut placeat coram eo in omnibus. Talis non migrat a Domino, ſed ſpiritu cum Domino ſuo eſt, ſicut ſcriptum eſt: *eſtote ſancti ſicut ego ſanctus ſum dicit Dominus*.

VIII. Abiit enim, ſi quis nomine tantum vocetur ſanctus, ut ſit ſanctus, ſed omnino ſanctus ſit in corpore, & ſpiritu, & lætetur ſemper virgo (*frater*) aut virgo (*ſoror*) Deo, & Chriſto ejus ſimilis fieri, & tales imitari. In talibus enim cogitatio carnis non eſt: qui vere fideles ſunt, & *ſpiritus Chriſti habitat in ipſis*, in illis non poteſt eſſe cogitatio carnis, quæ eſt ſcortatio, impudicitia, impuritas; idololatria, veneficium, inimicitia, invidia, contentio, ira, rixa, diviſio, zelus, ebrietas, comeſſatio, ſcurrilitas, ſermones ſtulti, contumelia, tumultus, obtrectatio, muſſitatio, amarulentia, excandeſcentia, vociferatio, blaſphemia, impudentia, malitia, inventio mala, mendacium, multiloquium, vaniloquentia, indignatio, ſtridor dentium, accuſatio, contritio, convitium, ſupplantatio, declinatio, negligentia, ſuſurratio, arrogantia, ſuperbia, inflatio, genus, forma, locus, divitiæ, brachium carnis, aſtutia, ſtultitia, amor victoriæ, odium, inimicitia, emulatio, invidia, retributio malorum ἀσωτία, ingluvies, calumnia, *quæ eſt idololatria*, *avaritia*, *quæ eſt radix omnium malorum*, amor ornatus, vana gloria, amor primatus, audacia, ſuperbia, quæ vocatur mors, contra quam Deus bellum gerit. Tales omnes, illiſque ſimiles ſunt homines carnis; *qui enim natus eſt ex carne, caro eſt. Et qui de terra eſt, de terra loquitur, & de terra cogitat; & deſiderium carnis inimicum eſt Deo, non enim ſubditum eſt legi Dei; nec poteſt quia in carne eſt, in qua non habitat bonum, quia ſpiritus Dei non eſt in eo*. Propterea recte dicit generationi tali: *non habitabit ſpiritus meus in homine in ſæculum, quia caro ſunt. Omnis igitur, in quo ſpiritus Chriſti non eſt, non eſt ejus*, ſicut ſcriptum eſt: *receſſit ſpiritus Dei a Saule, & vexavit eum ſpiritus malus immiſſus ei Deo*.

IX. In quocunque eſt ſpiritus Dei, is voluntatem ſpiritus Dei perficit; & quia *conſentit ſpiritui Dei, opera carnis mortificat, & vivit Deo, ſubiiciens & in ſervitutem redigens corpus ſuum, & affligens illud, ut aliis prædicans*, ſit ſignum & forma pulchra credentibus. Et dictum eſt de ſervis talibus, dignos eſſe ſpiritu ſancto, tanquam qui non reprobantur, ſed erunt *electi coram Deo, & coram hominibus*, in homine enim Dei ex deſideriis carnis nihil eſt, præcipue in virginibus (*fratribus*) & virginibus (*ſororibus*;) ſed omnes fructus eorum ſunt ſpiritus, & vitæ, & vere ſunt *civitas Dei*; & domus, & templum, in quo hoſpitatur, & habitat Deus, & *ambulat inter eos in civitate ſancta cœleſti*. In his enim *apparetis mundo ut luminaria, verbo vitæ attendentes*, & ita eritis vere laus, & gloria, & corona oblectationis, & gaudium ſervorum bonorum in Domino Jeſu Chriſto. Omnes enim vos videntes agnoſcent, vos eſſe *ſemen cui benedixit Dominus*, vere ſemen glorioſum & ſanctum, & regnum ſacerdotale, populum ſanctum, populum hæreditatis, hæredes promiſſionum Dei, quæ non corrumpuntur, nec pereunt. *Quod oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non aſcendit, quod præparavit Deus diligentibus ipſum, & cuſtodientibus præcepta ejus*.

X. *Confidimus autem de vobis, fratres, vos cogitaturos ea, quæ neceſſaria ſunt ſaluti veſtræ, ſed ita loquimur* de iis, quæ loquimur, propter famam & rumorem malum de hominibus impudentibus, qui habitant cum virginibus prætextu pietatis, & conjiciunt animam ſuam in periculum, & eunt cum illis in ſemita, & in deſerto ſoli viam plenam periculis, & plenam offendiculis, & laqueis, & foveis. Prorſus non decet Chriſtianos, & timentes Deum ita converſari. Alii autem edunt, & bibunt cum virginibus, & ſanctis in accubitu, in remiſſionibus, & in turpitudinibus multis; id quod non decet fideles, illos præcipue, qui elegerunt ſanctitatem. Alii autem congregantur ad verba vana, & otioſa, & ad riſum, & ut loquantur mala alter de altero, & venentur verba alter contra alterum, & ſunt otioſi: *cum quibus ne panem quidem edere* ſuademus. Alii autem circumeuntes per domos virginum fratrum, & ſororum, prætextu viſitandi eos, aut legendi ſcripturas, aut exorcizandi eos, aut docendi eos, quia ſunt otioſi, & non laborant quicquam perveſtigantes ea quæ non ſunt neceſſaria, & per verba delicata nundinantes nomine Chriſti; quos averatur Apoſtolus divinus propter multitudinem nequitiæ eorum, ſicut ſcriptum eſt, *ſpinæ germinant in manibus otioſorum: & viæ otioſorum plenæ ſpinis*.

XI. Quiſquis enim otioſus eſt, ſine opere eſt, & ſine utilitate, Tales ſunt viæ omnium, qui non laborant, ſed venantur verba, & ſibi imaginantur, hanc eſſe utilitatem, & juſtitiam. Talium enim labores ſimiles ſunt *viduis otioſis, & garrulis, quæ circumvagantur, & oberrant inter domos* in garrulitate ſua, & venantur verba otioſa, & deferunt e domo in domum in extenſione multa, ſine timore Dei, & cum his omnibus in impudentia ſua prætextu doctrinæ loquuntur verba varia. Utinam autem doctores eſſent doctrinæ veræ, & beati eſſent! ſed ſunt moleſti, non intelligentes quid velint, & affirmantes quæ non ſunt, quia volunt eſſe doctores, & videntur ſibi ſcire ea, quæ loquuntur, quia mercantur iniquitatem in nomine Chriſti. Hæc contingunt multis, quod non decet ſervos Dei; & non audiunt dicentem: *Non multi doctores ſint in vobis, fratres, & ne ſitis omnes prophetæ. Qui enim in verbo non tranſgreditur, hic homo perfectus eſt, potens domare, & in ſervitutem redigere totum corpus ſuum. Et ſi quis loquitur, loquatur in verbo Dei, & ſi eſt in te intelligentia, da verbum fratri tuo: & ſi non, pone manum tuam ſuper os tuum; in tempore enim tacendum, & in tempore loquendum.* Et iterum dicit: *ſint ſermones veſtri conditi in gratia. Opus eſt enim homini ut ſciat, quomodo*

detur

detur verbum omni homini in loco suo. Qui enim loquitur quicquid venit in buccam, semper disputationes facit, & qui loquitur verba abundantia auget dolorem, & præceps in labiis suis cadit in mala, nam per petulantiam linguæ adducit iram, & integer custodit linguam suam, & diligit animam suam ad vitam. Hi enim qui per benedictionem, & verba blanda decipiunt corda simplicium, dantes ipsis beatitudinem, decipiunt eos. Cave ergo pœnam sancitam de doctoribus, *judicium enim abundantius accipient* Doctores *qui docent & non faciunt*, qui portant nomen Christi in falsitate, & dicunt, se vere doctores esse, & circumeunt & evagantur temere, & exaltantur, & gloriantur in cogitatione carnis. Hi autem sunt *ut cœcus, qui cœcum ducit, & ambo cadunt in foveam, & portant judicium*, quia in garrulitate & in doctrina sua vana docent *sapientiam animalem, & errorem vanum verborum persuasionis sapientiæ humanæ, juxta voluntatem principum, & potestatum aeris, & spiritus, qui efficax est in filiis inobedientiæ, secundum mundanitatem hujus sæculi, & non secundum doctrinam Christi.* Ex complemento enim sermonis homo noscitur. Verumtamen si accepisti verbum scientiæ, aut occasionem doctrinæ, aut prophetiæ, aut ministerii, benedic Deo, qui juvat omnem hominem, nec invidet, *Deo* inquam, *qui omni homini dat, & non exprobrat.* In domo igitur, quod accepisti a Domino, inservi fratribus spiritualibus, prophetis, qui sciunt verba Domini; & enarra dona, quæ accepisti in Ecclesia ad ædificationem fratrum in Christo, ut sint bona, & abundantia, quæ adjuvent homines Dei, si vere apud te sunt.

XII. Porro autem hoc pulchrum, & utile est, ut quis visitet orphanos & viduas, præcipue pauperes, habentes liberos multos: ante omnia autem domesticos fidei, qui sine dubio opus habent, & pulchri sunt, & speciosi servis Dei, sive vere sunt homines veritatis. Porro autem etiam hoc elegans est, & justum & pulchrum fratribus in Christo, ut visitent exagitatos a *spiritibus malis*, & orent, & exorcizent super eos prudenter orationem acceptam coram Deo; non in verbis ornatis, & multis dispositis & præparatis, ut videantur hominibus eloquentes & felicis memoriæ, similes tibiæ, quæ dat sonum, aut cymbalo sonanti garrulitates eorum, & nihil juvant illos, super quos exorcizant, sed in verbis terribilibus loquuntur, & terrent homines verbis suis, & non faciunt in fide recta, secundum doctrinam Domini, qui dixit: *Hoc genus non exit nisi in jejunio, & oratione*, perseverante semper, & in mente attenta; & sancte rogent & petant a Deo, in gaudio, & omni vigilantia, & castitate, sine odio & malitia. Sic appropinquemus ad fratrem, aut sororem ægrotantes, & visitemus eos ut æquum est, sine fraude, & sine amore pecuniæ, sine tumultu, & sine garrulitate, & non in schemate peregrino pietatis; & sine superbia, sed in spiritu demisso, & humili Christi. In jejunio igitur, & precibus exorcisent, non in verbis ornatis, & dispositis, & ordinatis doctrinæ, sed sicut viri, qui acceperunt donum sanationis a Deo, *Gratis accepistis, gratis date*, fidenter ad laudem Dei in jejuniis, & precibus, & vigilia vestra perseverante semper, cum factis aliis pulchris, mortificate opera, carnis in virtute spiritus sancti. Talis est templum spiritus sancti Dei. Hic ejicit dæmonia, & Deus illum adjuvat. Pulchrum enim est, ut quis adjuvet ægrotantes. Dixit Dominus: *dæmonia ejicite* cum sanationibus aliis multis, & *gratis accepistis, gratis date.* Talium est merces bona a Deo, qui serviunt fratribus suis donis a Domino datis. Hoc est pulchrum & utile servis Domini, ut faciant juxta præceptum Domini, qui dixit: *ægrotus fui, & visitastis me*, & similia; & hoc pulchrum & æquum rectumque est, ut visitemus vicinos propter Deum in omni schemate pulchro, & in conversatione verecunda, sicut dixit Apostolus: *quis ægrotat, & ego non ægroto? & quis offenditur, & ego non impingo?* Et hæc omnia propter amorem, quo quis amat proximum suum, dicta sunt; & in his simus sine offendiculo, & non faciamus quicquam in acceptione personarum, aut tanquam ad pudorem aliorum, sed diligamus pauperes ut servos Dei, & præveniamus eos visitantes. Hoc enim pulchrum coram Deo, & coram hominibus, ut simus memores pauperum, & diligamus fratres, & peregrinos propter Deum, & propter eos qui credunt in Deum, sicut didicimus ex lege, & Prophetis, & Domino Jesu Christo de amore fraterno, & hospitalitate; quia hoc suave, & acceptum est vobis; propterea quod *omnes vos estis docti Dei.* Nostis enim verba dicta de amore fratrum, & de amore hospitum, valde enim dicta sunt verba omnibus facientibus ea.

XIII. O fratres dilecti! quilibet ædificet, & confirmet fratres in fide, quod unus sit Deus: hoc manifestum, & notum est: Rursus & hoc pulchrum, ne quis derideat proximum suum. Iterum autem decorum, & pulchrum est, ut, qui in timore Dei colunt cultum Domini, omnes Deum colentes colant; itaque oportet ut recordentur *messem esse multam & operarios paucos*; & hoc notum, & manifestum est, propterea *petat a Domino messis, ut extrudat operarios in messem suam*, tales operarios qui *secant* & proferunt *acute sermonem veritatis*, operarios *non erubescentes*, operarios fideles, operarios qui sunt *lux mundi*, operarios qui *operantur non hunc cibum qui perit, sed cibum manentem in vitam æternam*, operarios qui sunt sicut Apostoli, operarios imitantes patrem & filium, & spiritum sanctum, qui solliciti sunt de salute hominum: non operarios *mercenarios*, non operarios, qui *reputant timorem Dei, & justitiam ut negotiationem*, non operarios, *qui per benedictionem, & verba dulcia decipiunt corda simplicium*, non operarios, qui similes sunt filiis lucis, cum non sint lux sed tenebræ, *quorum finis est perditio*, non operarios operantes iniquitatem, & nequitiam & fraudem, non operarios dolosos, non operarios ebriosos & infideles, non operarios, qui negotiantur in Christo, non deceptores nec avaros, nec inimicos. Propterea spectemus, & imitemur fideles illos, ut nos geramus decenter in Domino, sicut pulchrum, & æquum est vocationi nostræ, & professioni nostræ. Sic serviemus, & placebimus coram Deo in rectitudine, & justitia sine macula, *cogitantes bona, & pulchra coram Deo, etiam coram hominibus.* Hoc enim pulchrum est, ut Deus glorificetur in nobis in omnibus Amen.

Explicit Epistola prima Clementis.

EJUSDEM

CLEMENTIS

EPISTOLA VII.

I. VOlo autem sciatis, fratres, ut, quomodo fuerunt conversationes nostræ in Christo cum omnibus fratribus nostris in locis, ad quæ venimus, si hæc vobis placent in timore Dei, etiam vos conversemini in Domino. Nos autem, Deo nos adjuvante, ita conversamur. Cum *virginibus* non habitamus, & inter illas nihil habemus negotii; & cum virginibus nec edimus nec bibimus, & ubi dormit virgo, non dormimus; nec lavant mulieres pedes nostros, nec ungunt nos, & prorsus ubi dormit virgo, quæ viri non est, aut filia nubilis, non dormimus: etiam si sit in alio loco sola, non pernoctamus ibi.

Si autem accidit, ut opprimat nos tempus in loco, sive in agro, sive in urbe, sive in villa, in quo loco nobis occurrunt, & reperiuntur fratres, intramus ad eum qui frater est, & eo convocamus omnes fratres, & loquimur cum illis verba exhortationis & honestatis, & qui inter nos sciunt loqui, loquuntur vigilantes, & cincti, & verba gravia, & reverenda, & sobria in timore Dei, & ut placeant Deo in omnibus, & ut excellant, & præveniant illos in operibus bonis, & sint in omnibus sine fuco: sicut pulchrum, & justum est populo Dei.

II. Sin autem contingat, nos longe abesse a domibus, & propinquis, & inclinent se dies, & obruat nos tempus vesperæ, & cogant nos fratres per φιλοξενίαν & φιλαδελφίαν, ut maneamus apud ipsos, ita ut vigilemus cum ipsis, & ut audiant verba sancta Dei, & faciant, & alantur in verbis Domini, ut eorum sint memores: & offerant nobis panem & aquam, & quod præparavit Deus: & voluerimus, & submittamus nos pernoctare cum illis, si est ibi vir sanctus, ad ipsum ingredimur, & manemus, & ipse frater parabit, & ordinabit quicquid nobis est necessarium, & ipse ministrabit nobis, & ipse lavabit nobis pedes, & unget nos oleo, & ipse sternet nobis lectum, in fiducia Dei: & dormiemus. Hæc enim omnia frater ille sanctus, qui est in loco illo, in quo manemus, faciet per semet ipsum, & ministrabit fratribus, & singuli fratrum, qui sunt in illo loco, ministrabunt cum illo omnem rem fratribus necessariam. Nobis autem mulier, quæ est puella, aut quæ habet maritum illo tempore, ne sit ibi, sive dives, sive filia nubilis, sive ancilla christiana vel ethnica; sed soli viri cum viris sint. Et si videamus, opus esse ut ploremus & oremus propter mulieres, & loquamur verba exhortationis, & ædificationis, vocamus fratres & omnes sorores sanctas & virgines, & omnes mulieres, quæ ibi sunt, in omni modestia & in figura decente, ut veniant ad oblectationem veram, & qui inter nos sciunt loqui, loquimur & exortamur illos sermonibus, quos Deus nobis dedit. Et tunc oramus & salutamus viri vires: uxores autem & virgines involvant manus in vestibus suis, nos etiam in vigilia, & in omni verecundia tollentes oculos nostros verecunde, & in omni figura decente involvemus manum nostram extram vestra nostra, & tunc veniant & salutent dextram nostram involutam vestibus: tunc imus quo dabit nobis Dominus.

III. Porro si incurramus in locum, ubi non est frater sanctus, sed omnes sunt socii, & recipiunt illum fratrem qui venit ad eos; omnes, qui sunt ibi, ministrent ei & curent eum in omnibus sollicite, voluntate bona: ille autem frater, ut par est, & dicat iste frater sociis, qui sunt in illo loco: Nos sancti cum mulieribus nec edimus, nec bibimus, nec ministrant nobis mulieres, vel virgines, & mulieres non lavant nobis pedes, nec ungunt nos, & non conveniunt nobis mulieres, neque dormimus ubi dormiunt mulieres; ut simus sine reprehensione in omnibus, ne quis in nobis offendiatur aut impingat, & ministrantes hæc omnia simus sine offendiculo omni homini: *sicut homines igitur scientes timorem Domini, persuademus hominibus, Deo autem manifesti sumus.*

IV. Si autem contingat, ut nos recipiamus in locum, ubi vir non est; sed omnes sunt mulieres, & virgines fideles, cogantque nos pernoctare in illo loco, vocamus omnes illas in unum locum ad latus dextrum, & rogamus eas, quomodo agant, tanquam aliquid ab illis discere velimus, & videntes mentem earum, loquimur cum illis, sicut decet, ut homines timentes Deum; & quando congregatæ veniunt omnes, & videmus, quomodo in pace sunt, loquimur cum illis verba castitatis in timore Dei, legimus illis scripturam in verecundia, & in verbis adstrictis, & gravibus timoris Dei in omni gravitate, & mente stricta, tanquam ad ædificationem, & confirmationem earum facientes omnia, & cum illis, quæ sociæ, prout justum est; loquimur in Domino. Si autem inclinet se dies, & tempus vesperæ ingruat, ut pernoctemus ibi, eligimus mulierem vestulam & modestam præ aliis omnibus, & dicimus ei, ut det nobis locum privatim, quo nec mulier veniat, nec virgo; & illa mulier vetula afferat nobis lucernam, & quicquid nobis est necessarium afferat nobis, utpote quæ ex dilectione fratrum adducit quicquid est necessarium ad ministerium fratrum hospitum. Vetula autem illa est, quæ in cogitationibus multis tempore multo perfecta est, *si educavit liberos, si excepit hospites, si lavit pedes sanctorum.* Et hæc, cum venerit tempus somni, recedat, eatque domum in pace.

V. Si autem recipiamus nos in locum, & inveniamus ibi unicam mulierem fidelem solam, nec quisquam alius ibi sit, nisi illa sola, non stamus ibi, neque oramus ibi, neque legimus ibi scripturas, sed fugimus sicut coram facie serpentis, & tamquam coram laqueo peccati. Nequaquam autem mulierem fidelem spernimus, abest ut tale cogitemus de fratribus in Christo: sed quia sola est: timemus, ne quis imponat nobis τύπον in verbis mendacii, corda enim hominum in malo posita sunt, & obfirmata, *& ne demus occasionem illis, qui volunt, ut teneant occasionem post nos*, & loquantur de nobis male, ut nemini simus offendiculo. *Propterea amputamus occasionem eorum, qui quærunt ut apprehendant post nos occasionem. Propterea cavemus, ut neminis simus offensiones, non Judæo, non ethnico, nec ecclesiæ Dei; nec petimus quæ sunt nobis solis utilitatis, sed ad quod utile est multis ut salventur:* neque enim nobis proderit, ut omnes offendantur propter nos. Cavemus ergo tollere omni tempore, ne impingamus in fratres,

tres, & dissolvamus eos mente turbata per hoc, A ut simus illis offendiculo. *Si enim propter cibum tuum frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur, aut scandalizatur, non ambulamus in amore Dei. Propter cibum tuum perdis eum, propter quem mortuus est Christus. Sic enim peccantes in fratres vestros, & vulnerantes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Si enim propter cibum scandalizatur frater,* dicamus nos fideles *in aeternum carnem non edam, ne fratrem nostrum scandalizem*. Haec autem omnia facit quicunque vere diligit Deum, qui vere portat crucem suam, & induit Christum, & diligit proximum suum, qui custodit animam suam, ut nemo ipsi sit offendiculo, neque quispiam offendatur propter eum, & moriatur, propterea quod frequenter virgines, & B habitat apud eas, quod non decet, *in adinventionem eorum qui vident. Et nonnisi* malas conversationes mitti offensioni & periculo, & propinquus morti, quod non decet Christianum. Beatus autem homo, qui cavet, & metuit omnia propter custodiam.

VI. Si autem contingat, ut eamus in locum, ubi non est Christianus, & contigit nos ibi paucos dies, *simus prudentes*, *& simplices ut columbae*, & ne simus sicut stulti, *sed simus prudentes*, in omni eruditione timoris Dei, ut laudetur Deus in omnibus per Dominum Jesum Christum, per conversationes vestras castas, & sanctas, *sive enim edimus, & si bibimus, & si quid* C *aliud facimus, ut ad gloriam Dei faciamus*, ut omnes videntes nos agnoscant, nos esse semen benedictum, & sanctum, filios Dei veros, in omnibus, in omnibus verbis, in reverentia, in verecundia, in rectitudine, ut in nulla re gentes imitemur, neque fideles hominibus simus similes, sed in omnibus alieni simus a malis, & *ne projiciamus sanctum canibus, & margaritas porcis*; sed in omni disciplina, & in omni sapientia, & in omni timore Dei, & in omni inflatione mentis glorificemus Deum. Non enim servimus ut dicunt gentes blasphemantes in delictis suis, in verbis deceptionis propter impuritatem suam. Propterea non psallimus gentibus, neque legimus illis scripturas, ne simus D similes psallentibus, aut psallentibus cithara, aut canentibus voce, aut avibus, ut multi, qui sic se vertuntur, & haec faciunt, ut *saturentur buccella panis fraudulente, & propter minimum vini poculum, vadunt & ambulant, & canunt Domini in terra peregrina gentium*, & faciunt quod non decet. Nolite ita facere, fratres, obsecramus vos, fratres, non ministrentur haec inter vos, sed impedite eos, qui sic degerunt illis, & conversantur in turpitudine, & stultitia. Non necesse est, fratres, ut haec sint. Rogamus autem vos, fratres, ut ita sit nobis, ut haec ita sint apud nos in exemplum fidelium, qui credituri sunt. Simus ex ovibus Christi, in omni vultu, & in omnibus conversationibus sancti, E & recti, conversantes in rectitudine, & in sanctitate, ut decet fideles, & ordinentur honestas, & verecundias, & sanctas, glorificemus, & magnificemus, & sine admixtione omnes conversemur. Vos enim estis *gaudium nostrum, & corona nostra*, & spes nostra & vita nostra, *si stetis in Domino*, firmiterque, & recte vere sitis in omnibus in Domino. Amen.

VII. Consideremus igitur, fratres, & videamus, quomodo conversati fuerunt omnes Patres nostri toto tempore hujusmodi vitae suae: inquiramus & investigemus a Lege ad Novum Testamentum. Et pulchrum enim hoc, & utile est, ut sciamus, quot homines, & qui perierunt per feminas, & quomodo, & quot feminae perierunt per viros propter frequentationem, qua se invicem frequentarunt: porro etiam inde ostendo quot & qui cum iisdem cohabitarunt omni tempore vitae suae, & usque ad finem perstiterunt erga se invicem in vitae castitate sine macula?

VIII. Et hoc manifestum, & notum est, talem fuisse *Josephum* fidelem, & prudentem, & sapientem, & justum, & pium in omnibus. Nonne pulcherrimum hujus casti, & recti concupivit mulier? ut in concupiscentia, cum non se B inclinaret, & inclinaret, & faceret voluntatem, & voluntatem ejus, in omnem afflictionem, & in omnem cruciatum conjiceret virum justum, usque ad mortem in testimonio falso: Deus autem liberavit illum ex omnibus malis, quae venerunt super eum per uxorem viri. Videte, fratres, afflictionem aspectus corporis Aegyptiae illius, quomodo ardens virum adhuc; propterea ne simus frequenter apud mulieres, & virgines: non enim hoc prodest illis, qui volunt videre lumbos suos in veritate. Oportet enim diligere sorores in omni sanctitate, & castitate, & omni continentione mentis, in timore Dei, non frequenter cum illis conversantes, nec ad ostium [illegible] nobis esse apud eas omni hora.

C IX. Non audivistis de *Samsone* Nazareo, cum quo fuit Spiritus Dei, viro forti? is vir Nazareus fuit, & sanctus Dei, & fuit in fortitudine, & robore: mulier illum perdidit per corpus vile, & per concupiscentiam malam. Num etiam sicut ille; audis te, & audis mentem tuam: uxor autem viri animas pretiosas venatur; ideo non sinaremus omnino viro, ut feminas apud uxorem viri, nedum ut quis habitet cum illa mobili, aut ut dormiat ubi dormit, aut ut sit frequens cum ea. Hoc enim detestabile, & reprobatum est timori Dei.

X. Nonne docet te illud *Davidis*, quem invenit Deus virum secundum cor suum, hominem fidelem, perfectum, sanctum, verum? D Hic pulcherrimam mulieris vidit, dico autem *Bersabee*, vidit purificantem, & lavantem se nudam. Hanc vidit vir sanctus, & vere captus est desiderio aspectus ejus. Videte igitur, quanta mala commiserit propter mulierem, & percussit Vir ille justus, & praecepit occidi maritum ejus, atque in proelio. Videtis, quot dolos malos fabricaverit: & fecerit, & occidit propter concupiscentiam mulieris iste, David qui *Christus Domini* vocatus est. Disce, o homo, si enim viri tales per mulieres perierunt, quanam tu ratione, aut quis tu inter sanctos, ut cum mulieribus, & virginibus converseris nocte dieque in dementia multa sine timore Dei? E Non, fratres, non sic conversemur secundum rationem eorum, sed simus memores verbi dicentis de muliere: *mulier viri pretiosas animas venatur, & nec igne potes* [illegible] *autem* [illegible]. Hoc cavemus, ne habitemus cum filia nobis nos sororibus: non enim pulchrae, neque utiles sunt tales conversationes servis Dei.

XI. Nonne legistis de *Amnone & Thamare* filiis Davidis? Hic Amnon sororem suam concupivit, & humiliavit, & non pepercit illi, quia concupiverat illam concupiscentia abominanda, & fuit malus, & impius propter concupiscentiam eam.

eam.

illa, quæ non erat in timore Dei, & *fecit rem abominabilem in Israele*. Propterea non oportet, & non decet, ut conversemur in risu, & relaxatione cum sororibus, sed cum omni castitate, & sanctitate, & in timore Domini.

XII. Non legisti de familia *Salomonis*, filii Davidis, cui dedit Deus sapientiam, & scientiam, & magnitudinem cordis, & divitias, & Gloriam multam præ omnibus hominibus? & hic per mulieres periit, & recessit a Domino.

XIII. Non legisti, & scis de *Presbyteris illis in diebus Susannæ*, qui, quoniam frequenter fuerunt cum mulieribus, & contemplati fuerunt pulchritudinem alienam, ceciderunt in profundum concupiscentiæ, & non invenerunt ut continerent se in scientia castitatis, sed venditi sunt a mente mala, & surrexerunt contra Susannam beatam, ut corrumperent eam? Illa autem non perfecit desiderium eorum turpe, sed manifestavit Deo, & liberavit eam Deus e manibus senum impiorum. Nonne igitur oportet nos horrere, & timere ab illis, quia isti senes, Judices, & presbyteri populi Dei, deciderunt ab honore suo propter feminam? Non enim recordati sunt dicti illius: *Noli contemplari pulchritudinem alienam, & pulchritudines mulierum multos perdiderunt. Et cum uxore viri ne sedeas*. Et iterum ejus qui dicit: *num quis ponit ignem in sinum suum, & vestimenta non comburit? aut ambulat vir super ignem, & pedes ejus non adurantur? sic quicunque intrat ad uxorem viri, non purus est a malo, neque evadet quisquis accedit ad eam*. Et iterum dicit: *Ne desideres pulchritudinem mulieris, ne captivum te ducat palpebris suis: neque contemplare virginem, ne pereas in desiderio ejus, & cum muliere canente pulchre ne sis frequens. Et qui putat se stare, videat ne cadat.*

XIV. Videte quæ dixerunt etiam de Prophetis viri sancti, & de Apostolis Domini nostri. Videbitis nullum ex sanctis frequenter fuisse cum Virginibus, aut cum uxoribus virorum juvenculis, aut cum *viduis quas fugit divinus Apostolus*. Intelligamus in timore Dei conversationem virorum sanctorum. Ecce reperimus quod scriptum est de *Mose & Aarone*, conversationes, & habitationes eorum fuisse cum viris, qui ad ipsos se converterunt. Ita enim *Jesus filius Num*; & mulier non fuit cum illis, sed ipsi soli sancte ministrarunt coram Deo, viri cum viris. Non hoc solum, sed docuerunt populum, ut quoties proficisceretur exercitus, omnis tribus seorsim proficiceretur, & mulieres cum mulieribus seorsim sequerentur post exercitum; viri autem seorsim in tribu sua. Et juxta mandatum Domini sic profecti sunt, tanquam populus sapiens, ne esset conturbatio ulla propter mulieres: quando proficiscebatur exercitus eorum in schemate pulchro & ordinato, profecti sunt sine offendiculo. Sic enim Scripturæ sacræ testantur ad verbum: *Cum transirent filii Israelis mare Suph, laudarunt Moses & filii Israelis laudes Domini, dicentes: Laudemus Dominum, quia laudandus est valde*. Et posteaquam Moses cessavit a laude, tum *Mariam soror Mosis, & Aaronis* accepit cymbalum in manus suas, & exiverunt omnes mulieres post eam, & laudaverunt cum ea, mulieres cum mulieribus seorsim, & viri cum viris seorsim. Porro etiam *Elisam & Gehasi & filios Prophetarum* pariter reperimus habitasse in timore Dei, & hospita non fuit eis. *Micham* & Prophetas omnes pariter sic reperimus habitasse in timore Domini.

XV. Et ne nimis longum faciamus sermonem nostrum, quid dictum est de Domino *Jesu Christo*? Ipse Dominus cum duodecim discipulis suis assiduus fuit quando venit in mundum. Nec hoc solum, verum etiam, cum eos mitteret, *binos binos* misit pariter, viros cum viris: mulieres autem non missæ sunt cum illis; & neque in via, neque domi habitarunt cum mulieribus, aut cum virginibus. Et sic placuerunt Deo in omnibus. Etiam ipse Dominus Jesus Christus, cum loqueretur cum illa muliere *Samaritide ad puteum seorsim, & discipuli venientes reperirent eum loquentem cum ea, mirati sunt, quod cum muliere staret, & loqueretur Jesus*. Nonne hic limes est non dimovendus, & scopus, & exemplar omnibus familiis hominum? Nec hoc solum, sed etiam postquam surrexit Dominus a mortuis, & veniret *Maria* ad sepulchrum currens, & cadens ad pedes Domini, & adorans eum, & quærens eum apprehendere, ipse dixit ei: *noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum*; Nonne igitur mirabile est de Domino, quod non permisit Mariæ mulieri beatæ, ut tangeret pedes ejus; tu autem habitas cum illis, & tibi ministrant mulieres, & virgines, & dormis, ubi illæ dormiunt, & lavant tibi pedes, & ungunt te mulieres? Væ tali menti, quæ non justa est! Væ tali menti, quæ est sine timore! Væ huic audaciæ, & stultitiæ, quæ est sine timore Dei! Nonne condemnas te? Non exploras te? non nosti te, & mensuram tuam? Hæc sunt fidelia, hæc recta, & justa. Hi sunt limites non dimovendi illis, qui sincere conversantur in Domino. Mulieres autem multæ sanctæ *ministrarunt sanctis e possessionibus suis* sicut ministravit *Sulamitis Elisæ*, sed cum eo non habitavit, & ipse propheta in domo seorsim habitavit; & cum mortuus esset filius ejus voluit se proiicere ad pedes Prophetæ, & non permisit minister ejus, sed vetuit eam, & dixit Elisa puero: *dimitte illam, quia anima ejus amara est*. Ex his igitur oportet ut intelligamus habitationem eorum; Domino Jesu Christo ministrarunt mulieres e possessionibus suis, sed cum illo non habitarunt; etiam Apostolis, etiam Paulo, reperimus ministrasse mulieres sed cum illis non habitarunt: sed verecunde, & sancte, & sine macula conversati sunt coram Domino, & *absolverunt cursum suum, & acceperunt coronam suam a Domino Deo Omnipotente*.

XVI. Ideo rogamus vos, fratres in Domino, ut hæc servemus inter nos; & hæc cogitemus, ut nos in vobis unum simus, & vos sitis unum in nobis, & in omnibus omnes nos simus una anima, & cor unum in Domino. Quicunque novit Dominum, audit nos, & qui non est ex Deo, non audit nos. Qui vult servare sanctitatem in veritate, audit nos; & virgo, quæ in veritate vult servare virginitatem, audit nos, & quæ non servat virginitatem suam in veritate, non audit nos.

Deinceps valete in Domino, & gaudere in Domino omnes sancti. Pax & gaudium sit vobiscum a Deo Patre per Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

Explicit Epistola secunda Clementis discipuli Petri.

JOAN-

JOANNIS DOMINICI MANSI
IN
SUPERIORES EPISTOLAS
ANNOTATIO.

PRo geminis hisce Clementis, discipuli Apostolorum, nomine inscriptis literis pugnat VVetstenius, & quidem non contemnendis argumentis. Principio affert testimonium S. Hieronymi contra Jovinianum Lib. I. cujus hæc sunt verba: *Hi sunt eunuchi, quos castravit non necessitas, sed voluntas propter regnum Cœlorum. Ad hos & Clemens successor Apostoli Petri, cujus Paulus Apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque pene sermonem suum de virginitatis, puritate contexuit* &c. Addit aliud argumentum ex S. Epiphanio Hær. XXX. quæ est Ebionitarum num. XV. ubi ait: hæreticos illos argui a Clemente epistolis encyclicis, quas legi ait in sanctis ecclesiis; in quibus epistolis doceri affirmat virginitatem, quam Ebionitæ non recipiunt: laudibus efferri Eliam, Davidem, & Sampsonem, a quibus Ebionitæ abhorrent. Utraque hæc sicut nusquam leguntur in decabus vulgatis epistolis Clementis ad Corinthios; ita vicissim perspicue in utraque hac apparent. Demum in utraque hac epistola nihil occurrit oppositum moribus ecclesiæ Christianæ prioris sæculi, quo Clemens floruit.

Verum arduum mihi est admittere, & pro sinceris agnoscere epistolas tota plane antiquitate, & ad hoc usque sæculum ignotas. Neque enim facile concesserim Hieronymum sermonem de illis habere in fragmento a VVetstenio producto, quod hoc argumento evinco. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum Clementem non negligit, laudatque ejus epistolam primam ad Corinthios; meminit & secundæ, quam tamen non ab omnibus admitti affirmat. Profecto non siluisset & geminas alias si nosset. Quo ergo spectavit in testimonio illo, ex libro contra Jovinianum producto? Arbitror præ oculis habuisse epistolam ad Corinthios secundam, in qua forte de virginitate prolixior sermo habebatur; quanquam enim is modo non legitur, non est cur quispiam miretur, neque enim integra ad nos pervenit, ut eruditis omnibus exploratum est. Nihil moror S. Epiphanii testimonium, nam illud expetitum est ex epistolis Clementis, quæ tunc *legebantur in ecclesiis*. Profecto ex testimonio S. Hieronymi discimus nullas alias Clementis epistolas ætate illa in ecclesiis legi consuevisse, nisi ad Corinthios geminas.

Quod vero ait VVetstenius, nihil in utraque hac litera occurrere a moribus ætatis illius abhorrens, usque adeo verum non judico, ex earum enim lectione deprehendisse mihi visus sum nescio quæ vestigia Monachatus, nempe cœtus hominum, qui morum sanctimoniam singularem elegerint, quod permaxime elucet illis verbis: *id quod non decet fideles, illos præcipue, qui elegerunt sanctitatem*, Monachorum autem a consortio fidelium secessus, recentior est, quam ut cum ætate Clementis componi possit.

CLEMENS PAPA
EX DECRETO GRATIANI.

Quando celebratur Missa, presbyterium laicus ingredi non præsumat.

Sacerdotum, aliorumque Clericorum Ecclesiæ servientium honores, a laicorum loco discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes & reliqui Clerici consistunt, (quod presbyterium nuncupatur) quando Missa celebratur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia * exercere.

De consecr. dist. Sacerdotum aliorumque.

* celebrari.

DECRETA ALIA S. CLEMENTIS

Ex vetustissimo Codice Lucensi annorum circiter mille ex Epistola B. Clementis ad Jacobum.

I. Episcopus irreprehensibilis sit, non fideijussor, nec advocatus litium, nec aliis curis negotiorum mundialium perplexus. Presbyter pudicus, carceres visitet, & peregrinos suscipiat, stateras æquales habeat.

II. Diaconi tamquam oculi, & aures Episcopi sint. Cathecumini instruantur.

De Perceptione, cujus supra.

III. Sacramentum cum omni timore Dei servetur a Presbyteris, Diaconibus, & Ministris.

IV. Communio in crastinum non servetur, sed cum timore Dei sumatur; ac Clericus nec celeriter cibos accipiat.

V. Vasa sacrarii, vel vela vetusta ustulentur, & in sacro fonte pulvis obruatur.

VI. De palla nullus mortuus obruatur, nec Diaconus imponat, vella, & pallas Subdiaconus in Sacrario lavet.

ADMONITIO EDITORUM.

Quæ hic subjicimus statuta S. Petri eruta sunt ex appendice ad opera S. Leonis, quam Ballerini fratres editioni a se adornatæ operum S. Leonis tomo III. pag. 674. ex ms. Cod. capituli Veronensis eruerunt. Quamquam vero nihil novi continent, cum fere omnia sint in epist. II. S. Clementis ad Jacobum; ne quid tamen desit in hac collectione prætereunda non duximus.

Præcepta S. Petri de SACRAMENTIS conservandis.

CLEMENS JACOBO CARISSIMO.

QUoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum patre, qui claves regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus de Sacramentis, quæ geruntur in Sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enim gradibus commissa sunt Sacramenta divinorum secretorum, id est presbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore clericorum reliquias Sacramentorum corporis Dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inveniatur; ne cum negligenter agitur, portioni corporis Domini gravis inferatur injuria. Communio enim corporis Domini nostri Jesu Christi, si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tamen in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastina non reserventur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consummantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant, ne putent sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualicos digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri, qui eam consumpserunt; & si

tertia

tertia vel quarta hora acceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt Sacramenta.

De vasis sane sacris ita gerendum est. Altaris palla, canthara, candelabrum & Oleum si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: quoniam non licet ea, quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, aut diaconus scapulas operire velit quæ fuit in altari, aut certe quæ data est in mensam Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter quasi nihil & negligenter habuerit ministeria, Diaconus triennio sexque mensibus a Dominico alienus erit altari, gravi percussus anathemate. Quodsi presbyter clericum non admonuerit, decem annis & quinque mensibus excommunicatus sit: propterea quod de Dominicis Sacramentis subjecta sibi non admonuerit ministeria, & postea cum gravi humilitate matri reconcilietur Ecclesiæ. Pallas vero, & vela, quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sacrarium lavent non ejicientes Locas a sacrario velamina dominicæ mensæ; ne forte pulvis Dominici corporis male decidat a sindone sociis abluta, & erit hæc operanti peccatum. Idcirco intra sacrarium ministris præcipimus hæc sacra custodire. Sane pelvis nova comparetur & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa pelvis velis apponatur lavandis, nisi quæ ad dominici altaris cultum pertinent. Pallæ in alia pelve laventur, & in alia vela januarum. Etiam cura sit Ostiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens aut ignarus ad velum januæ domus Domini manus inconditæ tergat, sed statim coercitus discat omnis homo, quia velum atrii domus Domini sanctum est. Præcipimus etiam ne unquam extero sive laico de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam. Unde scis tu, qui passim sacrarii panes indignis impendis, unde nosti si a mulieribus mundi sunt, hi quibus impendis? Hinc & David ab Abimelech sacerdote interrogatus cum panes sibi ad comedendum poscceret si mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit.

Ad dominica autem mysteria tales eligantur, qui ante ordinationem conjuges suas noverint. Quod si post ordinationem ministro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, ne sacrificii partio r fiat, ne altare contingat, nec ab Offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici corporis portionem accedat. Aquam sacerdotibus porrigat manibus, ostia forinsecus claudat minora gerat officia, urcium sane ad altare suggeret. Si forte quispiam presbyter, sive diaconus sacrarii sindonem, vel velum subtracta vendiderit Judæ similis æstimabitur Scariotis. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Judæ susceperum pœnam. Clericus vero solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet sine majoris natu principis jussione. Nec presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina nisi proxima aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. Non ignoramus malitias satanæ. Universa hæc cum mansuetudine, ecclesiastica complenda sunt ministeria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis dominici corporis demandamus. Calicem vero ad perferendum sanguinem Domini præparatum cum tota munditia ministeria minister præparet, ne non bene lotus calix diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honestate cuncta quæ supra exposuimus, oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur Clerici, qui digne possint dominica Sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. His ergo bene parere sententiis. Ne quis hoc præceptum minime credat implere: ne in judicio Dei ignis æterni tormenta inveniat, qui ecclesiastici operis Sacramenta neglexerit. Hæc igitur frater Jacobe de ore S. Petri jubentis audivi. A principio epistolæ usque in hunc locum de Sacramentis deligavit bene tuendis: ubi non murium stercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, nec putrida per negligentiam clericorum remaneant, & convenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo & fastidio videantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Si quis hæc præcepta integre non custodierit, sit anathema usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi. Hæc præcepta a S. Petro apostolo accepi, & tibi, carissime frater, insinuare curavi, ut servari omnia præcipias sine macula. Si quis autem audierit te, utilis erit minister Jesu Christi. Qui autem non audierit te, immo loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem adquiret.

VETERUM TESTIMONIA
DE CLEMENTE ROMANO,
Et ejus scriptis.

Paulus ad Philipp. 4. 3.

Καὶ ἐρωτῶ καί σε σύζυγε γνήσιε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

Ignatius epist. ad Trallenses.

Τί δὲ διάκονοι, ἀλλ' ἢ μιμηταὶ τῶν Ἀγγελικῶν δυνάμεων; λατρεύοντες αὐτῷ λατρείαν καθαρὰν, καὶ ἀῒδιον, ὡς Στέφανος, ὁ Ἅγιος, Ἰακώβῳ τῷ Μακαρίῳ, καὶ Τιμόθεος καὶ Δίνος Παύλῳ, καὶ Ἀνάκλητος καὶ Κλήμης Πέτρῳ.

Idem ad Philadelph.

Ὀνήσιμον ὑμῶν τὸν ἁγιωσύνης, ὡς Ἠλίαν, ὡς Ἰησοῦ τὸν Ναυῆ, ὡς Μελχισεδέκ, ὡς Ἐλισαίου, ὡς Ἱερεμίου, τὸν τοῦ βαπτιζοῦ Ἰωάννου, ὡς τὸν ἠγαπημένον μαθητὴν, ὡς Τιμοθέου, ὡς Τίτου, ὡς Εὐοδίου, ὡς Κλήμεντος, τῶν ὧν ἀγνὸν ἠξιολόγουν τὸν βίον.

Justinus ad Orthodoxos resp. 74.

Εἰ τῶν παρόντων καιρῶν τὸ τέλος ἐγγύς ἐστιν, ἀῒδιά τε πυρὸς κρίσις καὶ αἰτιῶν, καθάπερ αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ὅτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ.

Irenæus lib. 3. cap. 3. ex Euseb. hist. eccles. lib. 5. cap. 6.

Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν ἐκκλησίαν, λίνῳ τούτῳ τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν, οὗτος τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνάκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμ-

καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς· καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

Clemens Alexandrinus lib. 4. Strom.

Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων λέγει· Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν πίστιν ὑμῶν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε. Et statim infra. Ἀτενίσωμεν οὖν εἰς τοὺς τελείως λειτουργήσαντας αὐτοῦ τῇ μεγαλοπρεπεῖ δόξῃ, λάβωμεν Ἐνώχ, ὃς ἐν ὑπακοῇ δίκαιος εὑρεθεὶς, μετετέθη, &c. quæ sequuntur ex Clementis ad Corinthios epistola, strictim excerpta.

Idem lib. 4. Strom.

Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ λέξιν φησὶν, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν ἐκκλησίαν δοκίμων. Ἤτω τὶς πιστός· ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις & quæ supra immediate præcedunt. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι priora lib. 6. Strom. repetuntur. Ἤτω τοίνυν πιστὸς ὁ τοιοῦτος, &c.

Idem lib. 5. Strom.

Ἀλλὰ κἀν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ, ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι.

Origenes περὶ ἀρχῶν, lib. 2.

Meminit sane Clemens apostolorum discipulus etiam eorum quos ἀντίχθονας Græci nominant, atque illius partis orbis terræ ad quam neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos, quos & ipsos mundos appellavit, cum ait. Oceanus intransibilis est hominibus, & hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur, & quæ sequuntur paulo infra.

Idem contra Celsum tom. 2.

Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων, φησί· περὶ τῶν τῆς γενέσεως δοκούντων ἐμβεβηκέναι, λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ· Καὶ ὁ πατὴρ, σύγγνωθί μοι ὦ τέκνον, οἱ μὲν γὰρ χθές σου λόγοι ἀληθεῖς ὄντες, συνελογίσαντό μοι συνθέσθαι σοι. ἡ δὲ ἐμὴ συνείδησις μικρά με ὥσπερ πυρετοῦ ἔλλειμμα πρὸς ἀπιστίαν βραχέα βασανίζει· σύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ τὰ τῆς γενέσεως πάντα μοι ἀποτελεσθέντα, &c. quæ sequuntur.

Eusebius eccl. hist. lib. 3. cap. 12.

Δωδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Ἀνάκλητον, ἔτεσιν ἐπισκοπεύσαντα δεκαδύο διαδέχεται Κλήμης, ὃν συνεργὸν ἑαυτοῦ γενέσθαι Φιλιππησίοις ἐπιστέλλων ὁ ἀπόστολος διδάσκει λέγων· μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. τούτου δὴ οὖν ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται μεγάλη τε καὶ θαυμασία. ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης· ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν· καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον, τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος.

Idem lib. 3. cap. 32.

Ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοῦ Ἰγνατίου ἐν αἷς κατελέξαμεν ἐπιστολαῖς, καὶ τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεὶς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τοῦ Ἀποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίου γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τοῦτον αὐτὸν, ἑρμηνεῦσαι λέγουσι τὴν γραφὴν ὃ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθὲς, τὸ τὸν ὅμοιον τῆς φράσεως χαρακτῆρα, τήν τε τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους ἀποσώζειν, καὶ τὸ μὴ πόῤῥω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεστάναι· Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴ, οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μὴ δὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν· ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀππίωνος διαλόγους περιέχοντα, ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται, οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. Vide præterea lib. 3. cap. 4. & 28. & lib 4. cap. 21. & 22.

Athanasius disp. contra Arium in synodo Nicæna.

Ἄρειος εἶπεν οὕτως ἔχει. σὺ δὲ τί φής με ἀΐδιον συντίθεσθαι τὸ θεῖον, οὐκ ἐπηκροάσω ποτὲ Κλήμεντος τοῦ παρακολουθήσαντος Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ὃς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν.

Cyrillus Hierosol. Catechesi 18.

Ἤδει θεὸς τὴν ἀπιστίαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὄρνεον εἰς τοῦτο κατεργάσατο, φοίνικα οὕτω καλούμενον, ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἱστοροῦσι πλείονες, μονογενὲς ὑπάρχον κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνάστασιν, οὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ γινόμενον· ἀλλ' ἐν φανερᾷ πόλει παραγενόμενον, ἵνα ψηλαφηθῇ τὸ ἀπιστούμενον, σηκὸν γὰρ ἑαυτῷ ποιῆσαν ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων· καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσελθὸν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται· εἶτα ἐκ τῆς σαπείσης σαρκὸς τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τὶς γεννᾶται, καὶ οὗτος αὐξηθεὶς εἰς ὄρνεον μορφοῦται, μὴ ἀπιστήσῃς δὲ τούτῳ. καὶ γὰρ τὰ μελισσῶν γεννήματα οὕτω βλέπεις ἐκ τῶν σκωλήκων μορφούμενα, καὶ ἐξ ὠῶν ὑγροτάτων ἐθεώρησας ὀρνέων πτερὰ καὶ ὀστέα, καὶ νεῦρα ἐξερχόμενα· εἶτα, πτεροφυήσας ὁ προειρημένος φοῖνιξ, καὶ τέλειος, οἷος ἦν ὁ πρότερος φοῖνιξ γενόμενος, ἀνίπταται τοιοῦτος εἰς ἀέρα, οἷος καὶ τετελεύτηκεν, σαφεστάτην νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνθρώποις ἐπιδείξας· θαυμαστὸν μὲν ὄρνεον ὁ φοῖνιξ ἀλλ' ὄρνεον ἄλογον, καὶ οὐδέποτε ἔψαλε τῷ θεῷ, περιίπταται τὸν ἀέρα, ἀλλ' οὐκ οἶδε τίς ἐστὶν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ θεοῦ, &c.

Optatus Milevitanus lib. 2.

Ergo cathedra unica, quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino successit Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus, &c. usque ad Siricium.

Epiphanius lib. primo adversus Carpocratios.

Ἐν Ῥώμῃ γὰρ γεγόνασι πρῶτοι Πέτρος καὶ Παῦλος οἱ ἀπόστολοι αὐτοὶ καὶ ἐπίσκοποι, εἶτα Λῖνος, εἶτα Κλῆτος, εἶτα Κλήμης σύγχρονος Πέτρου καὶ Παύλου, οὗ ἐπιμνημονεύει Παῦλος ἐν τῇ πρὸς * Ῥωμαίους ἐπιστολῇ καὶ μηδεὶς θαυμαζέτω, ὅτι πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξαντο ἀπὸ τῶν ἀποστόλων, ὄντος τούτου συγχρόνου Πέτρου καὶ Παύλου· καὶ οὗτος γὰρ σύγχρονος γίνεται τῶν ἀποστόλων· εἴτ' οὖν ἔτι περιόντων αὐτῶν, ὑπὸ Πέτρου λαμβάνει τὴν χειροθεσίαν τῆς ἐπισκοπῆς καὶ παραιτησάμενος ἤργει. λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, * εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ θεοῦ, τισὶ τοῦτο συμβουλεύων (εὕρομεν γὰρ ἐν τισὶν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον) ἤτοι μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων Διαδοχὴν ὑπὸ Κλήτου τοῦ ἐπισκόπου οὗτος καθίσταται, οὐ πάνυ σαφῶς ἴσμεν, &c

* γρ. Φιλιπ.

* γρ. εὐσταθ.

Idem contra Ebionitas.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, ὡς αὐτοὺς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα, αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

Basilius de Spiritu sancto ad Amphilochium, c. 29.

Εἰρηναῖος ἐκεῖνος, καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, καὶ Διονύσιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς ὁ Διονύσιος· & paulo infra, ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαιότερος, Ζῇ φησίν· ὁ Θεὸς καὶ ὁ κύριος Ἰησοῦς χριστὸς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· Εἰρηναῖος δὲ ἐκεῖνος ὁ ἐγγὺς τῶν Ἀποστόλων γενόμενος.

Hieronymus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum.

Clemens de quo apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait, cum Clemente & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta in libro vitæ, *quartus post Petrum Romanus Episcopus. Si quidem secundus Linus fuit, & tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum apostolum, putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ ad ecclesiam* Co-

Corinthiorum valde utilem epistolam, quæ & in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed & multis de eadem epistola non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem, abutitur: omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur & secunda ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur. Et disputatio Petri & Appionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiæ ecclesiasticæ volumine coarguit. Obiit tertio Trajani anno, & nominis ejus memoriam usque hodie Romæ extructa ecclesia custodit.

Idem libro primo adversus Jovinianum.

Ad hos & Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit: & deinceps multi apostolici & martyres, & illustres tam sanctitate quam eloquentia viri, quos ex propriis scriptis nosse perfacile est.

Idem in Esaiæ cap. 52.

De quo & Clemens vir apostolicus, qui post Petrum Romanam rexit ecclesiam, scribit ad Corinthios. Sceptrum Dei Dominus Jesus Christus, non venit in jactantia superbiæ, cum possit omnia, sed in humilitate.

Idem in 4. caput epist. ad Ephesios.

Cujus rei & Clemens ad Corinthios testis est, scribens; Vinculum caritatis Dei quis poterit enarrare? & supra in commentariis ad secundum caput. *Quærimus quoque quid sit, in quibus aliquando ambulastis, secundum sæculum mundi hujus; utrum nam & aliud seculum sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios, de quibus & Clemens in epistola sua scribit.* Oceanus & mundi qui transipsum sunt, &c.

" imo Ruffinus, ut vel ex hisce claret.

Idem " sub finem interpretationis comment. Origenis in epist. ad Romanos.

Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo, vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi, apostolorum comitis, quorum ut successoribus darem cognitionem, libri a nobis in Latinum vertuntur, in quo opere bene novi, quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis, dabo titulo nomen meum, authoris nihilominus vocabulo permanente; nam" Hieronymi ne putetur, Clemens scribetur, &c.

Ruffini omnino scribendum est.

Ruffinus de adulteratione librorum Origenis.

Clemens apostolorum discipulus, qui Romanæ ecclesiæ post apostolos, & episcopus & martyr præfuit, libros edidit, qui Græce appellantur Ἀναγνωρισμός. *i. e.* Recognitio: *in quibus cum ex persona Petri apostoli, doctrina quasi vere apostolica in quamplurimis exponatur; in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur:* & paulo infra. *Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inserta, quæ ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid quæso de his sentiendum est, quod apostolicus vir, imo pene apostolus, non ea scribit, quæ apostoli dicunt, cui Paulus apostolus testimonium dedit, dicens:* Cum Clemente & adjutoribus meis ceteris, quorum nomina sunt in libro vitæ: *& scribat hoc quod libris vitæ contrarium est? An id potius credendum est, quod supra diximus, quod perversi homines ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine tamquam facilius credenda, inseruerunt ea quæ illi nec sensisse nec scripsisse credendi sunt.*

Augustinus epist. 165.

Petro enim successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus, &c. usque ad Anastasium qui Siricio successit.

Eucherius Lugdunensis de contemptu mundi.

Clemens vetusta prosapia senatorum, atque etiam ex stirpe Cæsarum, omni scientia refertus, omniumque liberalium artium peritissimus, ad hanc justorum viam transiit; itaque etiam in ea excellenter effloruit, ut principi quoque apostolorum successor extiterit.

tm. 126.

Photius in Bibliotheca."

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους δύο ἐνεφέροντο· ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι, λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής ἐστιν, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος· αἰτιάσαιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· ὅτι τὸ τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω, κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι. καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· καὶ τρίτον, ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς· οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμοῦ ἐν αὐτοῖς βλασφημεῖ· ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ, νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν θεὸν κηρύσσει. πλὴν ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει. ὧν οὐδὲ ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς, καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινῶν ἀλλοκότους ἔχει. ἄλλως δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐῤῥιμμένα πως, καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπήρχε φυλάττοντα.

Idem alibi." " tm. 11…

Οὗτος ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῇ, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἥτις παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι· ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδεκιμάζεται ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀππίωνος πολύστιχος διάλογος. τοῦτον, φασὶν, οἱ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπῆσαι Ῥώμης, οἱ δὲ τέταρτον. Λῖνον γὰρ καὶ Ἀνάκλητον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Πέτρου Ῥώμης ἐπισκόπους διαγεγονέναι· τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν τρίτῳ ἔτει Τραϊανοῦ. Ubi & Photii judicium de constitutionibus apostolorum, & recognitionum libris, qui sub Clementis nomine circumferuntur, videre licet.

Ivo Carnotensis in chronico suo MS.

Ex bibliotheca regis Angliæ.

*Hujus præterea Cæsaris Domitiani anno quarto, apud Alexandriam Aniano qui Marco successerat, successit Abilius. Hierosolymis vero sancto Jacobo * patriarchæ, successit Simon filius Cleophæ. In Romana vero sede eadem tempestate, Cleto Papæ Clemens successit. Iste est Clemens Papa sapientissimus atque sanctissimus, qui magnificos viros in Galliis ad collocandum destinavit dominicæ fidei fundamentum; Lugdunensibus Fotinum, Narbone Paulum, Turonis Gratianum, Cenomannis Julianum, & alios, per quos per illas regiones fidei doctrina profecit, & immensæ multitudinis populus ab idolorum cultura recessit.*

* apostolo.

Idem postea.

Trajani præterea tempore tertius in Christianos persecutionis impetus ebullivit, unde Clemens Papa Romanus in mare præcipitatus est; ubi in templo domini divinitus præparato, manibus angelicis decenter meruit tumulari.

Zonaras Annalium tom. 2.

Τῷ δωδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ (Domitiani scil.) τελευτήσαντος Ἀνακλήτου, Κλήμης τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ῥώμης παρέλαβε, τρίτος ταύτης χρηματισθεὶς ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν Εὐσέβιον.

Ex chronico MS. Hugonis de sancto Victore, qui Ivonis deflorator est, quem per omnia fere αὐτολεξεὶ *sequitur.*

Ex bibl. ecclesiæ … Seldenis.

Hujus præterea Domitiani temporibus, Hierosolymis Sancto Jacobo patriarchæ successit Simon filius Cleophæ, in Romana vero sede Anacleto Papæ tunc Clemens successit. Iste est Clemens Papa sanctissimus atque sapientissimus, qui multos viros magnificos ad collocandum dominicæ fidei fundamentum destinavit, Lugdunensibus Fotinum, Turonensibus Gratianum, & alios perplures.

Nicephorus Callistus lib. 3. cap. 18.

Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιροῦ ἔτι Κλήμης ἐν Ῥώμῃ διέπρεπε, πρὸς δὲ καὶ Ἰγνάτιος τὴν Ἀντιόχου διῆπε· Παπίας τε ἦν ἐν Ἱεραπόλει συγγράφων, Παγκράτιος τε, καὶ ὁ τῆς Σμυρναίων πρόεδρος Πολύκαρπος· ὧν οἱ μὲν Πέτρου, Πολύκαρπος δὲ τοῦ ἐπιστηθίου ἦσαν ὁμιληταί. τούτων ὁ μὲν Κλήμης, Ῥωμαῖος αὐτόθεν ἦν, καὶ τῇ βασιλικῇ φυλῇ κατὰ γένος προσήκων, Φαύστου τινὸς καὶ Ματθιδίας υἱός. παντοίᾳ δὲ παιδείᾳ ἑλληνικῇ συντραφεὶς, καὶ πᾶσαν τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν εἰς ἄκρον ἀσκήσας, καὶ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων περιτυχὼν, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον μυηθεὶς κηρύττει τὸ εὐαγγέλιον. ἀπευθὼν δ' οὖν τοῖς ἐντελλομένοις Τραϊανῷ, ὑπερόριος ἐκ Ῥώμης, εἴς τινα πόλιν τῇ Χερσῶνι προσκειμένην ἔρημον πάντῃ καὶ αὐχμηρὰν, γίνεται· πολλοῖς δὲ δεινοῖς διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν ὡμιληκὼς, ὕστερον ἀγκύρᾳ σιδηρᾷ τοῦ τραχήλου ἐξαρτηθείσῃ, τῷ τῆς θαλάσσης βυθῷ ἀποῤῥίπτεται: & paulo infra: ὁμολογουμένην μὲν οὖν τούτου ἐπιστολὴν Εὐσέβιος ἱστορεῖ ὁ Παμφίλου, μεγάλην τε, καὶ ἀξίαν πολλοῦ θαύματος. ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας δημοσιευομένην εἶναι. ἐν ᾗ καὶ πολλὰ νοήματα ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους τοῦ ἀποστόλου Παύλου κεί-

χεῖται ἐπιστολὴς· καὶ ἄλλη δὲ αὐτῷ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἕλληνας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα, περὶ ἧς ὁ αὐτὸς φησιν Εὐσέβιος μὴ ὡς ἐπιγνήμη πάνυ τῆς ἀρχαίας οὔσαι. Vide ejuſdem Niceph. cap. 35. lib. 2. & cap. 15. lib. 4.

Ex chronico MS. Guilielmi de Nangis Monachi Sancti Dionyſii.

liothe- s Au-

Quartus eccleſiæ Romanæ præfuit Clemens natione Romanus. Hic ex præcepto beati Petri apoſtoli ſuſcepit eccleſiæ Pontificatum gubernandi, ſicut ei fuerat a domino Jeſu Chriſto tradita vel commiſſa: ceſſit tamen Lino & Cleto, qui ante eum ſcribuntur, eo quod ab ipſo principe Apoſtolorum fuerant ad ſacerdotale miniſterium habendum epiſcopi ordinati. Hic Clemens 7. regiones diviſit notariis fidelibus eccleſiæ, qui geſta martyrum ſollicite & curioſe, unuſquiſque per regionem ſuam, diligenter perquirerent. Scripſit autem duas epiſtolas, quæ catholicæ nominantur.

Ex chronico Alberti Stadenſis.

Clemens primus, natione Romanus, patre Fauſtino, de Cælio monte, ſedit annis 9. menſibus 2. diebus 10. temporibus Domitiani, Nervæ, & Trajani. Hic fecit 7. regiones dividi notariis eccleſiæ, qui geſta martyrum ſcriberent, unuſquiſque in ſua regione. Hic quamvis a beato Petro eſſet electus, tamen coegit Linum & Cletum ante ſe pontificari, & ita eſt primus poſt Petrum, tertius vero per gradum. 8. Cal. Decemb. martyrio coronatur. Papatus ceſſavit diebus 20. & infra poſt varias diverſorum opiniones de ordine & tempore primorum Pontificum, Lini, Cleti, & Clementis, ſubjungit. *Sed omnes periti temporum, hos magis æſtimant eſſe imitan-*

A *dos, qui Linum & Cletum dicunt fuiſſe ſub Petro, & hos ſub Petro chorepiſcopos extitiſſe; Clementem vero, tradente Petro, jure legitimo ſucceſſiſſe, & ideo ipſum primum Papam merito appellatum.*

Hiſce a Patricio Junio collectis veterum teſtimoniis plura poſſumus adjicere ac nominatim duo, quæ ſequuntur.

Irenæus lib. 3. adverſus hær. cap. 3.

Sub hoc igitur Clemente diſſenſione non modica inter eos qui Corinthi eſſent fratres facta, ſcripſit quæ eſt Romæ eccleſia potentiſſimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians quam in recenti ab apoſtolis receperant traditionem, annunciantem unum Deum omnipotentem factorem cœli & terræ, &c.

Paulo poſt. *Hunc patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti ab eccleſiis annunciari, ex ipſa ſcriptura, qui velint, diſcere poſſunt, & apoſtolicam eccleſiæ traditionem intelli-*

B *gere, cum ſit vetuſtior epiſtola his, qui nunc falſo docent, & alterum Deum ſuper Demiurgum & factorem omnium quæ ſunt commentiuntur.*

Damaſcenus in parallelis.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους Β.

Ὁ μὲν παρόντων αἰσθητικὸς σωίησιν ὡς ἔπι ἃ λογίζονται τινὲς εἶναι πεπνευ ξῶα, καὶ μαχραὶ εἰσὶ μὲν ἀπεχθῶν· ἀλλὰ καὶ πλεῖος πολλαχις μᾶλλον πωίας ἐθλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἰωίασε νόσα· καὶ καθόλα μὲν λυπηρῶν καὶ φλυκτὶς πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη ἡ μὲν ἀσπαζῶν καὶ κατ' ὀχλω πεφιβολὴ γίνεται.

EDITOR LECTORI.

P. Labbeus ſequentes Clementis epiſtolas ex editione Patricii Junii protulerat; ſed cum poſtmodum multo correctiores atque integriores ab aliis productæ ſint, non ante multos annos perquam emendate eas dederit P. Couſtant in priori volumine Epiſtolarum Romanorum Pontificum, ideo ex illo accipiendas duxi; ita tamen ut notas Junii, & reliqua omnia quæ Labbeus adjecit hic deſiderari non permiſerim.

P. PETRI COUSTANT

Benedictini e Congregatione S. Mauri in ſequentem epiſtolam

MONITUM.

I. E*Lapſo ſæculo Cyrillus Lucaris primum Alexandrinus, ac deinde Conſtantinopolitanus patriarcha Carolo I. Anglorum regi inſignem dono miſit codicem Alexandrinum, grandioribus litteris manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ, circa Nicæni I. concilii, ut fertur, tempora exaratum, in quo veteris ac novi Teſtamenti libris duæ Clementis epiſtolæ ſubjiciuntur. Harum prima valde celebris apud veteres fuit. Hanc quippe laudant Irenæus lib. 3. c. 3. & apud Euſebium lib. 5. c. 6. Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. 4. 5. & 6. Origines lib. 2. de Principiis c. 3. & in Johann. 1. 29. Hegeſippus apud Euſebium lib. 4. c. 22. Euſebius ipſe lib. 3. hiſt. eccl. c. 16. Scriptor quæſtionum Juſtini nomine vulgatarum c. 74. Epiphanius hær. 27. n. 6. & hær. 30. n. 15. Hieronymus lib. de vir. illuſtr. c. 25. lib. 14. in Eſaiæ 52. 13. & Comment. in Epheſ. 4. 1. Photius cod. 113. & 126. ut alios taceam. Etiamſi autem a pleriſque* Clementis, *a nonnullis tamen* Romanorum, *quia videlicet eorum nomine a Clemente conſcripta eſt, epiſtola nuncupatur. Nominatim vero Clemens Alexandrinus lib. 5. Strom. pag. 584. verba numeri* 20. *ſic laudat:* ἀλλά καὶ τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι, Quin etiam in epiſtola Romanorum ad Corinthios ſcriptum eſt Oceanus *&c.*

Unde edita ſit.

Quam celebris apud veteres fuerit.

A nonnullis vocatur Romanorum epiſtola.

II. Epiſtolam illam publice olim plurimis in eccleſiis lectam fuiſſe Euſebius hiſt. eccl. lib. 3. c. 16. tradit, & Epiphanius hær. 30. n. 15. atque Hieronymus lib. de viris illuſtr. confirmant. Hoc certe Corinthi ex priſca conſuetudine factum eſſe Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium lib. 4. c. 23. locupletiſſimus teſtis eſt. Ex eo etiam loco, quem in laudato codice Alexandrino obtinet, conjectare eſt ei a nonnullis vel parem ſacris libris, vel proximam poſt illos tributam eſſe auctoritatem. Cui conjecturæ favet ultimus Apoſtolorum canon, in quo inter novi Teſtamenti libros due Clementis epiſtolæ *recenſentur. Et Clemens quidem Alexandrinus lib. 4. Strom. dum hanc ut* Clementis apoſtoli *laudat, inter apoſtolicas Scripturas videtur ei locum dare. Immo non alia de cauſa Euſebius lib. 6. c. 13. Clementem Alexandrinum Scripturarum ab aliis repudiatarum, nominatimque* epiſtolarum Barnabæ, Clementis & Judæ *teſtimoniis uti notat, niſi quia pro ſacra Scriptura hanc*

Publice in eccleſiis lecta eſt.

Inter ſacras ſcripturas ab aliquibus recenſita.

Clementis epiſtolam habebat. Eo pacto quamdam pugnæ ſpeciem, quæ in Euſebii hiſtoria occurrit, dum Clementis epiſtolam loco mox laudato ab aliis repudiatam, *& lib. 3. cap.* 16. *&* 38. ab omnibus uno conſenſu receptam *ſcribit, componi poſſe Cotelerius obſervat. Quamvis enim ab omnibus inter eccleſiaſticas, non item ab omnibus inter ſacras Scripturas eſt recepta, ſed a pleriſque e divinorum librorum canone rejecta fuit.*

Nihil eſſe cur ejus contextum adulteratum ſuſpicemur.

III. Non deſunt, qui cum Clementis noſtri ſententias apud Clementem Alex. lib. 4. *pag.* 516. *paucioribus perſtrictas, & contra pag.* 517. *pluribus explicatas offendant, epiſtolam hanc non ſinceram, ſed aliis locis truncatam & aliis interpolatam ad nos perveniſſe ſuſpicentur. Sed Clementis Romani Alexandrinum interpolatorem eſſe non ambiget, qui verba addita ad inſtitutum ipſius Alexandrini, quo* de Gnoſi *tractare ſibi propoſuerat, accommodata eſſe compererit. Qui autem Clementis noſtri ſententias nonnullis in locis interpolare ſibi licere exiſtimavit, in aliis eadem licentia ad eas contrabendas uti potuiſſe non dubitatur. Præterea Joban. Clericus artis criticæ par.* 3. *ſect.* 2. *c.* 5. *n.* 12. *obſervat; ex duorum locorum capitis* 46. *epiſtolæ noſtræ cum verbis Clementis Alexandrini cognatione nonnullos moveri, ut hæc duo loca ex Alexandrino adſcita opinentur. Ipſius Alexandrini verba ad prædictum caput* 46. *referemus & expendemus.*

Plures ejus editiones. Quam ſequamur interpretationem.

IV. Præclaram hanc epiſtolam primus Patricius Junius latine converſam ac notis illuſtratam Oxonii anno 1633. *edidit. Eamdem cum inſigni præfatione anno* 1654. *Helmeſtadii recudi curavit Joachimus Johannes Maderus. Mitto & quam Bartonius anno* 1647. *ac ſubinde Godefredus Vendelinus & Johannes Fell Oxonienſis antiſtes aliique ſubinde in eam navarunt operam. Poſtmodum & Johannes-Baptiſta Cotelerius anno* 1672. *illam nova interpretatione noviſque notis adornatam Pariſiis in lucem emiſit. Eam demum recenſuit ac notarum ſpicilegium collegit Paulus Colomeſius, cujus noviſſima editio Londini anno* 1694. *prodiit. Cotelerii interpretationem, ut litteræ tenaciorem, verbis nonnullis identidem mutatis, retinendam duxi.*

De tempore quo ſcripta eſt, opiniones diverſæ.

V. De tempore quo ſcripta eſt, nondum inter eruditos convenit. Ac licet prima illius verba de perſecutione dicta eſſe plerique omnes conſentiant, ea tamen alii de Neronis, alii de Domitiani perſecutione interpretantur. Et hanc quidem alii ferventem, alii deſinentem intelligunt. Hinc circa tempus, quo epiſtola iſta ſcripta eſt, triplex maxime exſiſtit opinio: prima Jobannis Erneſti Grabii, qui ſpicileg. patr. to. 1. *p.* 254. *&* 255. *eam Neronis perſecutione deſinente, proxime poſt apoſtolorum Petri & Pauli martyrium, hoc eſt anno Chriſti* 68. *vel etiam* 65. *exeunte ſcriptam eſſe contendit; altera Godefridi Vendelini eadem* anno Chriſti 95. ferveute Domitiani perſecutione *illigantis; poſtrema Cotelerii atque Tillemontii, qui illam deſinente ejuſdem imperatoris perſecutione circa annum Chriſti* 97. *ſcriptam arbitrantur. Quartam vir clariſſimus Claudius Fleuri to.* 1. *hiſt. eccl. pag.* 248. *excogitavit, quæ ad Grabii ſententiam propius accedat. Nempe ad id tempus, quod Neronis interitum excepit, & Jeroſolymitanum anteceſſit excidium, referri poſſe opinatur, & caſus adverſos, in epiſtolæ principio memoratos, de bello civili, quod Neronis mors excitavit, interpretatur.*

Circa annum Chriſti 97. ſcripta probabiliter dicatur.

VI. Obſcurum non eſt, Clementem ibi de ærumnis, quibus oppreſſa erat Romana eccleſia cum Corinthiorum epiſtolam accepit, ſed a quibus reſpirabat cum hanc reſcripſit, habere ſermonem, adeoque Vendelini de perſecutione ferveute ſententiam minime probandam eſſe. Neque minus certo ex eodem exordio conficitur, ærumnas illas de Neronis perſecutione interpretari non licere. Nihil enim erat, cur in litterarum tarditate Corinthiis excuſanda hoc taceretur, Petrum videlicet, cujus erat ipſorum ſatisfacere quæſtionibus, iis acceptis detentum, cæſum & e vivis ſuiſſe ſublatum. Deinde in toto epiſtolæ contextu illud innuitur, eum ipſum qui nunc reſcribit, prius Corinthiorum ſcripta accepiſſe. Quocirca ad litteram intelligendi ſunt tum Irenæus lib. 3. *adv. hæreſ. c.* 3. *& apud Euſebium hiſt. eccl. lib.* 5. *cap.* 6. *tum Hegeſippus apud eumdem Euſebium lib.* 4. *c.* 22. *cum diſſenſionem, quam ſedare nunc conatur Clemens, non ſub Petro, ſed* ſub Clemente *ortam eſſe teſtantur. Præterea cum idem Irenæus; apoſtolicorum temporum tam vicinus, Clementem* tertio loco ab Apoſtolis *poſt Linum & Cletum, ſeu ut vocat Anacletum, Romæ epiſcopatum ſortitum eſſe ſcribat, reliquum eſt ut cum pluribus poſt Neronem annis Romanæ eccleſiæ adminiſtrationem ſuſcepiſſe crediderit. Hunc autem ea in re falſum eſſe quis ſibi perſuadeat? Eidem ſuffragantur & plerique patres, qui Romanorum pontificum ſeriem texunt, atque ipſi veteres catalogi, in quibus Petro Linus, Lino Cletus, huic Clemens ſucceſſiſſe legitur. Ipſa quoque Clementis verba num.* 44. *qui expenderit, ubi laudata Apoſtolorum providentia ſubdit,* Qui igitur ab illis, aut DEINCEPS AB ALIIS viris eximiis conſtituti ſunt.... ac LONGO TEMPORE præclarum ab omnibus teſtimonium reportarunt, hos cenſemus officio injuſte dejici: *hæc, inquam, qui expenderit, is perſuaſum habebit epiſtolam iſtam tunc temporis conſcriptam eſſe, cum ab officio ſuo remoti fuiſſent presbyteri, qui non ſolum ab Apoſtolis, ſed etiam* ab aliis deinceps, *hoc eſt ab eorum ſucceſſoribus ordinati, munus ſuum* longo tempore *obierant. Standum igitur eſt ſententiæ Euſebii, in cujus Chro-*

mco

nico cap. 15. pontificatus Clementis initia ad postremos Domitiani imperatoris annos referuntur. Unde nihil rationi magis consentaneum occurrit, quam ut Corinthiorum epistolam saeviente Domitiani persecutione Romam pervenisse, atque illis eadem persecutione desinente a Clemente circa annum Christi 97. rescriptum esse censeamus.

VII. Neque his adversatur illud num. 41. Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, vel votiva, vel pro peccato & delicto, sed Jerosolymis tantum, *licet Grabius hinc certo constare sibi dicat, templum Jerosolymitanum tum stetisse, atque excidium illius, quod in annum 70. incidit, necdum contigisse; alioqui non* offeruntur *in praesenti, sed* olim offerebantur *fuisse accendum. Verum non satis attendit vir eruditus sermonis usum, quo res praeteritas velusi praesentes ob oculos ponere & per praesens tempus enuntiare narranti licet. Quid enim in hac epistola sibi vult*, Sacrificia non in omni loco, sed Jerosolymis tantum offeruntur, *nisi illud, Ex praescripto Legis sacrificia Jerosolymis* tantum offeruntur? *Quod quidem praescriptum cum etiamnum in Lege maneat, ipsa Clementis verba etiam nobis efferre non inepte nunc liceret. Nempe Clemens comparatione ac more Judaeorum, quibus sacrificiorum leges a Moyse praescribuntur, Christianis auctor est, ut & ipsi statutum ab Apostolis oblationum & officiorum ordinem reverenter accipiant ac servent. Hoc autem, ut ipse v. c. Claud. Fleuri fatetur, in exponendis comparationibus usuvenit, ut res praeterite perinde, ac si praesentes adessent, ob oculos ponantur.*

Jerosolymitanum templum stetisse ex ea minime conficitur.

VIII. Frustra etiam Clementem proxime *post Petri ac Pauli martyrium scripsisse ex eo colligitur, quod num.* 4. *Abelis Jacob, Moysis ac Davidis, qui per aemulationem & invidiam multa passi sunt, praemissis exemplis, num.* 5. *initio subjicit*, Sed missis veteribus exemplis, veniamus ad proximos athletas, & aetatis nostrae generosa exempla sumamus, *ac deinde Petri & Pauli martyrium enarrat. Nemo enim non videt quam recte Clemens circa annum Christi* 97. *Petri ac Pauli martyrium, cum temporibus Davidis, Moysis, Jacob & Abelis comparatum*, proximum ac vicinum aetatis nostrae *dixerit. Immo neque proximum ab eo dicitur diebus quibus scribit, sed aetati, (γενεᾷ) quam agit, seu in qua degit. Demum num.* 47. *ubi ad evangelica tempora animum refert, eaque cum illo confert quo scribit, Corinthiorum ecclesiam* antiquam *vocare, & primum eorum dissidium, de quo Paulus* 1. *Cor.* 1. *loquitur, ut* in principio Evangelii *ortum memorare, ipsamque Apostoli hujus epistolam, tametsi quatuordecim tantum annis excidium Jerosolym. praecesserit*, in principio Evangelii scriptam *dicere non dubitat. Quod sane evidenti argumento est eum, cum ita scriberet, longius ab eodem principio recessisse; nec ab hinc recessisse longius videretur, si ut vult Grabius, praedicta Pauli epistola haec Clementis novem duntaxat vel ad summum duodecim annis posterior foret.*

Nec sequitur ex ea, ut Petri & Pauli martyrium proxime excesserit.

IX. Ex venerando illo sacrae antiquitatis monumento, quod summam primorum Christianorum simplicitatem sapit, duo in primis maximi momenti documenta fideles percipiunt. Primum eum ubi in primaria ecclesia, tot Spiritus-sancti donis ornata, ac maximis Apostolorum laboribus exculta, spinas dissensionum exortas vident, minus jam mirantur, si inter Christianas societates, quae recte compositae audiunt, hujusmodi scandala oboriri contigerit. Numquam nimirum quievit antiquus zizaniorum seminator, & agrum Domini infaustis seminibus fodere non cessat. Sed quamvis antiquum sit hoc malum, non ideo tamen minus lugendum: sed nullum esse, cui remedium citius adhibendum sit, item ex hoc scripto, ut ex Pauli epistola, docemur. Nempe tenui discordiarum flamma, nisi quam primum exstinguatur, brevi ingens incendium concitari apprime callebant.

Duo circa dissensiones documenta.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ
ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ,
ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗ

Ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα.

SANCTI CLEMENTIS
ROMANI EPISCOPI
EPISTOLA AD CORINTHIOS PRIMA,

Ex perſona [1] Romanæ eccleſiæ ſcripta,

Ad ſedandam ſeditionem, qua per unum aut alterum concitata, presbyteri ab Apoſtolis aliiſque deinceps viris eximiis conſtituti, injuſte ab officio dejecti fuerant.

(Ἡ Ἐκκλη)σία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα (Ῥώ- A μλω) τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ πα(ροικούσῃ Κό)ρινθον, κλητοῖς ἡγι)ασμένοις ἐν θελήματι Θεοῦ, διὰ (τοῦ κυρίου ἡμ)ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· (Χάρις ὑ)μῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ παντο(κράτο)ρος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνείη,(ἐφ' ὑ)μῶν * ἰδίως, καὶ ἐπ' ἀλλήλως.

(Διὰ γενομ)ένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ (περιπ)τώσεις, ἀδελφοί, * βραδέως * (δυσ)ὶζομεν ἐπιστροφὴν ποιῆ(σθαι), περὶ τῶν ἐπιζητουμέ- νων (πα)ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοί, τῆς τε ἀλλοτρίας καὶ * ξένης τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου σάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμ- B νὸν καὶ περιβόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάστου ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν παν᾽αρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τὴν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν καὶ ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; * ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ * τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῶν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπεβέ- C πετε· γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει παῦτα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στερ-

ECCLESIA Dei quæ incolit Romam, eccleſiæ Dei quæ incolit Corinthum, vocatis ſanctificatis in voluntate Dei per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, gratia vobis & pax ab omnipotente Deo per Jeſum Chriſtum in vobis ſingulis & erga vos invicem multiplicetur. CIRC. ANN. CHR. 97.

Nihil non posse Deum qui eam promisit, quisquam mentiri non potest.

Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. Ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται. Οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Ἀναζωπυρήσατω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὸ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. Τίς ἐρεῖ αὐτῷ, τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ; ὅτε θέλει καὶ ὡς θέλει, ἐποίησεν πάντα, καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Εἰ οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλει τὸ στερέωμα· * ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι οὐδὲ λαλίαι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.

* f. αἱ

28. Cum igitur omnia videantur & audiantur, timearnus eum, & pravorum operum impuras cupiditates relinquamus, ut illius misericordia a futuris judiciis tegamur. Quo enim quis nostrum a potente manu ejus fugere potest? Qualis autem mundus suscipiet quempiam ab eo transfugientem? Dicit nam-

Deus timendus, cujus a judiciis nemo subducere se potest.

Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων, φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μιαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ * σκεπάσωμεν ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. Ποῦ γάρ τις ἡμῶν δύναται φεύγειν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων ἀπ' αὐτοῦ; Λέγει

* f. σκεπασθῶμεν.

---

1 Junius & Coteler. *post dissolutionem*. Maluimus secundum græcam litteram *ex dissolutione*: quod & institutæ comparationi aptius congruit, ut quemadmodum corpora ex morte, ita grana ex dissolutione resuscitentur.

2 Locum hunc Cyrillus Jerosol. catech. 18. n. 8. citat. Eumdem Tertullianus de resurrectione carnis, non appellato Clemente; imitatur. Unus est ex tribus quos Photius cod. 126. reprehensioni obnoxios censet. Verum etiamsi fabulam sapiat quod de phœnice a Gentilibus traditum est, antiquis tamen doctoribus Christianis nequaquam vitio vertendum est, quod rei veritatem penitius rimari negligentes hoc exemplo tum ad mores informandos, tum ad nostra mysteria illustranda sibi utendum duxerunt. Quia vero vox græca φοῖνιξ, ut observavit Cotelerius, latine & unigenam avem & palmam significat, locos Scripturæ in quibus φοῖνιξ græce de palma dicitur, de aliter interpretantes, quod de phœnice ave narratur, etiam Scripturarum auctoritate niti facile sibi persuaserunt.

γάρ πω τὸ γραφεῖον· Ποῦ ἀφήξω, ἢ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τῦ προσώπυ συ; ἐὰν ἀναβῶ εἰς ὐρανόν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐαν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξία συ· ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσυς, ἐκεῖ τὸ πνεῦμά συ. Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ πῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

A namque Scriptura alicubi: *Quo ibo & quo abscondar a facie tua? Si adscendero in cælum, tu illic es; si abiero ad extrema terræ, illic est dextra tua; si divertero in abyssos, illic est spiritus tuus.* Quo igitur abibit quis, vel quo aufugiet ab eo qui omnia complectitur? CIRC. ANN. CHR. 97. *Psal.* 138. 7.

Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσότητι ψυχῆς, ἁγνὰς ἢ ἀμιάντυς χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ ἢ εὔσπλαγχνον πατέρα ἡμῶν, ὃς * ἐκλογῆς μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται, Ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς * δὲ ἔσπειρεν υἱὰς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων· ἐγενήθη μερὶς κυρίυ λαὸς αὐτῦ Ἰακώβ. σχοίνισμα κληρονομίας αὐτῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· Ἰδὲ κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐν μέσῳ ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος τὴν ἀπαρχὴν αὐτῦ τῆς ἅλω, ἢ ἐξελεύσεται ἐκ τῦ ἔθνους ἐκείνυ, ἅγια ἁγίων.

29. Accedamus ergo ad eum in sanctitate animæ, castas & impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum & misericordem patrem nostrum, qui nos electionis partem sibi fecit. Sic enim scriptum est: *Quando divisit Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adæ, constituit terminos gentium secundum numerum Angelorum. Factus est pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hereditatis ejus Israel.* Et alio in loco ait: *Ecce Dominus accipit sibi gentem e medio gentium, sicut homo accipit primitias areæ suæ, & ex gente illa egredientur sancta sanctorum.* Deus nos peculiariter sibi elegit. 1. *Tim.* 2. 8. *Deut.* 32. 8. *&c.* *Deut.* 4. 34.

Ἁγίυς οὖν μερὶς ὑπάρχοντες, ποιήσωμεν τὰ τῆ ἁγιασμῆ πάντα, φεύγοντες καταλαλιὰς, μιαράς τε ἢ * ἀγνῦς συμπλοκὰς, μέθας τε ἢ νεωτερισμὺς, ἢ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. Θεὸς γὰρ, φησὶν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τῦ Θεῦ δέδοται. Ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν, ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατεύόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμῆ καταλαλιᾶς πόρρω ἑαυτὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιύμενοι, ἢ μὴ λόγοις. Λέγει γάρ. Ὁ τὰ πολλὰ λέγων, ἢ ἀντακύσεται· ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; μακάριος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου. Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ, ἢ μὴ ἐξ αὐτῶν αὐτεπαινετὺς γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Ἡ μαρτυρία τ ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων, καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος ἢ αὐθάδεια ἢ τόλμα τοῖς κατηραμένοις ὑπὸ τῦ Θεῦ, ἐπιείκεια ἢ ταπεινοφροσύνη ἢ πραΰτης, παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τῦ Θεῦ.

30. Cum igitur sancti pars simus, omnia quæ ad sanctitatem pertinent faciamus, vitantes obtrectationes, impuros & impudicos complexus, ebrietates ac novarum rerum studia, abominandas cupiditates, detestandum adulterium, exsecrabilem superbiam. *Deus* enim, inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Agglutinemur ergo eis, quibus gratia a Deo concessa est. Induamus concordiam, humiles, continentes, ab omni susurro & obtrectatione procul recedentes, operibus & non verbis justi effecti. Dicit enim: *Qui multa loquitur, & vicissim audiet; aut loquax videtur esse justus? Benedictus natus mulieris brevis vitæ, ne sis multus in verbis.* Laus nostra in Deo sit, & non ex nobis ipsis: odit enim Deus eos, qui semetipsos prædicant. Testimonium boni operis nostri ab aliis tribuatur nobis, sicut datum est patribus nostris viris justis. Temeritas & arrogantia & audacia apud eos qui maledicti sunt a Deo; moderatio autem & humilitas & mansuetudo apud illos qui a Deo benedicti sunt. Ut pars ac fors Dei, quæ ipsum deceant sectemur *Jac.* 4. 6. 1. *Pet.* 5. 5. *Job.* 11. 2.

Κολληθῶμεν ὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτῦ, ἢ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. Ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γεγόμενα. Τίνος χάριν εὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ; οὐχὶ δικαιοσύνῃ ἢ ἀληθείαν δι' πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ (εως γινώ) σκων τὸ μέλλον, ἡδέ (ως ἐγήρα) το θυσία. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφρ (οσύνης) ἐξεχώρησεν τ γῆς αὐ (τῦ φεύγων ἀδελ) φὸν, ἢ ἐπορεύθη πρὸς (Λαβὰν,) ἢ ἐδούλευσεν· ἢ ἐδό (θη αὐτῷ) τὸ δωδεκασκῆπτρον τῆ (Ἰσραήλ.) (Εἴ) τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρι (νῶς) κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται (τὰ με) γαλεῖα ἃ ὑπ' αὐτῦ δεδομ (ένων) δωρεῶν. Ἐξ αὐτῦ γὰρ ἱερεῖ (ς) ἢ λευῖται πάντες οἱ λειτυργ (ῦν) τες τῷ θυσιαστηρίῳ τῆ Θεῆ· ἐξ αὐτῦ ὁ κύριος Ἰησῦς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτῦ βασιλεῖς, ἢ ἄρχοντες, ἢ ἡγούμενοι, κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτῦ οὐκ εἰς μικρᾶ δόξη ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένυ τῦ Θεῦ, ὅτι ἔσαι τὸ σπέρμα συ· ὡς οἱ ἀστέρες τῦ ὐρανῦ.

31. Ejus igitur benedictioni firmiter adhæreamus, & videamus quænam sint benedictionis viæ. Animo repetamus quæ ab initio sunt facta. Cujus gratia pater noster Abraham benedictus fuit? Nonne quia justitiam & veritatem per fidem operatus est? Isaac cum confidentia cognoscens quod futurum erat, libenter hostia factus est. Jacob cum humilitate secessit e terra sua fratrem fugiens, & profectus est ad Laban, & servivit, & data sunt ei duodecim sceptra Israel. * Donorum, quæ per eum concessa sunt, magnificentiam si quis animo sincero singillatim consideraverit, agnoscet. Ab illo enim orti sunt omnes sacerdotes & levitæ qui altari Dei ministrant, ab illo Dominus Jesus secundum carnem, ab illo & reges principes & duces secundum [1] Judam, ac reliquiæ ejus tribus non in parvo honore sunt, utpote cum promisisset Deus, *Erit semen tuum sicut stellæ cæli.* Benedictionem Dei qua ratione consecuti sint sancti. *Jac.* 2. 21. *&c.* *Gen.* 22. *Gen.* 28. *Gen.* 29. 3. *Reg.* 11. *Sec. lxx.* * *Alias cap* 32. *Gen.* 22. 17. *&* 26. 4.

Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν ἢ ἐμεγαλώθησαν ἐν αὐτοῖς, ἢ δι' ἑαυτὺς ἔργων αὐτῶν, ἢ τ δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τῆ θελήματος αὐτῦ. Καὶ ἡμεῖς ὖν διὰ θελήματος αὐτῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κλη-

32. Ii ergo omnes gloriam & amplitudinem adepti sunt non per se ipsos aut opera sua aut justas actiones quas fecerunt, sed per voluntatem ejus. Et nos igitur per vo- Justi efficiuntur per fidem

1 Vertit Coteler. *propter Judam*, alii vero interpretes, *ex familia & sanguine Judæ*. Declarat Clemens reges, principes ac duces originem habuisse ex Jacob secundum tribum Judæ,

CIRC. ANN. CHR. 97.

luntatem ejus in Christo Jesu vocati, non per nosmetipsos justi efficimur, neque per nostram sapientiam aut intelligentiam aut pietatem aut opera quæ in sanctitate cordis operati sumus, sed per fidem, per quam omnes, qui umquam * exstiterunt, justificavit Deus omnipotens; cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

* *Supple*, justi.

33. Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis operibus, & caritatem derelinquemus? Neutiquam hoc permittat Dominus a nobis fieri; sed cum diligentia & alacritate festinemus omne opus bonum perficere. Ipse [1] namque conditor & Dominus omnium in operibus suis delectatur. Cælos enim suprema & maxima potentia sua firmavit, & incomprehensibili prudentia sua ornavit eos. Terram quoque ab aqua quæ illam ambit separavit, & [2] super firmum propriæ voluntatis fundamentum stabilivit, & animalia quæ in illa versantur jussu suo præcepit esse. Mare etiam, & quæ in illo sunt animalia cum prius creasset, potentia sua incluſit. Præ omibus animal excellentissimum & intellectus gratia maximum, hominem sacris & intaminatis manibus formavit imaginis suæ characterem. Ita enim ait Deus:

Johann. Damasc. sacr. Parall. lib. A. tit. 8. pag. 310.

Gen. 1. 26. & 27. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: masculum & feminam fecit eos.* Hæc igitur omnia cum perfeciſſet, laudavit ea, benedixitque ac dixit: *Crescite & multiplicamini.* Videamus quod in bonis operibus ornati fuerint omnes justi. Et ipse ergo Dominus cum se operibus decoraſſet, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, impigre ad voluntatem ejus accedamus; ex totis viribus nostris operemur opus justitiæ.

Ibid. 28.

1. Petr. 2. 21.

Bona opera fiduciam præstant apud Deum.

34. Bonus operarius panem opere suo partum cum fiducia accipit: segnis vero & remissus locatorem suum non audet intueri. Oportet ergo nos ad bonum faciendum promto animo esse: ex hoc enim omnia constant. Quippe nobis prædicit: *Ecce Dominus, & merces ejus coram illo, ut reddat unicuique secundum opus suum.* Itaque ex toto corde nos hortatur ad hoc, ne segnes & desides simus ad omne opus bonum. Gloriatio nostra & fiducia in ipso sit: voluntati ejus subjiciamur. Attendamus ad universam Angelorum ejus multitudinem, quomodo adstantes voluntati ejus famulentur. Dicit enim Scriptura, *Dena millia denum millium assistebant, ei & mille millia ministrabant ei, & clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus sabaoth; plena est omnis creatura gloria ejus.* Et nos ergo in concordia congregati in unum, communi consensu velut ex uno ore ad ipsum totis viribus clamemus, ut participes fiamus magnarum & inclytarum promissionum ejus. Dicit enim, *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscendit, quanta præparavit exspectantibus eum,*

Esa. 40. 10. & 62. 11.

Apoc. 22. 12.

Angelorum exemplum.

Dan. 7. 10.

Esa. 6. 3.

1. Cor. 2. 9. Esa. 64. 4.

Beatitudo æterna quæ: & quomodo ad eam perveniatur.

35. Quam beata sunt, dilecti, & mirabilia dona Dei! Vita in immortalitate, in justitia splendor, veritas in libertate, fides

---

1 Sequentia non ut *incerti* scriptoris, sed ut *Clementis Romani* (Κλήμεντος Ρ'ωμης) laudantur apud Damascenum l. 1. Parallel. pag. 310. unde & nonnulla in archetypo Alexandrino oblitterata supplere nobis datum est.

2 Junius cum hunc locum ita oblitteratum offendisset, ut legere tantum potuerit ἤδρασεν ... ον, ipse lacunam supplere conatus est post verbum ἤδρασεν addendo ὑπ' αὐτῶν. ut fieret ὑπ' αὐτῶν, quod latine vertit *tamquam turrim*. Sanius est supplementum, quod hic Damascenus, ut & supra & infra, suppeditat.

Θέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τ ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τ πίστεως. δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔσῳ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τ αἰώνων. Ἀμήν.

Τί οὖν ποιήσωμεν ἀδελφοί; * ἀργάσωμεν ἀπὸ τ ἀγαθοποιΐας, καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην; μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ δεσπότ(ης) ἐφ' ἡμῖν γενήσθη. ναι· ἀλλὰ σπεύσωμεν μετ' ἐκτενείας (ς) καὶ προθυμίας, πᾶν ἔργον ἀγα(θὸν) ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς γὰρ δημιουργὸς, καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεκόσμησεν αὐτές. Γῆν τε ἐχώρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βα(λήμα)τος θεμέλιον· τά τε ἐν αὐ(τῇ ζῶ)α ποιπνύτοι, τῇ ἑαυτοῦ (προσά)ξει ἐκέλευσεν εἶναι. Θάλασ(σάν τε κ)αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδήμι(ουργή)σας, ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ (δυ)νάμει. Ἐπὶ πᾶσι τὸ ὑξοχώτατον, (καὶ) παμμεγεθὲς κατὰ διάνοιαν, (ἄνθρ)ωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτω γάρ φησιν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπαίνεσεν αὐτὰ καὶ ἠυλόγησεν, καὶ εἶπεν· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε· Ἴδωμεν ὅτι τὸ ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι. Καὶ αὐτὸς οὖν ὁ κύριος ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν, ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ ὅλης ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

* *f.* ἀργάσωμεν.

Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παῤῥησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τῆ ἔργῳ αὐτοῦ· ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος, οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ. Δέον οὖν ἐστὶ προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποιΐαν· ἐξ αὐτοῦ γάρ ἐστι τὰ πάντα. Προλέγει γὰρ ἡμῖν. Ἰδοὺ ὁ κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ. Προσέρχεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ, μὴ ἀργοὺς μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παῤῥησία ἔσω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ· καταινοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ γραφή. Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ. Καὶ ἐκέκραγον· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα κτίσις τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες, τῇ συνειδήσει, ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετέχειν ἡμᾶς τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. Λέγει γὰρ Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἑτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.

Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί! ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παῤῥησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκρά-

κράτεια ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ A τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων, ὁ παναγίος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. Πῶς δὲ ἔσται
διά. τοῦτο, ἀγαπητοί; ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ διάνοια ἡμῶν * πίστεως πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέσωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας ἀποῤῥίψαντες ἀφ᾽ ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιὰς, θεοστυγίαν, ὑπερη- B
ενίαν ξε- φανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ * φιλοξενίαν. Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες, στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν. οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. Λέγει γὰρ ἡ γραφή· Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητας. Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα, ὑπέλαβες ἀνο- C μίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου. Συνέτε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ.

Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοὶ, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τούτου ἀτενίσωμεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζώμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ. διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας· διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτισμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. D διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι· ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν. Γέγραπται γὰρ οὕτως· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ οὕτως εἶπεν ὁ δεσπότης. Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ᾽ ἐμοῦ, καὶ δώσω
σε. σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, κ(αὶ τὴν * κατά)σχεσιν τὰ πέρατα τ(ῆς γῆς.) Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ(τόν. Κάθου) ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν (θῶ τοὺς) ἐχθρούς σου ὑποπόδιο(ν τῶν πο)δῶν σου. Τίνες οἱ (ἐχθροὶ αὐτοῦ;) οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσ(όμενοι τοῦ Θεοῦ) E τῷ θελήματι τὸ θέλημα (ἴδιον.)

Στρατευσώμεθα οὖν, ἄν(δρες ἀδελ)φοὶ, μετὰ πάσης ἐκτενεί(ας ἐν τοῖς) ἀμώμοις προστάγμασιν (αὐτοῦ.) Κατανοήσωμεν τοὺς στρατ(ευο)μένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ(μῶν,) πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐεκτ(ικῶς,) πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ(οῦ)σι τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντ(ες) εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι, οὐδὲ τὰ καθεξῆς· ἀλλ᾽

A in confidentia, continentia in sanctitate; & hæc omnia sub intellectum nostrum cadunt: quænam igitur sunt quæ exspectantibus præparantur? Sanctissimus conditor ac pater sæculorum, ipse eorum quantitatem & pulcritudinem novit. Nos igitur summo studio contendamus in numero exspectantium eum reperiri, ut repromissorum donorum participes fiamus. Quomodo autem eveniet istud, dilecti? Si fide in Deum stabilita fuerit mens nostra, si quæ illi placita sunt & accepta exquisiverimus; si quæ inculpatæ ejus voluntati conveniunt perfecerimus, & secuti fuerimus viam veritatis, abjicientes a nobis omnem injustitiam & iniquitatem, avaritiam, B contentiones, malignitates & fraudes, susurros & obtrectationes, odium Dei, superbiam & jactantiam, inanem gloriam atque amorem vanitatis. Qui enim hæc faciunt, Deo odiosi sunt: neque solum qui faciunt, sed & qui consentiunt eis. Dicit enim Scriptura, *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scanda-* C *lum. Hæc fecisti, & tacui: suspicatus es iniquitatem quod ero tui similis. Arguam te & statuam te contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, ne quando rapiat sicut leo, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo ostendam illi salutare Dei.*

CIRC. ANN. CHR. 97.

Ps. 49. 16. &c.

Psal. 7. 2.

36. Hæc est via, carissimi, in qua invenimus salutare nostrum Jesum Christum, pontificem oblationum nostrarum, patronum & auxiliatorem infirmitatis nostræ. Per hunc in altitudines cælorum oculos defigemus. Per hunc speculabimur expertem labis ac supremum illius vultum. Per hunc aperti sunt oculi cordis nostri. Per hunc insipiens & D obscurata mens nostra in admirabilem ejus lucem assurgit. Per hunc voluit Dominus ut immortalem scientiam gustaremus: qui cum sit splendor majestatis ejus, tanto major est Angelis, quanto differentius nomen hereditavit. Ita quippe scriptum est: *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis*. De filio autem suo sic dixit Dominus: *Filius meus es tu, ego hodie genui te: postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ*. Et iterum dicit ad eum: *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Quinam sunt inimici ejus; Qui pravi sunt, quique divinæ voluntati suam E voluntatem opponunt.

Christus quid præstet nobis. Phot. cod. 126.

Citat Clem. Alex. Strom. 4 p. 518.

Sap. 7. 26. Hebr. 1. 3. &c.

Psal. 103. 4.

Psal. 2. 7.

Psal. 109. 1. & 2.

37. Militemus igitur, viri fratres, cum omni studio in irreprehensis ejus præceptis. Consideremus eos qui sub ducibus nostris merent, quam ordinate, quam strenue quam submisse imperata exsequantur. Non omnes sunt præfecti, neque tribuni, neque centuriones, neque [1] quinquagenarii, neque in iis constituti gra-

Qui in militia alii aliis subjiciantur.

1 Vocabulo hoc uti nobis licuisse censuimus Gieronymo præeunte, qui in 3. Esaiæ ait: *Quomodo enim centuriones vocantur*,

CIRC. ANN. CHR. 97.

gradibus qui consequuntur: sed unusquisque in suo ordine quæ ab imperatore vel ducibus jubentur peragit. Magni sine parvis exsistere nequeunt, neque parvi sine magnis. Mutua quædam in omnibus necessitudo est, & in his usus. Sumamus corpus nostrum: caput sine pedibus nihil est, vicissimque pedes sine capite: minima autem corporis nostri membra necessaria & utilia sunt toti corpori: universa vero conspirant, & ad conservationem totius una subjectione utuntur.

Membrorum nostri corporis mutua necessitudo. 1. Cor. 12.

38. Servetur itaque totum corpus in Christo Jesu, & unusquisque proximo suo subjiciatur secundum donum quod per gratiam illius obtinuit. Fortis ne contumelia afficiat imbecillem: imbecillis vero fortem revereatur. Dives pauperi largiatur: pauper vero gratias agat Deo, quod ei dederit per quem inopia ipsius suppleretur. Sapiens ostendat sapientiam suam, non in verbis, sed in operibus bonis: humilis non sibi ipse testimonium ferat, sed [1] ab altero sibi ferris sinat. Qui carne castus est, ne insolescat, sciens alium esse qui continentiam ei donat. Reputemus ergo, fratres, ex qua materia facti simus, qui & quales ingressi simus in mundum. Tamquam e sepulcro & tenebris auctor & conditor noster introduxit nos in mundum suum, præparatis antequam nasceremur beneficiis suis. Hæc igitur omnia ab eo habentes, in omnibus ipsi gratias agere debemus, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Quomodo in Ecclesia alii aliis subjici debeant, ac donis Dei uti.

Clem. Alex. ibid.

39. Stulti & insipientes & fatui & imperiti derident nos ac subsannant, dum sese cogitationibus suis extollere cupiunt. Quid enim potest mortalis, aut quale robur terrigenæ? Scriptum est enim: *Non erat figura ante oculos meos, sed auram & vocem audiebam.* *Quid enim? numquid homo coram Domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir? Si in servis suis non credit, & adversus angelos suos pravum quid advertit, cælum autem non est mundum coram eo: hem vero qui habitant domos luteas; ex quibus & ipsi de eodem luto sumus. Percussit illos tamquam tinea, & a mane usque ad vesperam non amplius sunt. Eo quod non poterant sibi subvenire, perierunt. Insufflavit eis, & interierunt, quia non habebant sapientiam. Invoca autem si quis tibi respondeat, vel si quem sanctorum Angelorum adspicies: etenim stultum perimit, ira, errantem autem occidit zelus. Ego autem vidi stultos radices mittentes: sed statim absumta est illorum habitatio. Longe fiant filii eorum a salute, conterantur super januas minorum, & non erit qui eripiat. Quæ enim illis parata sunt, justi comedent; ipsi vero de malis non liberabuntur.*

Homini non esse unde extollatur.

Job 4. 16. & 17.

Ibid. 18.

Job 15. 15.

Job 4. 19.

Job 5. 1. &c.

40. Cum ergo hæc nobis manifesta sint, etiam in divinæ cognitionis profunda introspicientes, cuncta ordine debemus facere, quæ nos Dominus jussit peragere. Statutis temporibus oblationes & officia perfici, neque temere vel inordinate fieri præcepit, sed præfinitis temporibus & horis, ubi etiam & a quibus celebrari vult, ipse excelsissima sua voluntate definivit: ut religiose

Clem. Alex. Serm. 4. Ordo servandus.

Ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως & τῶν ἡγεμένων ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δυάνται εἶναι, οὐδὲ οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων· σύγκρασίς τίς ἐστιν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λαβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι. ἀλλὰ πάντα συμπνεῖ, καὶ ὑποτα(τ)γῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον.

Σωζέσθω ἓν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσ(θω) ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, κα(θὼς) καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ. Ὁ ἰσχυρὸς μὴ * τιμελείτω τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς ἐνδεικνύσθ(ω) τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτ(ω,) ἀλλ' ἑάτω * ὑπ' ἐτέρου ἑαυτὸν μ(αρ)τυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν * τῇ σαρκὶ * καὶ μὴ ἀλαζονευέσθω, γινώσ(κων ὅτι ἕτε-)ρός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν (αὐτῷ) τὴν ἐγκράτειαν. Ἀνα-λογι(σώμε)θα οὖν ἀδελφοί, ἐκ ποίας (ὕλης) ἐγλυπ-θημεν, ποῖοι καὶ τί(νες εἰ) σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, (ὡς ἐκ τ)ῶ πάφου καὶ σκότους· (ὁ ποιή)σας ἡμᾶς καὶ δη-μιυργήσας, (εἰσήγ)αγεν εἰς τὸν κοσμον αὐτοῦ, (προε-)τοιμάσας τὰς εὐεργεσίας (αὐτ)οῦ, πρὶν ἡμᾶς γένν-ησθῆναι. (Ταῦτ)α οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, ὀφεί-λομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν (αὐ)τῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Ἄφρονες καὶ ἀσώφετοι & μωροὶ καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν. Τί γὰρ εὐδώκαται θνητὸς; ἢ τίς ἰσχὺς γεγένυσε; γέγραπται γάρ· Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου. ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον· Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσαι βροτὸς ἔναντι κυρίου; ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνήρ; εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν. οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἔα δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμεν; ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς ῥόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐ ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν. παρὰ τὸ μὴ δύασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, ἀπώλοντο. ἐφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Ἐπικάλεσαι δὲ εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψει· καὶ γὰρ ἄφρονα ἀνερεῖ ὀργή· πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. Ἐγὼ δὲ εἶδον ἄφρονας ῥίζας βάλλοντας, ἀλλὰ εὐθέως ἐβρώθη αὐτῶν ἡ δίαιτα. Πόρρω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβευθείησαν ἐπὶ θύραις πενήτων, καὶ οὐκ ἔσαι ὁ ἐξαιρούμενος. Ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασαι, δίκαιοι ἔδονται· αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.

Προδήλων δὲ ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσεν. Κατὰ καιροὺς τεταγμένους τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῇ ἢ ἀτάκτως (ἐκέλευσεν) γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις· ὧν τε καὶ διατάγων ἐπιτελεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ

---

qui centum præsunt milibus; & chiliarchi, qui mille, quos nos tribunos appellamus ab eo quod præsint tribui: sic in Israelitica exercitu quinquagenarii vocabantur, qui in capite erant quinquagenæ militum. Unde & decanos dicimus, qui decem præsunt hominibus.

1 Apud Clementem Alex. ὧν τῷ ὑφ' ἑαύτου αὐτόν. Magis placet ἑάτω, quam ὧν τῷ Superius n. 30. jam legimus: *Testimonium boni operis nostri ab aliis tribuatur nobis.*

τάτη αὐτοῦ βελήσει· εὐθύσιος πάντα γινόμενα σὺν δοχήσει, ἀπρόσδεκτα εἰη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ ἓν τοῖς ὡρισμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῷ, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶ, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος ὡρισέταικται, καὶ Λευίταις ἴδιαι διακονίαι ἐπίκεινται, ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος τοῖς λαϊκοῖς ὡρισάγμασιν δέδεται.

A omnia ſecundum beneplacitum facta, accepta eſſent voluntati ejus. Qui ergo aſſignatis temporibus oblationes ſuas faciunt, accepti & beati ſunt: nam qui legitima Dei ſequuntur, non peccant. Summo quippe ſacerdoti ſua munia tributa ſunt: & ſacerdotibus locus proprius præſtitutus eſt: Levitis quoque ſua miniſteria incumbunt: homo laicus præceptis laicis conſtringitur. CIRC. ANN CHR. 97

Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ, ἢ εὐχῶν, ἢ περὶ ἁ- B μαρτίας, καὶ * πλημμελείας, ἀλλ' ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν τὸ προσφερόμενον ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον τὸ ὡρίσιμον ἔχουσιν. Ὁρᾶτε, ἀδελφοί, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

41. Unuſquiſque veſtrum, fratres, in proprio ordine ac ſtatu gratias agat Deo, in bona conſcientia degens, non tranſgrediens præſcriptam muneris ſui regulam, in honeſtate. Non ubique, fratres, offeruntur [1] ſacrificia jugia, vel votiva, vel pro peccato & delicto, ſed Jeroſolymis tantum; atque illic non in omni loco fit oblatio, ſed ante templum ad altare, poſtquam a ſummo ſacerdote & prædictis miniſtris, [2] quorum eſt explorare an omnis maculæ expers, ſit, inſpecta ac probata eſſet. Qui ergo aliquid præter, id, quod voluntati illius conſentaneum eſt, agunt, morte multantur. Videte fratres: quo majori congnitione donati ſumus, eo graviori periculo ſumus obnoxii. Præſertim in oblationum ritu. Clem. Alex. ibid.

Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐαγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ C πληροφορηθέντες διὰ τὴν ἀνάστασιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας πνεύματος ἁγίου, ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίσανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γάρπε λέγει ἡ γραφή· Καταστήσω τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει.

42. Apoſtoli nobis evangelizaverunt a Domino Jeſu Chriſto, Jeſus Chriſtus a Deo. Miſſus eſt igitur Chriſtus a Deo, & Apoſtoli a Chriſto: factunque eſt utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis & certo perſuaſi per reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in fide confirmati per verbum Dei cum Spiritus-ſancti plenitudine & ſecuritate, egreſſi ſunt annuntiantes adventurum eſſe regnum Dei. Prædicantes igitur per regiones ac urbes, primitias earum, ſpiritu cum probaſſent, in epiſcopos & diaconos eorum qui crederent erant [3] conſtituerunt. Neque hoc nove a multis enim temporibus de epiſcopis & diaconis ſcriptum [4] fuerat. Sic enim alicubi dicit Scriptura: *Conſtituam epiſcopos eorum in juſtitia, & diaconos eorum in fide.* 1. Theſſ. 1. 5. Epiſcopi & diaconi ab Apoſtolis ordinati. Eſa. 60. 17.

Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ * πιστεύσαντες παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ Μωϋσῆς, * τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκείνου γὰρ ζήλῳ ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζόντων ἐπὶ φυλαῖς, ὁποία αὐτῶν ἔπι τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχας προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα· καὶ λαβὼν αὐτὰς ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν D

43. Et quid mirum, ſi quibus in Chriſto commiſſum eſt a Deo hujuſmodi munus, prædictos conſtituerint [5] quando quidem & beatus Moyſes, fidelis famulus in tota domo, omnia quæ ipſi mandata erant in ſacris libris annotavit: quem & ſecuti ſunt reliqui Prophetæ, iis quæ ab ipſo ſancita erant teſtimonium pariter perhibentes. Ille namque, cum æmulatio pro ſacerdotio incidiſſet, ac tribus digladiarentur inter ſe, quænam illarum glorioſo hoc nomine ornata eſſet; juſſit ut duodecim principes tribuum afferrent ſibi virgas quibus uniuſcujuſque tribus nomen eſſet ſuperſcriptum: haſque cum Num. 12. 7. Hebr. 3. 5. Qui Moyſes contentionem de ſacerdotali dignitate ortam ſedavit. Num. 17. 1. &c.

---

1 Supple *ſecundum veterem legem*. Quam immerito autem epiſtolam iſtam ante templi Jeroſolymitani excidium ſcriptam eſſe nunc nonnulli colligant, in prævio monito patefeci.

2 *Sancta cauſtia*, inquit Philo Judæus initio lib. de victimis, *utuntur in hoc negotio, ut probatiſſimi ſacerdotum periti ſimique ab extremis exteriſ cum conſpicua tum quæ ſub veſtre feminalesque latent diligenter perſcrutentur, ne vel levis macula lateat.* Idem Philo lib. de agricultura obſervat & apud Gentiles fuiſſe delectos qui hoc munere fungerentur, hoſque a nonnullis [illegible] nuncupatos.

3 Pluribus revincit Cotelerius nonnullos, qui hinc conficere ſe poſſe putant, duos tantum in clero ordines, epiſcopos ſcilicet & diaconos a Clemente agnoſci. Superius quippe num. 40. præter ſacerdotes & levitas, ſummum ſacerdotem prædicat, & inferius num. 44. cum Corinthiis expoſtulat, quod dejecti ab iis fuit presbyteri, quos Apoſtoli alibive eximii viri ordinaſſent. Forte etiam epiſcopos tantum ac diaconos hic recenſet, propter Iſaiæ locum mox ab eo citatum, in quo epiſcopi & diaconi nomination memorantur.

4 Similis eſt Chryſoſtomi lib. quod Chriſtus ſit Deus tom. 5. c. 7. p. 737. hujuſmodi obſervatio: *Et neque ipſum ſacerdotum nomen, epiſcoporum autem dixit, ubicunque* (vetus lex.) *Conſtituam enim principes tuos in pace dicit, & epiſcopos tuos in juſtitia.* Nimirum Græce apud Iſaiam legerat, καταστήσω γὰρ τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Pro verbo καταστήσω, exſtat apud Septuaginta καὶ δώσω: quos ſecutus Irenæus lib. 4. c. 44. ſcribit. *Talem presbyterum nutrit Eccleſia, de quibus & Propheta ait, Et dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in juſtitia.* Quo in loco Irenæus presbyteri epiſcopique vocabula promiſcue accipit, ac ſynonima habet.

CIRC. ANN. CHR. 97.

cum accepisset, [1] ligavit, & annulis eorum-
dem principum obsignavit, atque in taber-
naculo testimonii deposuit super mensam
Dei, & clauso tabernaculo, claves juxta &
virgas signavit, dixitque illis : Viri fratres,
cujus tribus virga germinaverit, hanc elegit
Deus ut sacerdotio fungatur & ministret ei.
Mane autem facto, convocavit universum
Israel, sexcenta millia virorum, & sigilla
principibus tribuum ostendit, aperuitque ta-
bernaculum testimonii, & protulit virgas: &
inventa est virga Aaron non tantum germi-
nasse, sed & fructum habere. Quid vobis
videtur, dilecti? An non id futurum præsci-
erat Moyses? Maxime noverat. Verum, ne
seditio inter Israelitas fieret, ita se gessit, ut
glorificaretur nomen veri & solius Dei,
cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

A τοῖς δακτυλίοις τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὸν σκηνὸν τοῦ μαρτυρίου, ἐπὶ τὸν θάπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ κλείσας τὸν σκηνὸν, ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους· καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. Πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, (καὶ ἐπε-)
B δείξατο τοῖς φυλάρχοις (τὰς σφρα)γίδας, καὶ ἤνοιξεν τὸν σκηνὸν τοῦ μαρτυρίου, καὶ προσ(ήνεγκεν) ῥάβδους. καὶ εὑρέθη ἡ ρά(βδος) Ἀαρὼν οὐ μόνον βλα(στη-
κυῖα, ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ π(ροέγνω) Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν ἔ(σεσθαι;) μᾶλλον ἤδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀ(κατασ)ία γένηται ἐν τῷ Ἰσραήλ, * οὕτ(ως ἐποί)ησεν εἰς τὸ δοξασθῆναι (τὸ ὄνο)μα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου (Θεοῦ,) ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. * f. ὥστε ἐνεν.

Apostolorum regula de creandis episcopis.

44. Apostoli quoque nostri per Dominum nostrum Jesum Christum cognoverunt futuram esse de nomine episcopatus contentionem. Eam igitur ob causam, perfectam præcognitionem adepti, prædictos constituerunt, ac deinceps futuræ successionis hanc tradiderunt regulam, ut cum illi decessissent, ministerium eorum ac munus alii probati viri exciperent. Qui igitur ab illis, aut deinceps ab aliis viris eximiis, consentiente, ecclesia universa, constituti sunt, & ovili Christi humiliter, quiete [2] liberaliterque ministrarunt, ac longo tempore præclarum ab omnibus reportarunt testimonium; hos censemus officio injuste dejici. Non enim leve erit peccatum, si eos, qui citra querelam & sancte offerunt dona, ab episcopatu removerimus. Beati presbyteri, qui viam prius emensi, fructuosam ac perfectam consecuti sunt dissolutionem. Non enim verentur ne quis de constituto ipsis loco eos transferat. Nempe videmus nonnullos de ministerio, quo honestati fuerant, & in quo sese inculpate gesserant, a vobis dimotos esse.

Legitime electos ac recte viventes, injuste ejici.

Non leguntur justi a justis, sed ab iniquis vexati.

45. Contentiosi estis fratres, & in rebus quæ ad salutem non pertinent æmulatores. Diligenter inspicite Scripturas, Spiritus-sancti vera oracula attendite: nihil in illis injustum neque perversum scriptum est. Non enim invenietis justos ab hominibus sanctis depulsos. Persecutionem passi sunt justi, sed ab iniquis; in custodiam conjecti sunt, sed ab impiis; lapidati sunt a nefariis; occisi sunt a sceleatis & injusto zelo abreptis. Hæc passi bono animo tulerunt. Quid enim dicemus, fratres; Daniel in specum leonum ab hominibus Deum timentibus conjectus est; Ananias, Azarias & Misael ab eis qui magnificum & nobilem Altissimi cultum observabant, concluси sunt in fornacem ignis? Absit prorsus. Quinam igitur hæc patrarunt? Homines odio atque exsecratione digni & omni malitia pleni eo furoris eruperunt, ut viros in sancto & inculpato proposito ser-

Dan. 6. 16.

Ibid. 3. 21.

C μέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβαλέσθαι τῆς λειτουργίας. Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενέγκοντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται μή τις αὐτοὺς μετοικίσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. Ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους, ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας.

D Φιλόνεικοι ἐστε, ἀδελφοὶ, καὶ ζηλωταὶ περὶ (μὴ) ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. Ἐγκύπτετε εἰς τὰς γραφὰς, τὰς ἀληθεῖς (ῥήσεις) πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐνοίτασθε· (οἴ)δὲν ἄδικον οὐδὲ παραπε(ποιη)μένον γέγραπται ἐν αὐταῖς. (Οὐ γὰρ ἐ)υρήσετε δικαίους ἀποβε(βλημ)ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. (Ἐδι)ώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνό(μω)ν· ἐφιλάχθησαν, ἀλλ' ὑπὸ (ἀι)σίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα(ρα)νόμων· ἀπεκτάνθησαν (ὑπ)ὸ τῶν μιαρῶν, καὶ ἄδικον ζῆλον (παρ)ειληφότων. Ταῦτα πάσχοντες, (οἱ) κλεῶς ἤνεγκαν. (Τί γ)ὰρ ἐποιήσωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν (ἐ)βλήθη εἰς λάκκον λεόντων; Ἀνανίας καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὸν μεγαλοπρεπῆ καὶ σύνδοξον θρησκείαν τοῦ ὑψίστου κατείρ-
E χθησαν εἰς κάμινον πυρός; μηδαμῶς τοῦτο γένοιτο. Τίνες ἦν οἱ ταῦτα δράσαντες; οἱ σύγκοιτοι καὶ πάσης κακίας πλήρεις, εἰς τοσοῦτο * ἐξήρισαν θυμὸν ὥστε τὲς * ἐξήρισαν.

Ἐν

---

1 Rem enarrat Clemens cum eis adjunctis, quæ cum aliunde quam ex sacris litteris didicisse oportuit.

2 Vox græca βάναυσος proprie de iis artibus dicitur, quæ camini seu ignis subsidio opera conficiunt, atque inde ad quaslibet mechanicas artes translata est. Unde Hieronymus lib. 1 cont. Pelagium artes omnes memorans, nominatimque *grammaticam*, *rethoricam*, *philosophiam* aliasque liberales recensens, præmittit: *Ut taceam de his quas Græci βαναύσους vocant, nos ad opera manuum pertinere possumus dicere*. Veteribus autem hujusmodi artifices ab honoribus secludere solemne erat. At ministerium hic commendatur, quod non est hujusmodi illiberale. Qui vero singula hujus loci adjuncta de presbyteris qui a Corinthiis ejecti sunt, expenderit, facile assentiet, nullum inde permitti locum sententiæ, quæ hanc epistolam proxime post Petri & Pauli obitum anno 68. aut etiam 65. exeunte scriptam esse vult. Dum autem paulo inferius præmittit Clemens, *si eos ab episcopatu removerimus*, ac deinde proxime subjicit, *Beati presbyteri* &c. sibi non secus atque Irenæo presbyteri atque episcopi nomina synonima esse, eaque ad eamdem rem enuntiandam promiscue hoc loco usurpare se indicat.

ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ Θεῷ εἰς αἰτίαν περιβαλεῖν· μὴ εἰδότες ὅτι ὁ ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ ἁγιάτῳ ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει, δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν· ἐπήρθησάν τε καὶ *ἐπαφροι ἐγενόντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ μνημοσύνῳ αὐτῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. Γέγραπται γάρ· Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· Μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθῴοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ἱ(να) τί ἔρεις, καὶ θυμοί, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε ἐν *ὑμῖν; οὐχὶ εἷς Θεὸς ἔχομεν, καὶ εἷς Χριστός· καὶ εἷς πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; ἵνα τί διελκόμεθα καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Εἶπεν γάρ. Οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι. Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλὰς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμόν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστιν ἡ στάσις.

Ἀναλάβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε, καὶ Κηφᾶ καὶ Ἀπόλλω, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι· ἀλλ' ἡ προσκλισις ἐκείνη ἧττον ἁμαρτίαν ὑμῖν προσέλεγεν.

vientes Deo contumeliis ac tormentis affecerint; nescientes Altissimum esse propugnatorem & protectorem eorum, qui in pura conscientia potentissimo nomini ejus inserviunt; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Illi vero in fiducia sustinentes, gloriæ & honoris heredes facti sunt, & a Deo in memoria ipsorum exaltati beatique effecti sunt in sæcula sæculorum. Amen.

46. Talibus igitur exemplis & nos adhærere oportet, fratres. Scriptum est enim: [1] *Sanctis vos adjungite: quia qui illis adhærent sanctificabuntur*. Et rursus in alio loco dicit: *Cum viro innocente innocens eris, & cum perverso perverteris*. Quare innocentibus & justis jungamus nos: ii quippe sunt electi Dei. Ut quid inter vos sunt contentiones, iræ, dissensiones, schismata & bellum? Nonne nobis unus est Deus, & unus Christus, & unus gratiæ Spiritus qui effusus est super nos, & una vocatio in Christo; Cur diducimus & distrahimus membra Christi, & contra proprium corpus seditionem movemus, eoque vesaniæ venimus, ut nos invicem aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Jesu Domini nostri. Dixit enim: *Væ homini illi, [2] bonum erat ei si natus non fuisset, quam ut unum ex electis meis scandalizaret. Melius erat ut ei mola circumponeretur, & demergeretur in mare, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret*. Schisma vestrum multos pervertit, multos in animi dejectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam conjecit: & adhuc persistit vestra dissensio.

47. Sumite epistolam beati Pauli apostoli. Quid primum vobis in principio Evangelii scripsit? Profecto in Spiritu ad vos litteras dedit de se ipso & Cepha & Apollo, quia etiam tum diversa in studia sciisseratis. Sed varia illa inclinatio minus peccatum vobis intulit. Propendebatis enim in

Ps. 17. 26.

Corinthiorum dissensio quam perniciosa.

Ephes. 4. 4. & 1. Cor. 12.

Rom. 12. 5.

Matth. 26. 24. & 18. 6.

Luc. 17. 2.

Quam ipsis ignominiosa.

1. Cor. 1. 12. &c.

Apo-

---

1 Monet Cotelerius se nusquam in Scripturis hunc locum invenisse, eumque ex pluribus textibus conflatum conjectat, puta ex his Ecclesiastici 6. 35. τίς σοφός; αὐτῷ προσκολληθήτω, & ex 1. Cor. 7. 14. ubi vir infidelis per mulierem fidelem, & mulier infidelis per virum fidelem sanctificari dicitur. Facilius hoc darem, si tantum legere esset, *scriptum est enim, quia qui sanctis adhærent, sanctificabuntur*, nec subjungeretur alter distortus Scripturæ textus. Johan. Clericus Artis crit. p. 3. sect. 2. c. 5. n. 12. observat similem esse locum Clementis Alexandrini Strom. lib. 5. pag. 572. ita enuntiatum: γέγραπται δέ, μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. κολλᾶσθαι οὖν τοῖς ἁγίοις προσήκει, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. *Scriptum est autem, Cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum perverso perverteris. Adhærere ergo par est sanctis, quia qui adhærent eis sanctificabuntur*. Atque is est primus locus, ex quo notat vir eruditus Clementis nostri epistolam nonnullis videri interpolatam, ut pote in quam hæc Clementis Alexandrini verba mutato eorum ordine translata judicent. Sed cur non potius hunc ibi Clementem nostrum imitari censeamus? maxime cum alibi ejus verba exscribat interdum; & ea aut paucioribus perstringendo, aut pluribus interpolando imitari convincatur. Nobis quidem, qui ignoramus ubi scriptum sit, *Sanctis vos adjungite* &c. verborum Clementis Alexandrini ordo videtur concinnior. Sed forte hunc ea ipsa ratio, quia unde sumta esset illa sententia nesciebat, adduxit, ut totius loci ordinem interverteret, neque Clementis nostri nomine eum laudaret.

2 An duos Evangelii ejusdem locos Clemens hic in unum conflasse censendus sit, merito quæratur, ut quod Christus Matth. 18. de scandalorum auctore, & quod ibid. 26. de Juda proditore dixit, simul conjungeret. Nempe & ab aliis, quos Cotelerius citat, simul utrumque coniunctum reperimus. Habes namque apud Tertullianum lib. 4. adv. Marcion. c. 35. *Væ dicit auctori scandalorum: expediisse ei si natus non fuisset, aut si molino saxo ad collum deligato præcipitatus esset in profundum maris, quam unum ex illis modicis, utique discipulis ejus scandalizasset*. Apud Origenem vero homil. 25. in Numeros, *Sicut & Dominus designat, cum dicit, quia melius fuerat homini illi non nasci, aut molam asinariam alligari circa collum ejus, & præcipitari in profundum maris, quam ut scandalizet unum de pusillis istis*. His concinit auctor dialogi 1. contra Marcionist. apud eundem Origenem post med. *Sic enim ipse Christus sententiam tulit dicens, Væ homini illi per quem filius hominis traditur: melius erat illi si natus non fuisset, vel postquam natus esset, ut mola ei asinaria suspenderetur, & in profundum maris demergeretur*. Denique Hilarius in psal. 118. lit. 21. n. 6. docet, *quia secundum Evangelium, utilius sit in vitam non venisse, quam scandalum minimis insulisse*. Ex quo Hilarii loco, sicut ex superiore dialogi 1. contra Marcionistas, & aliis apparet, olim sermoni Christi de proditione Judæ nonnulla etiam de scandalis scandalizantiumque pœnis fuisse adjuncta. Lectionis hujus quædam restant vestigia in vetere exemplari græco colleg. Gonvill. & Caii Cant. citato inter variantes lectiones edit. Oxon. Nempe Matth. 26. 24. ubi alii codices præ se ferunt, καὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' ὃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται, prædictum exemplar habet, καὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ δι' ὃ σκάνδαλα γίνονται καὶ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου παραδίδοται. Tum sequitur ut in aliis codicibus, καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη &c. Quocirca nihil erat cur Artis criticæ auctor eadem Christi verba eodem modo apud Clementem Strom. lib. 3. pag. 472. relata offendens, istud in loco superius citato pronuntiaret: *Neminem esse puto, qui a se impetrare possit, ut credat utrumque* (Clementem) *casu duo loca hæc conjunxisse & eodem modo immutasse, aut Clementem Alexandrinum citasse Evangelia ex Clemente Romano. Sed nihil vetat nos censere hominem, qui Alexandrini Clementis verba alibi miscuit cum verbis Scripturæ, ex eo temere hæc sumsisse*. Quod cum asserit, primum pro certo ponit hic aliquid verbis evangelicis ab alterutro Clemente de suo fuisse adjectum. At ex mox citatis patribus apparet, quædam olim vulgata fuisse Evangeliorum exemplaria, in quibus conjuncta erant duo illa loca, quæ Clemens Alexandrinus Romanusque conjungunt. Non igitur casu, sed ex hujusmodi exemplarium fide ea ab utroque conjuncta jure credamus. Deinde nec illud certum, quod vir eruditus, unico motus loco quem proxime expendimus, pro confesso haberi vult, huic Clementis Romani epistolæ quidquam, quod ex verbis Clementis Alexandrini sumtum esset, fuisse admixtum. Contra indubitatum est Clementem Alexandrinum e Clementis Romani epistola multa fuisse mutuatum. Quare si alterutrum ex altero hunc locum exscripsisse fatendum est, ex hac epistola potius in Stromata, quam e Stromatibus in hanc epistolam translatum esse ratio suadet.

CIRC. ANN. CHR. 97. Apoſtolos [1] celeberrimos, & in virum ab illis probatum. Nunc vero quinam vos perverterint, & nominatiſſimi veſtri fraterni amoris decus imminuerint, animadvertite. Turpia ſunt, dilecti, & valde turpia, & Chriſtiana converſatione indigna, audiri firmiſſimam & antiquam Corinthiorum eccleſiam propter unum aut alterum hominem contra presbyteros ſeditionem movere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit, ſed & ad eos qui a nobis animo ac ſententia alieni ſunt; adeo ut propter veſtram inſipientiam etiam nomini Domini blaſphemiæ inferantur, vobis autem periculum creetur.

Rom. 2. 24. 1. *Tim.* 6. 1.

Ut ad fraterni amoris ſtudium cito redeant.

48. Hoc igitur auferamus celeriter, & Domino accidamus, & plangamus orantes eum, ut propitius factus reconcilietur nobis, atque in decoram & caſtem fraterni amoris viam nos reducat ac reſtituat; hæc eſt enim porta juſtitiæ ad vitam aperta, ſicut ſcriptum eſt: *Aperite mihi portas juſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino. Hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.* [2] Cum ergo portæ multæ apertæ ſint, quæ in juſtitia, ea & in Chriſto eſt: in quam beati ſunt omnes qui intrarint, & iter ſuum in ſanctitate & juſtitia direxerint, imperturbate omnia peragentes. Sit aliquis fidelis, ſit potens in enarranda cognitione, ſit ſapiens in ſermonum juſta dijudicatione, ſit [3] in operibus purus: quanto major videtur eſſe, tanto humilior eſſe debet, & quærere communem omnium utilitatem, non autem privatam.

Clem. Alex. Strom. 4. *pag.* 518.

Pſal. 117. 19. 20.

Clem. Alex. Strom. 1. & 6. *pag.* 288. & 646.

Idem Strom. 6. *pag.* 647.

49. Qui caritatem in Chriſto habet, ſervet Chriſti mandata. [4] vinculum caritatis Dei quis poteſt enarrare? Magnificentiam bonitatis ejus quis ut oportet eloqui ſufficit? Altitudo, ad quam evehit caritas, inenarrabilis eſt. Caritas nos Deo agglutinat. Caritas operit multitudinem peccatorum. Caritas omnia ſuſtinet, omnia æquo animo fert. In caritate nihil ſordidum, nihil ſuperbum. Caritas ſchiſma non habet, caritas ſeditionem non movet, caritas omnia in concordia facit. In caritate perfecti evaſerunt omnes electi Dei. Sine caritate nihil acceptum eſt Deo. In caritate nos aſſumſit Dominus: propter caritatem, quam erga nos habuit, Chriſtus Dominus noſter ex voluntate Dei, ſanguinem ſuum pro nobis tradidit, & carnem [5] pro carne noſtra, & animam pro animabus noſtris,

Idem Strom. 4. *p.* 518.

1. *Petr.* 4. 8.

2. *Cor.* 13.

Johann. 3. 16. 1. *Johann.* 4. 9. & 10.

Quam expetenda ſit caritas.

50. Videtis cariſſimi quam magna & admiranda res ſit caritas, & quod perfectio ejus nequeat explicari. Quis idoneus qui in ea inveniatur, præter eos quos Deus dignos eſſe voluerit. Oremus igitur & petamus digni haberi, ut in caritate inculpati citra humanam propenſionem vivamus. Generationes omnes ab Adamo uſque in hodiernum diem præterierunt;

1. *Tim.* 5. 21. *Clemens Alex. Strom.* 4. *pag* 119.

A Προσεκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ καὶ ἀνομήσατε τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν. Αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρὰ, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην καὶ ἀρχαίαν Κορινθίων ἐκκλησίαν, δι' ἕν ἢ δύο πρόσωπα, στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι κυρίου, διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

B Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐφ' ἡμᾶς, καὶ προσπέσωμεν τῷ δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὸν σεμνὸν τῆς φιλαδελφίας * ἀγνὸν ἀγωγὸν ἀποκατασήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῴγυια εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται· Ἀνοίξατέ μοι πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ κυρίῳ. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. Ἤτω τὶς πιστὸς, ἤτω δυνατὸς γνῶσιν

C ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν * διακρίσει λόγων, ἤτω * ἁγνὸς ἐν ἔργοις· τοσούτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι· καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτῷ.

* f. *Inſer.* καὶ 1. Cl. Alex.

* Cl. Al. κρίσει.

* 1. Cl. Alex. *utrobique.* Confer quæ Antonii Meliſſæ parte Serm. 73 Maximo locorum communium Serm. 49.

D Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, τηρησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. Τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκεῖ, ὡς ἔδει, εἰπεῖν; τὸ ὕψος, εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ, ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἡ ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπην σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστι τῷ Θεῷ· ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ δεσπότης, διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν ἔσχε πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

E Ὁρᾶτε ἀγαπητοί, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. Τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρεθῆναι, εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ ὁ Θεός; εὐχώμεθα οὖν καὶ αἰτώμεθα ἐν αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ (ζῶμεν,) δίχα προσκλίσεως ἀνθρωπίνης, ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς δε ἡμέρας παρῆλθον,) ἀλλ'

---

1 Aperte hic docet Clemens Cepham, cujus Paulus 1. Cor. 1. 10. meminit, non unum e ſeptuaginta diſcipulis Chriſti, ſed apoſtolum celeberrimum exſtitiſſe. Ubi enim his Pauli verbis, *Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ*, apoſtolos celeberrimos & virum ab illis probatum ſignificari prædicat, perſpicuum eſt eum & Paulum & Cepham duos apoſtolos celeberrimos, & Apollo virum ab utroque probatum intelligere. Sic porro locum illum interpretatur, licet in eo Cephas non primus, ſed tertius appelletur.

2 Hunc locum Clemens Strom. lib. 1. imitatus, Clementem in epiſtola ad Corinthios interpretationis ſuæ auctorem habere ſe notat: ſed lib. 6. eumdem exſcribens Barnabæ nomine citat in hunc modum: *Propheta autem* (David Pſal. 117. 19) *dictum ponens Barnabas infert: Cum multæ portæ ſint* &c.

3 Legendum, *ſit abundans in operibus, ſit caſtus*, ſi cum Clemente Alexandr. præferatur ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἤτω ἁγνός. Sequens ſententia laudatur in Antonii Meliſſæ parte 2. Serm. 73. & apud Maximum locorum communium Serm. 49.

4 Hieronymus in Epheſ. 4. 1. hæc citat, non quidem Barnabæ, ut in Londinenſi epiſtolæ hujus editione anni 1694. annotatur, ſed ipſius Clementis nomine.

5 Nota hic Apollinarii dogma præverti, & Patrum adverſus eum argumentis præludi.

ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν(τες,) κατὰ τὴν τοῦ * Χρι- A at qui in caritate per gratiam Chriſti conſum- CIRC. ANN. CHR. 97.
σοῦ χάριν, ἔχ8(σιν) χώραν εὐσεβῶν· οἷς φανερ(ω-
θήσον)ται ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ(είας) τ8 Χρι-
σοῦ. Γέγραπται γάρ· Εἴσελ(θε) εἰς τὰ ταμεῖα
μικρὸν (ὅσον ὅσον) ἕως ἂ παρέλθῃ ἡ ὀργή κ) θ(υμός)
μ8· Καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς· κ) ἀνασή-
σω ὑμᾶς (ἐκ) τῶν σηκῶν ὑμῶν· Μακάριοί ἐσμεν, Isa. 26. 20.
ἀγαπητοὶ, εἰ (προσ) τάγματι τοῦ Θεοῦ ἐποιῆμεν ἑ(ν
ὁ) μονοίᾳ ἀγάπης, εἰς τὸ ἀφεθῆ(ναι) ἡμιν δι' ἀγά-
πης τὰς ἁμαρτίας (ἡμῶν.) Γέγραπται γάρ· Μα-
κάριοι (ὧν ἀφέ) θησαν αἱ ἀνομίαι, κ) ὧν ἐπεκα(λύ-)
φθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Μακάριος ἀ(νὴρ) ᾧ ἂ μὴ λο- Psal. 31. 1.
γίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔσιν ἐν τῷ σόματι
αὐτοῦ δόλος. Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς B
ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ι Χ τ8 κυ(ίυ ἡμῶν,
ᾧ ἡ δόξα εἰν τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

sum-mati ſunt, locum habent piorum, qui in viſita-
tione regni Chriſti fient manifeſti. Scriptum
eſt enim: *Ingredere in cubicula tua paululum* Iſa. 26. 20.
quantulumcumque, donec pertranſeat ira & furor meus. Et *recordabor diei, boni, & ſuſcitabo vos e loculis veſtris.* Beati ſumus, dilecti, ſi præcepta Dei in caritatis concordia fecerimus: ut per caritatem remittantur nobis peccata noſtra. Scriptum quippe eſt: *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, nec eſt in ore ejus dolus.* Hæc beatitudo contigit electis a Deo per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum; cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ὅσ(οι οὖν) παρ(έβη)μεν διά τινος τῶν (τ8) ἀντι- Clem. Alex. ibid.
κ(ειμέν)ω *, ἀξιώσωμεν (συγγνώμ)ην· κ) ἐκεῖνοι δὲ
οἵτινες ἀρχηγοὶ τῆς σάσεως κ) διχοσασίας ἐγκυήθη-
σαν, ὀφείλυσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ
γὰρ μ7 φόβ8 κ) ἀγάπης (πολι)τ8όμενοι, ἑαυτοὺς
θέλυσ(ιν) μᾶλλον * οἰκίαις περιπίπτειν, (ἢ τοὺς)
πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν καταγνωσιν φέρυσιν, ἢ
τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῆς κ) δικαίας ὁμοφωνίας.
Καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν πα-
ραπτωμάτων, ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, κα-
θὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῆς σασιαζόντων πρὸς τ C
θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν, ὧν τὸ κρῖμα πρόδη-
λον ἐγκυήθη, κατέβησαν γὰρ εἰς ᾅδ8 ζῶντες, κ) θά-
(νατος κατέπιεν ἀ)υτούς Φαραὼ κ) ἡ σρα(τία αὐ)τ8,
κ) πάντες οἱ ἡγούμεν(οι Αἰ)γύπτ8, τάτε ἅρματα κ)
οἱ * (ἱππό)ται αὐτῶν, * οἱ δι' ἄλλην τινὰ (αἰτίαν)
ἐβυθίσθησαν εἰς θάλασσαν (ἐρυθρ)ὰν, κ) ἀπώλοντο,
ἀλλὰ διὰ (τὸ σκλη)ρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ(νέτους)
καρδίας μ7 τὸ γνέσθαι (τηλικαῦ) τι τέρατι ἐν γῇ
Αἰγύ(πτ8, διὰ θ)εράποντος τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως.

51. Quotquot igitur per quemdam adver- Præſtat de lapſibus confiteri, quam indurare cor
ſarii illapſum [1] deliquimus, veniam poſtule-
mus: qui vero ſeditionis ac diſſenſionis duces & principes fuerunt, debent communem ſpem conſiderare. Qui enim cum timore & caritate vivunt, ſe ipſos in contumelias incidere malunt, quam proximos, ſeque ipſi potius condemnant, quam pulcram & juſtam, quæ nobis tradita eſt, concentionem. Nam melius eſt homini confiteri de lapſibus & peccatis, quam indurare cor ſuum, ſicut induratum eſt cor eorum, qui contra famulum Dei Moyſen ſeditionem fecerunt: quorum condemnatio manifeſta fuit, deſcenderunt enim vivi in infernum, & mors abſorpſit eos. Pharao & exercitus ejus & omnes præfecti Ægypti, currus etiam & equites eorum non aliam ob cauſam maris rubri profundo immerſi ſunt, & perierunt, quam quod ſtulta eorum corda indurata fuerint, poſtquam per famulum Dei Moyſen tot tantaque portenta facta fuerant in terra Ægypti. Num. 16. Exod. 14.

Ἀπροσδεὴς, ἀδελφοὶ, (ὁ) δεσπότης ὑπάρχει τῶν Confeſſionem deſiderat Deus
ἁπάντων, (οὐ) δὲ οὐδενὸς χρήζει, εἰ μὴ * τὸ (ἐξ)ο-
μολογεῖσθαι αὐτῷ. Φησὶ γάρ ὁ ἐκλεκτὸς Δαβίδ.
Ἐξομολογήσομαι τῷ κυ(ίῳ, κ) ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ D
μόσχον νέον κέρατα ἐκφέροντι κ) ὁπλάς. Ἰδέτωσαν
πτωχοὶ κ) φραν8ήτωσαν. Καὶ πάλιν λέγει· Θῦ-
σον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, κ) ἀπόδος τῷ ὑψίσ-
τῳ τὰς ἀχάς σ8. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλί-
ψεώς σ8, κ) ἐξελοῦμαί σε, κ) δοξάσεις με. Θυσία
γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα σωτετριμμένον.

52. Nullius rei, fratres, indigus eſt Dominus omnium, nec quidquam deſiderat, præter quam ut ei fiat confeſſio. Ait enim electus David: *Confitebor Domino, & placebit* Pſal. 68. 31.
ei ſuper vitulum novellum cornua producentem & ungulas. Videant pauperes, & lætentur. Et iterum dicit: *Immola Deo ſacrificium laudis,* Pſal. 49. 14.
& redde Altiſſimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuæ, & eruam te, & honorificabis me. Namque *ſacrificium Deo ſpiritus* Pſal. 50. 19.
contribulatus.

Ἐπίσασθε γὰρ, κ) καλῶς ἐπίσα(σθε τὰ)ς ἱερὰς Moyſis ingens caritas
γραφὰς, ἀγαπητοὶ, (κ) ἐγκε)κύφατε εἰς τὰ λόγια
τ8 (Θε8· εἰς ἀ)νάμνησιν οὖν ταῦτα (λάβετε.) Μωϋ-
σέως γὰρ ἀναβαί(νοντος εἰ)ς τὸ ὄρος, κ) ποιήσαν(τος
τεσσαρ)άκοντα ἡμέρας, κ) τεσ(αράκοντ)α νύκτας, ἐν
νησείᾳ (κ) ταπειν)ώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν (Θεός·
Ἀνάσηθ)ι Μωϋσῆ, κατάβηθι (τὸ τάχος) ἐντεῦθεν, E
ὅτι ἠνόμησεν (ὁ λαός σ)ου, ὃς ἐξήγαγες ἐκ γῆς (Αἰ-
γύπτο)υ, παρέβησαν ταχὺ ἐκ (τῆς ὁδοῦ) ἧς ἐνετείλω
αὐτοῖς, (ἐποίησα)ν ἑαυτοῖς χωνεύματα. (Καὶ εἶ-
πεν) κύρι8 πρὸς αὐτόν· λελάλη(κα πρό)ς σε ἅπαξ
κ) δὶς λέγων· (ἑώρακα) τὸν λαὸν τοῦτον, κ) ἰδοὺ

53. Noſtis enim, & probe noſtis ſacris ſcripturas, dilecti, & penitius in eloquia Dei introſpexiſtis: illa igitur in memoriam revocate. Cum Moyſes adſcendiſſet in montem, & quadraginta dies nocteſque quadraginta in jejunio & humilitate tranſegiſſet, dixit ad eum Deus: *Surge Moyſes, deſcende* Exod. 32. 7.
velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus Deut. 9. 12.
tuus, quos eduxiſti de terra Ægypti! tranſgreſſi ſunt cito de via quam mandaſti eis, & fecerunt ſibi fuſilia. Et dixit Dominus ad eum, Locutus ſum ad te ſemel & iterum dicens: Vidi populum hunc; & ecce Exod. 32. 9.
populus dura cervice eſt: ſine me exterminare & 10. Ibid. 33. 3.
eos,

1 Simile quidem eſt illud 4. Eſdræ 2. 16. *Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos:* at tum ex hoc loco, tum ex aliis Iſaiæ 26. 19. & 63. 11. necnon Hebr. 13. 20 hunc conſarcinatum Cotelerio opinanti ægre aſſentiar.

2 Vocabulum *invitis* huc revocandum ducimus ex Clemente Alex. apud quem integrior eſt hic locus in hunc modum: ὅσοι ἑκόντες παρέβημεν διά τινος τῆς τ8 ἀντικειμένου περιπτώσεως

CHR. ANNI CHR. 97. — Exod. 32. 31. & 32.

eos, & delebo nomen eorum de sub cœlo, & A faciam te in gentem magnam & mirabilem & multam magis quam hanc. Dixit autem Moyses, Nequaquam Domine; remitte peccatum huic populo, vel etiam me dele de libro viventium. O magnam caritatem! o insuperabilem perfectionem! libere ad Dominum loquitur famulus; remitti plebi rogat, quod deliquit, vel se ipsum una cum illis deleri petit.

Quod si quem dam, propter quem lues ob seditio [illegible]

54. Quis ergo inter vos generosus, quis misericors, quis caritatis plenus? Dicat: Si propter me seditio & contentio & schismata, discedo, [a] abeo quocumque volueritis, & quæ multitudo jusserit facio: tantum B ovile Christi in pace degat cum constitutis presbyteris. Qui hoc fecerit, magnam sibi gloriam in Domino comparabit, & omnis locus eum excipiet. Domini enim est terra, & plenitudo ejus. Hæc qui divinam, cujus numquam pœnitet, vitam vivunt, fecerunt ac facient.

Psal. 23. 1.

Multi se periculis & morti pro aliis tradiderunt. — Origenes in Joan. 1. 23.

55. Ut autem etiam gentium exempla proferamus, multi reges & principes, pestilenti tempore sæviente, cum oraculo admoniti essent, se ipsos morti tradiderunt, ut cives suo sanguine liberarent. Multi a suis civitatibus, ne seditio amplius duraret, secesserunt. Multos cognovimus e nostris, qui se ipsos in vincula conjecerunt, ut alios C redimerent. Multi in servitutem se ipsi dederunt, & accepto pretio sui, alios cibarunt. Mulieres multæ per gratiam Dei corroboratæ virilia multa gesserunt. Beata Judith, cum urbs obsideretur, rogavit seniores, ut sibi liceret in alienigenarum castra transire: ac se ipsam periculo tradens, propter caritatem patriæ populique obsessi egressa est, & Dominus Olophernem tradidit in manu feminæ. Nec minus perfecta secundum fidem Esther periculo se objecit, ut duodecim tribus Israel jam perituras liberaret. Nam in jejunio & humilitate, precata est omnium effectorem Dominum, Deum sæculorum: qui animi ejus humilitatem cernens, popu- D lum liberavit, [c] cujus gratia periculis sese illa obtulerat.

Judith 8. 30. — Esth. 14.

Quæ correptio sit utilis.

56. Et nos igitur oremus pro eis, qui in aliquod peccatum lapsi sunt, ut detur illis moderatio & humilitas, quo non nobis, sed Dei voluntati cedant, sic enim ipsis erit fructuosa & perfecta quæ est apud Deum & sanctos cum misericordia recordatio. Assumamus disciplinam, juxta quam nemo debet indignari, dilecti. Admonitio, quam invicem facimus, bona est & perquam utilis, si quidem nos voluntati Dei agglutinat. Sic enim ait sacer sermo: *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.* Quem E enim diligit Dominus, corripit, flagellat autem

Psal. 117. 18. — Prov. 3. 12.

(ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ) ἐξολοθρεύσω αὐτοὺς, καὶ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτῶν ὑποκάτωθεν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω σε εἰς ἔθνος μέγα καὶ θαυμαστὸν καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τοῦτο. Καὶ εἶπε Μωϋσῆς· Μηδαμῶς, Κύριε· ἄφες τὴν ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ κἀμὲ ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων. Ὢ μεγάλης ἀγάπης, ὢ τελειότητος ἀνυπερβλήτου! Παρρησιάζεται θεράπων πρὸς Κύριον, αἰτεῖται ἄφεσιν τῷ πλήθει, ἢ καὶ ἑαυτὸν ἐξαλειφθῆναι μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης; εἰπάτω· Εἰ δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Τοῦτο ὁ ποιήσας, ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν Κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. Ταῦτα, οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, καὶ ποιήσουσιν.

Ἵνα δὲ καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν, πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι, λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας. Πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμὰ, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται. Πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέρους ἐψώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετελέσαντο πολλὰ ἀνδρεῖα. Ἰουδὶθ ἡ μακαρία, ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ᾐτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ, ἐξῆλθε δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ· καὶ παρέδωκε Κύριος Ὀλοφέρνην ἐν χειρὶ θηλείας. Οὐχ ἧττον καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθὴρ, κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον ἀπολέσθαι ῥύσηται. Διὰ γὰρ τῆς νηστείας, καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς, ἠξίωσε τὸν παντεπόπτην δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων· ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἐρρύσατο τὸν λαὸν, ὧν χάριν ἐκινδύνευσε.

Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία. Ἀναλάβωμεν παιδείαν, ἐφ' ᾗ οὐδεὶς ὀφείλει ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί. Ἡ νουθέτησις ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστι, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος· Παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με.

a Epiphanius [illegible] Clementi [illegible] Petrum [illegible] Clemens [illegible] Lino [illegible]

b Cotelerius [illegible] Coteleriu[s] [illegible]

c Hoc secundum literam [illegible] Cotelerius [illegible]

[illegible]

57. Vos ergo qui seditionis fundamenta jecistis, subditi estote presbyteris, & correptionem suscipite in poenitentiam [illegible]

[illegible]

Desiderantur hic paginae [illegible].

ξη. Ὁ παντεπόπτης Θεὸς, (καὶ) δεσπότης τῶν πνευμάτων, καὶ κύριος πάσης σαρκὸς, ὁ ἐκλεξάμενος (τὸν) κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ εἰς λαὸν περιούσιον, δῴη πάσῃ (ψυχῇ ἐπικεκλημένῃ) τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, [illegible] φόβον, εἰρήνην, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, ἐγ-

58. Inspector omnium Deus, [illegible] Dominus, & herus universae carnis, qui elegit Dominum Jesum Christum, & per eum nos in populum peculiarem, det omni animae, quae magnificum & sanctum nomen ejus invocaverit, fidem, timorem, pacem, patientiam, longanimitatem, continentiam, pu-

[illegible]

CIRC. ANN. CHR. 97. *Photius cod. 126.*

ritatem & temperantiam, ut nomini ejus grata sit, per summum sacerdotem & patronum nostrum Jesum Christum, per quem illi gloria, majestas, potentia, honor & nunc & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Missos citò remittant.

59. Missos autem a nobis Claudium, Ephebum & Valerium, Vitonem cum Fortunato in pace cum gaudio ad nos brevi remittite: ut citius optabilem nobisque desideratissimam pacem & concordiam annuntient, quo & nos de vestra tranquillitate ocyus gaudeamus. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum & cum omnibus ubique vocatis a Deo & per ipsum: per quem ei gloria, honor potentia, majestas, solium æternum a sæculis in sæculas sæculorum. Amen.

A χράτειαν, ἀγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἀρχιερέως, καὶ προστάτου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμὴ, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

B Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν Κλαύδιον, Ἔφηβον, καὶ Οὐαλέριον, Βίτωνα σὺν Φορτουνάτῳ ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον τὴν δικαίαν καὶ ἐπιπόθητον ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς ὑμῶν εὐσταθείας. Ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῆ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος, καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ADMONITIO

IN EPISTOLAM SUBSEQUENTEM.

Eusebii sententia de hac epistola.

I. EX eodem codice *Alexandrino, ex quo superior, prodiit subsequens epistola. De hac Eusebius lib. 3. hist. eccl. c.* 38. Ἰσέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τῆ Κλήμεντος ἐπιστολὴ ἣ μὲν ἐθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπισάμεθα, ὅτι μηδὲ τὴν ἀρχαίαν αὐτῇ κεχρημένην ἴσμεν. Sciendum autem est quod & secunda quædam Clementis epistola esse dicatur: eam autem non similiter ac priorem notam esse comperimus; quoniam nec veteres ea usos esse novimus. *Observat Cotelerius hæc Eusebii verba indiligenter a Rufino sic reddita*, Dicitur tamen esse & alia Clementis epistola, cujus nos notitiam non accepimus; *neque magis accurate ab Hieronymo lib. de vir. illustr. (si tamen ibi ad Eusebii verba respicit) expressa fuisse in hunc modum*, Fertur & secunda esse ex ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur; *Photium denique cod.* 113. *Hieronymi sententiam sequi, ubi ait*, Quæ secunda ad eosdem (*Corinthios*) dicitur, ut notha rejicitur; *certe hanc secundam epistolam minime ab Eusebio dici notham & adulterinam, aut a veteribus reprobatam, sed prima minus notam atque in citationibus a veteribus prætermissam. Ab Eusebii mente nonnihil etiam recessit Nicephorus Callisti lib.* 3. *c.* 18. *ubi de eadem sic loquitur*, καὶ ἄλλη δὲ αὐτῆ φέρεται ἐπιστολὴ τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπισήμῃ ταύτης τὰς ἀρχαίας εἶναι. Fertur & alia ejus epistola multo inferior prima, de qua dicit idem Eusebius, veteres ejus notitiam non habere. *Ait quippe Eusebius eam veteribus minus notam prima, sed non eis prorsus ignotam scribit.*

Eusebii verba Rufinus aliique non satis accurate interpretantur.

Vel hanc, vel superiorem epistolam ab Epiphanio hær. 27. & ab Hieronymo contra Helvidium laudari.

II. *Hic notandum, ex omnibus scriptoribus mox citatis, nullum esse, qui duabus litteris plures Clementi Romano attribuat aut attributas agnoscat. Ex quo colligere est, Epiphanium cum hæres.* 27. *n.* 6. *Clementem* in una epistolarum suarum *citat, aut cum hær.* 30. *n.* 15. *laudat* Epistolas circulares quas (*idem pontifex*) scripsit, quæque in sanctis ecclesiis leguntur, & *in quibus* virginitatem docet, *non alias vel a præmissa vel a sequente memorare. Et hoc quidem eo est probabilius, quod cum Hieronymus lib. de script. eccl. tantum duas Clementi epistolas recenseat, eas ipsas, quas Epiphanius proxime laudavit, lib.* 1. *adversus Jovinianum commendare non dubitatur his verbis:* Ad hos (*eunuchos*) & Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque sermonem suum de virginitatis puritate contexuit. *Et vero quis credat Hieron-*

rony-

ronymum anno 392. in libro de ſcript. eccl. in quo data opera virorum inſignium ſcripta recenſet, tantum duarum epiſtolarum Clementis mentionem fuiſſe facturum, ſi ab anno 384. contra Helvidium ſcribens alias ab his duabus jam noſſet. Quod ſi nullas alias novit, ubi Clementem dicit omnem ſermonem ſuum de virginitatis puritate contexuiſſe, *hyperbolico quidem, ſed tamen familiari more intelligendus eſt loqui. Ubi enim aliqua de re quis identidem locutus eſt, is omnem de ea orationem contexuiſſe ſatis familiariter dicitur. Clemens vero cum epiſt. I. n. 21. 29. 30. 38. 45. 48. 58. tum epiſt. II. n. 8. 9. ac 12. ut taceam quæ forte in foliis avulſis ea de re diſſerebatur, puritatem, continentiam, caſtitatemque comendat. Hinc & illud conſequens, ut ſi Epiphanius atque Hieronymus non* in epiſtola, *ſed* in epiſtolis *Clementis puritatem virginitatis doceri prædicantes, utramque indicare voluerint, parem ſimul ambabus, ut ejuſdem parentis, tribuerint auctoritatem. Ipſe etiam locus, quem in codice Alexandrino obtinet, in quo cum ſacris utriuſque fœderis libris nullum aliud opus præter hanc & ſuperiorem Clementis epiſtolam continetur, utramque nonnullis in eccleſiis inter ſacras Scripturas admiſſam fuiſſe indicio eſt: idque confirmat 84. ſeu ultimus Apoſtolorum canon, qui quidem in catalogo librorum novi Teſtamenti duas Clementis epiſtolas ponit.*

III. In omnibus quidem editionibus, una Patricii Junii excepta, δευτέρα πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ *inſcribitur: ſed hæc inſcriptio* ad Corinthios *num genuina aut Alexandrini codicis auctoritate fulta ſit, nonnulli dubitant; maxime cum in Juniana editione, in qua primum græce prodiit, hunc unum præ ſe ferat titulum,* Fragmentum epiſtolæ ſecundæ ex eodem mſ. *nec Euſebius, Rufinus, Hieronymus ac Nicebporus Calliſti de altera loquentes Clementis epiſtola, ad quos ſcripta ſit indicent. Verum hic ſcrupulus, ex indiligentia ejus injectus qui primæ Clementis epiſtolæ a Junio editæ alteram hanc omiſſo ejus titulo ſubnexuit, facile eximitur. Nam cum Alexandrinus codex omnium ſcriptorum, quæ in eo continentur, generalem præ ſe ferat indicem eadem manu, qua totus codex ſcriptus eſt, exaratum; hæc altera epiſtola non ſolum in hoc indice, ſed etiam in ipſius fronte* ἐπιστολὴ πρὸς Κορινθίους *prænotatur. Neque codici huic refragantur Euſebius, Rufinus, Hieronymus aut Nicepborus. Dum enim memorata Clementis* ad Corinthios *epiſtola prima, proxime ſubjiciunt:* Fertur & altera, *nec ad alios hanc alteram ſcriptam eſſe deſignant, & hanc ad eoſdem ſcriptam cenſentur intelligere. Aut certe, ſi ad alios ſcriptam noſſent, hæc illorum reticentia merito negligentiæ culparetur. Sed & Photius, qui aliquod ſaltem epiſtolæ hujus exemplar penes ſe habuit, & Damaſcenus, qui unum & alterum nobis fragmentum illius tranſmiſit, dum eam* ad Corinthios *ſcriptam diſertis verbis tradunt, id quod per ſe innunt Euſebii, Rufini &c. verba, confirmant.*

Et hanc epiſtolam ad Corinthios ſcriptam eſſe.

IV. Eam nihilo minus nonnulli ſuppoſitionis ſuſpectam habent idque nominatim Joban. Ern. Grabius Spicil. patr. to. 1. pag. 265. confici putat ex verbis Dioniſii Corinthiorum epiſcopi apud Euſebium lib. 4. c. 23. ad Romanam Eccleſiam ſic reſcribentis. Hodie ſacrum diem Dominicum tranſegimus, in quo epiſtolam veſtram legimus; quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde atque priorem illam nobis a Clemente ſcriptam, optimis præceptis ac documentis abundabimus. *Quomodo tamen ex his verbis id quod vult conficiatur, non eſt exploratum. Hoc unum ex iis conficitur, primam videlicet Clementis epiſtolam, non item hanc alteram, Corinthi publice legi conſueviſſe: at ut hæc altera falſa ſit; inde non eſt conſequens. An id moris tunc erat, ut omnes non Apoſtolorum tantum, ſed & apoſtolicorum virorum epiſtolæ in publicis eccleſiarum conventibus legerentur; ideoque falſi arguenda ſit altera Clementis epiſtola, quod in illis conventibus minime lecta fuerit? Certe ſi valeret hujuſmodi argumentum, vix ambigen-*

Argumenta eorum qui notham ſuſpicantur.

dum

dum videtur, quin eo Eusebius, Hieronymus ac Photius ad epistolam istam rejiciendam usi essent. Certius autem ex hac disparitate, qua primam in ecclesiis lectam, alteram non lectam docemur, percipitur ratio cur prima notior ac celebrior altera evaserit.

Unde minus tota secunda quam prima

V. Addit Grabius suppositionis sibi suspicionem augeri ex loco cujusdam libri apocryphi, qui cum epist. 1. n. 23. sit laudatus, in hac epistola n. 11. iterum citatur; quasi repetita ejusdem sententiæ citatio idonea sit falsi suspicandi causa. Sed unum eumdemque locum, ubi sese offert occasio, ab eodem scriptore in eodem opere, quanto magis in diversis, iterato citari quid mirum? Quo etiam singularior est sententia iterum prolata, eo aptior est ad persuadendum, epistolas in quibus pariter laudatur, ab uno auctore proficisci. Aut si hæc sententia, quia ex libro aliquo apocrypho excerpta est, suspectam reddit secundam; cur non reddat & primam?

Ejus cum prima consensio

VI. Idem dicendum & de censura Photii, qui quidem ubi præmisit, Lectus est libellus, in quo Clementis epistolæ duæ ad Corinthios continebantur, *ac de prima quid sentiret ubi exposuit, subjicit de altera;* Secunda vero & ipsa admonitionem melioris vitæ inducit, atque in principio Christum Deum prædicat. Verum dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura subinducit, quibus ne prima quidem epistola omnino vacat. Et interpretationes quorumdam locorum alieniores profert. *Ac demum de utraque concludit:* Alioquin ipsa, quæ in his epistolis insunt sensa, nonnihil abjecta sunt, nec continentem seriem ac consequentiam servant. *Nam nihil in hac secunda reprehendit, quod non primæ cum ea commune esse fateatur; eoque pacto singularem notat utriusque consensionem, unde ad utramque suscipiendam jure inducamur.*

Hanc consensionem Photii cod. 126. censura firmat.

Justini vulgati locum immerito objici.

VII. Neque efficacius veritatem epistolæ nostræ impugnat illud pseudo-Justini respons. ad quæst. 74. Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout testantur Prophetarum & Apostolorum scripta, atque insuper Sybillæ vaticinia, quemadmodum ait B. Clemens in sua ad Corinthios epistola. *Primo enim in hoc libro ipsa tacentur Clementis verba, quæ prius essent expendenda, ut sanum de illis judicium ferri posset. Deinde primane an secunda Clementis epistola ibi laudetur, non constat. Usserius quidem differt. de scriptis Ignatii cap.* 10. *pseudo-Justini verbis secundam epistolam memorari putat: sed Blondellus lib.* 1. *de Sybillis c.* 20. *sic eadem gallice vertit, quasi primam in eis citatam legisset. Tertio nec deest conjectura, locum illum, quem pseudo-Justinus perstringit, ad eum pertinere, quem Irenæus lib.* 3. *adv. hær. c.* 3. *velut ex prima epistola citat, ubi Clementem de igne, quem Deus diabolo & angelis ejus præparavit, sermonem habuisse testatur. Quod si ita est, nihil officit epistolæ secundæ veritati. Denique argumentum ex Sybillæ mentione petitum, valde infirmum esse Cotelerius erudite ostendit.*

Nihil obstare quominus vera censeatur.

VIII. Idem vir clarissimus nihil obstare censet, quominus & hæc secunda epistola pro genuino Clementis fetu habeatur. Illam primæ subnexam & Clementis nomine insignitam exhibet pervetustus codex Alexandrinus, in quo nulla Clemente posteriora scripta continentur. Eidem suffragantur non modo Photius, qui similem penes se habuit, sed & ultimus Apostolorum canon, qui secundam illam epistolam non secus ac primam proxime post sacros libros recenset. Utriusque etiam cognationem probant peculiares quidam loci ex apocryphis, ut videtur, expressi. Alios mitto scriptores, qui eam Clementis nomine laudarunt. Tantum observo, apud Dorotheum abbatem, qui inter illos merito propter testimonium ex ea prolatum ac Doctrinæ 23. *insertum appellandus erat, in biblioth. Patrum* Climaci *loco* Clementis *nomen per oscitantiam librariorum irrepsisse. Ad nos quod attinet, epistolam tanto tempo-*

rum

rum tractu cum prima conjunctam separare, aut nomen quod ex omni hominum memoria præ se fert, ei abjudicare religioni nobis est. Illam piam, utilem & Clemente non indignam esse neque ipsi, qui eam suppositionis suspicantur, negant. Desiderandum esset, ut integrior ad nos pervenisset.

IX. Nec morari nos debet opinio eorum, quibus Grabius incunctanter subscribit, qui, propter exordium, in quo salutatio cum prece conjuncta contra Apostolorum atque ipsius Clementis morem deest, id quod etiamnum habemus, homiliæ potius quam epistolæ partem judicant. Non enim tanta est illa ratio, ut veterum, qui epistolam nuncupant, summo consensui non dicam anteferri, sed vel conferri ullo modo valeat. Neque etiam in inquisitione temporis, quo scripta est, nos opus est diutius distineri. Ut enim illud certo dignoscatur non admodum interest, cum nullum in ea factum explicetur. Observant tamen eruditi eam redolere tempus, quo ecclesiæ pace fruebantur. Primum anno 1633. græce tantum ad calcem epistolæ 1. a Patricio Junio editæ adjuncta Oxonii prodiit. Eam postea latinitate donarunt Johann. Bapt. Cotelerius & Gottifredus Vendelinus, exindeque græce & Latine sæpius recusa est. Cotelerii interpretationi, ea qua in prima usi sumus libertate, adhæremus.

Nihil esse cur homiliæ pars judicetur

De tempore, quo scripta est, nil certum.

Ubi primum edita.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ Α SANCTI CLEMENTIS

ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ, ROMANI EPISCOPI,

Ἐπιστολὴ πρὸς Κορινθίους δευτέρα. EPISTOLA II. AD CORINTHIOS.

De præstantia vocationis Christianæ, de mundi contemtu, pœnitentiæ locum non esse post hanc vitam, de resurrectione carnis, de bonis promissis præsentium voluptatum abdicatione promerendis.

Ἀδελφοί, ἔτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν. Ὃν γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ, μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν· καὶ οἱ περὶ ἀκούοντες * ὥσπερ μικρῶν, ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπότινος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ὕπερ ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν, ἢ τινα καρπὸν ἄξιον οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια· τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς προσηγόρευσεν, ἀπολλυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. * Ποῖον οὖν αἶνον αὐτῷ δώσομεν, ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; ἄφρονες ὄντες τῇ διανοίᾳ, προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκὸν, ἔργα ἀνθρώπων, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν οὖν περικείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλὺν γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποθέμενοι ἐκεῖνο ὃ περικείμεθα, νέφος τῇ αὐτοῦ θελήσει. Ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα * ἔχοντες σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ. Ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας, καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

B I. FRatres, ita sentire nos oportet de Jesu Christo, tamquam de Deo, tamquam de judice vivorum & mortuorum, nec decet nos humilia sentire de salute nostra. Dum enim humiliter de illo sentimus, parva etiam nos accepturos speramus; & dum tamquam exigua audimus, peccamus, nescientes, unde vocati sumus, & a quo, & in quem locum, & quanta sustinuit Jesus Christus pati pro nobis. Quam igitur ipsi rependemus remunerationem? aut quem ei fructum reddemus dignum eis quæ dedit nobis? Quanta vero ei debemus [1] pia? Nam lucem nobis largitus est; tamquam pater nos filios appellavit; pereuntes nos servavit. Quem ipsi laudem tribuemus, aut [2] mercedem qua compensemus quæ accepimus, qui mente eramus capti, & adorabamus lapides, ligna, aurum, argentum atque æs, hominum opera; & tota vita nostra nihil aliud erat quam mors. Obscuritate itaque circumdati, & tali caligine plenum habentes visum, respeximus, eam nebulam, qua cingebamur, illius voluntate deponentes. Nam miseratus est nos, & visceribus commotus salvos fecit, cum vidisset in nobis multum errorem atque interitum, nec ullam nos habere salutis spem, [3] præter eam quæ ab ipso est. Vocavit enim nos cum non essemus, & ex eo quod non erat nos esse voluit

Christus Deus. *Act.* 10. 42

Quanta ei debeamus.

Per misericordiam Dei salvi facti sumus.

2. *Læ-*

---

1 Seu *spiritualia*. Supple *munera*. Mox enim de luce spirituali loquitur, ut subnexa docent. Quocirca Vendelinus Clementis mentem minime videtur assecutus hac versione. *Quantam vero ei debemus sanctimoniam?*

2 Cotelerius, *mercedem compensationis eorum quæ accepimus*, dum litteræ tenax esse vult, Clementis sententiam non reddit. Vertit Vendelin. *vel retributionis mercedem ob ea quæ accepimus.*

3 Vendelin. *præter quam a se.* Hic optime tradit Clemens, quod Augustinus postea frequens docuit, vocatos nos a Deo, cum nulla in nobis merita, immo & multa demerita conspexisset

Ecclesiæ prius sterilis mira secunditas.

2. *Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quia multi filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum.* Quod dixit, *Lætare sterilis quæ non paris*, nos dixit; sterilis quippe erat Ecclesia nostra ante quam ei dati essent liberi. Quod vero dixit, *Clama quæ non parturis*, hoc dicit: [1] preces nostras simpliciter ad Deum perferre non, ut parturientes, desinamus. Quod autem dixit, *Quia multi filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum*: quando quidem populus [2] noster a Deo desertus esse videbatur, nunc autem cum credidimus, plures facti sumus iis qui Deum habere censebantur. Alia quoque Scriptura dicit, *Quia non veni vocare justos, sed peccatores*: hoc est, quia debeat pereuntes servare. Illud siquidem magnum & admirabile est, non quæ stant, sed quæ cadunt fulcire.

Esa 54. 1.

Matth. 9. 13.

Christus nos revocavit a cultu deorum mortuorum, & Patrem notum fecit nobis.

3. Ita Christus pereuntia voluit servare, & servavit multos dum venit, dumque nos jam pereuntes vocavit. Cum igitur tantam erga nos misericordiam fecerit, primo quidem quod nos, qui vivimus, diis mortuis non sacrificamus, nec adoramus eos, sed per ipsum agnovimus veritatis patrem. Quænam hæc agnitio [3] ad ipsum, nisi eum, per quem ipsum cognovimus, non negare? Ipse vero etiam ait, *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo?* Hæc igitur merces nostra, si quidem confiteamur eum per quem servati sumus.

Matth. 10. 32.

Quis Christum recte confiteatur.

4. Quanam autem re illum confitebimur? Faciendo quæ dicit, & mandata illius non spernendo, eumque non labiis tantum, sed ex toto corde & ex tota mente honorando. Dicit quippe in Esaia: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe abest a me.* Ne igitur ipsum Dominum dumtaxat vocemus: id enim non salvabit nos; siquidem ait, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, salvabitur, sed qui facit justitiam.* Itaque, fratres, operibus ipsum confiteamur, alii alios diligendo, non adulterando, neque obtrectando invicem, neque æmulando; sed vivendo in continentia, misericordia & bonitate. Et mutua commiseratione moveri debemus, & non pecuniæ cupiditate duci. Bonis operibus confiteamur Deum, non autem contrariis. Nec timendi sunt homines, sed potius Deus. Idcirco hæc nobis facientibus, dixit Dominus: *Si fueritis mecum congregati in sinu meo, & non feceritis mandata mea, abjiciam vos, & dicam vobis, Discedite a me, nescio vos unde sitis, operarii iniquitatis.*

Esa. 26. 13.

Matth. 7. 21.

Matth. 7. 23. *Luc.* 13. 27.

De mundo exire ne timeamus.

5. Unde, fratres, derelicto mundi hujus incolatu, faciamus voluntatem ejus qui vocavit nos, ac de hoc mundo exire non timeamus. Ait enim Dominus: *Eritis sicut agni in medio luporum. Respondens* [4] *autem Petrus ei dicit: Si ergo lupi agnos discerpserint? Dixit Jesus Petro: Ne lupos agni timeant post*

Matth. 10. 16. *Luc.* 10. 3.

Matth. 10. 28. *Luc.* 12. 4. & 5.

Εὐφράνθητι σεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Ὅ εἶπεν· Εὐφράνθητι σεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ἡμᾶς εἶπεν. σεῖρα γὰρ ἡμῖν ἐκκλησία ἡμῶν, πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. Ὃ δὲ εἶπεν· βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, τοῦτο λέγει, τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεόν, μὴ, ὡς αἱ ὠδίνουσαι, ἐγκακῶμεν. Ὃ δὲ εἶπεν, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα, ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες, πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει· ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστὸν, ὃ τὰ ἑστῶτα σηείζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα.

Οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλοὺς ἐλθὼν, καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους. Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, πρῶτον μὲν ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐγνώμεν δι' αὐτοῦ τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας. τίς ἡ γνῶσις ἡ περὶ αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι δι' οὗ ἐγνώμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτός. Τὸν ὁμολογήσαντά με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου. Οὗτος οὖν ἐστιν ὁ μισθὸς ἡμῶν, εἰ οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώθημεν.

Ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν, ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει δὲ καὶ οὕτως Ἡσαΐας· Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ. Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς. λέγει γάρ· Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην. Ὥστε, ἀδελφοὶ, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾶν αὐτούς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθούς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφείλομεν, καὶ μὴ φιλαργυρεῖν· ἔντε ἀγαθοῖς τοῖς ἔργοις ὁμολογῶμεν τὸν Θεόν, καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν Θεόν. Διὰ τοῦτο τοῦτο ἡμῶν πρασσόντων εἶπεν ὁ κύριος· Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μου, καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μου, ἀποβαλῶ ὑμᾶς, καὶ ἐρῶ ὑμῖν· ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστε, ἐργάται ἀνομίας.

Ὅθεν, ἀδελφοὶ, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γὰρ ὁ κύριος· Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει· Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀπο-

---

1 Vertit Cotelerius, *hoc dicit, preces nostras ad Deum omnino, ut parturientes solent, non deficiamus referre*, observatque ad marg. sibi videri græce legendum ἐκκακῶμεν, pro ἐγκακῶμεν, atque Clementem hic respicere ad illud Luc. 18. 1. δεῖ πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Legere est Ephes. 3. 13. μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου, & Gal. 6. 9. τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. At Paulum Colomesium si audias, *nihil hic vidit clariss. Cotelerius*, ac *locum hunc rectissime transtulit Vendelinus* in hunc modum: *hæc dicit, ut orationes modeste offeramus Deo, non ut clamose, parientium instar, vociferemur*. Dupliciter tamen peccare mihi videtur hæc translatio, primo quidem quod clamare nobis vetat, cum Clemens locum Esaiæ interpretatur, in quo clamare præcipimur: deinde quod antithesim seu oppositionem instituti, quam diversa constructio verborum ἀναφέρειν & ἐκκακῶμεν seu ἐγκακῶμεν non patitur.

2 Ita loquens se Gentilem indicat, non Judæum. 3 Vendelinus, *quænam erit nostra erga ipsum agnitio*. Hic locus ex iis forsitan est, quos sibi non satis cohærere Photius in monito superiori relatus censuit. Si post *ad ipsum*, suppleatur *perducens* aut *pertingens*, integra erit sententia: ac recte consequetur, ut postquam cognovimus Patrem, non negemus Filium; quia nullus pater est sine filio 4 Secundum apocryphum aliquod Evangelium.

τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτέ- A
νοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ
φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς, ἔχοντα ἐξουσίαν
ψυχῆς καὶ σώματος τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός. Καὶ
γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἐν τῷ κόσμῳ τού-
τῳ τοῦ σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, τὸ δὲ
ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμασή ἐστιν, καὶ ἀ-
νάπαυσις τοῦ μελλόντος βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου. Τί οὖν
ἐστιν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν; εἰ μὴ τὸ θεῖον καὶ
δικαίως ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλό-
τρια ἡγεῖσθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν· ὁ γὰρ τῷ
ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα, ἀποπίπτομεν
τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

mortem suam: & vos nolite timere eos qui occidunt vos, & (post) nihil possunt vobis facere: sed timete eum, qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animæ & corporis, ut mittat in gehennam ignis. Et scitote fratres, quod peregrinatio carnis hujus in hoc mundo brevis est & modici temporis: promissio autem Christi magna & admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitæ æternæ. Quid igitur faciendo ea consequi poterimus? nisi divine & juste vivendo, & mundana hæc tamquam aliena ducendo, nec illa concupiscendo. Dum enim ipsa possidere concupiscimus, excidimus a via justa.

Λέγει δὲ ὁ κύριος· Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ B
κυρίοις δουλεύειν. Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ Θεῷ δουλεύειν
καὶ Μαμμωνᾷ, ἀσύμφορον ἡμῖν ἐστιν. Τί γὰρ τὸ ὄφε-
λος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν
ζημιώσῃ; * Ἔστιν δὲ ἕτερος ὁ αἰών, καὶ ὁ μέλλων δύο
ἐχθροί. Οὗτος λέγει μοιχείαν, καὶ φθοράν, καὶ φι-
λαργυρίαν, καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποπάσεται.
Οὐ δυνάμεθα οὖν τοὺς δύο φίλους εἶναι· δεῖ δὲ
ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρῆσθαι. * Οἰό-
μεθα ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μι-
κρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ φθαρτά· ἐκεῖνα δὲ ἀγαπῆ-
σαι, τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέ-
λημα τοῦ Χριστοῦ, εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μή-
γε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν C
παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ γρα-
φὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· ὅτι ἐὰν ἀνέσῃ Νῶε καὶ Ἰὼβ καὶ Δα-
νιήλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ.
Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύανται τῇ αὐτῶν δι-
καιοσύναις ῥύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς ἐὰν μὴ τη-
ρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πε-
ποιθήσει εἰσελεύσομεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ;
ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔρ-
γα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια.

6. Dicit autem Dominus: *Nullus servus potest duobus dominis servire.* Si nos volumus & Deo servire & mammonæ, inutile nobis est. Nam quæ utilitas, si quis universum mundum lucretur, atque animæ damnum faciat? Hoc porro sæculum & futurum duo sunt inimici. Illud prædicat adulterium, corruptelam, avaritiam & fraudem: hoc vero istis nuntium remittit. Non ergo possumus amborum amici esse: oportet autem ut illi valedicentes, hoc utamur. Putemus melius esse quæ hic sunt odisse, quia parva & exigui temporis & corruptioni obnoxia sunt; illa autem diligere, quæ bona sunt & incorrupta. Facientes enim Christi voluntatem, inveniemus requiem; sin minus, nihil nos ab æterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnamus. Dicit autem & Scriptura in Ezechiele: *Si Noe & Job & Daniel* [1] *resurgant, non liberabunt filios suos* [2] *in captivitate.* Quod si viri adeo justi non possunt justitiis suis liberare filios suos; nos nisi baptisma purum & immaculatum servaverimus, qua fiducia intrabimus in regiam Dei? aut quis erit advocatus noster, si operibus piis & justis carere inveniamur?

Matth. 6. 24. Luc. 16. 13.

Matth. 16. 26.

Sæculum præsens & futurum, duo inimici.

Christi mandata spernentibus nulla salutis spes.

Ezech. 14. 20.

Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες
ὅτι ἐγγύς ἐστιν ὁ * αἰών· καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀ-
γῶνας καταπλέουσιν πολλοί, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦ-
ται, εἰμὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες, καὶ καλῶς ἀγωνι-
σάμενοι. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στε-
φανωθῶμεν. Ὥστε * θῶμεν τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν,
ἀγῶνα τὸν ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς * ἑαυτὸν κατα-
πλεύσωμεν, καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα καὶ στεφανωθῶ-
μεν· καὶ εἰ μὴ δυνάμεθα ἅπαντες στεφανωθῆναι, κἂν
ἐγγὺς τοῦ στέφανου γενώμεθα. Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ ὅτι
ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθεί-
ρων, μαστιγωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου.
Τί δοκεῖτε; ὁ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀγῶνα φθείρας, τί
παθεῖται; τὸν γὰρ μὴ τηρήσαντων, φησὶν, τὴν σφραγί-

7. Quocirca, fratres mei, certemus, scientes quod præ manibus est [3] certamen, quodque ad corruptibilia certamina appellunt multi, sed non omnes coronantur, nisi qui plurimum laboraverint & præclare certaverint. Nos igitur certemus, ut omnes coronemur. Ergo curramus viam rectam, certamen conseramus incorruptum, & multi ad ipsum appellamus, atque certemus, ut & coronemur; & si non possumus [4] omnes coronari, saltem proximi coronæ accedamus. Scire nos oportet, eum qui certamen corruptibile certat, si corrumpere ac peccare inveniatur, flagellatum auferri & extra stadium projici. Quid eum putatis passurum, qui incorruptionis certamen corruperit? De iis enim, qui sigillum non servaverint, ait: *Vermis eorum non morietur,*

Sic certandum, ut coronemur, aut coronæ proximi simus.

Esa. 66. 24.

1 Conjectat Cotelerius legendum ἀναστῇ, quod latine sonet *steterint, statuantur, exsurgant*. Certe Ezechielis verba de resurrectione a mortuis minime intelligenda esse notat, cum Daniel, quando hæc ab Ezechiele scribebantur, superstes ac necdum vita functus esset

2 Vendelinus, *de captivitate*. Observat Coteler. & *in captivitate*, quod græcus textus postulat, dicere Ezechieli licuisse, utpote qui in captivitate scribebat, qua cum filiis Israel detinebatur. Recte igitur subaudiatur *qui sunt* ante τὸ *in captivitate*.

3 Si non est mendum in græco, vertendum est cum Vendelino, *sæculum*. Quamquam is etiam αἰὼν pro ἀγὼν huc itrepsisse suspicatur.

Desideratur hic in exemplari antiquo folium integrum, quod quatuor impressi codicis " folia constituit. Si unius tantum aut alterius vocis defectus fuisset, & paucarum literarum lacuna, medicinam qualemcumque huic loco male affecto, non minus quam aliis afferre conati fuissemus, sin minus pristine sanitati, & integritati reddere, licuisset: sed πάθος est ἀνίατον, & vulnus majus quam ut ullo conjecturæ emplastro tegi possit; exspectandus est ex Ægypto vel Græcia novus Æsculapius, qui Clementi nostro ποδαγρῶντι subveniat. Quæ in reliquo corpore medicam manum prorsus refugere non videbantur, pro facultatis nostræ modulo sarcire & καταρτίζειν conati sumus; quam bene, penes doctos, & artis Criticæ mystas judicium esto. Passim autem in membranis ex quibus epistola hæc descripta est, observare licet, ν finale additum esse tertiis personis verborum, desinentibus in ε & in ι, licet sequentis dictionis litera initialis sit consona, contra receptum & communem scribendi usum; quod summæ antiquitatis non leve argumentum est, cum in antiquis marmoribus, & MSS. omnibus codicibus, qui grandioribus literis exarati sunt, eadem scribendi forma reperiatur.

Ibid. C. " minoris intellige, in 4 ut vocant operæ typ

DE CLEMENTIS

ET EJUS EPISTOLARUM TEMPORE,

Ejusdem Vendelini Divinatio.

CLEMENS Romanus Faustini filius; (quem Apostolus Paulus ad Philippenses scribens suum vocat cooperatorem inter cæteros quorum nomina scripta sunt in libro vitæ;) Petri Apostoli successor, Apostolus item ipse vocatur a Clemente Alexandrino lib. IV. Stromatum: quomodo & Barnabas, aliique magnorum Apostolorum comites ac discipuli, pari nomine Apostoli (minores tamen) habiti fuerunt & appellati. Clemens hic post Petrum Romanam rexit Ecclesiam; vixitque ad tempora Trajani: cujus anno tertio, qui fuit epochæ nostræ centesimus, Joannis quoque Evangelistæ morte nobilis, Chersonæ in Ponto post exilii sui quinquennium occiditur. Is erat annus post Christi ascensionem sexagesimus & octavus prout habemus traditum. Quot vero tunc annos habuerit Clemens, etsi non legimus proditum: constat tamen, non multo minorem fuisse centenario. Valde senem utique fuisse oportet; si (quod habent recognitionum libri non in totum dramatici) ad primam famam Christi jam in cœlum recepti, vivente adhuc Tiberio, juvenis fuit florentis ætatis, judicii limati, doctrinarumque sublimiorum avidi: plane ut annos facile XXV. excesserit, & vel ad XXX. propius accesserit: natusque videatur per initia circiter nostræ epochæ, Joanni Evangelistæ quasi coætaneus, ac plane coævus.

Intra hoc ergo primum sæculum pontificatum Romanum gessit Episcopus Clemens annis (ut inter omnes, quamquam diversissima tradentes consentitur) novem cum mensibus ac diebus aliquot. Intra idem sæculum Episcopi Romani recensentur, Linus, Cletus, & Anacletus: quamquam Græci ferme ex Cleto & Anacleto unum eumdemque videantur intelligere, nimis oscitanter propter affinitatem nominum socordes.

Quis vero vel ante hos, vel inter hos, vel post hos Clementi locus, quod tempus debeatur, scriptores certant, jam ab antiquo proximoque illis sæculo. Itaque & in breviariis nostris priorum editionum & posterioribus discordia est: & ἀπορίαν suam in omnibus usque ad annum 179. profitetur Baronius identidem, donec ita fidem suam liberat. *Si quis certiorem de annis invenerit chronographiam, qua tamen non rejiciatur e numero Pontificum Romanorum Cletus, nec martyrum Lugdunensium sincerum testimonium condemnetur, haud inviti assentiemur.* Ego igitur multa curiosaque indagine, postquam rationes omnes variorum scriptorum diligenter excussi, videor mihi veri fidem deprehendisse hanc certissimam.

Anno epochæ nostræ 41. die 23. Januarii occiso Cajo, successit in imperium Claudius, qui Herodem Agrippam statim dimisit in suum regnum: isque magna celeritate reversus est in Judæam per mensem (fac) Februarium totum vel initia Martii: exceptus a suis popularibus honorifice: quibus demerendis (ut se popularem ac gratiosum præberet,) odiosam illis Christianorum nimis, invalescentium multitudinem opprimere, hominesque istos novos, seditiosos, nefariæ impietatis in Deum, legesque Mosaicas insimulatos, ad supplicia rapere aggressus est, a præcipuis eorum capitibus Apostolis grassandi facto initio. Itaque *occidit Jacobum fratrem Joannis gladio.*

Hanc mortem habemus adnotatam kalendis Aprilis: quæ hoc anno 41. inciderunt in sabbatum: ut videatur Jacobus de occasione ipsius sabbati quasi facto dictove aliquo

aliquo violati tumultuoſe correptus a furentibus, ſtatimque (ut fit in deliciis flagrantibus) plexus capite, ſaltem poſt occaſum ſolis: quo momento Judaicum ſabbatum dieſque kal. Aprilis deſinebat, inibatque prima ſabbati; eademque Aprilis menſis illic numerabatur ſecunda. Atque hoc eſt, quod Hieronymus in Ezechielem cap. 43. traditum a majoribus non ſatis intellexit; dum ſcribit *Immolatum Jacobum die ſecunda paſchatis*; quod conſtare haud poſſe Baronius quoque pervidit. Et certe paſcha Judaicum iſto anno incidit in diem demum 4. Aprilis ad veſperam. Non ergo die ſecunda paſchatis occiſus eſt Jacobus, ſed ſecunda menſis, in quem paſcha illo anno incidit.

Poſt occiſum ergo, ſeu ipſis adhuc kalendis Apr. ſeu poſtridie mane Jacobum: videns Herodes hoc placuiſſe Judæis, *apposuit apprehendere & Petrum*: non quidem eodem (credo) die, ſed uno ſaltem alterove interpoſito: quibus populi adplauſum explorare ac perſentiſcere potuit, & Petrus inveniri: qui proin raptus fuerit in carcerem, ipſo *die azymorum*, ſanctiſſimo ſecuritatis aſylo, & propter publicam lætitiam ad tam triſtitia inopinabili. Sed Herodem nec ſabbatum in Jacobo, nec azyma in Petro remorata ſunt, quo minus ſaltem comprehenderentur, dilato interim ſupplicio: quod Petro meditabatur *poſt paſcha* dieſque azymorum omnes tranſactos. Is ergo cuſtodiebatur in carcere: ex quo per Angelum liberatus eſt pridie deſtinati ſupplicii, noſte ſcilicet inter 12. & 13. Aprilis.

Liberatus tanto miraculo Petrus, relicta Judæa contulit ſe in alia loca, peragratiſque regionibus variis, Eccleſiiſque confirmatis, pervenit tandem Romam, cœptante anno Claudii ſecundo, ipſo 11. & Largo coſſ. qui fuit annus æræ noſtræ 42. Fixitque illic Sedem Pontificiam: cujus cathedræ natalis celebratur 18. Januarii. A qua die ad ejus mortem numerantur anni XXV. menſes V. dies XII. ſi numeres a die XV. kal. Feb. ad III. Kal. Julias anni noſtri 67. quo crucifixus, animam Deo reddidit.

Medio iſto tempore, cum Claudius Imperator edicto Judæos Roma expuliſſet, ipſe quoque Petrus cedere coactus eſt; reverſuſque in Judæam concilium habuit illud primum Apoſtolorum, anno noſtro 50

Claudio dein ſublato ad diem III. idus Octob. anno noſtro 54. ſucceſſit Nero; primo imperii ſui quinquennio clementiſſimus Princeps. Sub quo Petrus reverſus Romam, non illic ſedentariam vitam tranſegit; ſed gnaviter atque impigre, alias quoque orbis Romani provincias circumiit; ac denique in Britannias penetravit. Dum vero abeſt, ne Roma fine capite interim ageret, Linum illi conſtituit Epiſcopum conſulatu Neronis & Veteris anno noſtro 55. Is vero ſedit annos XII. (inchoatos interpretator) hoc eſt, XI. exactos cum menſibus IV. diebus XII. quotidem menſes ac dies habent membranæ Bucherianæ. Deſiit ergo vivere anno noſtro 66. omnino, vivente adhuc Petro: quod luculenter confirmat anonymus ſcriptor de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte Petri & Pauli: quem Arundeliæ comitis Sacellanus e Græcia ſecum advexit in Angliam; ex quo Patricius Junius illuſtrem hunc locum citat Græce quidem, ſed quem ego ſic Latine repræſento.

Moratus Petrus in Britannia dies aliquot, cum multos illuminaſſet verbo gratiæ, Eccleſiaſque conſtituiſſet, poſtquam Epiſcopos quoque, & Presbyteros ac Diaconos ordinaſſet impoſitis manibus; duodecimo Neronis anno (is fuit noſter 66. jam indicatus) *iterum Romam rediit*; ubi *Linum jam mortuum inveniens Clementem loco illius ordinavit, invitum, dignitatemque iſtam recuſantem. Quem idoneis rationibus perſuaſum, ac confidere admonitum in cathedram divinorum eloquiorum* (*quam ille obtinuerat*) *ſublimavit*. Profectionem Petri hanc in Britanniam aliunde vidit etiam Baronius: & eſt luculenter adſtructa non ita pridem. Sed pergit poſt pauca, idem anonymus.

Igitur confeſtim milites comprehenſis omnibus qui Chriſto nomen dederant, in condemnatorum eos deduxerunt locum. Et Clementi quidem utpote de cognatione Cæſaris, pepercerunt: Herodionem vero & Olympam cum reliqua multitudine gladio percuſſerunt. Petrum autem magnum illum Domini Apoſtolum ſitu inverſo ſuſpenderunt in cruce; in qua vulnerum dolores inſtar Chriſti ac Dei noſtri perpeſſus, puram ſuam atque inconſaminatam animam in Dei manus ebtulit. Clemens vero diſcipulus ejus & Epiſcopus pretioſum ejus corpus magnifice in loco illuſtri tumulavit.

Ecce, ut vivente adhuc Petro Linus ſederit Epiſcopus; quem propterea chorepiſcopum Marianus aliique ſcripſerunt, inter quos Leo II. ſucceſſor Agathonis: *Petrus*, inquit, *adjutores ſibi accivit Linum & Cletum; non tamen Pontificii poteſtatem eis tradidit, ſed Clementi*. Tam certum ſemper fuit una cum Petro Linum præfuiſſe fidelibus Romanis; & ab eodem Petro traditum Pontificium Clementi. Sic ergo liquidior incipit fluere hæc chronologia in hunc modum.

Anno noſtro 66. Linus poſtremum vixit, mortuus die 23. Septembris, anno XII. Neronis, quo Petrus ex Britannia reverſus Romam Linum invenit jam mortuum. Ipſe mox cum Paulo conjectus eſt in carcerem Mamertinum, in quo detenti fuerunt menſes octo uſque ad finem Junii ſequentis.

Anno noſtro 67. Petrus in carcere conſtitutus perſuaſit Clementi ut Epiſcopatum vellet ſuſcipere & Lino ſuccedere. Is ergo ex hujus anni circiter paſchate ſedit annos 9. menſes undecim dies 12. ut habet indiculus; juxta quem occiſi Petri pretioſum corpus magnifice ſepelivit inſigni in loco, ut vidimus.

Anno ergo 77. cum Romæ inter fideles orta eſſet (qualis poſtea Corinthi) magna diſſenſio ſuper honore Pontificatus: ne quaſi ex teſtamento Petri ſucceſſiſſe videretur Clemens; ac ne poſteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberetur: ultro ſe Pontificatu abdicavit, uſus iſtis verbis, quæ in altera epiſtola Corinthiis proponit imitanda. *Si propter me, ſeditio, contentio, & ſchiſmata orta ſunt, emigrabo, abibo, quocumque voluerit is*. Epiphanius in hæreſi Carpocratianorum, hanc Clementis abdicationem hoc epiphonemate innuit concluſam: *Secedo; Abeo; bene ſtabilitatur populus Dei*, addens ſe id in commentariis quibuſdam ſic inveniſſe. Abdicaverit ergo die 12. Februarii, quæ tunc fuit feria quarta cinerum: ita poſt 4. dies Cletus, & re & nomine electus ſedere cœpit ex die 16. Februarii dominica ipſa quadrageſimæ, tenuitque Pontificatum vivo Clemente annis ſex, menſibus duobus, diebus decem: quos indiculus repræſentat exſerte a conſulatu, inquit, Veſpaſiani VIII. & Domitiani V. qui eſt annus mihi jam indicatus 77. planiſſime.

Anno igitur noſtro 83. Domitiano IX. & Ruſo conſulibus obierit Cletus die 26. Aprilis, ut eſt in hemerologio, intervallum illud a creatione illius, ad unguem confirmante. Vacaſſe traditur ſedes diebus 15. Ergo ex die undecima Maii (quæ tunc fuit pentecoſte) rurſum electus Anacletus ſedit annos 12. menſes duos (non 10.) die 3. uſque ad annum noſtrum 95. diemque hemerologio agnitum 13. Julii, Domitiano XVII. & Flavio Clemente conſulibus: quos etiam agnoſcit indiculus, mira in his conſtantia, & veri ſide.

Erat hic annus Domitiani tyranni decimuſquartus, quo perſecutionem ſuſcitavit in Chriſtianos, cujus cauſſam Clemens in epiſtola illa luculenta, (quam ex perſona, non ſua ſed Eccleſiæ Romanæ, ſcripſit ad Corinthios adverſus ſuum Epiſcopum ſeditioſos,) refert in diſſidia iſta Chriſtianorum adverſus ſe invicem conſurgentium: quale quid etiam Romæ factum innuit; ſuum ipſius certamen ante annos 18. tacite innuens.

Interim autem, ſive occiſo jam Anacleto, ſive conjecto in vincula; Evariſtus ſucceſſor deſignatus eſt: cui membranæ tribuunt annos tredecim, menſes ſeptem, dies duos uſque ad Gallum & Braduam conſules anni noſtri 108. ut omnino cœperit ex anno illo jam dicto 95. Quia vero Clemens jam decrepitus obierat anno (ſicut diximus) noſtro 100. die 23. Novembris: neque mors ejus ex Ponto Romam perferri potuit niſi poſt dies ſaltem 30. hinc factum eſt, ut abinde numerato altero velut initio Evariſtus ſediſſe ſcribatur annos 7. menſes 10. dies 2. uſque ad diem 26. Octobris anni 108. Utque in Græcis legam; poſt octennium Evariſti Pontificis, ſucceſſiſſe Alexandrum anno XII. Trajani.

Alexander ergo ſedere cœpit ex anno 108. jam dicto: feditque annos 10. menſes 5. dies 21. Conjectus in carcerem anno noſtro 116. octavo ſui Pontificatus: Ælio Adriano & Vetere conſulibus, vivente adhuc Trajano ut habent acta: in quo carcere duos annos egit uſque ad tercium Hadriani; noſtrum 119. Hadriani III. & Ruſtito conſulibus, quando ad diem 3. Maii occiſus eſt, & vacavit ſedes dies 25. uſque ad 29. Maii dominicam; qua ſucceſſit Xyſtus: Poſt quem anno 128. Teleſphorus: 138. Hyginus: 142. Pius, ſub quo Marcion hæreticus exortus eſt, annis CXV. poſt duos Geminos conſules, hoc eſt anno noſtro 143. docente hoc Tertulliano, & feriem iſtam adſtruente.

Sic ergo ſpecimini ſaltem præbito reſtituendæ (quod policebar) chronologiæ Pontificiæ, intellectoque tempore, quo Epiſcopatum geſſit Clemens, quoque poſt abdicatum Pontificatum tandem occiſus eſt. Videamus nunc & de vero epiſtolarum illius tempore; iſtius maxime quam nunc damus. Nam illa præclara, omnibuſque antiquis Patribus laudata, & in Eccleſiis inſtar apoſtolicarum recitari ſolita, quæ data eſt ſub perſona non abdicati Clementis, ſed potius Romanæ Eccleſiæ (poſt Anacletum ſine Epiſcopo degentis ſcilicet) ad Eccleſiam Corinthiam, ſatis jam ſuam occaſionem annumque indicavit noſtrum 95. fervente perſecutione Domitiani quam maxime perſcripta: eodem admodum ſtilo, quod idem Romanus Clerus ad Cyprianum utitur. At character noſtræ hujus, homiliæ ſimilior quam epiſtolæ, & ab altero diverſiſſimus, privatum ſcriptorem arguit. Tempus quoque inſinuat pacatiſſimum, nullis in Eccleſiam procellis turbidum; tantoque magis ad caritatem mutuam fovendamque pacem hortatorium. Ad quam obtinendam non o-

por-

porteat inveniri hominem, qui eam largiatur, ſed Deum ſcilicet. Quibus verbis vel ego fallor, vel innuitur Veſpaſianus Imperator: qui anno noſtro 75. ſexto ſuo conſulatu templum pacis æternæ omnium orbe toto pulcherrimum dedicavit: ſemet exiſtimans illum principem pacis, patrem futuri ſæculi; prænunciati apud Iſaiam, cujus imperii non foret finis. Non hunc erga mortalem hominem, ſed Deum inveniri debere monet Clemens, qui æternam pacem ſuis largiturus ſit. Tanto ergo epiſtola hæc eſt prior illa, quæ poſt xx. demum annos miſ-A ſa fuit Corinthum. Idque ſubindicat apud Euſebium lib. 4. cap. 23. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus in epiſtola dicata Soteri Papæ circa annum noſtrum 167. in qua Romanos alloquitur his verbis: *Hodie dominicam ſacram die peregimus, in qua legimus veſtram epiſtolam, quam ſemper ad noſtram inſtructionem legemus. Sicut & priorem nobis a Clemente ſcriptam.* De quibus verbis quod volui conficio: Clementis ipſius eſſe hanc epiſtolam; illam vero alteram, non tam decrepiti Clementis, quam etiam Romani Cleri.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE S. I.

PEtrus Crabbe, doctiſſimus ex ordine minorum S. Franciſci Theologus, in altera quam anno 1551. molitus eſt conciliorum omnium editione, cum Apoſtolicarum conſtitutionum S. Clementi Papæ vulgo tributarum opus integrum nanciſci non potuiſſet, breviſſimam illarum epitomen ex libris octo in Creta inſula repertis exhibuit lectoribus pag. 27. inventore atque interprete Carolo Capellio Veneto. Laurentius Surius Lubecenſis, Cartuſianorum eximium decus, veſtigia Crabbi ſecutus anno 1567. eaſdem conſtitutiones integras ex interpretatione Caroli Bovii Oſtunenſis Epiſcopi, ne quidem omiſſis ejuſdem ſcholiis ac notatiunculis repræſentavit. Dominicus vero Nicolinus anno 1585. Venetam editionem parturiens, luculentiorem Boviana adhibuit R. P. Franciſci Turriani Hiſpani e ſocietate Jeſu ſacerdotis verſionem, atque eruditiſſimas obſervationes apologeticas, una cum præfatione prolixiſſima, quas ante decennium Cardinali Guillelmo Sirleto auctor plurima veteris hiſtoriæ cognitione præſtans obtulerat. Severinus quoque Binius Colonienſis Theologus Nicolini editionem κατὰ πόδα in omnibus fere imitatus eaſdem S. Clementi aſſictas conſtitutiones ne apice quidem expuncto lectoribus ſuis anno 1606. in Colonienſi Latina conciliorum omnium editione annumeravit abſciſſis duntaxat proœmio & explanationibus, oppido longioribus. Verum idem ille Binius anno poſtea ejuſdem ſæculi noſtri decimo octavo, cum Græco-Latinam Conciliorum generalium Romæ anno 1608. excuſorum collectionem ſuæ compilationi interſeruit, & pro ſex prioribus voluminibus decem emiſit publicam in lucem maximo non ſolum catholicorum applauſu, ſed etiam fructu; conſtitutiones iſtas Apoſtolicas (de quarum auctore etſi non conſtet, atque adhuc ſub judice lis ſit, nemo tamen ſanæ mentis opus eſſe antiquiſſimum unquam negaverit) cum Turrianico omni illo apparatu penitus rejecit, levi duntaxat ac nullius prope momenti apud eruditos lectores, tam inſolentis facti allati excuſatione. Nondum ſane prodierat, quæ eodem anno primum apparuit, editio Græco-Latina earumdem conſtitutionum, quam R. P. Fronto Ducæus, Burdegalenſis S. I. a ſe magno ſtudio elaboratam Joannis Zonaræ commentariis & Conſtantinopolitano ſub Menna Concilio, aliiſque antiquitatis canonicæ monumentis ſubjecit. Hanc ſi nactus fuiſſet vir utili-B tatis publicæ ſtudioſus, verum in Græcis, ut multa docent parum exercitatus, non prætermiſiſſet, opinor, uberrimum illum univerſi fere apud Græcos canonici juris fontem & diſciplinæ Eccleſiaſticæ theſaurum in pleriſque locupletiſſimum πᾶσαν κανονικὴν πεῖραν, ut docet ſanctus Epiphanius, complectentem, licet in eo nævos quam plurimos reperiri & ab hæreticis Græculiſque multa perperam inculcata, nonnulla adulterata atque corrupta, nemo paulo eruditior ſit qui non ultro fateatur cum Baronio, Bellarmino, Perronio, Sirmondo, Petavio, aliiſque Catholicis tractatoribus poſt Zonaram, Balſamonem, alioſque etiam Græcos, qui docent παρὰ κακοδόξων τινῶν νενοθεῦσθαι καὶ παραφθαρῆναι. Gabriel Albaſpineus ep. Aurelianenſis lib. 1. obſervationum cap. 13. docet antiquiſſimas eſſe multaque in illis excellentiſſima & magni ponderis contineri: nec dubitare ſe quin olim Græcæ Eccleſiæ pro legibus, manuali, pontificali ſeu rituali, ut vocant, codice fuerint; ſatiſque conſtare, nihil quicquam in iis reperiri, quod Eccleſiaſticæ quatuor primorum ſæculorum diſciplinæ conſentaneum non C ſit; nemini quoque dubium eſſe debere quin probus & antiquus liber ſit; quique eas attentius legerit, eadem de illis, quæ de canonibus Apoſtolicis, judicaturum; additas videlicet decurſu temporum primis novas, quemadmodum & novæ leges ac conſtitutiones in regimine Eccleſiæ novis occaſionibus enatis factæ ſunt. Neque hic ſollicitabo manes ſolertis, mihi dum viveret, amici, regiæ ſeu Lupareæ ut vocant collectionis conciliorum editoris, quem Binianis erroribus tenacius ſaltem per initia adhæſiſſe ſæpius doluimus. Unum hic tantummodo ſubjungam, me libros illos octo a peregrino ſolo, cujus extremæ margini jacent inſiti pleriſque incogniti, avulſos erutoſque, in proprium nativumque locum tranſtuliſſe, tum mea ſponte incitatum, tum clariſſimorum virorum conſilio atque auctoritate fretum; præſertim vero illuſtriſſimi ac reverendiſſimi Petri de Marca Archiepiſcopi Toloſani a chriſtianiſſimo rege ad Archiepiſcopatum Pariſienſem die 26. Febr. hujuſce anni 1662. nominati, & a Summo Pontifice die 5. Junii cum maxima meritorum D ejus commendatione translati: quem ſi hæc præcipue ſtudia ſpectaveris, eruditorum noſtri ſæculi principem appellaſſe numquam pigebit. Sed heu dum iſta typis parantur die 29. Junii ejuſdem ad ſuperos abiit bonis eruditiſque omnibus inconſolabiliter lugentibus.

IN CONSTITUTIONES APOSTOLICAS

Adnotatio critica & chronologica.

COnſtitutiones, quas vocant apoſtolicas, opus eſſe ſpurium, ab iis, quibus adſcribuntur, apoſtolis, tum & ab ipſa apoſtolorum ætate penitus alienum, nemo Theologos modo ignorat vel diſſitetur. Quibus vel ſilentibus vel diſſimulantibus, res tamen ipſa per ſe loqueretur, cum operis illius auctor ineptus ſit adeo interdum, ut ab apoſtolorum, quam affectat, gravitate ſe penitus degenerem oſtendat. Celebris eſt ſimilitudo, qua Deo Patri, Filio, & Spiritui Sancto Epiſcopum, Presbyterum: & Diaconum comparat lib. 2. cap. 26. Nec minus ineptit cum lib. 6. cap. 20. vetera ſacrificia ante idololatriam populi premiſſa tantummodo, & ſponte offerenda, ſed populo demum in crimen prolapſo, ut ſacrificiis numen agnoſceret lege injunctum fuiſſe ſtatuit. Privatam ultionem per ſe quidem juſtam agnoſcit, quam ideo vetuit Deus, ait, eo quod *tolerantiam* ultione *præſtantiorem* agnoverit lib. 6. cap. 23. Si ſcriptorem hunc audias Afrorum conſuetudo de rebaptizandis hæreticis, Romanorum diſciplina, quæ ſacramen-E tum illud a quocumque tandem collatum admittit, & ſuſcipit, tantopræſtantior eſt, quanto veritas errorem præcedit. Vide lib. 6. cap. 15. Ætatem etiam multo præ apoſtolica recentiorem prodit conſuetudo illa templorum ritu Chriſtianis peculiari excitatorum, cujus meminit auctor lib. 2. cap. 57. Templa enim a Chriſtianis ſæculo demum ſecundo primum erigi cœpiſſe mihi admodum probatur. Cum Epiſcopos ad varias orbis eccleſias deſtinatos recenſet, eos commemorat, qui diu poſt Apoſtolos vixerunt. Vide lib. 7. cap. 47. Quin & ſcriptoris illius ætate eccleſia Chriſti totum per orbem diffuſa, catholicæ nomen ſibi merito vindicabat, quo illam elogio idem auctor non ſemel mactat. Id vero quam immerito de eccleſia, qualis erat Apoſtolorum ætate, affirmaretur, nemo non intelligit. Ex his omnibus probatum arbitror lucubrationem hanc Apoſtolorum ætatem nec ſapere, nec præferre.

At cujus demum ætatis opus illud judicaremus? Alii aliter ſapiunt. Ego vero cum in lib. 1.

cap.

cap. 23. &c. adeo multis commendatam legerim A epiſcopis erga reſipiſcentes Fideles benignitatem, & clementiam ; cum omnes cujuſcumque tandem criminis reos, idololatria quidem excepta, ad pœnitentiam, & pacem, ſiquidem veniam poſcerint, admitti: Scriptor ille mandet; id ego quidem contra Montaniſtas dictum ſuſpicor, quorum æreſis ſæculo labente ſecundo emerſit. Ex quo confici poſſe cenſeo lucubrationem hanc ſæculo tertio procudi facile potuiſſe. Sed & medio circiter ſæculo illo tertio evoluto S. Dionyſius Alexandrinus a Baſilide epiſcopo conſultus quota noctis hora jejunium ſolvi liceret ſabbato antepaſchali, reſpondit, ſe definire nihil auſurum, cum Romani ad galli cantum illud prorogare conſueverint, alii citius ſolverint. Id B profecto demonſtrat ignoratas ab illo fuiſſe apoſtolicas conſtitutiones, cum in illis lib. 5. cap. 18. ad gallicinium prorogandum ſabbati hujus jejunium edicatur. Cum tamen, ut ſupra monui, ætate illa vixerit auctor, qua eccleſia totum late per orbem tandem promulgata, & dilatata erat; idque demum ætate Conſtantini obtinuerit: ideo Conſtantini ætate antiquiorem non exiſtimaverim. Rurſus autem ſæculo quarto ineunte, anno, quantum arbitror, 309. concilium Eliberitanum celebratum eſt, cujus primus canon admitti vetat ad communionem illos, qui a fide ad idololatriam apoſtataverint, quantumcumque de crimine dein pœnituerint, idque demum repugnare videtur apoſtolicæ illi conſtitutioni, cujus ſupra mentio facta eſt: ex qua conjectura docemur conſtitutionem illam nondum anno illo innotuiſſe. Viciſſim vero auctor de Filio Dei ita paſſim, & frequenter loquitur, quemadmodum Antenicæni Patres ſcribere conſueverunt, & voce *omouſion*, quamquam ſæpe res & occaſio poſtulaverit, numquam utitur, quo argumento probari poſſe arbitror Nicæni concilii celebrationem opus idem præceſſiſſe. Quæ ſi conjecturæ admittantur, intra ſpatium illud, quod anno 309. & 325. concluditur, vulgatarum conſtitutionum ſedes figenda eſt.

Utcumque res habeat ſe ſe, utile eſt opus ad multa, & dogmatum noſtrorum vetuſtati adſtruendæ apprime neceſſarium.



ΔΙΑΤΑΙΑΙ
ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΟΥ

Καθολικὴ Διδασκαλία.

CONSTITUTIONES
SANCTORUM APOSTOLORUM

AUCTORE CLEMENTE EPISCOPO

ET CIVE ROMANO

Catholica Doctrina

FRANCISCO TURRIANO *Societatis Jesu theologo interprete.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΩΝ ΔΙΑΤΑΓΩΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Κεφάλαια τοῦ πρώτου βιβλίου.

Περὶ πλεονεξίας. ά.

Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβρίζειν ἢ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα. β'.

Περὶ καλλωπισμοῦ καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁμαρτίας. γ'.

Ὅτι οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τοὺς κακῶς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ ἔργῳ σχολάζειν. δ'.

Ποῖα τῆς γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν. έ.

Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων. ς'.

Περὶ γυναικὸς φαύλης. ζ'.

Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ φιλανδρου καὶ σώφρονος. η'.

Περὶ τοῦ μὴ συλλέεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν. θ'.

Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός. ι'.

Κεφάλαια τοῦ δευτέρου βιβλίου.

Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον εἶναι πεπαιδευμένον καὶ ἔμπειρον τοῦ λόγου. ά.

Οἷον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον καὶ τοὺς λοιποὺς κληρικούς. β'.

Τίνα χρὴ δοκιμάζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον προχειριζόμενον. γ'.

INDEX CAPITUM CONSTITUTIONUM SANCTORUM APOSTOLORUM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

I. *De avaritia.*

II. *De non referenda contumelia, nec ulciscendo inimico, qui injuriam fecit.*

III. *De ornatu, & peccato inde proficiscent.*

IV. *Quod non oporteat esse curiosum observatorem eorum, qui non recte vivunt, sed opus suum attendere.*

V. *Qui libri scripturæ legendi.*

VI. *Quod oporteat abstinere a lectione omnium librorum Gentilium.*

VII. *De muliere prava*

VIII. *De uxore viro subjecta, & virum diligente, ac casta*

IX. *Ne mulier cum viris lavet.*

X. *De muliere pugnace, & loquace.*

CAPITA LIBRI SECUNDI.

I. *Quod oporteat episcopum esse eruditum, & in sermone exercitatum.*

II. *Qualem esse oporteat episcopum, & reliquos clericos.*

III. *Quæ sint inquirenda in eligendo episcopo.*

a Sane ut Clementis Romani fœtum non esse, ita etiam erudito scriptori, qui tertio saltem sæculo floruerit, vindicandum, omnibus hodie persuasum esse video, *inquit illust de Marca concordiæ lib. III. 2. pag. 393.* cum in illo commentario ANTIQUÆ DISCIPLINÆ satis expressa vestigia supersint. An vero eædem sint cum iis quarum Epiphanius meminit adversus hæresim Audianorum uberius alias disputabitur. Interim lege Petavium in notis ad Epiphan. & tom. II. dogm. theologicorum, Bellarminum de script. eccl. 8. Clemens, Gabrielem Albaspineum ep. Aurel. lib. 1. Observationum cap. 13. §. Certe si quis &c. pui S. Clementi abjudicant

IV. *Quod non ſit tribuendum unicuique viduæ, & aliquando anteponenda ſit non vidua viduæ; & quod viduæ voraci, temulentæ, otioſæ non ſit largiendum.*

V. *Quod oportet epiſcopum non eſſe acceptatorem perſonarum, & quod eſſe debeat moderatus, & ſobrius.*

VI. *Quod debeat epiſcopus non eſſe turpi lucro deditus, neque ſpondere pro alio, neque advocatus eſſe.*

VII. *Qualem oporteat eſſe eum, qui baptizatus eſt.*

VIII. *De eo cui calumnia adhibetur*

IX. *Quod oporteat, ut ſit epiſcopus incorruptus.*

X. *Quod epiſcopus, qui temere ei qui deliquit, parcit, reus efficitur.*

XI. *Quomodo oporteat epiſcopum judicare eos qui deliquerunt.*

XII. *Quomodo oporteat tractare pœnitentes.*

XIII. *Quod oporteat cavere, ne experiamur peccata.*

XIV. *De iis qui dicunt, non debere recipi pœnitentem, & quod juſtus licet cum injuſto verſetur, & vivat, non tamen cum eo perit.*

XV. *Quod oportet epiſcopum nunquam negligere peccata; neque promptum eſſe ad puniendum.*

XVI. *De pœnitentiam, & quis modus ejus, & quomodo perficitur.*

XVII. *Quod oportet epiſcopum carere reprehenſione tanquam formam eorum quibus præeſt.*

XVIII. *Quod oportet epiſcopum curare, ut non peccet populus, quia ipſe eſt ſpeculator.*

XIX. *Quod paſtor, qui ſe negligenter gerit cum ovibus, pœnas, ſolvit, & ovis, quæ non paret paſtori, punitur.*

XX. *Quomodo oporteat ſubditos obedire epiſcopis ſuis, & epiſcopos diligenti, & varia uti providentia erga laicos.*

XXI. *Quod periculum ſit, judicium pronunciare altera parte tantum audita, & ſupplicium decernere contra eum, qui nondum convictus eſt.*

XXII. *Quod magnum pœnitentiæ exemplum propoſitum eſt in David, in Ninivitis, in Ezechia, & in filio ejus Manaſſe.*

XXIII. *In eos, qui peccant per contemptum exemplo Amon.*

XXIV. *Quod Chriſtus Jeſus dominus venit ad ſalvandos peccatores per pœnitentiam.*

XXV. *De decimis, & primitiis & oblationibus, & quomodo debeat epiſcopus vel ipſe accipere ex eis, vel aliis diſtribuere.*

XXVI. *In cujus imagine, & dignitate quiſque in clero a Deo poſitus, & collocatus ſit.*

XXVII. *Quod horrendum ſit intrudere ſe dignitati ſacræ, ut Coritæ, ut Saul, ut Ozias fecerunt.*

XXVIII. *De convivio, & quomodo oporteat unumquemque honorare.*

XXIX. *Quanta ſit dignitas epiſcopi & diaconi.*

XXX. *Quomodo oporteat laicos obedire diaconis.*

XXXI. *Quod non oporteat quicquam facere diaconum ſine epiſcopo.*

XXXII. *Quod non oporteat diaconum præter voluntatem epiſcopi dare ulli; hoc enim facere, ad criminationem epiſcopi pertinere.*

XXXIII. *Quomodo oporteat honorare ſacerdotes, & veneratione dignos habere, ut qui ſint patres ſpirituales.*

XXXIV. *Quod ſint ſacerdotes præſtantiores regibus, & magiſtratibus.*

Ὅτι οὐχ ἑκάστῃ χήρᾳ δεῖ μεταδιδόναι, ἀλλ' ἔστ' ὅτε καὶ τὴν ὕπανδρον προκρίνειν. καὶ ὅτι καταφαγᾶ, μεθύσῳ, ἀργῷ οὐ μεταδιδόναι χρή. δ'.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἐν τῷ κρίνειν, καὶ τὸ ἦθος μέτριον, καὶ τὰ δίκαια συνεξαλμένον. ε'.

Περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν ἐπίσκοπον αἰσχροκερδῆ, μήτε ἐγγυᾶσθαι ἢ συνηγορεῖν. ς'.

Οἷον χρὴ εἶναι τὸν μεμνημένον. ζ'.

Περὶ συκοφαντημάτων ἤτοι ἐλεγχομένων. η'.

Ὅτι ἀδωροδόκητον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον. θ'.

Ὅτι ὁ ἐπίσκοπος ἀκέρδως φειδόμενος τῶν ἡμαρτηκότος ὑπαίτιος γίνεται. ι'.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον κρίνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας. ια'.

Διδασκαλία, ὅπως χρὴ προσφέρεσθαι τοῖς μετανοοῦσι, ιβ'.

Ὅτι φθάνειν χρὴ τῆς ἁμαρτημάτων τοὺς πείρας. ιγ'.

Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δέχεσθαι μετανοοῦντα, καὶ ὅτι δίκαιος κἂν σώσειν ἁμαρτωλὸν, ἐ σωσαπόλληται αὐτῷ. ιδ'.

Ὅτι ἐ χρὴ τὸν ἱερέα μήποτε παροράν τι ἁμαρτήματι, μήτε πρόχειρον εἶναι ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι. ιε'.

Περὶ μετανοίας, καὶ τίς αὐτῆς ὁ τρόπος, καὶ ὅπως κατορθῶται. ις'.

Ὅτι ἀνεπίληπτον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τύπον τῆς ἀρχομένων. ιζ'.

Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον φροντίζειν, ὅπως ὁλαὸς μὴ πλημμελῇ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σκοπόν. ιη'.

Ὅτι καὶ ὁ ποιμὴν ἀμελῶς φερόμενος περὶ τὰ πρόβατα, δίκην τίννυσιν, καὶ τὸ πρόβατον μὴ πειθαρχοῦν τῷ ποιμένι, κολάζεται. ιθ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς ἀρχομένους πειθαρχεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐπισκόποις. * * * * * * * * * * * κ'.

Ὅτι κίνδυνος μονομερῆ κρίνειν ποιήσασθαι, καὶ τιμωρίαν δρᾶσαι κατὰ τοῦ μηδέπω ἐλεγχθέντος. κα'.

Ὅτι μέγα παράδειγμα μετανοίας προκεῖται Δαβὶδ, καὶ Νινευῖται, Ἐζεκίας τε καὶ ὁ τούτου υἱὸς Μανασσῆς. κβ'.

Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας, ἔσω παράδειγμα Ἀμών. κγ'.

Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι διὰ μετανοίας. κδ'.

Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος, ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν. κε'.

Εἰς τίνα τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεῷ. κς'.

Ὅτε φεικώδες ἄνθρωπον σαυτὸν ἐπιῤῥάπτειν ἀξιώματί τινι ἱερατικῷ, ὡς οἱ Κορεῖται, ὡς Σαὺλ, ὡς Ὀζίας. κζ'.

Περὶ * διχῆς καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τῆς κλήρου ἰσῶς τῆς προσκαλυμμένων τιμᾶσθαι. κη'. * διχῆς.

Τίς ἡ ἀξία τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ διακόνου. κθ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς λαϊκοὺς πειθαρχεῖν τοῖς διακόνοις. λ'.

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου τι πράττειν. λα'.

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου διδόναι τινί. ἐπὶ διαβολῇ γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο πράξει. λβ'.

Ὅπως χρὴ τιμᾶσθαι τοὺς ἱερεῖς, καὶ σεπτοὺς ἡγεῖσθαι πνευματικοὺς ὄντας γονεῖς. λγ'.

Ὅτι τῆς ἀρχόντων καὶ βασιλέων εἰσὶ κρείττους οἱ ἱερεῖς. λδ'.

Ὅτι

Ὅτι παρακελεύονται οἱ νόμοι καρποφορεῖν, ὡσαύτως καὶ τὸ εὐαγγέλιον. λέ.

Ὑπόμνησις τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων, καὶ ὅπως αὐτὰ ἐνταῦθα διδάσκονται. λϛ'.

Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν, καὶ ὅπως χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τούτοις τὸν κριτὴν, ἀλλὰ μετ' ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. λζ'.

Ὅτι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδιαζόντως ἐλέγχειν, καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι κατὰ τὸν τοῦ κυρίου διάταξιν. λή.

Παραδείγματα περὶ μετανοίας. λθ'.

Ὅτι ὁ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα. μ'.

Ὅπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα, καὶ ὅπως διαγίνεσθαι πρὸς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτειν τῆς ἐκκλησίας. μα.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν. μβ'.

Ὅπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι. μγ'.

Ὅτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τῆς ἐπισκόπων, καὶ διδοῦναι τὰ κοφότερα· μδ'.

Ὅτι μὴ προσῆκον Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί. με.

Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῆς ἀπίστων δικάζεσθαι, ὅτε μηδὲ ἐξ αὐτῶν τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν Χριστιανῶν. μϛ'.

Ὅτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας. μζ'.

Ὅτι μὴ χρὴ ταύτῃ ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελείας, ἀλλὰ διάφορον, πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος. μή.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς κατηγόρους καὶ μάρτυρας. μθ'.

Ὅτι ἐγχωρεῖ τινα καὶ ἐκ προτέρων κακῶν μὴ ἀπιστεῖσθαι τὰ δεύτερα. ν'.

Ὅτι ὁ χρὴ μονομερῆς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι. να.

Παράδειγμα τοῦ δικαίου κρίματος ἢ τῆς ἔξωθεν δικασῶν περὶ τὰς ἀποφάσεις ἀσφάλεια. νβ'.

Ὅτι μὴ χρὴ κατ' ἀλλήλων ἔχειν τοὺς πεσόν. νγ'.

Ὅτι χρὴ τοὺς ἐπισκόπους τὰ περὶ εἰρήνης διὰ τῶν διακόνων ὑπομιμνήσκειν τῷ λαῷ. νδ'.

Ἀναρίθμησις διαφόρων προνοίας, καὶ ὅπως ἐξ ἀρχῆς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν πάντας. νε.

Ὅτι θέλημα Θεοῦ, ὁμόφρονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν εὐσέβειαν, παραπλησίως τοῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι. νϛ'.

Διατύπωσις ἐκκλησίας καὶ κλήρου, καὶ τί ἕκαστος ἐπιτελεῖν ὀφείλει τῆς συναθροιζομένων κληρικῶν ἢ λαϊκῶν ἐν τῇ συνάξει. νζ'.

Περὶ συστατικῶν ἤτοι ξενίων, λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων, καὶ ὡς ὁ χρεία διαφορεῖν. νή.

Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὀρθρεύειν καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις. νθ'.

Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἀγαγὸν ἡ Ἑλλήνων τῶν Ἰουδαίων μάτιος συνδρομὴ ἐπὶ τὰς νεὼς καὶ τὰς συναγωγάς. ξ'.

Ὅτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῆς θείων. ξά.

Ὅτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή. ξβ'.

Ὅτι ἀργὸν ὁ χρὴ ἐνθένειν τινὰ τῶν πιστῶν, ὡς οἱ περὶ Πέτρον ἁλιεῖς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι, οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ἀκύλαν σκηνοποιοί, οἱ δὲ περὶ Ἰούδαν Ἰακώβου γῆς ἐργάται. ξγ'.

XXXV. *De pensionibus fructuum ad alendum ministros ecclesiæ, & egentes secundum legem, & evangelium.*

XXXVI. *Commemoratio decalogi, & quomodo hic jubet.*

XXXVII. *De accusatoribus, & calumniatoribus, & quod oporteat judicem non facile credere, aut non facile non credere, sed accurata inquisitione adhibita.*

XXXVIII. *Quod oporteat delinquentes privatim arguere, & pœnitentes recipere secundum constitutionem domini.*

XXXIX. *Exempla pœnitentiæ.*

XL. *Quod non oporteat male animatum esse in eum qui semel & iterum deliquit.*

XLI. *Quomodo oporteat recipere pœnitentem, & qualem se exhibere delinquentibus, & quando ab ecclesia abscindere.*

XLII. *Quod oporteat judicem non esse acceptatorem personarum.*

XLIII. *Quomodo oporteat punire calumniatores.*

XLIV. *Quod debeat diaconus sublevare onus episcopi, & ea quæ leviora sunt, corrigere.*

XLV. *Quod non conveniant Christianis controversiæ, & concertationes.*

XLVI. *Quod non oporteat fideles apud infideles litigare, nec aliquem ex eis vocare ad dicendum testimonium in Christianos.*

XLVII. *Quod oporteat secunda feria causas judicare.*

XLVIII. *Quod non sit eadem pœna irroganda in omni delicto, sed varia pro varietate peccantis.*

XLIX. *Quales esse oporteat accusatores, & testes.*

L. *Quod contingat, ut ex prioribus peccatis, quæ quis commisit, credatur commisisse secunda.*

LI. *Quod non oporteat pronunciare judicia, altera tantum parte audita.*

LII. *Exemplum justi judicii, & cautio Gentilium in pronunciandis sententiis.*

LIII. *Quod non oporteat, ut fideles habeant adversum se aliquid.*

LIV. *Quod oporteat, ut episcopi populum de pace per diaconum admoneant.*

LV. *Recensetur varia providentia Dei, & quemadmodum singulas generationes a principio ad pœnitentiam vocavit.*

LVI. *Quod voluntas Dei sit, ut omnes homines religione pia consentiant ad imitationem angelorum.*

LVII. *Descriptio ecclesiæ, & cleri, & quid unusquisque facere debeat clericis congregatis, vel laicis in synaxe.*

LVIII. *De commendatitiis litteris peregrinorum, laicorum, clericorum, episcoporum, & de recipiendis sine differentia acceptionis personarum.*

LIX. *Quod debeat unusquisque adhibere studium, ut mane, & vespere ad Ecclesiam eat.*

LX. *Exemplum ad æmulationem inducens, vanus Gentilium, & Judæorum ad fana & synagogas concursus.*

LXI. *Quod non sit fas anteponere divinis sæcularia.*

LXII. *Quod oporteat omnes impietates Gentilium vitare.*

LXIII. *Quod otiosus non debeat comedere ex bonis fidelium, ut Petrus fuit piscator, & reliqui apostoli; Paulus autem, & Aquila artifices tabernaculorum, Judas vero Jacobi, agricola.*

CAPITA LIBRI TERTII.

I. *Qua ætate eligendæ sint viduæ.*

II. *Quod cavendum sit, ne adolescentiores viduæ eligantur.*

III. *Quales esse oporteat viduas, & quomodo eis ab episcopo subveniendum.*

IV. *Quod oportet unicuique indigenti benigne facere.*

V. *Quod studendum sit viduæ, ut sit morata.*

VI. *Quod non oportet mulieres docere; indecorum enim esse: & quales mulieres Dominum sequebantur.*

VII. *Quales sint falsæ viduæ.*

VIII. *Quod non oporteat, ut vidua ab indigno accipiat, aut episcopus, aut alius fidelis.*

IX. *Quod non oportet mulieres baptizare, esse enim impium, & a doctrina Christi alienum.*

X. *Quod non oporteat, ut laicus ullum opus sacerdotale faciat, ut baptismum, aut sacrificium, aut manus impositionem, aut benedictionem.*

XI. *Quod nulli ex clericis præterquam episcopo, aut presbytero permissum est facere, quæ sunt sacerdotum: ordinare vero episcopo tantum convenit, & nulli alii.*

XII. *Debortatso ab invidia.*

XIII. *Quomodo oporteat viduas orare pro iis, quid præbent, quæ opus sunt.*

XIV. *Quod non oporteat gloriari, neque ut jaciat nomen suum, quæ eleemosynam facit.*

XV. *Quod non deceat conviciari proximo, alienum enim esse a Christiano, maledicere: & de diaconissis.*

XVI. *De divina celebratione mysterii sancti baptismatis.*

XVII. *Quam causam habeat baptismus in Christum: & quare singula in eo, & dicantur, & fiant.*

XVIII. *Qualis esse debeat baptizatus.*

XIX. *Qualis esse debeat diaconus.*

XX. *Quod a duobus, vel tribus ordinandus sit episcopus, & non ab uno: quippe illud est irritum.*

CAPITA LIBRI QUARTI.

I. *De pupillis recipiendis in locum filiorum ex misericordia ab iis qui liberis carent,*

II. *Quibus sit subveniendum secundum constitutionem domini.*

III. *De avaritia.*

IV. *Quali timore oporteat participare ea quæ conferuntur in eleemosynas domini.*

V. *A quibus accipiendæ oblationes, a quibus non accipiendæ.*

VI. *Quod oblationes eorum qui non sunt digni, ut offerant, non solum non placant Deum, sed potius iram ejus provocant.*

VII. *Quod melius est ex proprio labore præbere viduis, quam vis parva, & pauca sint, quam ex iis quæ ab impiis dantur, licet multa, & magna sint: præstat enim perire fame, quam ab impiis accipere, quæ conferunt.*

VIII. *Quod oportet, ut sacerdos populum hortetur ad largiendum pauperibus, ut sapiens Salomon.*

IX. *Quod si aliquis impius nummos sacerdotibus projecerit, in ligna & carbones insumendi sint, & non in cibos.*

X. *De parentibus, & filiis.*

XI. *De famulis, & dominis.*

Κεφάλαια τῦ τείτυ βιβλίυ.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

Ὅτι παραιτητέον καθησᾶν νεωτέρας χήρας ὄμα τὸ ὕποπτον. β'.

Ὁποίας εἶναι χρὴ τὰς χήρας, καὶ ὅπως ἐπικυρεῖσθαι παρὰ τῦ ἐπισκόπυ. γ'.

Ὅτι πάνθ' ὅντινα ἂν ἐνδεᾶ ἄμοιρεῖν χρή. δ'.

Ὅτι καὶ τῦ ἤθυς ἐπιμελητέον τιμῇ χήραν. ε'.

Ὅτι ὀ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν· ἀκαιρεπὲς γάρ, καὶ ποῖαι γυναῖκες ἔπονται τῷ κυρίῳ. ς'.

Οἵαί εἰσιν αἱ ψευδοχήραι. ζ'.

Ὅτι ὀ χρὴ παρὰ ἀναξίων λαμβάνειν τιμὴ χήραν, ἢ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλον πιστόν. η'.

Ὅτι ὀ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν. ἀσεβὲς γάρ & τῆς Χριστῦ διδασκαλίας ἀλλότριον. θ'.

Ὅτι ὀ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον, βάπτισμα, ἢ θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν. ι'.

Ὅτι πλιὼ ἐπισκόπυ ἢ πρεσβυτέρυ ὀδσνὶ τῆς λοιπῆς κληρικῆς ἐπιτέτραπται τὰ τῆς ἱερέων ἐνεργεῖν, τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει, ἑτέρῳ δὲ ὀδσνί. ια'.

Ἀποζοπὴ βασκανίας. ιβ'.

Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῆς διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας. ιγ'.

Ὅτι ὀ χρὴ κομπάζειν καὶ περιαγγέλλειν τὸ ἑαυτῆς ὄνομα τιμῇ τῦ καρποφορῆσαν κατὰ τιμὴ τῦ κυρίυ διάταξιν. ιδ'.

Ὅτι ἀκαιρεπὲς τὸ λοιδορεῖν τὸν πλησίον, ἀλλόξιον γὰρ Χριστιανῶν τὸ καταρᾶσθαι. ιε'.

Περὶ μυήσεως θείας τῦ ἁγίυ βαπτίσματος. ις'.

Ποίαν αἰτίαν ἔχει τὸ εἰς τὸν Χριστὸν βάπτισμα, καὶ ὄματί τῆς ἐν αὐτῷ ἕκαστον λέγεται, καὶ πράττεται. ιζ'.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ μεμυημένος. ιη'.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ διάκονος. ιθ'.

Ὅτι ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος, ἀλλ' ὐχ ὑπὸ ἑνός· ἀβέβαιον γάρ. κ'.

Κεφάλαια τῦ τετάρτυ βιβλίυ.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῆς ὀρφανῶν. α'.

Τίνες ὀφείλυσιν ἐπικυρεῖσθαι κατὰ τιμὴ κυριακὴ ὄματος. β'.

Περὶ φιλαργυρίας. γ'.

Μετὰ ποίυ φόβυ χρὴ τῆς κυριακῶν μετέχειν συνεισφορῶν. δ'.

Τίνων αἱ καρποφορίαι δεκταί, καὶ τίνων ἄδεκτοι. ε'.

Ὅτι αἱ τῆς ἀναξίων καρποφορίαι, ἕως ἂν ὦσι τοιῦτοι, ὐ μόνον ὐκ ἐξιλεῦνται Θεόν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐναντίων κινῦσιν αὐτὸν πρὸς ἀγανάκτησιν. ς'.

Ὅτι βέλτιον ἐκ πόνυ ἰδίυ παρέχειν τυῖς χήραις, κἂν ἢ εὐτελῆ καὶ ὀλίγα, ἢ τὰ παρὰ τῆς ἀσεβῶν, κἂν πολλὰ καὶ μεγάλα τυγχάνη. βέλτιον γὰρ λιμῷ ὄμαφθαρῆναι ἢ παρὰ ἀσεβῶν σιτοεισφορὰν δέξασθαι. ζ'.

Ὅτι χρὴ προτρέπεσθαι τὸν λαὸν ὑπὸ τῦ ἱερέως εὐποιεῖν τὸς πένητας, ὡς καὶ ὁ Σολομὼν ὁ σοφός. η'.

Διάταξις ἵν' ἑάντις τῆς ἀσεβῶν βία προσρίψη χρήματα τοῖς ἱερεῦσιν, εἰς ξύλα καὶ ἀνθρακίαν ἀναλώσωσι ταῦτα, ἀλλὰ μὴ εἰς ὄμαρτωφάς. θ'.

Περὶ γονέων καὶ παίδων. ι'.

Περὶ οἰκετῆς καὶ δεσποτῆς. ια'.

Ἐντισιν ὑποτάσσεσθαι χρὴ τοῖς κοσμικοῖς ἄρχουσιν. ιβ'.

Περὶ παρθένων. ιγ'.

Κεφάλαια τῆ πέμπτη βιβλίῳ.

Ὅτι τοῖς δι' Χριστὸν θλιβομένοις παρὰ ἀπίστων δίκαιον τοῖς πιστοῖς τὰ δέοντα παρέχειν κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

Ὅτι φευκτέον τῆς πρὸς τοὺς ψευδαδέλφους συνηθείας, ὅταν ἐπιμένωσι τῇ φαυλότητι. β'.

Ὅτι τοῖς δι' Χριστὸν πορθουμένοις χρὴ χεῖρα ὀρέγειν, κἂν κίνδυνος παρῇ. γ'.

Ὅτι φευκτὸν καὶ ὀλέθριον τὸ ἀρνεῖσθαι Χριστὸν, καὶ ὅτι μιμητέον Χριστὸν ἐν τῷ πάσχειν καὶ ζηλωτέον τὴν αὐτοῦ ὑπομονήν. δ'.

Ὅτι χρὴ τὸν πιστὸν μήτε ῥιψοκίνδυνον εἶναι διὰ ἀσφάλειαν, μήτε περιδεῆ διὰ ἀνανδρίαν, ἀλλὰ καὶ φεύγειν διὰ εὐλάβειαν, καὶ ἐμπεσόντα ἀγωνίζεσθαι διὰ τὸν ἀποκείμενον στέφανον. ε'.

Περὶ ἀναστάσεως ἀποδείξεις διάφοροι, περὶ Σιβύλλης, καί τί οἱ Στωικοὶ περὶ τοῦ Φοίνικος τοῦ ὄρνεου. ς'.

Περὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου καὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος. ζ'.

Περὶ ψευδομαρτύρων. η'.

Ἠθικὴ παραίνεσις, ὅτι δεῖ φεύγειν ματαιολογίας, αἰσχρολογίας, εὐτραπελίας, μέθην, λαγνείαν, θρύψιν. θ'.

Παραίνεσις παιδεύουσα φεύγειν τῆς εἰδωλολατρείας τὸ μῦσος. ι'.

Ὅτι μὴ καθήκει ᾠδὴν ἐθνικὴν, ἢ πορνικὴν ᾄδειν, ὅτε ἐπόμνυσθαι εἴδωλον. ἀσεβὲς γὰρ τοῦτο καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως ἐχθρόν. ια'.

Κατάλογος τῶν τοῦ κυρίου ἑορτῶν, ἃς δεῖ φυλάσσειν, καὶ πότε τούτων ἑκάστη ὀφείλει ἐπιτελεῖσθαι. ιβ'.

Περὶ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου, καὶ τί ἐν ἑκάστῃ ἡμέρᾳ ἐπράχθη τῶν ἐν τῷ πάθει, καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα, καὶ ὅτι ὁ συμπαρὼν Ἰούδας ἐν τῷ τὸν κύριον τοῖς μαθηταῖς παραδιδόναι τὰ μυστήρια.

Περὶ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος, καὶ διὰ τί τετράδα καὶ παρασκευὴν ἐπιτρέπουσι νηστεύειν. ιδ'.

Ἀπαρίθμησις προφητικῶν προῤῥήσεων τῶν Χριστὸν κηρυττουσῶν, ὧν Ἰουδαῖοι τὴν ἔκβασιν θεασάμενοι ἐκ κακονοίας ἠπίστησαν αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ σωρῷ κατέκειναν τὸν τῆς δόξης κύριον. ιε'.

Ὅπως ὀφείλει γίνεσθαι τὸ πάσχα. ις'.

Διάταξις περὶ τῆς μεγάλης τοῦ πάσχα ἑβδομάδος. ιζ'.

Περὶ τῆς παννυχίδος τοῦ μεγάλου σαββάτου καὶ περὶ τῆς ἀνασασίμου ἡμέρας. ιη'.

Προῤῥήσεις προφητείας περὶ Χριστοῦ τοῦ Ἰησοῦ. ιθ'.

Κεφάλαια τῆ ἕκτῃ βιβλίῳ.

Τίνες σχίσματα ποιεῖν τολμήσαντες οὐ διέφυγον τὴν τιμωρίαν. α'.

Ὅτι οὔτε βασιλείᾳ, οὔτε ἱερωσύνῃ θεμιτὸν ἀπανίσασθαι. β'.

Περὶ τῆς Μωϋσέως ἀρετῆς καὶ ἀπιστείας τῶν Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ ὧν ὁ Θεὸς ἐθαυματούργησε δι' αὐτῶν. γ'.

Ὅτι ἀποχίζει οὐχ ὁ τῶν ἀσεβῶν χωριζόμενος, ἀλλ' ὁ τῶν εὐσεβῶν ἀφιστάμενος. δ'.

Τίνος χάριν ἀπεβλήθη ὁ ψευδώνυμος Ἰσραὴλ ἀπόδειξις ἐκ προφητικῶν προῤῥήσεων. ε'.

Ὅτι ἡ παρὰ Ἰουδαίοις σωτηρία θεομισὴς διδασκαλία διαφόρων αἱρέσεων. ς'.

xii. *In quibus oporteat ſubjectos eſſe poteſtatibus ſæcularibus.*

xiii. *De virginibus.*

CAPITA LIBRI QUINTI.

i. *Quod iis qui propter Chriſtum ab infidelibus affliguntur, juſtum eſt, ut fideles præbeant, quæ opus ſunt ſecundum conſtitutionem domini.*

ii. *Quod fugienda ſit falſorum fratrum conſuetudo, dum in nequitia perſeverant.*

iii. *Quod afflictis propter Chriſtum oportet opem ferre, quamvis adſit periculum.*

iv. *Quod horrendum, & mortiferum ſit, negare Chriſtum, & quod imitandus ſit Chriſtus patiendo, & imitando patientiam ejus.*

v. *Quod oportet ut fidelis non ſe projiciat in pericula propter infirmitatem ſuam, neque ſit meticuloſus propter mollitiem, ſed fugiat propter metum Dei, & cum inciderit in ea, decertet propter coronam reſervatam.*

vi. *De reſurrectione variæ demonſtrationes, & de Sibylla, & quid Stoici de Phœnice ave.*

vii. *De Jacobo fratre domini & Stephano protomartyre.*

viii. *De falſis martyribus.*

ix. *Moralis admonitio, quod oporteat fugere vanos & turpes ſermones, facetias, ebrietatem, laſciviam, mollitiem.*

x. *Admonitio de fugiendo ſcelere execrabili idololatriæ.*

xi. *Quod non liceat cantilenam ethnicam, aut meretriciam canere, aut per idolum jurare; impium enim eſſe hoc, & cognitioni Dei inimicum.*

xii. *Catalogus dierum domini feſtorum quos obſervare oporteat, & quando ſint celebrandi, & de quadrageſima.*

xiii. *De paſſione domini, & quid in ſingulis diebus actum eſt in paſſione, & de Juda, & quod non interfuit, cum dominus dedit diſcipulis myſteria.*

xiv. *De magna hebdomada, & quare quarta & ſexta feria jubent jejunare.*

xv. *Enumeratio prædictionum propheticarum de Chriſto, quas cum Judæi ad exitum alioqui perductas vidiſſent tamen propter malum animum non crediderunt eſſe Chriſtum Dei, atque ita dominum gloriæ ad crucem damnarunt.*

xvi. *Quomodo oporteat paſcha celebrare.*

xvii. *Conſtitutio de magna hebdomada paſchæ.*

xviii. *De pervigilatione magni ſabbati, & de die reſurrectionis.*

xix. *Prædictiones popheticæ de Chriſto Jeſu.*

CAPTITA LIBRI SEXTI.

i. *Quinam ſchiſma cum feciſſent, ſupplicium non effugerunt.*

ii. *Quod neque contra regnum, neque contra ſacerdotium fas ſit inſurgere.*

iii. *De virtute Moyſis, & de incredulitate gentis Judæorum, & quæ miracula propter eos Deus fecerit.*

iv. *Quod ſchiſma facit, non qui ſeparat ſe ab impiis, ſed qui ſeparat, ſe a piis.*

v. *Quare rejectus eſt falſo nomine vocatus Iſrael, demonſtratio ex propheticis prædictionibus.*

vi. *Quod variarum ſectarum doctrina Deo odioſa extitit apud Judæos.*

VII. *Unde ortæ ſunt ſectæ, & quis fuit dux impietatis earum.*

VIII. *Quinam fuerunt ſucceſſores impietatis Simonis, & quas hæreſes, tradere cæperunt.*

IX. *Quomodo Simon quibusdam præſtigiis cum volare voluiſſet, precibus Petri ex alto deorſum præcipitatus, fregit extremos digitos pedum.*

X. *Quomodo hæreſes & a ſe, & a veritati diſſentiunt.*

XI. *Expoſitio apoſtolicæ prædicationis.*

XII. *Contra confitentes, volentes alioqui judaizare, & de decreto apoſtolorum.*

XIII. *Quomodo oporteat ſeparari ab hæreticis.*

XIV. *Qui prædicarunt catholiam doctrinam, & quæ ejus præcepta.*

XV. *Quod non oporteat rebaptizare, neque ab impiis baptiſmum recipere.*

XVI. *De libris falſo inſcriptis.*

XVII. *Conjugalia præcepta de clericis.*

XVIII. *Admonitio de fugienda hæreticorum communione.*

XIX. *Contra vituperantes legem.*

XX. *Quæ ſit lex naturalis, & quæ inducta, & quare fuit inducta.*

XXI. *Quod ſumus ſub gratia, & non ſub ſervitute legis inductæ, qui in Chriſtum credimus.*

XXII. *Quod lex de ſacrificiis erat lex inducta, quam Chriſtus ſuſtulit.*

XXIII. *Quomodo implevit legem Chriſtus: & quæ ex lege abrogavit, aut mutavit, vel tranſtulit in alia rurſus.*

XXIV. *Quod voluit dominus, ut per Romanos quoque lex juſtitiæ declararetur, & quod Deus propter impietatem in Chriſtum Judæos fecit captivos eſſe, & tributum pendere.*

XXV. *Quod oporteat fugere ab hæreticis ut animarum interfectoribus.*

XXVI. *De obſervationibus Judaicis, & ethnicis.*

XXVII. *De amore puerorum, adulterio, fornicatione.*

XXVIII. *Quomodo oporteat uxores ſubjectas eſſe maritis ſuis, & maritos diligere uxores ſuas.*

XXIX. *Quod Judæis & Gentilibus conſuetudo ſit obſervare naturales purgationes, & mortuorum reliquias averſari.*

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

I. *Quod duæ ſint viæ, una vitæ, quæ naturalis via eſt, altera mortis, quæ eſt via aſcita, & inducta: & quod illa eſt ex Deo, hæc ex pravitate ſecundum inſidias inimici.*

II. *Morales admonitiones præceptorum domini conſentientes cum vetere præceptione legum divinarum.*

III. *Vetatio homicidii, adulterii, maſculæ Veneris, ſcortationis, furti.*

IV. *Vetatio magiæ, interfectionis filiorum, perjurii, falſi teſtimonii.*

V. *Vetatio maledicentiæ, iræ reſidentis, moris doloſi, otioſi ſermonis, mendacii, circumventionis, ſimulationis.*

VI. *Vetatio perverſitatis, acceptionis perſonarum, iræ, odii, invidiæ.*

VII. *De diſciplina augurali, incantatione, divinatione, concupiſcendis malis, & reliquis prohibitis.*

Ὁπόθεν ἀνέφυσαν αἱ αἱρέσεις, καὶ ὅστις αὐτῆς ἀρχηγὸς τῆς ἀσεβείας γεγένηται. ζ'.

Τίνες τῆς Σίμωνος ἀσεβείας διάδοχοι καὶ οἵων αἱρέσεων κατῆρξαν. η'.

Ὅπως ὁ Σίμων γοητείαις τισὶ πτῆσαι θελήσας, εὐχαῖς Πέτρου κατενεχθεὶς ἀξύψους κάτω, σωτρίβη τὰς πόδας, καὶ τῷ χεῖρε τὰς ταρσούς. θ'.

Ὅπως αἱ αἱρέσεις καὶ πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνοῦσιν. ι'.

Ἔξήγησις ἀποστολικοῦ κηρύγματος. ια'.

Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας. ιβ'.

Ὅπως χρὴ χωρίζεσθαι τῆς αἱρετικῶν. ιγ'.

Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι' αὐτῆς παραγγέλματα. ιδ'.

Ὅτι οὔτε ἀναβαπτίζειν χρὴ, οὔτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῆς ἀσεβῶν βάπτισμα δοθὲν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα. ιε'.

Περὶ τῆς ψευδεπιγράφων βιβλίων. ις'.

Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα. ιζ'.

Παραίνεσις κελεύουσα φεύγειν τὴν τῆς ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν. ιη'.

Πρὸς φαυλίζοντας τὸν νόμον. ιθ'.

Τίς ὁ φυσικὸς νόμος καὶ τίς ὁ ἐπείσακτος, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπεισήχθη. κ'.

τότε σὺ κελεύσεις εἰσελθεῖν αὐτὸν, καὶ ἀναχέωνας εἰ μετανοεῖ, καὶ ἄξιός ἐστιν, εἰς ἐκκλησίαν ὅλως παραδεχθῆναι, σιβώσας αὐτὸν ἡμέρας νηστειῶν κατὰ τὸ ἁμάρτημα, ἑβδομάδας δύο, ἢ ἓξ, ἢ πέντε, ἢ ἑπτὰ, ὅπως ἀπόλυσον, εἰπὼν αὐτῷ, ὅσα ἁρμόζει, ἡμαρτηκότι εἰς νουθεσίαν ἐπιπλήσσοντα διδάσκειν καὶ παραινεῖν, ὅπως μείνῃ παρ' ἑαυτῷ ταπεινοφρονῶν καὶ δεόμενος τοῦ Θεοῦ τυχεῖν αὐτοῦ ἱλεως, καὶ λέγειν· ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς κύριε, κύριε τίς ὑποστήσεται; ὅτι παράσοι ὁ ἱλασμός ἐστι· τοιοῦτον γάρ τι ὑπεμφαίνει καὶ τὸ ἐν τῇ γενέσει εἰρημένον τῷ Καΐν, ἥμαρτες, ἡσύχασον· τουτέστι μὴ προσθῇς· ὅτι γὰρ τὸν ἁμαρτήσαντα δεῖ ὑπὲρ τοῦ οἰκείου πλημμελήματος αἰσχύνεσθαι, ἱκανὸν τὸ λόγιον τῷ Μωσεῖ ὑπὲρ Μαρίας εἰρημένον, ἵνα καὶ ἐξ ἀφεθῶσιν αὐτῇ· φησὶ γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς, εἰ ὁ πατὴρ αὐτῆς πτύων ἐνέπτυσεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτῆς, οὐκ ἐνεφάνη, ἑπτὰ ἡμέρας ἀφορισθήτω ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσελθέσεται· οὕτως οὖν καὶ ἡμᾶς δέον ἐστὶ ποιεῖν, τοὺς ἐφ' ἁμαρτίαις λέγοντας μετανοεῖν, ἀφορίζειν χρόνον ὡρισμένον κατὰ τινὰ ἀναλογίαν τοῦ ἁμαρτήματος, ἔπειτα μετανοοῦντας προσλαμβάνεσθαι, ὡς πατέρες υἱούς,

quid faciunt. Postea jubebis ingredi, & facta examinatione, an pœniteat, sitque dignus, qui in ecclesiam ex toto admittatur: castiga illum jeiuniis duarum, aut trium, aut quinque, aut septem hebdomadarum, ut delicti genus, & ratio poposcerit, atque ita dimitte eum, ea locutus quæ eum, qui de peccato commisso alium admonendi caussa increpat, docere, & monere convenit, ut apud se maneat Deum deprecans, ut sit sibi propitius, ac benevolus, illudque dicat: *Si iniquitates observaveris, domine, domine quis sustinebit? quoniam apud te est propitiatio*. Tale enim quid innuit, quod in genesi dictum est Caino, *peccasti, quiesce*, id est ne pergas peccare Quod enim eum qui deliquit, pudere delicti sui oporteat, satis docet quod in scriptura dictum est Moysi; Cum Moyses precabatur Deum, ut peccatum sorori condonaret, ait enim Deus illi: *Si pater in faciem ejus expuisset, an non erubuisset? Septem diebus extra castra amoveatur, & postea ingredietur*. Sic igitur vos facere oportet, eos scilicet, qui se pœnitere ajunt peccasse, ejicere ex ecclesia, tempore proportione peccatorum definito: postea vero recipere pœnitentes, tanquam patres filios.

Psal. 30

Gen 4

Exod. 12.

Ὅτι ἀνεπίληπτον εἶναι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον, ὡς τύπον τῆς ἀρχομένων.

Quod oportet episcopum carere reprehensione, tanquam formam eorum, quibus præest.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος αὐτὸς ἐν προσκόμματι ὑπάρχει, πῶς ἔτι ἐπεξέλθοι ἐξετῆσαι ἀδίκημά τινος, ἢ ἐπιτιμῆσαί τινι διὰ προσωπολημψίαν, ἢ διὰ δωροληψίαν, ἢ αὐτὸς, ἢ οἱ διάκονοι, ἔχ ὑπάρχοντες ἀσυνείδητοι; ὅταν γὰρ ὁ ἄρχων αἰτῇ, καὶ ὁ κριτὴς λαμβάνῃ, καὶ διεξάγεται εἰς τέλος κρίσις, κοινωνοὶ δὲ κλεπτῶν καὶ κρίσει χηρῶν οἱ προσέχοντες, οἱ δυνήσονται οἱ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον συνεπιμαχεῖν τῷ ἐπισκόπῳ· ἐρῶσι γὰρ αὐτῷ τὸ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ γεγραμμένον, τί βλέπεις τὸ κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ σου, τινὰ δὲ δοκὸν τινὰ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ οὐ κατανοεῖς; ἀλλαβέσθω οὖν ὁ ἐπίσκοπος σὺν τοῖς ὀμοδούλοις αὐτοῦ ἀκοῦσαι ῥῆμά τι τοιοῦτον· τουτέστι, μὴ διδότω ἀφορμὴν· ἐὰν γὰρ ἁμαρτάνων ἐπαν ἴδῃ τινὰ ὅμοια αὐτῷ δρῶντα οἰκοδομηθήσεται εἰς τὸ αὐτὰ ποιεῖν· εἶτα ὁ πονηρὸς διάβολος ἀφορμὴν λαβὼν, εἰς ἑτέρους ἐνεργεῖ· οὐ μὴ γένοιτο· καὶ ὅτως διαφθαρήσεται τὸ ποίμνιον· πλειόνων γὰρ ὄντων τῶν ἁμαρτανόντων, πλείων ἔσαι καὶ ἡ δι' αὐτῶν ἐπιτελουμένη κακία· ἁμαρτία γὰρ ἀνέλεγκτος χείρων ἑαυτῆς γίνεται· καὶ εἰς ἄλλους τινὰ ὁμοιωθήσεται λαμβάνει, ἐπεὶ καὶ ζύμη μικρὰ πλήρωμα φυράματος ὅλου ἔθνος τὸ μῶσον ἐπάγαγε, καὶ μυῖαι θανάσαι σαπρίσι σκδασίαν ἡδύσματος ἐλαίᾳ, καὶ βασιλέως ὑπακούοντος λόγον ἄδικον, πάντες οἱ ὑπ' αὐτὸν ὑπηρέται παράνομοι· ὅτω καὶ πρόβατον ψωραλέον μεταδίδωσιν ἑτέροις τῆς νόσου μὴ χωρισθὲν τῆς ὑγιεινῶν προβάτων, καὶ ἄνθρωπος λοιμώσας πολλοὺς φυλακτέος, καὶ κύων λύσσῃ συνεχθεὶς ἐπικίνδυνος παντὶ, ᾧ δ' ἂν προσάψῃ· ἐὰν οὖν καὶ ἄνθρωπον παράνομον μὴ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ χωρίσωμεν, ποιήσομεν τὸν οἶκον κυρίου σπήλαιον λῃστῶν· δεῖ γὰρ ἐπὶ τῷ ἁμαρτανόντων μὴ παρασιωπᾶν, ἀλλ' ἐλέγχειν, νουθετεῖν, ὑποπτεύειν, σιβῶν νηστείαις· ὅπως καὶ τοῖς ἑτέροις ὠφέλειαν ἐμποίησῃ· ἀ-

CAPUT XVII.

Si vero episcopus ipse offensionem aliis concitarit, quomodo aggredietur ad inquirendum injuriam alterius, aut ad increpandum aliquem, si aut ipse, aut diaconi, propter personarum acceptionem aut munera accepta non sint sibi bene conscii? Cum enim petit magistratus, & cum judex accipit, & non deducitur judicium ad finem, cum judices sunt participes furum, & caussas viduarum non attendunt, non poterunt ii, qui sunt sub episcopi potestate, esse ei auxilio, si eos scilicet punire voluerit; dicent enim ei quod est in evangelio scriptum: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem vero in oculo tuo non consideras?* Sit ergo episcopo una cum diaconis suis metus, ne quid tale audiat, id est, ne præbeat occasionem. Qui enim peccat, cum viderit aliquem facientem similia atque ipse facit, extruetur ad faciendum eadem, deinde qui pravus est per unum occasionem nactus, in aliis operatur, quod Deus avertat: ita fiet ut grex depravetur, & quo major est numerus peccantium, eo sit vitium majus. Peccatum namque quod non arguitur, deterius fit, & ad alios manat. Siquidem *parum fermenti totam massam corrumpit*, & unus fur in totam nationem diffundit execrationem, & *muscæ mortuæ putrescere faciunt unguentum suave*, item; *cum rex iniquo sermoni aures præbet, omnes ministri ejus existunt iniqui*. Sic quoque ovis scabiosa in alias oves transfundit scabiem, nisi separetur a sanis, & homo peste laborans, multis est cavendus, canis etiam rabiosus quicquid attigerit, in eo periculum affert. Si igitur hominem flagitiosum ab ecclesia non removeamus, faciemus domum Dei speluncam latronum. Oportet enim in delicto alterius non connivere silendo, sed potius arguere, monere,

Matth. 7

Galat. 5.

Eccle. 10.

castigare, jejuniis stringere, ut aliis metum & reverentiam injiciat. Scriptum namque est:
Proverb. 19. *Facite filios Israel reverentes*. Debet quippe episcopus monendo prohibere peccata, fieri scopus justitiæ, præco bonorum cælestium quæ sunt præparata, & iræ in judicio futuræ denunciator, ne contempta ecclesia, quæ status Dei orta est, audiat propter incuriam & negligentiam, quod apud Oseam dictum est,
Osee 10. *Cur impietatem silentio dissimulastis, & fructum ejus collegistis?*

Quod oportet episcopum curare, ut non peccet populus: quia ipse est speculator.

CAPUT XVIII.

OMnium ergo episcopus curam habeat, & eorum qui non peccarunt, ut non peccent, & eorum qui in peccatis sunt, ut peccasse pœniteat, ait enim dominus: *Videte*
Matth. 18. Luc. 17. *ne contemnatis unum ex pusillis istis*. Item pœnitentibus condonare oportet peccata: statim enim ut aliquis ex iis qui deliquerunt
2. Reg. 12. dixit ex animo, *Peccavi domino*, respondet Spiritus sanctus: *Et dominus remisit tibi peccatum, confide, non morieris*. Agnosce igitur, episcope, dignitatem tuam, quod sicut potestas ligandi tibi obtigit, ita quoque potestatem solvendi habes. Nosce te ipsum, & sic te in vita gere, ut tuo loco dignum est, quippe qui scias majorem a te reposcendam esse rationem, *cui enim plus commendaverunt, plus*
Luc. 12. *ab eo exigent*. Siquidem nemo hominum a peccato vacuus est, præter eum qui propter nos factus est homo, cum scriptum sit: *Nul-*
Job. 14 *lus purus a sorde, tametsi unius diei sit vita ejus*. Idcirco quæ vita veterum justorum, & Patriarcharum, & qui eorum actus, proditum litteris est, non quidem ut eum ea legimus exprobremus; sed ut nos potius peccatorum nostrorum pœniteat, bonoque animo & spe simus, adepturos nos veniam, illorum enim maculæ, & labes, nostra tutela & monitio sunt. Quippe nobis etiam commissa peccata condonabuntur, si nos eorum pœnituerit, siquidem scriptum est: *Quis gloriabitur mundum se habere cor? aut quis libere, & audacter affirmabit, purum se esse a peccato?* nemo igitur est peccati expers. Tu ergo enitere pro viribus, ut nihil in te sit quod reprehendatur, & fac sis de omnibus solicitus, ne cui eorum sis scandalo & offensioni, unde pereat: laicus enim de se tantum solicitus est, tu vero de omnibus, ut gravius onus sustinens Scriptum namque est: *Et dixit dominus Moysi,*
Num. 18. *Tu & Aaron suscipietis peccata sacerdotii*: quocirca curam omnium suscipe, tanquam rationem de pluribus redditurus, ac sanos quidem conserva, lapsos vero mone, & qui in jejunio premis, leva in remissione, & eum qui luxit recipe, cuncta ecclesia pro eo deprecante, & manu imposita, sine cum in ecclesia esse. Somniculosos & remissos converte, robora, hortare, adhibe curationem, gnarus quanta sit tibi, si hæc feceris, merces proposita: contra vero quantum periculi, si neglexeris. Ait enim Ezechiel pastoribus qui populum negligunt:
Ezech. 34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant seipsos: pastores non oves pascunt, sed seipsos; lac devoratis, & lana vestimini; quod validum est, mactatis; oves non pascitis; quod in eis erat*

Λαβεῖς γὰρ φησιν ποιήσατε τὰς υἱὰς Ἰσραὴλ χρὴ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν κωλυτικὸν εἶναι τῆς παθεσίας γίνεσθαι, καὶ τῆς δικαιοσύνης σκοπὸν, καὶ τῆς ἑτοιμασμένων ὑπὸ Θεοῦ ἀγαθῶν κήρυκα, καὶ τῆς μελλούσης ὀργῆς ἐν τῇ κρίσει διαγγελτῆρα· ὅπως μὴ καταφρονήσας τῆς τοῦ Θεοῦ φυτουργίας ἀκύρωσῃ διὰ ἀμέλειαν τὸ ἐν τῷ Ὡσηὲ εἰρημένον, ἵνα τί παρεσιωπήσατε ἀσέβειαν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἐτρυγήσατε;

Ὅτι χρὴ τὸν ἐπίσκοπον φροντίζειν, ὅπως ὁ λαὸς μὴ πλημμελῇ. διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σκοπόν.

ΚΕΦΑΛ. ιϛ'.

ΠΆντων οὖν φροντιζέτω ὁ ἐπίσκοπος καὶ τῆς μὴ ἡμαρτηκότων, ἵνα μένωσιν ἀναμάρτητοι, καὶ τῆς ἁμαρτανόντων, ἵνα μετανοῶσι· λέγει γὰρ ὁ κύριος πρὸς ἡμᾶς· ὁρᾶτε μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῆς μικρῶν τούτων. καὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἄφεσιν διδόναι χρή· ἅμα γὰρ τῷ εἰπεῖν τινα τῆς πλημμελησάντων γνησίᾳ διαθέσει ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ, ἀποκρίνεται τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ κύριος ἀφῆκέ σοι τὴν ἁμαρτίαν, θάρσει· ὁ μὴ ἀποθάνῃς· γνώριζε δὲ ὦ ἐπίσκοπε τὸ ἀξίωμά σου. ὅτι ὡς τὸ δεσμεῖν ἐκληρώσω τὴν ἐξουσίαν, οὕτω καὶ τὸ λύειν. ἐξουσίαν δὲ ἔχων τοῦ λύειν γνώριζε σεαυτὸν καὶ ἀξίως τοῦ τόπου σου ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ ἀναστρέφου. εἰδὼς ὅτι πλείονα αὐτὸς ἀπαιτηθήσῃ τὸν λόγον· ᾧ γάρ φησι, παρέθεντο πολύ, περισσότερον ἀπαιτήσουσι παρ' αὐτοῦ· ἀναμάρτητος μὲν γὰρ ἀνθρώπων οὐδεὶς, πάρεξ τοῦ γεγομένου δι' ἡμᾶς ἀνθρώπου, ἐπεὶ γέγραπται· οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύπου, οὐδ' ἂν μία ἡμέρα ἡ ζωὴ αὐτοῦ· διατοῦτο καὶ τῆς προγεγομένων δικαίων τε καὶ πατριαρχῶν οἱ βίοι καὶ ἀναστροφαὶ ἀνεγράφησαν· οὐχ ἵνα ἐκείνους ἐνευδιάζωμεν ἀναγινώσκοντες, ἀλλ' ἵνα ἡμεῖς μετανοῶμεν, καὶ ἐλπίδες γενώμεθα ὡς ἀφέσεως τευξόμενοι· τὰ γὰρ ἐκείνων ῥύπη, ἡμέτερα ἀσφάλεια καὶ παραίνεσις, ὅτι καὶ ἡμεῖς ἁμαρτήσαντες, ἐὰν μετανοήσωμεν, συγγνώμην ἐξόμεθα· ἐπεὶ γέγραπται, τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; οὐδεὶς ἔν ἀναμάρτητος· σὺ ἓν κατὰ δύναμιν, σπούδαζε ἀνεπίληπτος εἶναι· καὶ περὶ πάντων μερίμνα, μὴ διά σέ τις σκανδαλισθεὶς ἀπόληται· ὁ γὰρ λαϊκὸς περὶ ἑαυτοῦ μόνου μεριμνᾷ· σὺ δὲ περὶ πάντων, ὡς πλεῖον ἔχων βάρος, καὶ μεῖζον βασάζων φορτίον· γέγραπται γάρ, καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωϋσῆν· σὺ καὶ Ἀαρὼν λήψεσθε ἁμαρτίας τῆς ἱερατείας· ὡς περὶ πλειόνων ἔν ἀπολογούμενοι περὶ πάντων φρόντιζε, καὶ τοὺς μὲν ὑγιεῖς, σωτήρει· τοὺς δὲ ἡμαρτηκότας, νουθέτει, καὶ ζωπύρει ἐν τῇ νηστείᾳ, ἐν τῇ ἀφέσει ἐλάφρυνον, καὶ προσκλαύσαντι εἰσδέχου πάσης τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ αὐτοῦ δεομένης, καὶ χειροθετήσας αὐτὸν, ἔα λοιπὸν εἶναι ἐν τῷ ποιμνίῳ τοὺς δὲ ὑπνώδεις καὶ παρειμένους ἐπίστρεφε· ὑβριστὴν ἤριζε, παρακάλει, θεράπευε, ἐπισάμενος ἥλιον μισθὸν ἔχεις τοῦτο ἐπιτελῶν, ὥσπερ ἔν καὶ κίνδυνον ἐὰν ἀμελήσῃς τούτου· λέγει γὰρ πρὸς τοὺς ἀμελοῦντας τοῦ λαοῦ ἐπισκόπους Ἰεζεκιὴλ, διὰ τῆς ποιμέσι τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐποίμαινον ἑαυτούς· οὐ τὰ πρόβατα ποιμαίνουσιν οἱ ποιμένες, ἀλλ' ἑαυτούς, τὸ γάλα κατεσθίετε, καὶ ἔρια περιβάλλεσθε· τὸ ἰσχυρὸν σφάζετε, τὰ πρόβατα οὐ ποιμαίνετε, τὸ ἀσθενοῦν οὐκ ἰσχύ-

ἐνιχήσατε· καὶ τὸ ἄῤῥωστον οὐκ ἰάσασθε· καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ κατεδήσατε· τὸ ἐξωσμένον οὐ κατεπεστρέψατε. καὶ τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐζητήσατε· καὶ ἐν κράτει ἐπαιδεύσατε αὐτά, μετὰ ἐμπαιγμοῦ, καὶ διεσπάρησαν παρὰ τὸ μὴ εἶναι ποιμένα· καὶ ἐγένοντο εἰς κατάβρωμα πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ δρυμοῦ. καὶ πάλιν· καὶ οὐκ ἐξεζήτησαν οἱ ποιμένες τὰ πρόβατά μου· καὶ ἐποίμαινον οἱ ποιμένες ἑαυτοῦ, τὰ δὲ πρόβατά μου οὐκ ἐποίμαινον· καὶ μετ' ὀλίγον, ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς τοὺς ποιμένας, καὶ ἐκζητήσω ἐγὼ τὰ πρόβατά μου ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ καταπαύσω αὐτοὺς τοῦ ποιμαίνειν τὰ πρόβατά μου· καὶ οὐ ποιμανοῦσιν ἔτι οἱ ποιμένες ἑαυτούς· καὶ ῥύσομαι τὰ πρόβατά μου ἐκ χειρὸς αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔσονται αὐτοῖς εἰς κατάβρωμα· καὶ ἐπιφέρει καὶ πρὸς τὸν λαὸν λέγων, ἰδοὺ ἐγὼ κρινῶ ἀνὰ μέσον προβάτου εἰς πρόβατον, καὶ κριὸν πρὸς κριόν· μὴ μικρὸν ἦν ὑμῖν, ὅτι τὴν νομὴν τὴν καλὴν ἐνέμεσθε, καὶ τὰ κατάλοιπα τῆς νομῆς κατεπατεῖτε τοῖς ποσὶν ὑμῶν, καὶ τὰ πρόβατα τὰ πατήματα τῶν ποδῶν ἡμῶν ἤσθιον· καὶ ἐπιφέρει μετ' ὀλίγα. καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγὼ κύριος, καὶ ὑμεῖς πρόβατα τῆς νομῆς μου· ἄνθρωποί μου ἐστέ· καὶ ἐγὼ Θεὸς ὑμῶν, λέγει Ἀδωναὶ κύριος.

A *vexatum, non roborastis; quod ægrotum, non curastis; quod confractum, non alligastis; quod foras exclusum, non reduxistis; quod periit, non requisistis, & imperiose castigastis cum ludibrio; & dispersæ sunt oves, quia non erat pastor, & factæ sunt in devorationem omnibus bestiis terræ.* Et rursus: *Non requisiverunt*, inquit, *pastores oves meas, & pascebant pastores seipsos, & oves meas non pascebant.* Et paulo post: *Ecce ego ad pastores, & requiram ego oves meas ex manu eorum, & faciam, ut desinant pascere oves meas, & non pascent amplius pastores seipsos, & eripiam oves meas e manu eorum, & non erunt ipsis in devorationem.* Et subjungit dicens populo: *Ecce ego* B *judicabo inter ovem & ovem, & inter arietem & arietem: parum ne erat vobis quod bonis pascuis pascebamini, & reliquias eorum pedibus vestris conculcabatis, & oves meæ calcata pedibus vestris comedebant.* Et subjungit paulo post: *Et cognoscetis quod ego dominus, & vos oves pascui mei, homines mei estis, & ego Deus vester, dicit Adonai dominus.*

Ὅτι καὶ ὁ ποιμὴν ἀμελῶς φερόμενος περὶ τὰ πρόβατα, δίκην τίννυσιν, καὶ τὸ πρόβατον μὴ πειθαρχοῦν τῷ ποιμένι, κολάζεται.

Quod pastor, qui se negligenter gerit, cum ovibus pœnas solvit, & ovis, quæ non paret pastori, punitur.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Ἀκούσατε οἱ ἐπίσκοποι· καὶ ἀκούσατε οἱ λαϊκοὶ, ὥς φησιν ὁ Θεός. κρινῶ κριὸν πρὸς κριόν· καὶ πρόβατον πρὸς πρόβατον. καὶ πρὸς τοὺς ποιμένας λέγει· κριθήσεσθε ἕνεκεν τῆς ἀπειρίας αὐτῶν καὶ τῆς εἰς τὰ πρόβατα διαφθορᾶς, τουτέστιν, ἐπίσκοπον πρὸς ἐπίσκοπον κρινῶ· καὶ λαϊκὸν πρὸς λαϊκόν. καὶ ἄρχοντα πρὸς ἄρχοντα· λογικὰ γὰρ τὰ πρόβατα, καὶ οἱ κριοὶ οὗτοι, ἀλλ' οὐκ ἄλογα· ἵνα μήποτε εἴπῃ ὁ λαϊκὸς, ὅτι ἐγὼ πρόβατον εἰμὶ καὶ οὐ ποιμήν· καὶ οὐδένα λόγον ἐμαυτοῦ πεποίημαι· ὁ ποιμὴν ὄψεται, καὶ αὐτὸς μόνος εἰσπραχθήσεται τὴν ὑπὲρ ἐμοῦ δίκην· ὥσπερ γὰρ τῷ καλῷ ποιμένι τὸ μὴ ἀκολουθοῦν πρόβατον λύκοις ἔκκειται εἰς διαφθορὰν, οὕτω τῷ πονηρῷ ποιμένι τὸ ἀκολουθοῦν πρόδηλον ἔχει τὸν θάνατον, ὅτι καταβρώξεται αὐτό. διὸ φευκτέον ἀπὸ τῶν φθορέων ποιμένων.

C Audite episcopi, & audite laici quod dominus, ait: *Judicabo inter arietem & arietem, & inter ovem & ovem;* & pastoribus dicit dominus: *Judicabimini propter imperitiam vestram, & propter interitum ovium*, id est, judicabo episcopum cum episcopo comparans, judicabo item laicum cum laico, & magistratum cum magistratu conferens: sunt enim hi oves rationis participes, item arietes, non autem rationis expertes. Ne laicus dicat: Ego ovis sum, & non pastor, & nullam mei rationem habui, pastor viderit, ipse solus pœnas pro me dabit. Ut enim cum ovis non sequitur bonum pastorem, lupis exposita est ad intereundum, sic rursus cum D ovis malum pastorem sequitur, certus est ovis interitus a malo pastore, qui eam devorabit. Quare fugiendi sunt pastores interfectores. *Ezech. 34.*

Ὅπως χρὴ τοὺς ἀρχομένους πειθαρχεῖν τοῖς ἄρχουσιν ἐπισκόποις.

Quomodo oporteat subditos obedire episcopis suis, & episcopos diligenti, & varia uti providentia erga laicos.

ΚΕΦΑΛ. κ'.

Τὸν μέν τοι ποιμένα τὸν ἀγαθὸν ὁ λαϊκὸς τιμάτω, ἀγαπάτω, φοβείσθω ὡς κύριον, ὡς δεσπότην, ὡς ἀρχιερέα Θεοῦ, ὡς διδάσκαλον εὐσεβείας· ὁ γὰρ αὐτοῦ ἀκούων, Χριστοῦ ἀκούει. καὶ ὁ αὐτὸν ἀθετῶν, Χριστὸν ἀθετεῖ, καὶ ὁ τὸν Χριστὸν μὴ δεχόμενος, οὐδέχεται τὸν αὐτοῦ Θεὸν καὶ πατέρα· ὁ ὑμῶν γάρ φησιν, ἀκούων, ἐμοῦ ἀκούει. καὶ ὁ ὑμᾶς ἀθετῶν, ἐμὲ ἀθετεῖ· καὶ ὁ ἐμὲ ἀθετῶν, ἀθετεῖ τὸν ἀποστείλαντά με· ὁμοίως ὁ ἐπίσκοπος ὡς τέκνα τοὺς λαϊκοὺς ἀγαπάτω, θάλπων καὶ στέργων τῇ σπουδῇ τῆς ἀγάπης, ὡς ὠὰ, εἰς περιποίησιν νοσσίων· ἢ ὡς νοσσία, ἀγκαλιζόμενος εἰς περιποίησιν ὀρνίθων· πάντας νουθετῶν, πᾶσι τοῖς πληκτισμοῦ ἐπιδεομένοις ἐπιπλήσσων, ἀλλὰ μὴ πλήσσων· ὑποπιέζων εἰς ἐντρο-

CAPUT XX.

At vero bonum pastorem laicus honoret, diligat, metuat, ut patrem, ut dominum, ut herum, ut Dei pontificem, ut magistrum pietatis: qui enim audit eum, E Christum audit, & qui ei non obtemperat, non obtemperat Christo, & qui Christum non recipit, non recipit patrem ejus. *Qui enim vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & qui me spernit, eum qui misit me spernit:* Similiter episcopus tanquam filios diligat laicos, prosequens eos studio caritatis, & fovens tanquam ova ad acquirendum pullos, aut tanquam pullos, sinu eos complectens, ad acquirendum gallinas: omnes monens, omnes increpans acerbe quicunque increpatione acerba indigent, sed non *Luc. 10.*

ſeriens ; premens , ut revereantur , non ut evertantur ; monens , ut convertat ; increpans , ut corrigat , & in viam rectam reducat ; quod forte eſt cuſtodiens , id eſt , quod firmum eſt in tuto ſervans , populum pacifice paſcens ; quod vexatum eſt firmans , hoc eſt , eum qui tentatur & quatefit , admonitione firmum ſolidumque efficiens ; quod ægrotum eſt curans , id eſt , eum qui ex fide ægrotat ambigendo , huic curationem adhibens docendo ; item quod contritum eſt alligans , id eſt , errantem aut quaſſatum aut peccatis confractum , ita ut in via claudicet , monitione hortatoria vinciens , & ex delictis deonerans , ac bona ſpe eſſe jubens , ſicque valentem in eccleſiam reſtitue , atque ad gregem ovium reduc : Quod ejectum eſt converte , id eſt , eum qui in peccatis fuit , & ut objurgaretur ex eccleſia ejectus eſt , ne ſinas foris permanere , quin potius recollige eum ac converte , ut ſic in ovile reſtituas , id eſt , in populum eccleſiæ macula carentis : Quod periit require , id eſt , eum qui propter multitudinem peccatorum ſuorum ſalutem deſperat , ne ſinas penitus interire , & qui valde refrigeſcit , & deſidia ac languore torpet ac ſopitus eſt , & propter hujuſmodi gravem ſomnum vitæ ſuæ oblitus procul a grege diſceſſit , ita ut in lupos , a quibus devoraretur , incideret , hunc tu quære , ac monendo converte , & ad ſobrietatem hortare , ſpemque injice ; neque ſinas , ut dicat deſperanter quod a quibuſdam dictum eſt : Impietates noſtræ in nobis , & nos in ipſis liqueſcimus , & quomodo vivemus ? itaque ſi fieri poteſt , delictum alterius ſibi epiſcopus tanquam proprium vindicet , atque ei qui deliquit , dicat , te modo fac convertas , & ego mortem pro te ſuſcipiam , ut pro nobis dominus mortem ſuſcepit : *Bonus quippe paſtor animam ſuam ponit pro ovibus , mercenarius autem , & qui non eſt paſtor , cujus non ſunt oves propriæ , videt lupum venientem* , id eſt , diabolum , *& dimittit oves , ac fugit , & lupus rapit eas* . Scire igitur oportet , quod Deus , qui miſericors eſt , pœnitentiam iis , qui peccarunt jurejurando promiſit ; qui vero peccavit , & promiſſum iſtud Dei de pœnitentia , magnamque ejus patientiam , ac malorum tolerantiam ignorat , ac etiam ſanctas ſcripturas neſcit , quæ hanc pœnitentiam prædicant , quippe qui ex te , epiſcope , non didicerit , hic quidem propter ignorantiam perit ; tu vero utpote amans rector , & ſtudioſus paſtor require , recenſens gregem ; exquire quod deeſt ad exemplum domini Dei , ejuſdemque patris noſtri , qui filium ſuum bonum paſtorem , ac Salvatorem , & magiſtrum noſtrum Jeſum Chriſtum miſit , & ei juſſit relinquere nonaginta novem oves in montibus , & ire ut requireret eam , quæ errarat , & repertam ut humeris imponeret , & ad gregem reportaret gaudens reperta ove amiſſa . Sic igitur tu , epiſcope , eſto obediens ; ut ovem , quæ amiſſa eſt , exquiras ; quæ erravit , corrigas ; quæ abſceſſit , revoces ; poteſtatem enim habes revocandi , & dimittendi fractos cum venia : per te enim dicit Salvator paralytico in peccatis , *Remittuntur tibi peccata tua :* & illud , *fides tua te ſalvum fecit , vade in pace* . Pax vero , & tranquillus portus eſt eccleſia Chriſti , in quam peccatores abſolvendo reſtitue ſanos , & a macula liberos , cum bona

Ex cit. Ezechiel.

Joan. 10.

Luc. 15.

Matth. 9. Luc. 5. Luc 7. 8.

πλὼ, ἀλλὰ μὴ εἰς ἀναξοπλώ· νθετῆ εἰς ἐπισροφλώ· ἐπιτιμῶν εἰς διόρθωσιν, ϗ δʒύτητα πορείας· τὸ ἰσχυρὸν φυλάσσων, τυτέσι, τὸ ἑδραῖον τῇ πίσει ἀσφαλὲς τηρῶν· τὸν λαὸν εἰρηνικῶς ποιμαίνων· τὸ ἀνοχλούμενον ἀνισχύων, τυτέσι, τὸ πειραζόμενον ἐν τῇ νθεσίᾳ σερρώποιῶν, τὸ ἀῤῥωσῆν ἰώμενος, τυτέσι, τὸ νοσῆν ἐκ τῆς πίσεως ἐν διχονοίᾳ. δʒὰ τῆς διδασκαλίας θεραπεʒίων. τὸ σωτετειμμένον καθαδεσμῶν, τυτέσι, τὸ πεπλανημένον, ἢ τὸ τεθραυσμένον, ἢ τὸ καταγμένον ἐν ἁμαρτίαις εἰς χωλείαν ὁδῶ, ἐπιδεσμῶν δʒὰ παρακλητικῆς νθεσίας· ἐλαφρύων ἀπὸ παραπτωμάτων, ϗ εὐελπιν ποιῶν, ὅτω ῥωμαλέον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποκαθίσα ἐπανάγων ἐν τῇ ποίμνῃ, τὸ ἐξωσμένον ἐπίσρεφε, τυτέσι, τὸ ἐν ἁμαρτίαις ϗμένον ϗ εἰς ἐπιτίμησιν ἐκβεβλημένον μὴ ἐῶν ἔξω δʒαμένειν, ἀλλὰ ποσλαμβανόμενος ϗ ἐπισρέφων ἀποκαθίσα ἐν τῇ ποίμνῃ, τυτέσιν, ἐν τῷ λαῷ τῆς ἁμώμε ἐκκλησίας· τὸ δὲ ἀπολωλὸς ἐκζήτει, τυτέσι, τὸ ὑπὸ πλήθος παραπτωμάτων ἑαυτῦ ἀπελπίσαν τῆς σωτηρίας, μὴ ἐάσῃς τελέως ἀπολέσθαι· τὸ ὑπὸ πολλῆς ψύξεως ϗ νωχελίας κάθυπνον ϗμένον, ϗ δʒὰ βαρέος ὕπνου τῆς ἑαυτῦ ζωῆς ἐπιλαθόμενον· ὃ μακρὰν ἀποσατῆσαν τῆς ἰδίας ποίμνης, ὡς ϗ λύκοις περιπεσεῖν εἰς βορὰν, σὺ ἀναζήτει· ϗ νθετῆ ἐπίσρεφε, ϗ νῆφειν παρακάλει· ϗ ἐλπίδα ὑπόσπειρε, μὴ συγχωρῶν αὐτῷ λέγειν τὸ ὑπό τινων εἰρημένον, ὅτι τὰ ἀσεβήματα ἡμῶν ἐφ' ἡμῖν, ϗ ἡμεῖς ἐν αὐτοῖς τηκόμεθα ϗ πῶς ζησόμεθα; εἰ οἷόν τε ἦν, ἰδιοποιοίμην ὁ ἐπίσκοπος τὸ πλημμέλημα ϗ λεγέτω τῷ ἡμαρτηκότι· ὅτι σὺ μόνον ἐπίσρεφον, κἀγὼ τὸν ὑπέρ σε θάνατον ἀναδέξομαι, ὡς ὁ κύριος τὸν ὑπὲρ ἐμῦ ϗ πάντων· ὁ ποιμὴν γὰρ ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ποροβάτων· ὁ δὲ μισθωτὸς ϗ οὐκ ὢν ποιμὴν, ὃ οὐκ ἔσι τὰ πορόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, τυτέσι, τὸν διάβολον, ϗ ἀφίησι τὰ πορόβατα, ϗ φεύγει, ϗ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτά. εἰδέναι δὲ ὤφειλε, ὅτι τοῖς ἡμαρτηκόσιν εὔσπλαγχνος ὢν ὁ Θεὸς, μὴ ὅρκῳ μετάνοιαν ἐπηγγείλατο· ὁ δὲ ἁμαρτήσας ϗ τῇ ἐπαγγελίαν τῦ Θεῦ τῇ περὶ μετάνοιαν ἀγνοῶν, ϗ τὸ μακρόθυμον ϗ ἀνεξίκακον αὐτῦ μὴ ἐπισάμενος, ἔτι μᾶλλον ὃ τὰς ἁγίας γραφὰς τὰς ταύτῃ κηρυσσούσας ὐ γινώσκων, ἅτε μὴ μεμαθηκὼς παρά σε ἀπόλλυται· σὺ δὲ ὡς φιλόσοργος ποιμὴν ϗ ὡς σπεδαῖος νομεὺς ἀναζήτει ἀριθμῶν τὴν ποίμνιον. τὸ λεῖπον ἐκζήτει, ὡς κύριος ὁ Θεὸς ὁ ἀγαθὸς πατὴρ ἡμῶν ἀποσείλας τὸν ἑαυτῦ υἱὸν ποιμένα καλὸν ϗ σωτῆρα τὸν διδάσκαλον ἡμῶν Ἰησῦν· ἐπιβέψας αὐτῷ ἑάσαι τὸ ἐνενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη, ϗ πορευθῆναι ἐπὶ τὴν ζήτησιν τῦ πεπλανημένε, ϗ ἆραι ἐπὶ τοὺς ἑαυτῦ ὤμυς ϗ φέρειν ἐν τῇ ποίμνῃ χαίροντα ἐπὶ ἀρέσει τῦ ἀπολωλότος· ὅτως ἂν ὑπήκοος γίνου ϗ σὺ ὦ ἐπίσκοπε ἐκζητῆσ τὸ ἀπολωλὸς· κατευθύνων τὸ πεπλανημένον· ἐπισρέφων τὸ ἀφεσός· ἐξουσίαν γὰρ ἔχεις ἐπισρέφειν ϗ ἀποσέλλειν τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει· διά σε ὁ σωτὴρ λέγει τῷ παρειμένῳ ἐν ἁμαρτίαις, ἀφέωνταί σε αἱ ἁμαρτίαι· ἡ πίσις σε σέσωκέ σε· πορεύ εἰς εἰρήνην, εἰρήνη δὲ ϗ λιμὴν γαλήνιός ἐσιν ἡ τῦ Χριςῦ ἐκκλησία· εἰς ὃν λύων τοὺς ἡμαρτηκότας ἀποκαθίσα ὑγιεῖς, ϗ ἀμώμυς, ἐλπίδας, σπεδαίυς, ἐργοπόνυς ἐν τοῖς

ἀγα-

ἀγαθοῖς ἔργοις· ὡς ἔμπειρος καὶ συμπαθὴς ἰατρὸς πάντας ἰᾶται τοὺς ἐν ἁμαρτίαις πελαγημένους· οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. ἦλθεν γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι, καὶ ζητῆσαι τὸ πεπλανημένον· ἰατρὸς οὖν ὢν τῆς ἐκκλησίας τοῦ κυρίου, πρόσαγε θεραπείαν κατάλληλον ἑκάστῳ τῶν νοσούντων παντὶ τρόπῳ· θεράπευε, ὑγίαζε, σώζων ἀποκαθίσα τῇ ἐκκλησίᾳ· ποίμαινε τὸ ποίμνιον, μὴ ἐν κράτει μετ' ἐμπαιγμοῦ, ὡς κατεξουσιάζων, ἀλλ' ὡς ποιμὴν χρηστὸς τῷ κόλπῳ σωάγων τὰ ἀρνία, καὶ τὰς ἐν γαστρὶ ἐχούσας παρακαλῶν.

Ὅτι κίνδυνος μονομερῆ κρίσιν ποιήσασθαι, καὶ τιμωρίαν ἐπενεγκεῖν κατὰ τοῦ μηδέπω ἐλεγχθέντος.

ΚΕΦΑ'Λ. κά.

Ἔστω δὲ χρηστὸς, ἀγαθὸς, ἥπιος, ἄδολος, ἀψευδὴς, μὴ σκληρὸς, μὴ αὐθάδης, μὴ ἀπότομος, μὴ ἀλαζὼν, μὴ ἀνηλεὴς, μὴ τετυφωμένος, μὴ ἀνθρωπάρεσκος, μὴ δειλὸς, μὴ δίγνωμος, μὴ ἐμπαίζων τοῖς ὑπὸ σὲ λαοῖς, μὴ ἀποκρύπτων ἀπ' αὐτῶν τὰ τοῦ Θεοῦ νόμιμα, καὶ τὸν περὶ μετανοίας λόγον. μὴ πρόχειρος πρὸς ὀργὴν ἔχων καὶ ἐκβαλεῖν, ἀλλ' ἀσφαλὴς, μὴ φιλεπιτιμητὴς προπετὴς, μὴ παραδεχόμενος κατά τινος μαρτυρίαν ἄνευ τριῶν μαρτύρων καὶ τούτων ὧν ὁ λόγος ἢ μεμαρτυρημένος πάλαι· καὶ εἰ μὴ ἀπ' ἔχθρας κινούμενοι, ἢ φθόνου· εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἐπιχαιρεκάκοι, πρόγλωσσοι, τριττὴν γλῶσσαν ἔχοντες· μισάδελφοι, ἔργον τιθέμενοι σκορπίζειν τὰ Χριστοῦ πρόβατα, ὧν εἰ παραδέχεσθαι θέλεις τοὺς λόγους ἀκρίτως, διασπερεῖς σὺ τὸ ποίμνιον, καὶ παραδώσεις λύκοις εἰς κατάβρωμα, τοιούτοις δαίμοσι, καὶ πονηροῖς ἀνθρώποις, μᾶλλον δὲ οὐκ ἀνθρώποις, ἀλλὰ θηρίοις ἀνθρωποειδέσιν, ἐθνικοῖς, καὶ Ἰουδαϊκαῖς καὶ αἱρετικαῖς ἀθέοις· τῷ γὰρ ἐκβληθέντι τῆς ἐκκλησίας, δι' ὃν προσπελάζουσιν οἱ λυμεῶνες λύκοι, καὶ ὡς ἄρνα βορὰν ἡγοῦνται, κέρδος ἴδιον ἡγούμενοι τὴν ἐκείνου ἀπώλειαν· καὶ γὰρ ὁ τούτων πατὴρ διάβολος ἀνθρωποκτόνος ἐστὶ, καὶ ὁ διὰ τῆς σῆς ἀκρισίας, ἀδίκως ἀφορισθεὶς, καὶ ἀθυμίᾳ συνεχεθεὶς, καὶ ὀλιγοψυχήσας, ἢ εἰς ἔθνη ἀποπλανηθήσεται, ἢ εἰς αἱρέσεις συμποδισθήσεται· καὶ παντελῶς τῆς ἐκκλησίας, καὶ τῆς εἰς θεὸν ἐλπίδος ἀπαλλοτριωθήσεται, καὶ συμποδισθήσεται ὑπὸ ἀσεβείας· καὶ χρήσῃ σὺ τῆς ἐκείνου ἀπωλείας σύσχος. ἐὰν γὰρ δίκαιόν ἐστιν, ἕτοιμον μὲν εἶναι ἐκβάλλειν τὸν ἡμαρτηκότα, ὀκνηρὸν δὲ ὑπάρχειν εἰς τὸ προσδέχεσθαι τὸν ἐπιστρέφοντα, καὶ πρόχειρον μὲν εἰς τὸ ἀποκόπτειν, ἀνηλεῆ δὲ εἰς τὸ τὸν ἀλγοῦντα ἰᾶσθαι· περὶ γὰρ τῶν τοιούτων λέγει ἡ θεία γραφὴ, οἱ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι· ταχινοί εἰσι τοῦ ἐκχέαι αἷμα· συντριμμὸς καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. ὁδὸς δὲ εἰρήνης ἐστὶν ὁ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὃς καὶ ἐδίδαξεν ἡμᾶς λέγων· ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν· τουτέστι, δίδοτε ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν τὰ παραπτώματα, ὡς καὶ δι' ἧς ἡμᾶς ἐπαίδευσε λέγειν πρὸς τὸν Θεὸν, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· ἐὰν οὖν μὴ ἀφῆτε τοῖς ἡμαρτηκόσι, πῶς ὑμεῖς

Aspe, & cum labore operum, ut expertus & condolens medicus medere errantibus, *neque enim opus est medico valentibus sed male habentibus: venit enim filius hominis ad quærendum, & servandum quod errarat*. Medice ergo ecclesiæ domini, adhibe medicinam cuique ægrotantium convenientem: omnibus modis cura, sana, factos sanos redde ecclesiæ, pasce gregem non per vim, neque imperiose cum ludibrio, & despectu, quasi dominatum teneas; sed tanquam bonus pastor in sinum ac complexum agnos congrega, & oves gravidas hortare. *Matth. 9.*

Quod periculum sit judicium pronunciare altera parte tantum audita; & supplicium decernere contra eum, qui nondum convictus est.

CAPUT XXI.

ATque etiam sis tractabilis, bonus, lenis, non mendax, non durus, non contumax, non severitate nimia, non arrogans, non inhumanus, non superbus, non assentator, non timidus, non versipellis, ac duplici mente, non illudens populis tuæ fidei, ac potestati commissis, neque Dei leges ac præcepta, & quæ ad pœnitentiam pertinent, eis celans, non facilis ad exturbandum, ejiciendumque ex ecclesia, sed in re certa nitens, non increpator petulans, non testimonio adversus ullum sumens, nisi quod dictum sit a duobus, aut tribus fidelibus testibus, quorum mores jamdiu probati sint, & qui neque inimicitia, neque invidia moventur: Multi enim sunt, qui aliorum malis delectantur, homines lingua præcipiti, & perforata, habentes odium in fratres, quorum studium est dispergere oves Christi: Quorum sermones si temere & inconsiderate velis admittere, gregem dissiparis, lupisque eum ad devorandum tradideris, id est, dæmonibus & improbis hominibus; immo vero non hominibus, sed potius feris similitudinem hominum indutis, ethnicis, Judæis, & atheis hæreticis, siquidem continuo ut aliquis ex ecclesia ejectus est, accedunt ad eum truculenti lupi, & perinde ac si agnus esset, ita illum prædam esse putant ad vorandum, illius interitum quæstui habentes. Etenim eorum pater diabolus homicida est, & qui injuste per imprudentiam tuam ejectus est, & tristitia oppressus, ac pusillo animo effectus, aut ad Gentiles aberrabit, aut hæresibus implicabitur, & penitus ab ecclesia, & ab spe in Deo posita abalienabitur, atque ab impietate constringetur, fiesque de illius interitu reus: neque enim æquum est, promptum esse ad ejiciendum eum, qui deliquit, tardum vero ad recipiendum eum, qui a peccato se avertit: præproperum ad amputandum, crudelem autem ad medendum dolenti: de talibus vero ait scriptura: *pedes eorum ad malum currunt, & celeres sunt ad effundendum sanguinem; calamitas, & afflictio in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: Non est timor Dei ante oculos eorum*. Via quidem pacis est dominus noster Jesus Christus, qui docuit nos dicens, *remittite, & remittetur vobis, date, & dabitur vobis*: id est, date veniam erratis aliorum, & remittentur vobis peccata. Sicut nos erudivit, ut in precatione diceremus, *dimitte nobis* *Proverb. 1* *Psalm. 13* *Luc. 6* *Luc. 11*

nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Si igitur iis, qui peccaverunt, non ignoſcitis, quomodo veſtrorum peccatorum veniam impetrabitis? an non contra potius vos ipſos ligatis, qui dicitis remiſiſſe, cum non remiſeritis? an non veſtro ori repugnabitis, ſi dicatis, remiſiſſe, quæ non remiſiſtis? Scitote enim quod qui cum, qui injuriam non fecit, ejicit, aut eum, qui ſe convertit, non recipit, fratrem ſuum occidit, & ſanguinem ejus fundit, ſicut Cain ſanguinem fratris ſui fudit, cujus ſanguis, qui ad Deum clamat, requiretur: juſtus enim a quopiam injuſte occiſus, apud Deum erit in requie ſempiterna: ſimiliter eveniet ei, qui ab epiſcopo ſine cauſſa fuerit excommunicatus. Qui tanquam peſtiferum ejicit eum, qui eſt extra culpam; is quidem ſævior eſt interfectore, quod neque in Dei miſericordiam intuetur, neque bonitatis Dei erga pœnitentes memor eſt, neque in eos aſpicit tanquam in ſcopum, qui multorum peccatorum veniam pœnitendo impetrarunt: idcirco violentior eſt ipſo homicida, qui corpus perimit, is, qui innocentem ex eccleſia ejicit. Similiter qui non recipit pœnitentes, oves Chriſti diſſipat factus adverſarius ejus: ut enim juſtus eſt Deus in judicandis peccatoribus, ſic eſt miſericors in recipiendis converſis: *Miſericordiam* enim *& judicium* cecinit ei David ille Deo carus.

Pſal. 100.

λήψεσθε τιὼ ἄφεσιν τῆ ἁμαρτιῶν ὑμῶν· οὐχὶ τοιῶντιον ἑαυτοὺς δεσμεῖτε λέγοντες ἀφιέναι, καὶ οὐ τῷ ἑαυτῆ σώματι ἐναντιωθήσεσθε λέγοντες ἀφιέναι, καὶ μὴ ἀφιέντες; γινώσκετε γὰρ ὅτι ὁ τὸν μὴ ἀδικήσαντα ἐκβάλλων, ἢ τὸν ἐπιστρέφοντα μὴ προσδεχόμενος, φονεὺς τῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ ἐστι, καὶ αἷμα ἐκχέει, ὡς Καὶν Ἄβελ τοῦ ἀδελφοῦ. καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ βοᾶν πρὸς Θεὸν ἐκζητηθήσεται· δίκαιος γὰρ ἀδίκως φονευθεὶς ὑπό τινος παρὰ Θεῷ ἐν ἀναπαύσει ἔσαι εἰς τὸν αἰῶνα· ὡσαύτως, καὶ ὁ ματαίως ἀφορισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· ὁ μὲν ἐκβαλὼν, ὡς λοιμὸν τὸν ἀναίτιον, πικρότερος φονέως ὁ τοιοῦτος οὐκ ἀφορῶν εἰς τὸ τοῦ Θεοῦ ἔλεος· οὐδὲ μνημονεύων αὐτοῦ τιὼ ἐπὶ τοῖς μετανοῦσιν ἀγαθωσύνω· οὐδὲ λαμβάνων σκοποὺς τῆ τοιούτων τοὺς ἐκ πολήθους παραπτωμάτων ἐν μετανοίᾳ εἰληφότας ἄφεσιν· διὰ τοῦτο ἰταμώτερος σωματικοῦ φονέως ὁ τὸν ἀναίτιον ἀποῤῥίπτων· ὡσαύτως καὶ ὁ μὴ προσδεχόμενος τοὺς μετανοοῦντας σκορπίζει τὰ τοῦ Χριστοῦ κατ' αὐτοῦ γινόμενος· ὡς γὰρ δίκαιός ἐστιν ὁ Θεὸς ἐν τῷ κρίνειν τοὺς ἁμαρτωλοὺς· οὕτως ἐλεήμων ἐν τῷ προσδέχεσθαι τοὺς ἐπιστρέφοντας, ἔλεαν γὰρ καὶ κρίσιν ἦδεν αὐτῷ ὁ θεοφιλὴς Δαβίδ.

Quod magnum pœnitentiæ exemplum propoſitum eſt in David, in Ninivitis, in Ezechia, & in filio ejus Manaſſe.

Ὅτι μέγα παράδειγμα μετάνοιας πρόκειται Δαβὶδ καὶ Νινευῖται, Ἐζεκίας τε, καὶ ὁ τότου υἱὸς Μανασσῆς.

CAPUT XXII.

OPortet autem, epiſcope, habere ante oculos præterita, & eis perite uti ad eos monendos, quos vel ſtringere vel conſolari opus ſit, atque etiam æquum eſt, ut judicando voluntatem divinam ſequaris, & ut Deus delinquentes, aut ſe convertentes judicat, ſimili ratione ipſe judices. Cum dominus per Nathan peccatum exprobraſſet, ac David pœnitere ſe diceret, an non ſtatim a morte eum liberat, *confide*, inquiens, *non morieris*? Jonam, quia Ninivitis prædicare noluerat, cum mare, & cetus juſſu Dei abſorbuiſſent, deprecantem in ventre ceti a morte eripuit: Ezechiam pauliſper elatum veniam cum lacrymis orantem a crimine abſolvit. Advertite, epiſcopi, exemplum ad hæc accommodatum: ſcriptum eſt in quarto de regibus libro, & in ſecundo Paralipomenon ſic: *Mortuus eſt Ezechias, & filius ejus Manaſſes duodecimum annum natus, regnavitque Hieroſolymis annis quinquagintaquinque, cujus mater vocabatur Haphſiba: fecit malum coram domino, & non avertit ſe ab execrationibus gentium, quas delevit dominus a facie Iſrael: & converſus ædificavit excelſa, quæ Ezechias pater ejus demolitus fuerat, & poſuit columnas Baal; & erexit altare Baal, & fecit lucos, ſicut fecerat Achab rex Iſrael: & fecit altare in domo domini, in quo dixit dominus ad David, & ad Salomonem filium ejus, dicens, quia in ipſo ponam nomen meum: & erexit Manaſſes altaria, & in eis ſervivit Baal, & dixit, erit nomen meum in ſæculum: & ædificavit altaria in duobus atriis domus domini militiæ cœli, & ipſe traduxit filios ſuos per ignem in valle Ben-*

2. Reg. 12.

ΚΕΦΑ'Λ. κβ'.

ΧΡὴ δὲ ἐπίσκοπε πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν καὶ τὰ προῳδηκότα, καὶ ἐμπείρως αὐτοῖς κεχρῆσθαι πρὸς νυθεσίαν τῆ συπτικῶν ἢ παρακλητικῶν δεομένων λόγων· ἔτι καὶ ἐν τῷ κρίνειν σε δίκαιον τῷ τῦ Θεῦ ἐξακολουθεῖν θελήματι, καὶ ἢ Θεὸς δικάζει τὲς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἐπιστρέφοντας, παραπλησίως καὶ σὲ κρίνειν· ἢ γὰρ ὄχι καὶ τὸν Δαβὶδ ὀλιγωθήσαντα ὀνειδίσας διὰ τῦ Νάθαν, καὶ εἰπόντα μετανοεῖν δόθυς καὶ τῷ θανάτῳ λυθῆναι λέγων, θάρσει, οὐ μὴ ἀποθάνεις; Ἰωνᾶν μὲ θελήσαντα Νινευῖτας κηρύξαι, ὑπὸ θαλάσσης καὶ κήτες καταποθῆναι ποιήσα, δεξαμένω δὲ κοιλίᾳ ἀνήγαγεν ἐκ φθορᾶς τιὼ ζωὼ αὐτῦ, Ἐζεκίαν πρὸς ὀλίγον τυφωθέντα δεξάμενον μετὰ δακρύων, ἀφῆκε τῦ ἐγκλήματος· ἀκόσατε δὲ ὦ ἐπίσκοποι πρὸς τὰ τοιαῦτα ὠφέλιμον ὑπόδειγμα· γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῆ βασιλειῶν, καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆ παραλειπομένων τῇ τῆ ἡμερῶν ἔτως· καὶ ἀπέθανεν Ἐζεκίας καὶ ἐβασίλευσεν ὁ υἱὸς αὐτῦ Μανασσῆς ἐτῆ δώδεκα ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτὸν, καὶ πεντήκοντα καὶ πέντε ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ὄνομα τῇ μητρὶ αὐτῦ Ἐφιβά, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίυ, κατὰ τὰ βδελυγμάτα τῆ ἐθνῶν ὧν ὠξόλοθρευσε κύριος ἀπὸ προσώπε υἱῶν Ἰσραὴλ· καὶ ἐπέστρεψε Μανασσῆς, καὶ ᾠκοδόμησε τὰ ὑψηλὰ, ἃ κατέσπασεν Ἐζεκίας ὁ πατὴρ αὐτῦ· καὶ ἔστησε σήλας τῇ Βάαλ, καὶ ἀνέστησε θυσιαστήριον τῇ Βάαλ, καὶ ἐποίησεν ἄλση· καθὼς ἐποίησεν Ἀχαὰβ βασιλεὺς Ἰσραήλ. καὶ ἐποίησε θυσιαστήρια ἐν οἴκῳ κυρίυ ἐν ᾧ εἶπε κύριος πρὸς Δαβὶδ καὶ πρὸς Σολομῶντα τὸν υἱὸν αὐτῦ, λέγων ὅτι ἐν αὐτῷ θήσω τὸ ὄνομά μυ, καὶ ἔστησε Μανασσῆς θυσιαστήρια, καὶ ἐν

αὐτοῖς

αὐτοῖς ἐθάλλισε τῇ Βάαλ· καὶ εἶπεν, ἔσαι τὸ ὄνομά μα εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ οἰκοδόμησε θυσιαστήρια ἐν τοῖς δυσὶν αὐλαῖς οἴκου κυρίου τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ αὐτὸς διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ ἐν Γεβεννὰ ἐν ὀνόματι· καὶ ἐκληδονίζετο, καὶ ἐφαρμακεύετο, καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ ἐπαοιδούς, καὶ γνώσας, καὶ θεραφείν, καὶ ἐπλήθυνε τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου τοῦ παροργίσαι αὐτόν, καὶ ἔθηκε τὸ χωνευτὸν καὶ τὸ γλυπτὸν τοῦ ἄλσους τοιοῦτο εἰκόνα, οὗ ἐποίησεν ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν ᾧ ἐξελέξατο κύριος θεῖναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐκεῖ ἐν Ἱερουσαλὴμ τῇ ἁγίᾳ πόλει εἰς αἰῶνα, καὶ εἶπεν, προσθήσω τὸν πόδα μου σαλεῦσαι ἀπὸ τῆς γῆς τοῦ Ἰσραὴλ, οὗ ἔδωκα τοῖς πατράσιν αὐτῶν· πλὴν ἐὰν φυλάξωνται κατὰ πάντα ὅσα ἐνετειλάμην αὐτοῖς κατὰ πᾶσαν ἐντολήν, οὗ ἐνετείλατο ὁ δοῦλός μου Μωσῆς, καὶ οὐκ ἤκουσαν, καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς Μανασσῆς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου ὑπὲρ τὰ ἔθνη, ἃ ἐξῆρε κύριος ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· καὶ ἐλάλησε κύριος ἐπὶ Μανασσῆ, καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐν χειρὶ δούλων αὐτοῦ τῶν προφητῶν λέγων. ἀνθ' ὧν ὅσα ἐποίησε Μανασσῆς ὁ βασιλεὺς Ἰούδα τὰ βδελύγματα τὰ πονηρὰ ταῦτα ἀπὸ πάντων ὧν ἐποίησαν οἱ Ἀμορραῖοι ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ ἐξήμαρτε τὸν Ἰούδαν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτοῦ, τάδε λέγει κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ. ἰδοὺ ἐγὼ φέρω κακὰ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ Ἰούδαν, ὥστε παντὸς ἀκούοντος αὐτὰ ἠχῆσαι ἀμφότερα τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ ἐκτενῶ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ τὸ μέτρον Σαμαρείας, καὶ τὸν σταθμὸν οἴκου Ἀχαάβ, καὶ ἀπαλείψω τὴν Ἱερουσαλὴμ, καθὼς ἀπαλείφεται τὸ πυξίον ἀπαλειφόμενον, καὶ καταστρέψω ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ καὶ ἀποδώσομαι τὸ ὑπόλειμμα τῆς κληρονομίας μου καὶ παραδώσω αὐτοὺς εἰς χεῖρας ἐθνῶν αὐτῶν, καὶ ἔσονται εἰς προνομὴν καὶ διαρπαγὴν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν· ἀνθ' ὧν ὅσα ἐποίησαν πονηρὰ ἐν ὀφθαλμοῖς μου, καὶ ἦσαν παροργίζοντές με, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξήγαγον τοὺς πατέρας αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ γε αἷμα ἀθῷον ἐξέχεε Μανασσῆς πολὺ σφόδρα ἕως οὗ ἔπλησε τὴν Ἱερουσαλὴμ στόμα ἐπὶ στόματι. πλὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ ὧν ἐξήμαρτε τὸν Ἰούδαν ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου, καὶ ἦγαγε κύριος ἐπ' αὐτὸν τοὺς ἄρχοντας τῆς δυνάμεως τοῦ βασιλέως Ἀσσὼρ, καὶ κατελάβοντο τὸν Μανασσῆ ἐν δεσμοῖς καὶ ἔδησαν αὐτὸν ἐν πέδαις χαλκαῖς, καὶ ἤγαγον αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ὡς δεδεμένος καὶ κατεσκληρυμένος ὅλος ἐν οἴκῳ φυλακῆς, καὶ ἐδίδοτο αὐτῷ ἐκ πιτύρων ἄρτος ἐν σαθὶ μικρὸς, καὶ ὕδωρ σμικρὸν ὀξὺ ὀλίγον ἐν μέτρῳ, ὥστε ζῆν αὐτὸν, καὶ ὡς συνεχόμενον καὶ ὀδυνώμενον σφόδρα, καὶ ὡς βιαίως ἐθλίβη, ἐζήτησε τὸ πρόσωπον κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ· καὶ ἐταπεινώθη σφόδρα ἀπὸ προσώπου κυρίου τοῦ Θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ· καὶ προσηύξατο πρὸς κύριον λέγων· κύριε παντοκράτωρ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν τοῦ δικαίου· ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν σὺν παντὶ τῷ κόσμῳ αὐτῶν, ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν τῷ λόγῳ τοῦ προστάγματός σου· ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματί σου· ὃν πάντα φείδεται, καὶ ἕκαστος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου, καὶ ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῆς ἐπὶ ἁμαρτωλοῖς ἀπειλῆς σου. ἀμέτρητόν τε καὶ ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεος τῆς ἐπαγγελίας σου, ὅτι σὺ εἶ κύριος εὔσπλαχνος, μακρόθυμος, πολυέλεος· καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις τῶν ἀνθρώπων,

A ennon: & augurabatur, & veneficiis utebatur; & fecit ventriloquos, & incantatores, & cognitores, & theraphim, & multiplicavit maleficia in oculis domini, ut irritaret eum, & posuit conflatile, & sculptile luci imaginem, quam posuit in domo domini, in qua elegit dominus, ut poneret nomen suum ibi in Hierusalem civitate sancta in sæculum, & dixit, & non addam, ut moveam pedem meum a terra Israel, quam dedi patribus eorum, si tamen servaverint omnia, quæ præcepi eis secundum omne mandatum, quod mandavit Moyses servus meus, & non audierunt, & decepit eos Manasses, ut facerent malum coram domino supra gentes, quas ejecit dominus a facie filiorum I-
B srael; & locutus est dominus ad Manassem, & populum ejus per prophetas dicens: pro his abominationibus sceleſtis, quascunque fecit Manasses rex Juda ex omnibus, quæ fecit Amorrhæus coram eo, & quia peccare fecit Judam in idolis ejus, hæc dicit dominus Deus Israel: Ecce ego infero mala in Hierusalem, & Judam, ut ambæ aures cujusque audientis ea sonent, & extendam in Hierusalem mensuram Samariæ, & pondus domus Achab, & delebo Hierusalem sicut deletur tabula buxea, & invertam in faciem ejus, & restituam reliquias hæreditatis meæ, & tradam eos in manus inimicorum suorum, & erunt in direptionem, & in pastum omnibus inimicis suis pro iis malis, quæcum-
C que fecerunt in oculis meis, & irritaverunt me ex quo die eduxi patres eorum ex terra Ægypti usque ad hunc diem: atque etiam sanguinem plurimum innoxium effudit Manasses, donec implevit Hierusalem os super os. Sed propter peccata eorum, quæ peccare fecit Judam, ut faceret malum coram oculis domini, etiam adduxit dominus in eum principes exercituum regis Assur: & ceperunt Manassem in æ dibus, & ligaverunt eum compedibus æreis, & duxerunt eum Babylonem: & erat ligatus, & ferro vinctus totus in domo carceris, & dabatur ei panis ex furfuribus parvo pondere, & parva mensura aquæ cum aceto, ut viveret: eratque in angustias adductus, & vehementer dolens, &
D ut violenter afflictus est: Quæsivit faciem domini Dei sui, & humiliatus est valde a facie Dei patrum suorum, & deprecatus dominum Deum, dicens: Domine omnipotens Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac, & Jacob, & seminis eorum justi, qui fecisti cœlum, & terram cum universo ornatu eorum, qui ligasti mare sermone jussionis tuæ, qui clausisti abyssum, & sigillum pertimescendi, & glorioſi nominis tui apposuisti ei, quem omnia pavent, & tremunt, a facie potentiæ tuæ, quia non potest ferri magnificentia gloriæ tuæ: & est intolerabilis ira comminationis tuæ in peccatores, immensa vero, & quæ investigari non potest, misericordiæ promissionis tuæ: quoniam tu es dominus altis-
E simus, benignus, longanimis, multæ misericordiæ, & pœnitens in afflictionibus hominum, quoniam tu Deus secundum benignitatem bonitatis tuæ promisisti remissionem pœnitentiæ iis, qui peccaverunt, & secundum multitudinem miserationum tuarum, decrevisti pœnitentiam peccatoribus in salutem. Tu igitur domine Deus justorum, non posuisti pœnitentiam justis Abrahæ, Isaac & Jacob, qui non peccaverunt tibi, sed posuisti pœnitentiam mihi peccatori, quia peccavi supra numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt nequitiæ meæ, domine, & non sum dignus

gnus intueri, & aspicere in altitudinem cœli præ multitudine iniquitatum mearum, incurvatus multis vinculis ferreis, quoniam irritavi iram tuam, & feci malum coram te positis abominandis idolis, & multiplicatis offensionibus, & nunc flecto genu cordis deprecans benignitatem tuam, peccavi domine, peccavi, & iniquitates meas ego cognosco: Sed peto deprecans te, remitte mihi, domine, remitte mihi, & ne perdas me cum meis iniquitatibus, neque in sæculum iratus, serves mala mihi, neque condemnes me in profundissimis terræ, quoniam tu es Deus, Deus pœnitentium: & in me ostendes bonitatem tuam; quia me indignum servabis secundum misericordiam tuam, & laudabo te semper cunctis diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tua est gloria in sæcula sæculorum, Amen. Et exaudivit dominus vocem ejus, & misertus est ejus, & exstitit flamma ignis circum eum, & liquefacta sunt omnia vincula ferrea circum eum, & sanavit dominus Manassem ex afflictione ejus, & reduxit eum Hierusalem ad regnum ejus, & cognovit Manasses, quod dominus Deus ipse est solus: & servivit soli domino toto corde suo, & tota anima sua omnibus diebus vitæ suæ, & reputatus est justus, & abstulit deos alienos, & sculptilia ex domo domini, & omnia altaria, quæ ædificaverat in domo domini, & omnia altaria, quæ in Hierusalem, & ejecit extra civitatem, & instauravit altare; & fecerunt in eo sacrificium salutaris & laudis: & jussit Manasses Judæ, ut serviret domino Deo Israel, & mortuus est in pace cum patribus suis: & regnavit Amon filius ejus pro eo, & fecit malum coram domino secundum omnia, quæ fecit pater ejus in principio, & irritavit dominum Deum suum. Audistis, filii carissimi, quemadmodum dominus Deus eum, qui ad cultum idolorum se dederat, multosque innocentes interfecerat, postquam exiguo supplicio affecit, jam pœnitentem recepit, & data venia illius delictis, in regnum restituit: non solum enim condonat pœnitentibus peccata, sed in priorem dignitatem revocat.

A ὅτι σὺ ὁ Θεὸς κατὰ τὴν χρηστότητα τῆς ἀγαθωσύνης σου ἐπηγγείλω μετανοίας ἄφεσιν τοῖς ἁμαρτηκόσι· καὶ τῷ πλήθει τῶν οἰκτιρμῶν σου ὤρισας μετάνοιαν ἁμαρτωλοῖς εἰς σωτηρίαν· σὺ οὖν κύριε ὁ Θεὸς τῶν δικαίων οὐκ ἔθου μετάνοιαν δικαίοις τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τοῖς οὐχ ἡμαρτηκόσι σοι, ἀλλ' ἔθου μετάνοιαν ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, διότι ἥμαρτον ὑπὲρ ἀριθμὸν ψάμμου θαλάσσης, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου κύριε, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ πλήθους τῶν ἀδικιῶν μου κατακαμπτόμενος πολλῷ δεσμῷ σιδήρου· διότι παρώργισα τὸν θυμόν σου, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα στήλας βδελύγματα, καὶ πληθύνας προσοχθίσματα, καὶ νῦν κλίνω γόνυ B καρδίας μου δεόμενος τῆς παρά σου χρηστότητος, ἡμάρτηκα κύριε, ἡμάρτηκα, καὶ τὰς ἀνομίας μου ἐγὼ γινώσκω, ἀλλ' αἰτοῦμαι δεόμενός σου ἄνες μοι κύριε, ἄνες μοι, καὶ μὴ συναπολέσῃς με ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μηνίσας τηρήσῃς τὰ κακάμοι· μηδὲ καταδικάσῃς με ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς· ὅτι σὺ Θεὸς, Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ ἐπ' ἐμοὶ δείξεις τὴν ἀγαθωσύνην σου, ὅτι ἀνάξιον ὄντα σώσεις κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου, καὶ αἰνέσω σε διαπαντὸς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς μου, ὅτι σε ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τῶν οὐρανῶν, καὶ σοῦ ἐστιν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν· καὶ ἐπήκουσε τῆς φωνῆς αὐτοῦ κύριος, καὶ ᾠκτείρησεν αὐτὸν, καὶ ἐγένετο περὶ αὐτὸν φλὸξ πυρός· καὶ ἐτάκησαν πάντα τὰ περὶ αὐτὸν σίδηρα, καὶ ἰάσατο κύριος C τὸν Μανασσῆν ἐκ τῆς θλίψεως αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ἔγνω Μανασσῆς, ὅτι κύριος αὐτός ἐστι Θεὸς μόνος, καὶ ἐλάτρευσεν μόνῳ κυρίῳ τῷ Θεῷ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ αὐτοῦ· καὶ ἐλογίσθη δίκαιος, καὶ περιεῖλε τοὺς Θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ τὸ γλυπτὸν ἐξ οἴκου κυρίου, καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια, ἃ ᾠκοδόμησεν ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια τὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐξέβαλεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ κατάρθωσε τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐθυσίασεν ἐπ' αὐτὸ θυσίαν σωτηρίου, καὶ αἰνέσεως· καὶ εἶπε Μανασσῆς τῷ Ἰούδα τοῦ δουλεύειν κυρίῳ τῷ Θεῷ Ἰσραήλ· καὶ ἐκοιμήθη ἐν εἰρήνῃ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἐβασίλευσεν Ἀμὼν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου κατὰ πάντα ὅ- D σα ἐποίησε Μανασσῆς ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν πρώτοις, καὶ παρώξυνε κύριον τὸν Θν αὐτοῦ· ἠκούσατε τέκνα ποθητὰ ἡμῶν, ὅπως κύριος ὁ Θεὸς εἰδώλοις προσαναχόντα, καὶ πολλοὺς ἀθώους φονεύσαντα βραχέως τιμωρησάμενος, μεταγνόντα προσελάβετο, καὶ ἀφεὶς αὐτῷ τὰ πλημμελήματα, ἐπέστρεψεν αὐτὸν περὶ τὴν βασιλείαν· οὐ μόνον γὰρ ἀφίησι τοῖς μετανοοῦσιν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν αὐτοὺς ἐπανάγει

In eos qui peccant per contemptum, exemplo Amon.

CAPUT XXIII.

NUllum majus peccatum, quam idolorum cultus; est enim impietas in Deum: tamen per veram pœnitentiam remissum est. Si quis vero ex acie delinquat, tentans Deum, quasi non insequatur pœnis improbos, is quidem veniam non impetrabit, quamvis illud secum dicat, bene mihi vertat Deus, quoniam ambulabo in conversatione cordis mei pravi. Talis exstitit Amon filius Manassis, de quo ait scriptura: *decepit se Amon mala cogitatione transgressionis, & dixit; pater meus multa peccata ab adolescentia commisit, & cum senex esset, commisisse pœnituit, & nunc*

4. Reg. 21.
2. Par. 33.

Πρὸς τοὺς ἐκ καταφρονήσεως ἁμαρτάνοντας ἔστω παράδειγμα Ἀμών.

ΚΕΦΑ'Λ. κγ'.

E ΜΕίζων εἰδωλολατρείας οὐκ ἔστιν ἁμαρτία· εἰς Θεὸν γάρ ἐστι δυσσέβεια· ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ διὰ γνησίας μετανοίας συγκεχώρηται· ἐὰν δέ τις ἐκ παρατάξεως ἁμαρτάνῃ πειράζων τὸν Θεὸν, ὡς μὴ ἐπεξιόντα τοῖς πονηροῖς, ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ ἕξει· κἂν λέγῃ παρ' ἑαυτῷ, ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι πορεύσομαι ἐν τῇ ἀναστροφῇ τῆς καρδίας μου τῆς πονηρᾶς· τοιοῦτος γάρ τις ἐγένετο καὶ Ἀμὼν ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱός· φησὶ γὰρ ἡ γραφὴ, καὶ παρελογίσατο Ἀμὼν λογισμὸν παραβασεως κακὸν, καὶ εἶπεν· ὁ πατήρ μου ἐκ νεότητος πολλὰ παρηνόμησε, καὶ ἐν γήρα μετέγνω· καὶ νῦν ἐγὼ πορεύσομαι,

καθὰ

καθὰ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή μου καὶ ὕστερον ἐπιστρέψω πρὸς κύριον· καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου παρὰ πάντας τοὺς γεγονότας ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν κύριος ὁ Θεὸς ἐν τάχει ἐκ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς αὐτοῦ. καὶ ἐπέθεντο αὐτῷ οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη δύο μόνα.

ego ambulabo, ut expetit anima mea, & poſtea convertam me ad dominum: & egit improbe coram domino ſupra omnes natos ante ſe, & delevit eum Deus celeriter ex terra ejus bona, & ſervi impetum in eum fecerunt, & domi ejus interfecerunt, & regnavit duobus tantum annis.

Ὅτι Χριστὸς Ἰησοῦς κύριος παρεγένετο ἁμαρτωλοὺς σῶσαι ὧν πρῶτός εἰμι μετανοίας.

Quod Chriſtus Jeſus dominus venit ad ſalvandos peccatores per pœnitentiam.

ΚΕΦΑΛ. κδ'.

Προσέχετε οὖν οἱ λαϊκοί· μήτις ἐξ ὑμῶν τὸν λογισμὸν τοῦ Ἀμὼν ἐπὶ καρδίαν αὐτοῦ στηρίξῃ· καὶ ἔσαι σιωπόμως ἀπολλύμενος· ὁμοίως ὁ ἐπίσκοπος σωτηρείπω καθὸ δυνατόν, τοὺς μὴ ἡμαρτηκότας ἀναμαρτήτους μεῖναι· καὶ τοὺς ἀπὸ ἁμαρτιῶν ἐπιστρέφοντας θεραπεύων δεχέσθω· ἐὰν δὲ τὸν μετεγνωκότα ἀνήλεὴς ὢν μὴ προσδέξηται, ἁμαρτήσει εἰς κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ, δικαιῶν ἑαυτὸν ὑπὲρ τοῦ ἐκείνου δικαιοσύνην, καὶ μὴ προσλαμβανόμενος, ὃν προσεδέξατο διὰ Χριστοῦ δι' οὗ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπὶ γῆς τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπον δι' οὗ ἐβούλησεν ἐκ γυναικὸς αὐτὸν γενέσθαι τὸν ποιητοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικός· ἵ χάριν μὴ φεισάμενος σαρκὸς καὶ θανάτου καὶ ταφῆς συνεχώρησε παθεῖν τὸν τῇ φύσει ἀπαθῆ· τὸν υἱὸν τὸν ἀγαπητόν· τὸν Θεοῦ λόγον· τὸν τῆς μεγάλης αὐτοῦ βουλῆς ἄγγελον· ὅπως τοὺς ὑποκειμένους θανάτῳ, ῥύσηται τοῦ θανάτου· τοῦτον παροργίζουσιν οἱ μὴ προσδεχόμενοι τὸν μετανοοῦντας. ὅτος γὰρ Ματθαῖον ἐμὲ τελώνιον ὄντα πρότερον, οὐκ ἐπῃσχύνθη· καὶ Πέτρον ἀρνησάμενον αὐτὸν διὰ δέος τρίτον καὶ διὰ μετανοίας ἐξιλεωσάμενον καὶ προσκλαύσαντι πικρῶς, προσήκατο· καὶ ποιμένα τῶν ἰδίων ἀρνῶν κατέστησε· καὶ Παῦλον δὲ τὸν σωτῆρα ἡμῶν πολλὰ τὸ πρότερον εἰς ἡμᾶς ἐπιτετραμμένον κακὰ καὶ βλασφημήσαντα εἰς τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον, ἀπόστολον ἀντὶ διώκτου προεχειρίσατο, σκεῦος αὐτὸν ἐκλογῆς ἀναδείξας· καὶ ἄλλῃ τινὶ ἁμαρτωλῷ γυναικὶ λέγει· ἀφέωνταί σε αἱ ἁμαρτίαι αἱ πολλαί, ὅτι ἠγάπησας πολύ· ἑτέραν δέ τινα ἡμαρτηκυίαν ἔσησαν οἱ πρεσβύτεροι ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ ἐπ' αὐτῷ θέμενοι τὸ κρίνειν, ἐξῆλθον· ὁ δὲ καρδιογνώστης κύριος πυθόμενος αὐτῆς, εἰ κατέκριναν αὐτὸν οἱ πρεσβύτεροι· καὶ εἰπόντος ὅτι οὔ, ἔφη πρὸς αὐτόν. ὕπαγε οὖν, οὐδὲ ἐγώ σε κατακρίνω· τοῦτον τὸν σωτῆρα βασιλέα καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν ὦ ἐπίσκοποι σκοπὸν ἔχειν δεῖ τούτου μιμητὰς εἶναι· πρᾳεῖς, ἡσυχίους, εὐσπλάγχνους, ἐλεήμονας, εἰρηνικούς, ἀοργήτους, διδακτικούς, ἐπιστρεπτικούς, εἰς δεκτικούς, παρακλητικούς, μὴ πλήκτας, μὴ ὀργίλους, μὴ ὑβριστάς, μὴ ἀλαζόνας, μὴ ὑπερόπτικους, μὴ οἰνόφλυγας, μὴ μεθύσους, μὴ ἐκκοποδαπάνους, μὴ ξυφητάς, μὴ πολυδαπάνους, μὴ ὡς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ὡς ἰδίοις τοῖς τοῦ Θεοῦ δόμασι χρωμένους, ὡς ἀγαθοὺς οἰκονόμους καθεστῶτας, ὡς μέλλοντας ἀπαιτεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν λόγον. αὐτάρκη ἐχέτω ζοφὸν καὶ ἀμφιασμὸν ὁ ἐπίσκοπος τὸν τῇ χρείᾳ καὶ τῇ σωμότητι προσήκοντα· μὴ τοῖς κυριακοῖς ὡς ἀλλοτρίοις κεχρήσθω, ἀλλὰ μεμετρημένως· ἄξιος γὰρ ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ ἐστι· μὴ σπάτιλος, μὴ πέρπερος· ἀλλὰ μόνων τῶν πρὸς σύστασιν ἐφιέμενος.

CAvete igitur, laici, ne quis veſtrum cogitationem Amon in animo ſuo firmet, ne brevi intereat. Similiter epiſcopus conſervet ſuos pro viribus, ut qui non deliquerunt, extra peccatum maneant, & qui deliquerunt, a delictis reverſos recipiat, medicinam adhibendo. Quod ſi pœnitentem crudelis non admiſerit, peccabit in dominum Deum ſuum juſtificans ſeipſum ſupra illius juſtitiam, & non recipiens hominem, quem Deus per Chriſtum recepit; cujus cauſſa miſit Deus in terram filium ſuum hominem hominibus: propter quem voluit, ut auctor viri & mulieris, ex muliere ortum caperet; cujus gratia permiſit, non parcendo filio, ut crucem, & mortem, & ſepulturam pateretur, natura alioqui alienus a patiendo filius dilectus, Deus verbum, magni conſilii Angelus, ut videlicet obnoxios morti a morte eriperet: Hunc provocant ad iram, qui non recipiunt pœnitentes. Hac ratione non eum puduit mei, qui antea fueram Matthæus publicanus, neque puduit Petri, qui ter propter metum negaverat, quem quidem recepit, ac paſtorem pecudum ſuarum fecit, poſtquam pœnitendo placavit Deum, & amare flevit: Atque etiam Paulum coapoſtolum noſtrum, cum prius multis nos malis affeciſſet, & contumeliis nomen ſanctum Chriſtianorum vexaſſet, apoſtolum ex perſecutore fecit, & vas electionis eum declaravit: idem quoque cuidam mulieri peccatrici ait, remittuntur tibi peccata multa, quia dilexiſti multum. Alteram vero, quæ deliquerat, cum ſeniores ante eum ſiſterent, judicio eidem relicto, egreſſi ſunt; Dominus autem, qui corda novit, percontatus eam, eſſet ne a ſenioribus condemnata, cum negaſſet illa, abi igitur, inquit, neque ego te condemno. In hunc ſalvatorem, regem, & dominum ac Deum noſtrum Jeſum vos, epiſcopi, tanquam in ſcopum aſpicere debetis, hunc vos imitari oportet, manſuetos eſſe, quietos, miſericordes, clementes, pacificos, non iracundos, ſtudio docendi, convertendi, recipiendi, hortandi deditos; non percuſſores, non contumelioſos, non arrogantes, non contemptores, non temulentos, non ſumptuoſos vane, non voluptuarios, non magnas impenſas facientes, neque datis a Deo tanquam alienis, ſed tanquam propriis Dei utentes, ut bonos diſpenſatores, & ut rationem a Deo repoſcendos: ſumat ergo epiſcopus cibi quantum ſufficiat: in indumentum, quod neceſſitati, & gravitati congruat. Bonis, inquam, dominicis non tanquam alienis utatur, moderate tamen, dignus eſt enim operarius mercede ſua: Ne ſit luxurioſus, neque abutatur rebus, ſed ea tantum appetat, quæ corporis conſtitutio poſtulat.

De decimis, & primitiis, & oblationibus, & quomodo debeat episcopus vel ipse accipere ex eis, vel aliis distribuere.

CAPUT XXV.

QUæ secundum Dei mandatum tribuuntur, decimas dico, & primitias, insumat episcopus, ut homo Dei; quæ causſa pauperum sponte offeruntur, distribuat decenter in pupillos, in viduas, in afflictos, & calamitosos, & in hospites egentes, tanquam qui Deum habeat harum rerum ratiocinatorem, quarum procurationem ei commiserit. Impartite igitur, episcopi, cum justitia omnibus egentibus; & vos utimini ex parte bonis domini, sed non abutimini; edite ex eis, sed ne soli ea devorate; imo communicate cum egentibus, & vitate offensionem Dei; etenim si hæc soli insumpseritis, illud vobis tanquam insatiabilibus, & qui soli ea comedatis, exprobrabit dominus, *Lac devorabatis, & lanis operiebamini*: & alias, *an soli in terra habitabitis?* quocirca jussum est vobis in lege, *Diliges proximum tuum sicut teipsum*. Atque hæc quidem dicimus, non ut laboribus vestris non fruamini: scriptum est enim, *Non obligabis os bovi trituranti*, sed ut moderate cum justitia. Ut igitur cum bos in area operatur ore non obligato, inde pastum capessit, non tamen totum, quod in area est, ab eo depascitur, sic etiam vos cum in area, id est, in ecclesia Dei operam exercetis, edite ex ecclesiæ bonis, ut Levitæ quoque faciebant, qui in tabernaculo testimonii ministrabant, quod ex omni parte figura ecclesiæ erat; præterea etiam ipso jam nomine testimonium ecclesiæ tabernaculum illud præmonstrabat. Hic igitur Levitæ, qui in tabernaculo assidui erant, ex iis, quæ Deo ab universo populo nomine oblationis donabantur, & ex portionibus, atque ex primitiis, & decimis, & ex hostiis, & oblationibus libere accipiebant ipsi, & eorum uxores, ac filii, & filiæ. Quia vero eorum munus erat ministrare in tabernaculo, idcirco non sunt inter filios Israel datæ eis possessiones, quoniam populi oblationes possessio Levi erant, & hæreditas Leviticæ tribus. Vos ergo, episcopi, estis hodie populo vestro sacerdotes Levitæ, qui ministratis in sacro tabernaculo sanctæ & catholicæ ecclesiæ, & ad aram domini Dei nostri assistitis, eidemque hostias rationales, & incruentas per Christum pontificem magnum offertis. Vos estis vestris laicis prophetæ, principes, duces, reges, mediatores Dei, & fidelium ejus, receptacula verbi Dei, & præcones ejus: cognitores scripturarum & Dei soni, ac testificatores voluntatis ejus: qui delicta omnium portatis & de omnibus rationem reddituri estis; quibus ut audistis, graviter scriptura minatur, si clavem scientiæ hominibus celaveritis; quibus periculum impendet mortiferum, si voluntatem Dei populis, quibus præestis, non denunciaveritis: quibus rursus si bene, & ut decet, tabernaculo sanctorum ministraveritis, certa merces, & gloria major, quam ut dici possit, proposita est; ut enim vestrum est onus, ita quoque alimenta, & alia ad usus vitæ necessaria tanquam fructus percipitis;

Ezech 34. Isaiæ 5. Matth. 5.

Deut 9. Tim. 5.

Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν, καὶ ὅπως ὀφείλει ὁ ἐπίσκοπος ἢ αὐτὸς μεταλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν, ἢ ἑτέροις διανέμειν.

ΚΕΦΑΛ. κε.

ΤΑ δεδόμενα κατ' ἐντολὴν Θεοῦ τῶν δεκατῶν καὶ τῶν ἀπαρχῶν ὡς Θεοῦ ἀνθρωπῷ ἀναλισκέτω τὰ εἰσφερόμενα ἐπὶ προφάσει πάντων ἐκάστα, καλῶς οἰκονομείτω, ὀρφανοῖς καὶ χήραις, καὶ θλιβομένοις, καὶ ξένοις ἀπορουμένοις, ὡς ἔχων Θεὸν λογισάμενος τούτων. τὸν ἐγχειρίσαντα αὐτῷ ταύτην τὴν οἰκονομίαν· πᾶσι δὲ τοῖς δεομένοις μετὰ δικαιοσύνης ἐπιμελούμενοι, καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ χρώμενοι ἐκ τῶν κυριακῶν, ἀλλὰ μὴ παραχρώμενοι, ἐσθίοντες ἐξ αὐτῶν, ἀλλὰ μὴ κατεσθίοντες αὐτὰ μόνοι, κοινωνοῦντες δὲ τοῖς χρήζουσιν, ἀπροσκόποι Θεῷ γίνεσθε. ἐὰν γὰρ μόνοι αὐτὰ ἀναλώσητε, ὀνειδισθήσεσθε παρὰ Θεοῦ λέγοντος ὡς πρὸς ἁπλήστους καὶ μονοφάγους, τὸ γάλα κατεσθίετε· καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε. καὶ Οὐκ ἄλλοις· μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς, διὸ καὶ ἐν τῷ νόμῳ προσέταχται ὑμῖν· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· καὶ ταῦτα λέγομεν, οὐχ ἵνα μὴ μεταλαμβάνητε ὑμῶν τῶν πόνων, γέγραπται γὰρ, Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντι, ἀλλ' ἵνα μεμετρημένως μετὰ δικαιοσύνης. ὃν τρόπον ἂν ὁ βοῦς ἐργαζόμενος ἐν τῷ ἅλῳ ἀκήμωτος, ἐσθίει μέν, ἀλλ' οὐ τὸ πᾶν κατεσθίει, οὕτω καὶ ὑμεῖς ἐργαζόμενοι εἰς τὸν ἅλω, τουτέστιν εἰς τὸν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐσθίετε· ὃν τρόπον καὶ οἱ Λευῖται οἱ λειτουργοῦντες τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, ἥτις ἦν τύπος τῆς ἐκκλησίας κατὰ πάντα. προσέτι δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος μαρτύριον τῆς ἐκκλησίας ἡ σκηνὴ προοιμίζετο. ἐνταῦθα γοῦν καὶ Λευῖται τῇ σκηνῇ προσεδρεύοντες, ἐκ τῶν εἰς τὸν προσφορὰν τοῦ Θεοῦ διδομένων ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ δώρων καὶ ἀφαιρεμάτων καὶ ἀπαρχῶν, καὶ δεκατῶν, καὶ θυσιῶν, καὶ προσφορῶν μετεῖχον ἀκωλύτως αὐτοί τε καὶ γυναῖκες αὐτῶν καὶ υἱοὶ καὶ θυγατέρες αὐτῶν. ἐπειδὰν δὲ τὸ ἔργον αὐτῶν ἦν λειτουργία τῆς σκηνῆς, διατοῦτο κληροδοσίαν γῆς οὐκ ἔλαβον ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ· ὅτι αἱ εἰσφοραὶ τοῦ λαοῦ, κληροδοσία τοῦ Λευῖ καὶ κληρονομία τῆς φυλῆς αὐτῶν· ὑμεῖς οὖν σήμερον ὦ ἐπίσκοποι ἐστὲ τῷ λαῷ ὑμῶν ἱερεῖς Λευῖται οἱ λειτουργοῦντες τῇ ἱερᾷ σκηνῇ τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ παρεστῶτες τῷ θυσιαστηρίῳ κυρίῳ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ προσάγοντες αὐτῷ τὰς λογικὰς καὶ ἀναιμάκτους θυσίας διὰ Ἰησοῦ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως· ὑμεῖς τοῖς ἐν ὑμῖν λαϊκοῖς ἐστε προφῆται, ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι, καὶ βασιλεῖς, οἱ μεσῖται Θεοῦ καὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ· οἱ δοχεῖς τοῦ λόγου καὶ ἀγγελτῆρες· οἱ γνῶσαι τῶν γραφῶν καὶ φθόγγοι τοῦ Θεοῦ. καὶ μάρτυρες τοῦ θελήματος αὐτοῦ· οἱ πάντων τὰς ἁμαρτίας βαστάζοντες, καὶ περὶ πάντων ἀπολογούμενοι· οἷς, ὡς ἠκούσατε, ἐμβριθὴς ὁ λόγος ἀπειλεῖ, ἐὰν κρύψητε ἐξ ἀνθρώπων τὴν τῆς γνώσεως κλεῖδα· οἷς κίνδυνος ὀλέθριος, ἐὰν μὴ διαγγείλητε τὸ θέλημα αὐτοῦ τῷ ὑφ' ὑμᾶς λαῷ. οἷς παρὰ Θεοῦ μισθὸς ἀψευδὴς καὶ κλέος ἀνεκδιήγητον ἐν δόξῃ καλῶς λειτουργήσασι τῇ σκηνῇ τῇ ἁγίᾳ· ὡς γὰρ τὸ βάρος ὑμέτερον, οὕτω καὶ τὰς διακονίας τῶν ζῴων καὶ τὰς ἄλλας χρείας ὑμεῖς καρπώσεσθε. μιμηταὶ γάρ ἐστε Χριστοῦ τοῦ κυρίου, καὶ ὡσαύτως πάντων ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας ἀνήνεγκεν ἐπὶ τὸ ξύλον σωρωθεὶς ὁ ἄμωμος ὑπὲρ τῶν κολάσεως ἀξίων· οὕτω καὶ ὑμᾶς τοῦ λαοῦ τὰς ἁμαρτίας ἐξιδιοποιεῖσθαι χρή· εἴρηται γὰρ περὶ τοῦ σωτῆρος ἐν Ἡσαΐᾳ,

σαίᾳ, ὅτι ὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται· καὶ πάλιν, αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκε· & διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη. ὥσπερ οὖν ὑμεῖς σκοποί ἐστε, ὕτω καὶ σκοπὸν ἔχετε τὸν Χριστόν. ὡς ἂν αὐτὸς πάντων ὑμῶν, ὕτω καὶ ὑμεῖς τῶν ὑφ' ὑμᾶς λαϊκῶν. μὴ γὰρ νόμιζε, ὅτι ἀχερὲς ἡ ἐλαφρὸν φορτίον ἐστὶν ἡ ἐπισκοπή· χρὴ οὖν ὡς τὸ βάρος φέρετε, ὕτω καὶ τῶν καρπῶν πρώτως μεταλαμβάνειν, καὶ τοῖς δεομένοις μεταδιδόναι, ὡς λόγον ὑφέξοντες τῷ ἀπαραλογίστως ὑμᾶς μέλλοντι λογίζειν· δεῖ γὰρ τοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ προσδεδέσθαι, ἐκ τῆς ἐκκλησίας διαβέφεσθαι, ἅτε ἱερεῖς, Λευῖται, προέδρους, λειτουργοὺς Θεοῦ, καθὼς ἐν βίβλῳ τῶν ἀριθμῶν γέγραπται περὶ τῶν ἱερέων. καὶ εἶπε κύριος πρὸς Ἀαρών· σὺ καὶ οἱ υἱοί σου καὶ ὁ οἶκος πατριᾶς σου λήψεσθε τὰς ἁμαρτίας τῶν ἁγίων τῆς ἱερατείας ὑμῶν· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν τὴν διατήρησιν τῶν ἀπαρχῶν ἀπὸ πάντων τῶν ἡγιασμένων μοι παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ· σοὶ δέδωκα αὐτὰ εἰς γέρας καὶ τοῖς σπέρμασί σου νόμιμον αἰώνιον, καὶ τοῦτο ἔσαι ὑμῖν ἀπὸ τῶν ἡγιασμένων ἐκ τῶν καρπωμάτων, καὶ ἀπὸ τῶν δώρων, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν θυσιῶν, καὶ ἀπὸ πάσης πλημμελείας καὶ περὶ ἁμαρτιῶν· καὶ ὅσα ἀποδιδόασί μοι ἀπὸ πάντων τῶν ἁγίων, σοὶ ἔσαι καὶ τοῖς υἱοῖς σου· ἐν τῷ ἁγίῳ φάγεσθε αὐτά· καὶ μετ' ὀλίγα· πᾶσα ἀπαρχὴ ἐλαίου καὶ οἴνου, καὶ σίτου· ὅσα ἂν δῶσι κυρίῳ, σοὶ δέδωκα αὐτὰ, καὶ τὰ πρωτογενήματα πάντα σοι δέδωκα· καὶ σωφέρει πᾶν ἀνάθεμα· πᾶν πρωτότοκον ἀνθρώπου καὶ κτήνους καθαρᾶς & ἀκαθάρτου καὶ θυσίας, καὶ σηθωνίου καὶ βραχίονος δεξιᾶ τοῖς ἱερεῦσι προσανήκει. καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς παραμένουσιν αὐτοῖς Λευίταις· ἀκούετε τούτου καὶ ὑμεῖς οἱ λαϊκοί· ἡ ἐκλεκτὴ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ· καὶ γὰρ ὁ λαὸς πρότερον Θεοῦ λαὸς καὶ ἔθνος ἅγιον ὠνομάζετο· καὶ ὑμεῖς οὖν ἐστε ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἀπογεγραμμένη ἐν οὐρανῷ, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον· λαὸς εἰς περιποίησιν· νύμφη κεκαλλωπισμένη κυρίῳ τῷ Θεῷ· ἐκκλησία μεγάλη· ἐκκλησία πιστή· ἃ πρότερον ἐρρέθη, νῦν ἐνωτίζου· ἀφαιρέματα καὶ δεκάτας, ἀπαρχαὶ τῷ ἀρχιερεῖ Χριστῷ καὶ τοῖς λειτουργοῦσιν αὐτῷ· δεκάτας σωτηρίας, ἀρχὴ ὀνόματος Ἰησοῦ. ἄκουε ἱερὰ καθολικὴ ἐκκλησία ἡ τὴν δεκάπλεγον ἐκπεφευγυῖα· καὶ τὴν δεκάλογον εἰληφυῖα καὶ τὸν νόμον μεμαθηκυῖα· καὶ * ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκυῖα, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπονομαζομένη, & ἐπὶ τῇ τελειώσει τῆς δόξης αὐτοῦ ἐσπειγμένη, & λάμπουσα· αἱ τότε θυσίαι, νῦν εὐχαί, καὶ δεήσεις, καὶ εὐχαριστίαι· αἱ τότε ἀπαρχαὶ, καὶ δεκάτας, καὶ ἀφαιρέματα, καὶ δῶρα, νῦν προσφοραί, αἱ διὰ τῶν ὁσίων ἐπισκόπων προσφερόμεναι κυρίῳ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος· ὅτι γάρ εἰσιν ὑμῶν οἱ ἀρχιερεῖς. οἱ δὲ ἱερεῖς ὑμῶν, οἱ πρεσβύτεροι· καὶ οἱ Λευῖται ὑμῶν, οἱ νῦν διάκονοι, καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες ὑμῖν, καὶ οἱ ᾠδοὶ, καὶ οἱ πυλωροὶ, αἱ διάκονοι ὑμῶν, καὶ αἱ χῆραι, καὶ αἱ παρθένοι, καὶ οἱ ὀρφανοὶ ὑμῶν· ὁ δὲ τούτων πάντων ἀνώτερος ὁ ἀρχιερεύς ἐστι.

A imitatores enim estis Christi domini: ut sicut ille nostra omnium peccata in ligno crucis tulit crucifixus absque ulla culpa, & macula, pro iis, qui supplicio digni erant: sic etiam vos populi delicta vobis attribuere, & vestra ducere debeatis: dictum est enim de Salvatore nostro apud Esaiam; *Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet.* Et rursus; *Ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates multorum traditus est.* Ut igitur vos scopus estis, sic Christus scopus vester est. Quare ut ille omnium vestrum est, sic vos eorum omnium laicorum, qui sub vestra potestate sunt: ne enim existimetis facile, & leve onus esse episcopatum. Ergo oportet, ut pondus fertis, sic quoque fru- *Isaiæ 53.*
B ctum in primis percipiatis, eumque cum egentibus communicetis, tanquam rationes cum illo putaturi, qui in vestris rationibus subducendis decipi non poterit. Oportet namque, ut qui in ecclesia assidui sunt, eos ecclesia alat, utpote sacerdotes, Levitas, præpositos, ministros Dei, sicut in libro Numerorum scriptum est de sacerdotibus; *Et dixit dominus ad Aaron: Tu & filii tui, & domus patris tui accipietis peccata sanctuarii sacerdotii vestri, ecce dedi vobis custodiam primitiarum ex omnibus sanctificatis mihi a filiis Israel, dedi tibi eas in honorem, & præmium, & filiis tuis post te legitimum sempiternum: & hoc erit vobis ex sanctificatis de fructibus, &* *Num. 18.*
C *ex donis, atque ex omnibus sacrificiis; & ex omni delicto, & de peccatis: & quæcumque mihi reddunt ex omnibus sanctis, tibi erunt, & filiis tuis: in sanctuario comedetis ea.* Et paulo post: *omnes primitiæ olei & vini, & frumenti, quæcumque domino dederint, tibi dedi ea, & omnes primitias frugum tibi dedi, & omne quod consecratum est, tibi confluebat; omne primogenitum hominis, & jumenti, mundi & immundi; consecratum victimæ, pectusculi, & brachii dextri, ad sacerdotes pertinent, & ad Levitas, qui apud eos manent.* Audite hæc, o laici, & ecclesia Dei electa: prius enim populus, populus Dei, & gens sancta vocabatur:
D & vos igitur estis sancta & sacra ecclesia descripta in cœlis, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, sponsa ornata domino Deo, ecclesia magna, ecclesia fidelis: quæ prius dicta sunt, audi ea nunc attente. Portiones, decimæ, primitiæ Christo pontifici, & ministris ejus: decimæ salutaris, principium nominis Jesu. Audi sacra, Catholica ecclesia, quæ decem plagas illas evasisti, decalogum accepisti, legem didicisti, fidem tenuisti, in dominum Jesum credidisti, & nomine ejus appellata es, quæ in consummatione gloriæ ejus firmata es, & splendes: quæ antea sacrificia, nunc precationes, & ob-
E secrationes, & Eucharistiæ; quæ tunc primitiæ, & decimæ, & portiones, ac dona, nunc oblationes, quæ per sanctos episcopos offeruntur domino Deo per Christum, qui pro omnibus mortuus est. Hi namque sunt vestri pontifices, sacerdotes vero vestri sunt presbyteri: Levitæ autem vestri, qui nunc sunt diaconi, & qui lectores vestri, & cantores & janitores, diaconissæ item vestræ, viduæ, & virgines, & orphani, supra hos vero omnes pontifex est

In cujus imagine, & dignitate quisque in clero a Deo positus, & collocatus sit.

CAPUT XXVI.

QUi episcopus est, hic est minister verbi, scientiæ custos, mediator Dei, & vestrum in iis, quæ ad eum colendum pertinent: hic est magister pietatis, ac religionis, hic est secundum Deum pater vester, qui vos per aquam, & Spiritum sanctum in adoptionem regeneravit: hic princeps, & dux vester: hic vester rex, & præfectus; hic post Deum terrenus Deus, qui honore vestro frui debet; de his enim, & similibus ajebat Deus; *Ego dixi, dii estis, & filii altissimi omnes:* &, diis populi tui non detrahes. Episcopus igitur vobis præsideat, ut dignitate Dei cohonestatus, qua clerum sub potestate sua tenet, & toti populo præest. Diaconus vero assistat huic, ut Christus patri, ac ministret ei sancte in omnibus, ut Christus nihil privata auctoritate faciens, quæ placita sunt patri, facit semper. * Diaconissam vero honorate, ut repræsentet vobis Spiritum sanctum: nihilque ea agat, aut loquatur absque diacono, sicut neque Spiritus sanctus quicquam privatim agit aut loquitur, quin potius ad honorem Christi, voluntatem ejus expectat, & ut non contingit credere in Christum sine doctrina Spiritus sancti, sic ad diaconum, aut episcopum nulla mulier sine diaconissa accedat: presbyteri nos apostolos repræsentare existimentur, sintque doctores cognitionis Dei. Siquidem dominus cum apostolos mitteret, euntes, inquit, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes servare omnia quæcumque præcepi vobis, viduas, & pupillos existimate, quasi altare repræsentent: Habete etiam honorem virginibus, ut thuribulum, & odoratum thymiama repræsentantibus.

Esai. 81. *Joan.* 10.

* Comparationem istam anilem pluribus exagitat Petavius noster tomo II. theologicorum dogmatum lib. 1. cap. 3. §. 7.

Quod horrendum sit intrudere se dignitati sacræ, ut Coritæ, ut Saul, ut Ozias fecerunt.

CAPUT XXVII.

UT igitur non licebat alienigenæ, cum non esset Levita, offerre aliquid, aut ad aram accedere sine sacerdote, sic vos sine episcopo nihil agite: Sin vero quispiam absque episcopo quicquam faciat, frustra faciat, neque enim ipsi reputabitur in opus. Ut enim Saul cum sacrificium fecit, Samuele absente, audivit, *stulte egisti:* sic quicumque laicus sine sacerdote aliquid operatur, inaniter operatur: & ut Ozias, quia fecit, cum non esset ipse sacerdos, quæ ad sacerdotes pertinebant, propter crimen violatæ legis lepra affectus est, sic nullus laicus impune feret, qui Deum contempserit, in sacerdotes ejus insanierit, & honorem sibi usurparit minime Christum imitatus, qui non se glorificavit, ut fieret pontifex, sed expectavit ut patrem audiret; juravit dominus, & non pœnitebit, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Si igitur Christus non vindicat sibi privatim gloriam sine patre, quomodo potest homo seipsum in sacerdotium projicere, non accepta dignitate

1. Reg. 13.

Εἰς τίνος τύπον καὶ ἀξίαν ἕκαστος τῆς ἐν τῷ κλήρῳ τέτακται παρὰ Θεῷ.

ΚΕΦΑΛ. κε'.

Ὁ Ἐπίσκοπος, ὅτος λόγου διάκονος, γνώσεως φύλαξ, μεσίτης Θεοῦ καὶ ὑμῶν, ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν λατρείαις· ὅτος διδάσκαλος εὐσεβείας· ὅτος μετὰ Θεὸν πατὴρ ὑμῶν, διὰ ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννήσας ὑμᾶς εἰς υἱοθεσίαν. ὅτος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ὑμῶν· ὅτος ὑμῶν βασιλεὺς καὶ δυνάστης· οὗτος ὑμῶν ἐπίγειος Θεὸς μετὰ Θεόν, ὃς ὀφείλει τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς ἀπολαύειν. περὶ γὰρ τούτου καὶ τοῖς ὁμοίων αὐτοῖς ὁ Θεὸς ἔλεγεν· ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες, καὶ Θεὸς ὁ κακολογήσεις· ὁ γὰρ ἐπίσκοπος προκαθεζέσθω ὑμῶν ὡς Θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος· ἡ κρατεῖ τοῦ κλήρου καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἄρχει· ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παρισάσθω, ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρὶ, ὡς λειτουργείτω αὐτῷ ἐν πᾶσιν ἀμέμπτως. ὡς ὁ Χριστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιῶν οὐδέν, τὰ ἀρεστὰ ποιεῖ τῷ πατρὶ πάντοτε· ἡ δὲ διάκονος εἰς τύπον τοῦ ἁγίου πνεύματος τετιμήσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα ἢ φθεγγομένη· ὡς οὐδὲ ὁ παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ τι λαλεῖ ἢ ποιεῖ, ἀλλὰ δοξάζων τὸν Χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα· ὡς οὖν ἔστιν εἰς τὸν Χριστὸν πιστεῦσαι ἄνευ τῆς τοῦ πνεύματος διδασκαλίας, οὕτως ἄνευ τῆς διακόνου μηδεμία προσίτω γυνὴ τῷ διακόνῳ, ἢ τῷ ἐπισκόπῳ· οἵτε πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἡμῶν τοῦ ἀποστόλων ὑμῖν νενομίσθωσαν· διδάσκαλοι ἔσωσαν θεογνωσίας· ἐπειδὴ καὶ ὁ κύριος ἡμᾶς ἀποστέλλων ἔλεγε· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· αἵτε χῆραι καὶ ὀρφανοὶ εἰς τύπον τοῦ θυσιαστηρίου λελογίσθωσαν ὑμῖν· αἵτε παρθένοι εἰς τύπον τοῦ θυμιατηρίου τετιμήσθωσαν, καὶ τοῦ θυμιάματος.

Ὅτι φευκτὸς ἄνθρωπον σαυτὸν ἐπιῤῥιπτεῖν ἀξιώματι τινὶ ἱερατικῷ· ὡς οἱ Κορεῖται· ὡς Σαοὺλ· ὡς Ὀζίας.

ΚΕΦΑΛ. κζ'.

Ὡς οὖν οὐκ ἐξὸν ἀλλογενῆ μὴ ὄντι Λευίτῃ προσενέγκαι, ἢ προσελθεῖν εἰς τὸ θυσιαστήριον ἄνευ τοῦ ἱερέως, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ποιεῖτε· εἰ δέ τις ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου ποιεῖ τι, εἰς μάτην ποιεῖ αὐτό· οὐ γὰρ αὐτῷ εἰς ἔργον λογισθήσεται· ὡς γὰρ ὁ Σαοὺλ ἄνευ τοῦ Σαμουὴλ προσενέγκας ἤκουσεν, ὅτι ματαιώτατά σοι, ἵνα καὶ πᾶς λαϊκὸς ἄνευ τοῦ ἱερέως ἐπιτελῶν τι, μάταια πονεῖ. καὶ ὡς Ὀζίας ὁ βασιλεὺς οὐκ ὢν ἱερεύς τις τῆς ἱερέων ἐπιτελῶν ἐλεπρώθη διὰ παρανομίαν, ἵνα καὶ πᾶς λαϊκὸς ἀτιμώρητος ἔσαι καταφρονήσας Θεοῦ, καὶ τῆς αὐτοῦ καταμανεὶς ἱερέων καὶ τιμὴν τιμῶν ἁρπάσας ἑαυτῷ μὴ μιμησάμενος Χριστὸν, ὃς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλὰ περιμείνας ἀκοῦσαι τοῦ πατρὸς, ὤμοσε κύριος καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· εἰ ὃν ἄνευ τοῦ πατρὸς ὁ Χριστὸς οὐ δοξάζει ἑαυτὸν, πῶς οἷόντε ἄνθρωπον ἑαυτὸν εἰς ἱερωσύνην ἐπιῤῥιπτεῖν μὴ λαβόντα τὸ ἀξίωμα παρὰ κρείττονος,

καὶ

καὶ ποιεῖν ἐκεῖνα, ἃ μόνοις τοῖς ἱερεῦσιν ἔξεστιν; ἢ οὐχὶ οἱ Κορῆται καίτοι τῆς Λαϊ φυλῆς ὄντες πυρίκαυστοι ἐγένοντο ἐπαναστάντες Μωσεῖ καὶ Ἀαρών, καὶ περὶ τῶν μὴ καθηκόντων αὐτοῖς ἀμιλλώμενοι, καὶ Δαθὰν, καὶ Ἀβειρῶν ζῶντες κατέβησαν εἰς ᾅδου, καὶ ῥάβδος βλαστήσασα ἔσεισε τῶν πολλῶν τὴν ἄνοιαν, καὶ τὸν ὑπὸ Θεοῦ χειροτονηθέντα ἀρχιερέα ἀνέδειξε; προσήκει οὖν καὶ ὑμᾶς ἀδελφοὶ τὰς θυσίας ὑμῶν ἤτοι προσφορὰς τῷ ἐπισκόπῳ προσφέρειν ὡς ἀρχιερεῖ· ἢ δι' ἑαυτῶν, ἢ δι' ἀμφοτέρων. ἃ μὲν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς, καὶ τὰς δεκάτας, καὶ τὰ ἐκούσια αὐτῷ προσάγετε· αὐτὸς γὰρ γινώσκει τοὺς θλιβομένους, καὶ ἑκάστῳ δίδωσι πρὸς τὸ ἁρμόζον, ὅπως μὴ δὶς ἢ πλειάκις τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἢ τῇ αὐτῇ ἑβδομάδι λαμβάνῃ, ἕτερος δὲ ἅπαξ ὅλως· δίκαιον γάρ ἐστι μᾶλλον τοῖς θλιβομένοις κατ' ἀλήθειαν ἐπαρκεῖν, ἢ τοῖς νομιζομένοις θλίβεσθαι.

A a præſtantiore, aut illa facere, quæ ſolis ſacerdotibus licet? Nonne Coritæ cum alioqui Leviticæ tribus eſſent, arſerunt tamen, quia ſeſe in Moyſen, & Aaron extulerunt, & de iis quæ ad ſe non pertinebant, cum eis certarunt? & Dathan, atque Abiron vivi, terra dehiſcente, in infernum deſcenderunt? & virga illa quæ floruit, multorum inſolentiam repreſſit, & pontificem a Deo electum declaravit? Oportet igitur, ut & vos, fratres, ſacrificia veſtra, id eſt, oblationes epiſcopo utpote pontifici, aut per vos ipſi, aut per diaconos offeratis: imo primitias quoque, & decimas, & quæ ſponte offeruntur: is enim probe novit afflictos, & cuique tribuit, ut con-
B gruit, ne quis eodem die, aut eadem hebdomada bis, aut ſæpius accipiat, alius vero nihil penitus: æquius enim eſt iis ſuppeditare, qui revera magis inopia premuntur, quam iis, qui premi exiſtimantur.

Περὶ κ' δείπνου καὶ ὅπως χρὴ ἕκαστον τάγμα τῆς κλήρου ὑπὸ τῶν προσκαλουμένων τιμᾶσθαι.

De convivio, & quomodo oporteat unumquemque cleri ordinem ab iis, qui invitarunt, honorari.

ΚΕΦΑΛ. κή.

Τοῖς εἰς ἀγάπην, ἤτοι δοχὴν ὡς ὁ κύριος ὠνόμασε, προαιρουμένοις καλεῖν πρεσβυτέρας, ὧν ἐπίσαντται οἱ διάκονοι θλιβομένων, αὐτῇ πλειάκις πεμπέτωσαν· ἀφοριζέσθω δὲ ἐν τῇ δοχῇ τὸ τῷ ποιμένι ἐθίμιον, λέγω δὲ τὸ τῆς ἀπαρχῆς, ὡς ἱερεῖ, κἂν μὴ παρῇ τῇ δοχῇ, εἰς τιμὴν Θεοῦ τῷ τύπῳ ἱερατείαν αὐτῷ ἐγχειρίσαντος· ὅσον δὲ ἑκάστῃ πρεσβυτίδων δίδοται, διπλοῦν διδόσθω τοῖς διακόνοις εἰς γέρας Χριστοῦ· τοῖς δὲ πρεσβυτέροις ὡς ἂν κάμνωσι περὶ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον, διπλῆ καὶ αὐτοῖς ἀφοριζέσθω ἡ μοῖρα εἰς χάριν τῶν τοῦ κυρίου ἀποστόλων· ὧν καὶ τὸν τόπον φυλάσσουσιν, ὡς σύμβουλοι τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας στέφανος· εἰσὶ γὰρ συνέδριον καὶ βουλὴ τῆς ἐκκλησίας· εἰ δὲ καὶ ἀναγνώστης ἐστὶ, λαμβανέτω καὶ αὐτὸς μοῖραν μίαν εἰς τιμὴν τῶν προφητῶν· ὡσαύτως καὶ ψαλτῳδὸς, καὶ πυλωρός· ἑκάστῳ ὧν ἀξιώματι οἱ λαϊκοὶ τιμὴν προσήκουσαν νεμέτωσαν ἐν τοῖς δόμασι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον εὐσχημοσύνῃ· μὴ ῥᾳδίως δὲ ἐνοχλείτωσαν τῷ ἄρχοντι· ἀλλὰ διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ἃ βούλονται, σημαινέτωσαν, τουτέστι, διὰ τῶν διακόνων· πρὸς ὃς πλέον παῤῥησιαζέσθωσαν· οὐδὲ γὰρ τῷ παντοκράτορι Θεῷ προσελθεῖν ἔστιν, ἐὰν μὴ διὰ τοῦ Χριστοῦ· ὅπως οὖν καὶ οἱ λαϊκοὶ πάντα, ὅσα βούλονται, διὰ τοῦ διακόνου φανερὰ τῷ ἐπισκόπῳ ποιείτωσαν· καὶ οὕτω κατὰ τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ ἐπιτελείτωσαν· οὐδὲ γὰρ πρότερον ἐν τῷ ἱερῷ ἁγίασματι προσεφέρετο, ἢ ἐγίνετο ἄνω τοῦ ἱερέως· χείλη γὰρ ἱερέως φυλάξεται γνῶσιν, καὶ νόμον ἐκζητήσουσιν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, φησίπου ὁ προφήτης· ὅτι ἄγγελος κυρίου παντοκράτορός ἐστιν· εἰ γὰρ καὶ οἱ τῶν δαιμόνων θεραπεύται ἐν τοῖς μυσαροῖς καὶ βδελυκτοῖς, καὶ ἀκαθάρτοις προσοχθίσμασιν αὐτῶν ἄχρι τοῦ δεῦρο τὰ ἅγια μιμοῦνται, καὶ μακρὰν μὲν ἐπὶ συγχύσεως τὸ βδέλυγμα κεχωρίσθω τῶν ἁγίων, πλὴν ἐν τοῖς ἐμπαίγμασιν αὐτῶν, ἄνω τοῦ μηρέως οὐδὲν προσφέρουσιν, οὐδὲ ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ σῶμα νομίζουσι τῶν λίθων τὸν μηρέα, περιμένοντες τί προσάξει ποιεῖν αὐτοῖς, καὶ πάντα ἃ ἂν προσάξῃ αὐτοῖς, ἐκεῖνα ἐπιτελοῦσι, καὶ ἄνω αὐτοῦ ποιοῦσιν, οὐθὲν, καὶ τιμῶσιν αὐτὸν τὸν μηρέα

CAPUT XXVIII.

AD convivium, quod agape dicitur, & * Evangeliſta δοχὴν appellavit, qui anus invitare voluerint, ei quam diaconi af-
C flictam eſſe ſciant, mittant ſæpe, ſeponant vero in convivio paſtori, quod conſuetum eſt, primitias dico illius epuli tanquam ſacerdoti, quamvis non adſit in convivio, idque in honorem Dei, qui ei ſacerdotium mandavit. Quantum vero cuique vetulæ impertitur, altero tanto plus diaconis impertiatur, ut ſit munus Chriſto. Presbyteris autem, ſi aſſidue in ſtudio docendi verbum Dei laboraverint, ſeponatur dupla etiam portio in gratiam apoſtolorum Chriſti, quorum locum tenent, tanquam conſiliarii epiſcopi, & eccleſiæ corona: ſunt enim conſilium & ſenatus eccleſiæ: ſi autem & lector eſt, is partem unam in honorem prophetarum accipiat, item cantor,
D & januæ cuſtos: unicuique igitur dignitati honorem laici habeant, qui in iis, quæ dantur, deceat, & qui reverentiæ erga vitam illius, cui datur, adhibendæ conveniat. Caveant vero ne facile obſtrepant ei, qui præeſt, quin potius quæ volent, per miniſtros, id eſt, per diaconos ſignificent, cum quibus audacius ac fidentius agant. Neque enim ad omnipotentem Deum accedere licet, niſi per Chriſtum. Ad hunc ergo modum, quæcumque volunt laici per diaconum epiſcopo indicent, atque ita ut ei videbitur, agant; neque enim prius aliquid ſacrum in templo offerebatur, aut fiebat ſine ſacerdote, *labia namque ſacer-* *Malach. 2.*
E *dotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus*: in quodam loco ait propheta *quia angelus eſt omnipotentis domini*. Etenim ſi cultores dæmonum in illis ſuis ſceleratis, & deteſtabilibus, atque impuris ſacris offenſione Dei plenis uſque in hunc diem ſancta imitantur, tametſi quæ ſunt execrabilia, ab iis, quæ ſancta, & religioſa ſunt, comparatione quidem longiſſime diſtent, tamen in ſuis illis ludibriis ſine execrabili ſacerdote offerunt nihil, neque efficiunt: imo illum os lapidum putant, exbectantes quid eis facere jubeat, idque faciunt, & abique eo faciunt nihil,

* Lucam intelligit cap. 5. ubi de S. Matthæo loquitur.

hono-

honoremque illi habent, & ejus nomen venerationem habere existimant, idque in honorem statuarum anima carentium, & in cultum malorum spirituum; si illi, inquam, vanam ac confictam opinionem habentes, ac nulla spe firma subnixi, quæ sanctitatem & religionem habent, imitari studeant, quanto est justius vos, quorum fides clarissima est, & spes vera, qui promissum præclarum, sempiternum, & quod fallere non potest, expectatis, per eos, qui vobis præsunt, honorem Deo deferre, ita ut episcopos os domini esse arbitremini?

Ἀρέα καὶ σεπτὴν αὐτοῦ ἡγοῦνται τὸ ὄνομα εἰς τιμὴν τῶν ἀψύχων ξοάνων, καὶ εἰς λατρείαν τῶν πονηρῶν πνευμάτων· εἰ οὖν ἐκεῖνοι μάταια καὶ διεψευσμένα δοξάζοντες, καὶ ἐπ' οὐδενὶ βεβαίῳ ἔχοντες τὴν ἑαυτῶν ἐλπίδα ἐπιτηδεύουσι μιμεῖσθαι τὰ ἅγια, πόσῳ δίκαιον ὑμᾶς τοὺς φανοτάτην πίστιν καὶ ἀψευδῆ ἐλπίδα ἔχοντας, καὶ εὔδοξον καὶ αἰώνιον καὶ ἀδιάπτωτον ἐπαγγελίαν ἀπεκδεχομένους, τιμᾶν διὰ τῶν προεσώτων κύριον τὸν Θεὸν, ἡγεμόνας σώματι Θεοῦ εἶναι τοὺς ἐπισκόπους.

Quanta sit dignitas episcopi.

Τίς ἀξία τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ διακόνου.

B

CAPUT XXIX.

ΚΕΦΑΛ. κθ.

NAm si Aaron postquam Pharaoni nunciavit verba Moysis, propheta dictus est, Moyses vero Deus Pharaonis, ut rex simul & pontifex, sicut ait illi Deus, *posui te Deum Pharaoni; & Aaron frater tuus erit tuus propheta:* cur vos internuncios sermonis vestri non habetis in prophetis? & episcopos tanquam Deos colitis?

Exod. 7.

Εἰ γὰρ Ἀαρὼν ἐπειδὴ ἤγγειλε τῷ φαραὼ παρὰ Μωσέως τοὺς λόγους, προφήτης εἴρηται, Μωσῆς δὲ Θεὸς τοῦ Φαραὼ, ὡς βασιλεὺς ὁμοῦ καὶ ἀρχιερεύς, ὡς φησὶν ὁ Θεὸς πρὸς αὐτὸν, Θεὸν τέθηκά σε τῷ Φαραὼ, καὶ Ἀαρὼν ὁ ἀδελφός σου ἔσαι σου προφήτης, διατὶ μὴ καὶ ὑμεῖς τοὺς μεσίτους ὑμῶν τοῦ λόγου προφήτας εἶναι νομίσητε, καὶ ὡς Θεοὺς σεβασθήσεσθε;

Quomodo oporteat laicos obedire diaconis.

Ὅπως χρὴ τοὺς λαικοὺς πειθαρχεῖν τοῖς διακόνοις

CAPUT XXX.

ΚΕΦΑΛ. λ'.

C

NUnc enim vester Aaron est diaconus, episcopus vero vester Moyses, & Deus. Si igitur Moyses a domino appellatus est Deus, episcopum in honore ut Deum habete, & diaconum, ut prophetam ejus. Ut enim Christus sine patre nihil agit, sic neque diaconus sine episcopo. Item ut filius est debitor patri, sic omnis diaconus episcopo; atque ut filius est angelus, & propheta patris, sic diaconus angelus & propheta episcopi: quare quæcumque diaconus cuipiam facit, indicentur episcopo, & per eum perficiantur.

Νῦν γὰρ ὑμῖν μὲν ὁ Ἀαρὼν ἐστιν ὁ διάκονος, Μωϋσῆς δὲ ὁ ἐπίσκοπος· εἰ οὖν ἐρρέθη Μωϋσῆς ὑπὸ κυρίου Θεὸς, καὶ ὑμῖν ὁ ἐπίσκοπος εἰς Θεὸν τετιμήσθω καὶ ὁ διάκονος, ὡς προφήτης αὐτοῦ· ὡς γὰρ ὁ Χριστὸς ἄνευ τοῦ πατρὸς οὐδὲν ποιεῖ, οὕτως οὐδὲ ὁ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ὥσπερ υἱὸς ἄνευ τοῦ πατρός ἐστιν, οὕτως οὐδὲ διάκονος ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ὥσπερ ὑπόχρεως υἱὸς πατρὶ, οὕτω καὶ πᾶς διάκονος ἐπισκόπῳ· καὶ ὥσπερ ὁ υἱὸς ἄγγελός ἐστι καὶ προφήτης τοῦ πατρὸς, οὕτω καὶ ὁ διάκονος ἄγγελος καὶ προφήτης ἐστὶ τοῦ ἐπισκόπου· διὸ καὶ πάντα τὰ ἐπιτελούμενα ὑπ' αὐτοῦ εἴς τινα, ἐμφανῆ τῷ ἐπισκόπῳ γινέσθω καὶ δι' αὐτοῦ τελειούσθω.

D

Quod non oporteat quicquam facere diaconum sine episcopo.

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου τι πράττειν.

CAPUT XXXI.

ΚΕΦΑΛ. λά.

NIhil vero prorsus sine episcopo faciat, neque ulli quippiam nisi illo conscio & auctore tribuat; etenim si clam episcopo, dederit egenti, & calamitoso, erit probro episcopo, eumque de injuria afflictorum insimulat: qui autem episcopum sermone quopiam, aut facto vituperat, Deum offendit. An non audisti quod ait, *diis tuis non maledices?* neque enim de lapideis, aut ligneis idolis, quæ, quia falso dicuntur dii, execrabilia sunt, legem ferebat; sed de sacerdotibus, & judicibus, quibus dixit, *dii estis, & filii altissimi omnes.*

Exod. 22.

Psal. 81. 6

Μηδὲν δὲ ποιείτω τὸ σωμάτιον ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου, μηδέ τινι διδότω τι ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἐὰν γὰρ ὡς θλιβομένῳ τινὸς λάθρα τοῦ ἐπισκόπου δῷ τινι, εἰς λοιδορίαν τοῦ ἐπισκόπου δώσει· καὶ διαβάλλει αὐτὸν ὡς ἀμελοῦντι τῶν θλιβομένων· ὁ δὲ ἐπίσκοπον ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ κακολογῶν, Θεῷ προσπταίει, ὃν κακῶσας αὐτοῦ ἐπόντος, Θεὸν κακολογήσεις· ὁ γὰρ περὶ λίθων ἢ ξύλων προσοχθισμάτων νομοθετῶν, βδελυκτὸν ὄντων διὰ τὴν ψευδωνυμίαν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν χειρῶν· οἷς καὶ εἶπεν, ὅτι θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ ὑψίστου.

Quod non oporteat diaconum præter voluntatem episcopi dare ulli; hoc enim facere, ad criminationem episcopi pertinere.

Ὅτι μὴ χρὴ τὸν διάκονον παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου διδόναι τινὶ, ἐπὶ διαβολῇ γὰρ τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο πράξει.

CAPUT XXXII.

ΚΕΦΑΛ. λβ'.

SI quem ergo, diacone, scis inopia premi, admonito prius episcopo, suppedita ei,

Εἰ οὖν γινώσκεις ὦ διάκονε θλιβόμενόν τινα, ὑπομνήσας τὸν ἐπίσκοπον, οὕτω δίδου· ἀλλὰ μὴ

μὴ λαθραίως εἰς λοιδορίαν αὐτῆ τι ἐπιτέλει· ἵνα μὴ κατηγογγυσμὸν ἐγείρῃς κατ' αὐτῆ. ὁ γὰρ κατ' αὐτῆ ὁ γογγυσμὸς γένήσεται, ἀλλὰ κατὰ κυρίου τῆ Θεῆ· καὶ ἀκούσεται ὁ διάκονος καὶ οἱ λοιποί, ὡς Ἀαρὼν καὶ Μαρία κατελαλήσαντες Μωσέως ἤκουσαν, πῶς οὐκ ἐφοβήθητε καταλαλῆσαι κατὰ Μωσῆ τῆ θεράποντός μου· καὶ πάλιν αὐτὸς Μωσῆς φησι τοῖς ἐπισωρευθεῖσιν αὐτῷ. ὁ γὰρ καθ' ἡμῶν ὁ γογγυσμὸς ὑμῶν ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ κυρίου τῆ Θεοῦ ἡμῶν· εἰ γὰρ ὁ λαϊκὸν εἰρηκὼς ῥακὰ ἢ μωρὸν, οὐκ ἀτιμώρητος, ὡς ὑβρίσας τὸ τῆ Χριστῆ ὄνομα, τί οὖν τις κατ' ἐπισκόπου εἴπῃ; διὰ ᾧ τὸ ἅγιον πνεῦμα ὁ κύριος ἐν ὑμῖν ἔδωκεν ἐν τῇ χειροθεσίᾳ· διὰ ᾧ ἅγια δόγματα μεμαθήκατε, καὶ Θεὸν ἐγνώκατε καὶ εἰς Χριστὸν πεπιστεύκατε· διὰ ᾧ ἐγνώσθητε ὑπὸ Θεῆ· διὰ ᾧ ἐσφραγίσθητε ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως καὶ μύρῳ σωτέρεως· διὰ ᾧ υἱοὶ φωτὸς ἀνεδείχθητε· διὰ ᾧ κύριος ἐν τῷ φωτισμῷ ὑμῶν τῇ τῆ ἐπισκόπου χειροθεσίᾳ μαρτυρῶν ἑφ' ἕκαστον ὑμῶν τὴν ἱερὰν ἐξέτεινε φωνὴν λέγων· υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· διὰ τῆ ἐπισκόπου σου ὁ Θεὸς υἱοποιεῖταί σε ἄνθρωπε· γνώρισε υἱὲ τὴν δεξιὰν τὴν μητέρα σου· σέργε τὸν μὴ Θεὸν γνόμενόν σου πατέρα, καὶ σέβου τοῦτον.

A & ne occulte quicquam, quod ſit ei futurum probro, facias, ne in eum admurmurationem ſuſcites, neque enim admurmuratio in eum fiet, ſed in Deum, & audiet diaconus, ac reliqui, quod Aaron, & Maria audierunt, cum Moyſi detraxerunt: *Quomodo*, inquit, *non veriti eſtis detrahere Moyſi famulo meo?* & rurſus Moyſes iis, qui adverſus eum coierant, *non eſt*, inquit, *in nos facta admurmuratio veſtra, ſed in dominum Deum noſtrum.* Si enim qui laico dixerit *racha*, aut *fatue*, non erit impunitus, utpote qui in nomen Chriſti contumelioſus, quanto minus erit, ſi quis epiſcopo maledixerit? per quem dedit vobis dominus Spiritum ſanctum in impoſitione manus baptizantis, per quem ſancta dogmata didiciſtis, Deum cognoviſtis, & in Chriſtum credidiſtis; per quem cogniti eſtis a Deo, per quem ſignati eſtis oleo exultationis, & unctione intelligentiæ, per quem declarati eſtis filii lucis, per quem domihus in baptiſmo veſtro, præbens teſtimonium impoſitioni manus, in unumquemque veſtrum ſacram illam vocem emiſit dicens, *filius meus es tu, ego hodie genui te:* per epiſcopum tuum te Deus adoptat: cognoſce fili dexteram, quæ eſt mater tua, ama eum qui ſecundum Deum factus eſt tuus pater, & cole hunc.

Num. 12.
Exod. 16.
Matth. 5.
B
Pſal. 2
C

Ὅπως χρὴ τιμᾶσθαι τοὺς ἱερεῖς καὶ σεπτοὺς ἡγεῖσθαι πνευματικοὺς ὄντας γονεῖς.

Quomodo oporteat honorare ſacerdotes, & venerationedignos habere, ut qui ſint patres ſpirituales.

ΚΕΦΑΛ. λγ'

CAPUT XXXIII.

Εἰ γὰρ περὶ τῆ κατὰ σάρκα γονέων φησὶ τὸ θεῖον λόγιον, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω, πόσῳ μᾶλλον περὶ τῆ πνευματικῶν γονέων ὑμῖν ὁ λόγος παραινέσει τιμᾶν αὐτοὺς, καὶ σέργειν ὡς εὐεργέτας καὶ προσβύτας παρὰ Θεὸν τοὺς διὰ ὕδατος ὑμᾶς ἀναγεννήσαντας· τοὺς τῷ ἁγίῳ πνεύματι πλυνάναντας· τοὺς τῷ λόγῳ γαλακτοτροφήσαντας· τοὺς ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀναθρεψαμένους τοὺς ἐν ταῖς νουθεσίαις στηρίξαντας· τοὺς τῆ σωτηρίου σώματος, καὶ τῆ τιμίου αἵματος ἀξιώσαντας ὑμᾶς· τοὺς τῆ ἁμαρτιῶν λύσαντας· καὶ τῆς ἁγίας καὶ ἱερᾶς ἀκαρίστιας μετόχους ποιήσαντας, καὶ τῆς ἐπαγγελίας τῆ Θεῆ κοινωνοὺς καὶ συγκληρονόμους θεμένους ὑμᾶς· τούτους οὖν λαβόμενοι τιμᾶτε πάντοτε τιμαῖς· ἔστι γὰρ παρὰ Θεῷ ζωῆς καὶ θανάτου ἐξουσίαν εἰληφασιν ἐν τῷ δικάζειν τοὺς ἡμαρτηκότας, καὶ καταδικάζειν εἰς θάνατον πυρὸς αἰωνίου· καὶ λύειν ἁμαρτιῶν τοὺς ἐπιστρέφοντας· καὶ ζωογονεῖν αὐτούς.

NAm ſi de parentibus ſecundum carnem ait divina ſcriptura, *honora patrem tuum, & matrem, ut bene ſit tibi, & qui maledicit patri, aut matri, morte moriatur*: quanto magis de patribus ſpiritualibus verbis Dei monemini, honore & caritate eos proſequi ut beneficos, & ad Deum legatos, qui vos per aquam Deo regenerarunt, Spiritu ſancto impleverunt, lacte verbi Dei aluerunt, & doctrinæ alimento nutriverunt, monitis ſtabilierunt, corpore ſalutari, & pretioſo ſanguine vos dignati ſunt, vobiſque peccata remiſerunt, & ſanctæ ac ſacræ Euchariſtiæ participes fecerunt, ac promiſſionis Dei conſortes, & Chriſti cohæredes conſtituerunt? His igitur reverentiam adhibentes omni eos genere honoris afficite: ſiquidem hi poteſtatem vitæ & mortis a Deo acceperunt in judicandis iis, qui deliquerunt, & in damnandis ad mortem ignis ſempiterni, & iis, qui ſe ad recte vivendum convertunt, abſolvendis, & vivificandis.

Exod. 20. & 21. *Matth.* 15. & 19.
D

Ὅτι τῆ ἀρχόντων καὶ βασιλέων εἰσὶ κρείττους οἱ ἱερεῖς.

Quod ſint ſacerdotes præſtantiores regibus, & magiſtratibus.

ΚΕΦΑΛ. λδ'

CAPUT XXXIV.

Τούτους ἄρχοντας ὑμῶν καὶ βασιλεῖς ἡγεῖσθαι νομίζετε, καὶ δασμοὺς ὡς βασιλεῦσι προσφέρετε. οὕτω γὰρ ὑμῶν αὐτούς τε καὶ τοὺς σωοίκους αὐτῆ τρέφεσθαι χρή· ὡς Σαμουὴλ διετάξατο περὶ τὸν λαὸν περὶ τῆ βασιλέως, ἐν τῇ πρώτῃ τῆ βασιλειῶν, καὶ Μωσῆς περὶ τῆ ἱερέων ἐν τῷ Λευιτικῷ, ὅτω καὶ ἡμεῖς ὑμῖν περὶ τῆ ἐπισκόπων διατασσόμεθα. εἰ γὰρ ἐκεῖ πλῆθος τηλικοῦτο βασιλέως ἀναλόγως τὰς ὑπηρεσίας ἐδίδου, πόσῳ μᾶλλον ὧδε καὶ νῦν ὁ ἐπίσκοπος λαμβάνειν ὀφείλει παρ' ὑμῶν

HOs exiſtimate veſtros præſides, hos putate reges, his quaſi regibus vectigalia offerte, eos enim eorumque domeſticos bonis veſtris alere debetis. Ut enim Samuel in primo de regibus libro, de rege alendo ſanxit populo, & Moyſes de ſacerdotibus in Levitico, ſic nos vobis de epiſcopis ſancimus. Nam ſi illic populus tanti regis proportione facultatis ea quæ dicuntur ſervitia præſtabat, an non multo magis debet nunc epiſcopus accipere

1. Reg. 8. & 10.
E

pere a vobis quæ sunt ei a Deo constituta ad alendum eum, & clericos ejus? immo siquid amplius dicendum est; plus hic accipiat, quam ille olim accipiebat. Siquidem ille militaria tantum administrabat bello, & pace ad custodiam corporis susceptis, hic vero sacerdotium ad Dei honorem administrat, ut pericula ab anima, & corpore propulset. Quanto ergo anima corpore præstantior est, tanto est sacerdotium regno excellentius, ligat enim aut solvit supplicio, vel remissione dignos. Quocirca episcopum oportet ut patrem diligere, ut regem metuere, ut dominum honorare, offerendo ei in benedictionem vestram fructus vestros, & opera manuum vestrarum, tribuendo, inquam, ut sacerdoti Dei primitias vestras, & decimas vestras, primitias frumenti, vini, olei, pomorum, lanæ, & quicquid dominus Deus vobis suppeditat, & erit oblatio tua accepta in odorem suavitatis domino Deo tuo, & benedicet dominus operibus manuum tuarum, & multiplicabit bona terræ tuæ, quia benedictio super caput impartientis.

τὰ ἐκ τῶ Θεῶ αὐτῷ ὡρισμένα παρὸς ὀφείλω αὐτῶ τε καὶ τῷ σὺν αὐτῷ κληρικῶν; εἰ δὲ δεῖ καὶ τι προσθῦναι τῷ λόγῳ. πλεῖον ἔτος λαμβανέτω, ἢ ἐκεῖνος τὸ παλαιόν. ὁ μὲν γὰρ στρατιωτικὰ μόνα διεῖπε, πόλεμον καὶ εἰρήνην ἀναδεδεγμένος εἰς φυλακὴν σωμάτων, ὁ δὲ, πρὸς εἰς Θεὸν ἱερωσύνῃ, σῶμα καὶ ψυχὴν παραιτούμενος κινδύνων· ὅσῳ τοίνυν ψυχὴ σώματος κρείττων, τοσούτῳ ἱερωσύνη βασιλείας· δεσμοῖ γὰρ αὐτὴ, καὶ λύει τὰς τιμωρίας ἢ ἀφέσεως ἀξίους· διὸ τὸν ἐπίσκοπον σέργειν ὀφείλετε ὡς πατέρα, φοβεῖσθαι ὡς βασιλέα· τιμᾶν ὡς κύριον, τὰς καρπὰς ὑμῶν καὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ὑμῶν εἰς εὐλογίαν ὑμῶν προσφέροντες αὐτῷ τὰς ἀπαρχὰς ὑμῶν, καὶ τὰς δεκάτας ὑμῶν, καὶ τὰ ἀφαιρέματα ὑμῶν καὶ τὰ δῶρα ὑμῶν διδόντες αὐτῷ ὡς ἱερεῖ Θεῶ, ἀπαρχὴν σίτου, οἴνου, ἐλαίου, ὀπώρας, ἐρέων, καὶ πάντων ὧν κύριος ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ ὑμῖν. καὶ ἔσαι σοι ἡ προσφορά σου δεκτὴ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας κυρίῳ τῷ Θεῷ σου· καὶ εὐλογήσει κύριος τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου· καὶ πληθυνεῖ τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς σου· ἐπεὶπερ εὐλογία εἰς κεφαλὴν τῶ μεταδιδόντος.

De pensionibus fructuum ad alendum ministros ecclesiæ & egentes secundum legem & evangelium.

Ὅτι παρακελεύονται οἱ νόμοι καρποφορεῖν· ὡσαύτως καὶ τὸ εὐαγγέλιον.

CAPUT XXXV.

ΚΕΦΑ Λ. λέ.

ATque etiam hoc vos scire oportet, quod tametsi vos Deus a servitute ascitorum vinculorum liberarit, indeque eduxit, ut recrearet, qui non permisit amplius brutas pecudes pro peccatis immolare, liberarit, inquam, ab emundationibus, a victimis emissariis, a lavationibus assiduis, ab aspersionibus, nondum tamen a pensionibus liberavit, quas sacerdotibus debetis, & quas egentibus benigne largiri oportet: Ait enim dominus in evangelio, *nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*. Sic igitur abundabit justitia vestra, si majorem procurationem sacerdotum vestrorum habueritis, vestrorumque pupillorum & viduarum, egentiumque omnium, sicut scriptum est, *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi:* & rursus, *eleemosynis, & fide emundantur peccata*: & iterum: *benedicta omnis anima simplex*. Sic ergo facies tu, ut dominus sanxit, dabisque sacerdoti quæ ei debentur, primitias areæ, & torcularis, & oblata pro peccatis ut mediatori Dei, & pro emundatione, & depulsione mali: tibi enim convenit, ut largiaris, illi vero tanquam œconomo, & administratori rerum ecclesiasticarum, ut dispenset. Cave tamen ne episcopum ad rationes voces, neque dispensationem illius observes, quomodo eam gerat, aut quando, aut quibus, aut ubi, utrum bene, an secus. Habet enim ipse ratiocinatorem Deum, qui hanc illi procurationem in manus tradidit, qui ei sacerdotium tantæ dignitatis mandare voluit.

Matth. 5.

Psal. 111. Proverb. 15. Tobiæ 4. Daniel. 4. Lucæ 2. Proverb. 2.

ΧΡὴ δὲ ὑμᾶς γινώσκειν, ὅτι εἰ καὶ ἐῤῥύσατο ὑμᾶς κύριος τῆς δουλείας τῶν ἐπεισάκτων δεσμῶν, καὶ ἐξήγαγεν ὑμᾶς εἰς ἀνάψυξιν, μηκέτι ἐάσας ὑμᾶς θύειν ἄλογα ζῶα περὶ ἁμαρτιῶν καὶ καθαρισμῶ καὶ ἀποπομπαίων καὶ λαβρῶν σπονδῶν καὶ περιραντηρίων, ἀδήπου καὶ τῶν εἰσφορῶν ὑμᾶς ἐλευθέρωσεν, ὧν ὀφείλετε τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῶν εἰς τὰς δεομένους δόσεων. λέγει γὰρ ὁ κύριος ὑμῖν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ὥστε ἂν πλεονάσει ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν, ἐν τῷ πλέον ὑμᾶς προνοίαν ποιεῖσθαι τῶν ἱερέων καὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῶν χηρῶν· ὡς γέγραπται· ἐσκόρπισεν· ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτῶ μένει εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ πάλιν· ἐλεημοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· καὶ πάλιν ψυχὴ εὐλογημένη πᾶσα ἁπλῆ· ὥστε ἂν ποιήσεις σὺ, ὡς ὁ κύριος διετάξατο· καὶ δώσεις τῷ ἱερεῖ τὰ ὀφειλόμενα αὐτῷ, ἀπαρχὴν ἁλωνος καὶ ληνοῦ καὶ περὶ ἁμαρτιῶν ὡς μεσίτῃ Θεοῦ καὶ τῶν δεομένων καθάρσεως, καὶ παραιτήσεως· σὲ μὲν γὰρ διδόναι πρόσηκε, οἰκονομεῖν δὲ ἐκεῖνον ἅτε οἰκονόμου, καὶ διοικητὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων· ἀ μήτοι λογισάσεις σὺ τὸν ἐπίσκοπον· οὐ δὲ παρατηρήσεις τὴν οἰκονομίαν αὐτοῦ, πῶς ὑπιτελεῖ· ἢ πότε· ἢ τίσιν· ἢ πῦ· ἢ εἰκαλῶς· ἢ φαύλως· ἢ δεόντως· ἔχει γὰρ λογιστὴν κύριον τὸν Θεὸν τὸν ἐγχειρίσαντα εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, τὴν οἰκονομίαν ταύτην· καὶ κατιξιώσαντα αὐτὸν τῆς ἱερωσύνης τοῦ τηλικούτου τόπου.

A

Ὑπόμνησις τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων, καὶ ὅπως, αὐτὰ ἐνταῦθα διδάσκουσι.

Commemoratio decem Dei mandatorum, & quomodo ea hic jubent.

ΚΕΦΑΛ. λς'.

ΠΡὸ ὀφθαλμῶν ἔχε τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, πάντοτε μεμνημένος τῶν δέκα τοῦ Θεοῦ λογίων· ἀγαπᾷν χύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος· μὴ προσανέχειν εἰδώλοις, ἤτοι ἑτέροις· ὡς θεοῖς ἀψύχοις· ἢ ἀλόγοις· ἢ δαίμοσιν· γίνωσκε δημιουργίαν Θεοῦ διάφορον, ἀρχὴν λαβοῦσαν διὰ Χριστοῦ· καὶ σαββατιεῖς διὰ τὸν παυσάμενον μὴ τοῦ ποιεῖν, ὃ παυσάμενον δὲ τοῦ προνοεῖν, σαββατισμὸν μελέτης νόμων, ὃ χειρῶν ἀργίαν· πᾶσαν ἔκνομον B ἐπιθυμίαν ἄπωσαι· πᾶσαν λύμην τὴν ἐπὶ διαφθορᾷ ἀνθρώπων· πᾶσαν ὀργήν· γονεῖς τίμα ὡς αἰτίους γενέσεως· ἀγάπα τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν· κοινώνει βίου τοῖς δεομένοις· ἐπιορκίαν καὶ πολυορκίαν μάτιον φεῦγε, οὐ γὰρ ἀθωωθήσῃ· μὴ ὀφθῇς παρὰ τοῖς ἱερεῦσι κενός· καὶ τὰ ἐκούσιά σου ἐνδελεχίζων πρόσφερε, C τῇ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ μὴ ἀπολίπῃς, ὀρθίζων εἰς αὐτὴν πρὸ παντὸς ἔργου. καὶ πάλιν ἐσπέρας εἰς αὐτὴν ἀπάντα, εὐχαριστῶν Θεῷ ὑπὲρ ὧν σοι τὴν ζωὴν κεχάρισται· ἐργοπόνει· ἐνδελέχιζε· κοπία· πρόσφερε χυρίῳ τὰ ἐκούσιά σου· τίμα γάρ, φησί, τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων· εἰ εἰς τὸν κορβανᾶν δύνασαι βάλλειν, κἂν κοινώνει τοῖς ξένοις σὺ, ἢ δύο, ἢ πέντε λεπτά· θησαύριζε σαυτῷ τὸν ἄφθαρτον πλοῦτον ὃν οὔτε σὴς, οὔτε κλέπται λυμαίνονται· καὶ ποιῶν οὕτω, μὴ κεῖναι τὸν ἐπίσκοπόν σου ἢ τὸν συλλαϊκόν· ἐὰν γὰρ κρίνῃς τὸν ἀδελφὸν, κριτὴς ἐγγὺς μηδένος σε προκειμένου· τοῖς γὰρ ἱερεῦσιν ἐπέβαπτε κεῖνον μόνοις· ὅτι εἴρηται αὐτοῖς, κρίμα δίκαιον κρίνατε. καὶ πάλιν, γίνεσθε τραπεζεῖται δόκιμοι· ὑμῖν γὰρ οὐκ ἐπιτέτραπται· τοὐναντίον γὰρ εἴρηται τοῖς ἔξω τοῦ ἀξιώματος τοῦ δικαστικοῦ, ἢ διδασκαλικοῦ ὑπάρχουσι, μὴ κρίνετε, " καὶ ἵ μὴ κριθήσεσθε.

Commemoratio decem Dei mandatorum, & quomodo ea hic jubent.

CAPUT XXXVI.

PONE tibi ante oculos metum Dei, memor semper decem mandatorum, *Dominum Deum tuum unum, & solum totis viribus dilige*, an attendas idola, aut aliquos alios utpote deos inanimos, aut ratione carentes, aut dæmones. Nosce creationem variam, quæ per Christum cœpit, & sabbatismum agitabis propter eum, qui creare quidem desiit, sed non desiit providere, agitabis, inquam, meditationes legis, non vacatione manuum: ejice omnem pravam cupiditatem, omnem læsionem ad homicidium pertinentem, omnem iram. Cole parentes, ut ortus tui auctores: *Dilige proximum tuum ut teipsum:* communica cum egentibus quæ ad usum vitæ pertinent. Cave ne pejeres, neve frequenter jures, non enim habeberis insons: Ne compareas apud sacerdotes vacuus, & voluntarias tuas oblationes assidue offer domino, & ab ecclesia Christi ne absis, surgens ad eam mane, antequam ullum opus aggrediaris, & rursus adi ad eam vespere, ut gratias Deo agas de iis, propter quæ vitam tibi largitus est: operare, esto assiduus, labora, & offer Deo quæ voluntatis tuæ sunt, *honorem enim*, inquit, *adhibe Deo ex tuis justis laboribus*: si conferre non potes in corbonam, saltem impartire peregrinis unum, aut duo, aut quinque minuta, *congrega tibi cælestes opes, quas neque tinea, neque fures demolian-tur*: Quæ cum facies, cave, ne episcopum tuum judices, aut popularem tuum, nam fratrem tuum si judices, factus es judex, cum a nemine sis electus. Atqui solis sacerdotibus judicandi potestas commendata est, quia dictum est eis, *justum judicium judicate*: & rursus, *estote probi trapezitæ:* vobis namque non est concredita hujusmodi potestas, immo contra, iis qui extra dignitatem, & gradum judicis, aut magistri sunt, dictum est, *nolite judicare, & non judicabimini.*

Exod. 20. *Matth. 5.* *Proverb. 3. 9.* *Matth. 6.* *Luc. 12.* *Joan. 7.* *Zachar. 7.* *Deut. 1. 16.* * Dionys. Alex. apud Eusebium VII. 3. vocat φωνὴν ἀποστολικὴν, Clemens Alex. 1. Strom. Euseb. Basil. Dam. 4. de fide &c. ex 1. ad Thess. 5. πάντα δοκιμάζετε. Origenes tamen cum Hier. Cassiano & qq. aliis Jesu mandatum esse docet. *Deuter. 1.* *Zachar. 7.* *Joan. 7.*

Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν. καὶ ὅπως χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τούτοις τὸν κριτήν. ἀλλὰ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως.

De accusatoribus, & calumniatoribus, & quod oporteat judicem non facile credere, aut non facile non credere, sed accurata inquisitione adhibita.

ΚΕΦΑΛ. λζ'.

ΤΟὺν μέντοι ἐπίσκοπον δεῖ κρίνειν ὀρθῶς, καθὼς γέγραπται, τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνατε· καὶ ἀλλαχοῦ, τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; γίνεσθε οὖν ὡς ἀργυρόνομοι ἐπίσημοι· καθάπερ γὰρ ὅτοι τὰ φαῦλα τῶν νομισμάτων ἀποκρίνουσι, τὰ δὲ δόκιμα οἰκειοῦνται, τὸν αὐτὸν δηξόπον καὶ τὸν ἐπίσκοπον χρὴ, τὰ μὲν ἄμωμα κατέχειν· τὰ δὲ ἐπίμωμα ἢ θεραπεύειν, ἢ ἀνιάτως νοσοῦντα ἀπορρίπτειν· καὶ μὴ ταχέως κόπτειν, μηδὲ οἷς δή ποτε πιστεύειν· ἐγχωρεῖ γάρ τινας καὶ διὰ ζῆλον ἢ φθόνον κατά τινος ἀδελφοῦ συνήσασθαι ψευδῆ κατηγορίαν· ὡς οἱ δύο πρεσβύτεροι ἐπὶ τῆς Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἡ Αἰγυπτία ἐπὶ τῷ Ἰωσήφ· σὺ οὖν ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος τὰ τοιαῦτα μὴ προχείρως παραδέχου, ἵνα μὴ ἀνέλῃς τὸν ἀθῷον καὶ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον· ὁ γὰρ τοιαῦτα παραδέχεσθαι θέλων, ὀργῆς πατήρ ἐστι μᾶλλον ἢ εἰρήνης· ὅπου δὲ ὀργὴ, ἐκεῖ ὁ κύ-

CAPUT XXXVII.

EPISCOPUM tamen oportet recte judicare, sicut scriptum est, *justum judicium judicate*; & alias: *Quid vero ex vobisipsis quod justum est non judicatis? estote* igitur *tanquam argentarii periti*: ut enim hi nummos adulterinos segregant, probos autem sibi adjungunt, sic oportet episcopum, quæ vitiis quidem carent, retinere, vitiosa vero vel curare, vel si est ægritudo insanabilis, expellere, & non celeriter amputare, neque quibusvis credere. Usu enim venire solet, ut quidam propter æmulationem aut invidiam contra fratrem aliquem falsam instituant accusationem, ut duo illi senes Babylone adversus Susannam, & illa Ægyptia contra Joseph. Tu igitur ut homo Dei, ne hujusmodi accusationes facile admittas, ne innocentem perimas, & occidas justum: qui enim talia vult ad-

Dan. 13. *Genes. 39.*

mittere, magis ille quidem pater iræ, quam pacis est: ubi vero ira, ibi non est dominus; siquidem ira amica Satanæ, ira, inquam, suscitata a falsis fratribus contra æquitatem, nunquam concordiam in ecclesia gigni sinit. Quocirca cum tales homines vobis noti erunt, imprudentes, pugnaces, qui alieno bono anguntur, qui aliorum malis delectantur, ne fidem eis habeatis: quin potius observate eos, cum quid ab ipsis contra fratres auditis, quia necem pro nihilo habent; & ubi nemo suspicatur, prosternunt hominem. Tu igitur considera eum, qui accusatus est, sapienter animadvertens, quæ ejus vita sit, & quaiis, & si repereris accusatorem dicere verum, fac ut dominus faciendum esse docuit, conveni accusatum seorsum, & argue eum nemine præsente, ut eum pœniteat: sin autem non paruerit, adhibito uno aut altero, indica ei erratum, monens eum adhibitis mansuetudine, & disciplina, quoniam in corde bono requiescet sapientia, in corde autem insipientium non dignoscitur.

ρεος οὐκ ἔστιν· ἡ γὰρ ὀργὴ τῷ Σατανᾷ ὑπάρχουσα φίλη, λέγω δὲ, ἡ παρὰ τὸ δίκαιον κινουμένη διὰ τῶν ψευδαδέλφων, οὐδέποτε ἀφίησι γένεσθαι ὁμόνοιαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὅθεν ἐπιγινώσκοντες τοὺς τοιούτους ἄφρονας, ἐχθρούς, ζηλωτὰς, χαιρεκάκους, μὴ πιστεύετε αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ παρατηρεῖσθε τοὺς τοιούτους, ἀκούοντές τι παρ' αὐτῶν κατὰ ἀδελφοῦ· ὅτι οὐδὲν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν φόνος· καὶ οὔτις οὐχ ὑπονοεῖ, καταβάλλουσιν ἄνδρα· σὺ εὖν προσέχε τῷ κατηγορηθέντι, ἐν σοφίᾳ παρατηρῶν τὴν ἀναστροφὴν αὐτοῦ, τίς ἢ ὁποία τυγχάνει· καὶ εἰ εὕροις αὐτὸν ἀληθεύοντα, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διδαχὴν ποίησον· καὶ μόνον παραλαβὼν τὸν κατηγορηθέντα, ἔλεγξον αὐτὸν, ὅπως μετανοῇ, μηδενός σοι συμπαρόντος· εἰ δὲ ὁ πειθεὶς, χειμάρρους δεύτερος, ἢ ξένος, οὕτως αὐτῷ ὑπόδειξον τὸ πλημμέλημα νουθετήσας αὐτὸν ἐν προθυμίᾳ καὶ παιδείᾳ· ὅτι ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ ἀναπαύσεται σοφία· ἐν δὲ καρδίᾳ ἀφρόνων ὁ δόλος γινώσκεται.

Quod oporteat delinquentes privatim arguere, & pœnitentes recipere secundum constitutionem domini.

Ὅτι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδίᾳ ἐλέγχειν· καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

CAPUT XXXVIII.

SI igitur vobis tribus crediderit, bene habet; sin aliquis durus, obstinatusque erit, *dic ecclesiæ: hanc si contempserit, neque audire voluerit, sit tibi ut ethnicus, & publicanus,* & ne eum ad ecclesiam tanquam Christianum admittas, immo tanquam publicanum devita: Si autem vult agere pœnitentiam, assume eum: neque enim ethnicum aut publicanum ad communionem ecclesia admittit, priusquam eos eorum, quæ prius impie commiserunt, pœniteat: pœnitentia enim ductis dominus noster Jesus Christus Dei, locum pœnitentiæ constituit.

Matth. 18.

ΚΕΦΑΛ. λή.

Ἐὰν οὖν πειθῇ ἐπὶ σώματος τῶν τέκνων ὑμῶν, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δέ τις σκληρύνοιτο, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔσω σοι ὡς ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης· καὶ μηκέτι αὐτὸν ὡς Χριστιανὸν παραδέχου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ὡς ἐθνικὸν παραιτοῦ· εἰ δὲ βούλοιτο μετανοεῖν, προσλαμβάνου· οὐδὲ γὰρ τὸν ἐθνικὸν, ἢ τὸν τελώνην εἰς κοινωνίαν παραδέχεται ἡ ἐκκλησία πρὶν μετανοῶ ἕκαστος αὐτὸν ἐκ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων· τοῖς γὰρ μεταμελομένοις τοῦτον μετανοίας ὥρισεν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ.

Exempla pœnitentiæ.

Παραδείγματα ἐπὶ μετανοίας.

CAPUT XXXIX.

EGo enim Matthæus unus sum ex numero duodecim, qui vobis in hac doctrina loquuntur, idemque fui prius quidem publicanus, nunc vero per fidem misericordiam adeptus, & ad pœnitentiam ante actæ vitæ adductus, dignusque habitus, ut apostolus, & præco verbi Dei sim: & Zachæus, quem dominus in pœnitentia deprecantem recepit; ipse item fuit publicanus: jam vero milites, & turba publicanorum, cum accesserunt ad audiendum verbum domini de pœnitentia, illud a Joanne propheta post baptismum audierunt: *Nihil præter constitutum facite.* Ad eumdem modum neque ethnicorum salus desperata est, si modo incredulitatem pœnitendo abjiciant. Habe ergo loco publicani & ethnici eum, qui convictus est in maleficio, neque eum tamen pœnitet: quem si postea errati sui pœnituerit, in ecclesiam admittimus ad audiendum verbum, sicut ethnicos, cum pœnitentiam agere, & converti volunt, licet communionem cum his, quoad baptizentur, non habeamus: sic horum similibus, donec fructus pœnitentiæ proferant ingredi in eccle-

Matth. 9. Luc. 5. Luc. 19. Luc. 3.

ΚΕΦΑΛ. λθ'.

ΚΑὶ γὰρ ἐγὼ Ματθαῖος εἷς τῶν δώδεκα τῶν ἐν τῇ δὲ τῇ διδασκαλίᾳ λαλούντων ὑμῖν εἰμὶ ἀπόστολος, καὶ αὐτὸς ὢν τελώνης μὲν πρότερον, νυνὶ δὲ διὰ τὴν πίστιν ἠλεημένος, μετεγνωκώς τε τῶν προτέρων πράξεων· καὶ ἠξιωμένος ἀπόστολος εἶναι καὶ κήρυξ τοῦ λόγου· καὶ Ζακχαῖος, ὃν ὁ κύριος προσελάβετο ἐν μετανοίᾳ δεηθέντα αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ αὐτὸς τελώνης τὸ πρότερον ὑπῆρχον· ἤδη δὲ καὶ στρατιῶται καὶ τελωνῶν ὄχλος προσελθόντες τῷ κυρίακῷ περὶ μετανοίας λόγῳ, ἀκούσι παρὰ τοῦ προφήτου Ἰωάννου μηδὲν τὸ βάπτισμα, μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν ποιεῖτε· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐθνικοῖς ἐκ ἀπεγνωσται ἡ ζωὴ, ἐὰν μετανοήσαντες, τὴν ἀπιστίαν ἀποβάλλωσιν· ὡς τελώνιον οὖν ἦν ἐθνικὸν ἔχε τὸν ἐπὶ κακῷ ἔργῳ ἐλεγχθέντα, καὶ μὴ μετανοοῦντα· ἐὰν δὲ ὕστερον μετανοῇ καὶ ἐπιστρέφῃ ἐκ τῆς πλάνης, ὡς καὶ τοὺς ἐθνικοὺς ὁπότ' ἂν θέλωσι μετανοεῖν, εἰς ἐκκλησίαν προσδεχόμεθα, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούσωσιν, ἵνα μιὰ κοινωνοῦμεν αὐτοῖς, μέχρις ἂν τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν, ἵνα καὶ τοῖς τοιούτοις, μέχρις ἂν μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξωσιν ἐπιξέπομεν εἰσέρχεσθαι, ὅπως τὸ λόγου ἀκούσ-

ἀκούοντες, μὴ τελέως ἄρδην ἀπόλωνται· μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ, ἀλλ' ἐξερχέσθωσαν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ εὐαγγελίου· ὅπως διὰ τοῦ ἐξιέναι βελτιωθῶσι τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου, σπουδάζοντες περὶ τὰς συνάξεις ἀπαντᾶν ὁσημέραι, καὶ τῇ δεήσει σχολάζειν, ὅπως καὶ αὐτοὶ δυνηθῶσιν εἰς δεχθῆναι· καὶ οἱ θεώμενοι αὐτοὺς κατανυγῶσι, καὶ ἀσφαλέστεροι γένωνται εὐλαβούμενοι τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα

ΚΕΦΑ'Λ. μ'.

Οὐ μὲν τοί γε βδελύξῃ τὸν περιπεσόντα ἐνὶ καὶ δευτέρῳ σφάλματι ὦ ἐπίσκοπε· οὐδὲ κωλύσεις αὐτὸν τοῦ κυριακοῦ λόγου· οὐδὲ κοινῆς διαίτης αὐτὸν ἐξώσεις· ἐπείπερ οὐδὲ ὁ κύριος παρητεῖτο μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίειν καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν· καὶ ὑπὸ φαρισαίων ἐγκαλούμενος περὶ τούτου ἔλεγεν. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· τοῖς οὖν δι' ἁμαρτίας ἀφορισθεῖσι παρ' ὑμῶν, καὶ συναναστρέφεσθε καὶ συναυλίζεσθε, ἐπιμελούμενοι· παρακαλοῦντες· ὑποστηρίζοντες· λέγοντες αὐτοῖς, ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλεῖν γὰρ χρὴ τοὺς πενθοῦντας· καὶ τοῖς ὀλιγοψυχοῦσι προθυμίαν διδόναι· ὅπως μὴ τῇ ἀμετρίᾳ τῆς λύπης εἰς ἀφροσύνην χωρήσωσιν· ἐπείπερ ὀλιγόψυχος ἰσχυρῶς ἄφρων.

Ὅπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα, καὶ ὅπως διαγίνεσθαι πρὸς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτει τῆς ἐκκλησίας.

ΚΕΦΑ'Λ μά.

Εἰ δέ τις ἐπιστραφεὶς μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξηται, τότε καὶ εἰς προσευχὴν εἰσδέξασθε αὐτὸν ὡς τὸν υἱὸν τὸν ἀπολωλότα, τὸν ἄσωτον, τὸν μετὰ πορνῶν μειώσαντα τὴν πατρικὴν οὐσίαν· τὸν χοίρους βόσκοντα, καὶ κερατίων ἐμπλησθῆναι ἐπιθυμοῦντα καὶ μὴ τυγχάνοντα· μεταγνόντα καὶ παλινδρομήσαντα πρὸς τὸν πατέρα καὶ εἰπόντα, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιον σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι υἱός σου, μετὰ μουσικῶν ὁ φιλότεκνος πατὴρ προσελάβετο· καὶ τὴν ἀρχαίαν στολὴν, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὰ ὑποδήματα ἀποδοὺς, σφάξας τε τὸν σιτευτὸν μόσχον ηὐφραίνετο μετὰ τῶν φίλων· οὕτως οὖν καὶ σὺ ποίει ὦ ἐπίσκοπε, ἀλλ' ὥσπερ τὸν ἐθνικὸν λούσας εἰς δέχῃ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, οὕτω καὶ τοῦτον χειροθετήσας ὡς ἂν μετανοίᾳ κεκαθαρισμένον, πάντων ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχομένων, ἀποκαταστήσεις αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ νομήν· καὶ ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λούσματος ἡ χειροθεσία· καὶ γὰρ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐδίδοτο πνεῦμα ἅγιον τοῖς πιστεύουσι· κἂν τις τῶν μὴ σεσαλευμένων ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπεγκαλέσῃ σοι, ὅτι δὴ κατηλλάγης αὐτῷ, εἰπὲ πρὸς αὐτόν· σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ· εἶ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν· εὐφρανθῆναι δὲ ἔδει καὶ χαρῆναι, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος, νεκρὸς ἦν καὶ ἀνέζησε· καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη· ὅτι γὰρ οὐ μόνον προσδέχεται ὁ Θεὸς τοὺς μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν, ἱκανὸς μάρτυς ὁ ἅγιος Δαβὶδ, ὃς μετὰ τὴν εἰς τὸν Οὐρίαν ἁμαρτίαν, ἠύχετο τῷ Θεῷ λέγων· ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύ-

Asiam permittimus, ne planè funditus pereant: sed ne communionem in oratione habeant, quin potius exeant post lectionem legis, & prophetarum, & evangelii, ut exeundo vitam emendent, ac meliores fiant, dum student ire quotidie ad conventus ecclesiasticos, & precationi incumbere, ut & ipsi possint admitti, & qui eos viderint, sint compuncti, ac cautiores fiant, dum metuunt, ne in similia incidant.

Quod non oportet male animatum esse in eum, qui semel & iterum deliquit.

CAPUT XL.

B

CEterum, episcope, ne eum, qui semel & iterum lapsus sit, averseris, neque audire verbum domini vetes, neque communitate vitæ prives; neque enim dominus recusabat quin cum publicanis, & peccatoribus compranderet; cum a Pharisæis de hoc argueretur, ajebat, *non opus habent medico, qui bene habent, sed qui male*. Cum iis igitur, quos propter peccatum excommunicastis, habete & congressus, & convictum; curantes, consolantes, fulcientes, illudque dicentes, *Invalescite remissæ manus, & soluta genua;* consolari enim oportet lugentes, & eis qui parvi animi sunt, alacritatem animi addere, ne immoderato dolore ad amentiam tendant: nam *qui est*, inquit, *angusti animi, valde amens est*.

Matth. 9.

C

Proverb. 14.

Quomodo oporteat recipere pœnitentem, & qualem se exhibere delinquentibus, & quando ab ecclesia abscindere.

CAPUT XLI.

QUod si quis conversus pœnitentiæ fructus ediderit, tunc ad orationem admittite, ut illum filium, qui perierat, qui luxuriosus fuerat, qui cum meretricibus patrimonium dilapidaverat, qui oves pascebat, &, cum siliquis expleri cuperet, non potiebatur optato, quem pecasse pœnituit, & ad patrem rediit, *peccavi* inquiens *in cœlum, & coram te, neque sum dignus vocari amplius filius tuus*, quem pater filiorum amans, cum cantu excepit, & ei antiquo amictu, annulo, & calceis redditis, pingui etiam vitulo mactato lætabatur cum amicis. Sic igitur faciendum tibi est, episcope: atque ut ethnicum baptismo lotum post doctrinam admittis, sic hunc per manus impositionem, utpote factum mundum pœnitendo cunctis pro eo deprecantibus in antiqua pascua restitue, eritque ei loco lavacri manuum impositio, siquidem per impositionem manuum nostrarum dabatur Spiritus sanctus credentibus. Quod si quis ex ejus fratribus, qui non fuit tentatione quatefactus, te reprehenderit, quod ei sis reconciliatus, illud ei respondebis *tu semper mecum es, mea omnia tua sunt; lætari te oportebat, & gaudere, quoniam hic frater tuus mortuus fuerat, & revixit, perierat, & inventus est*. Quod enim Deus non solum recipit pœnitentes, sed & in priorem gradum dignitatis restituit, testis est sanctus David, qui post peccatum in Uriam admissum precabatur Deum, dicens: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu*

D

Luc. 15.

E

Ibidem.

Psal. 50.

ritu principali confirma me: & rursus, *averte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele: cor mundum crea in me Deus, & spiritum tuum sanctum ne auferas a me*; ergo & tu, ut medicus condolens, adhibe curationem iis, qui deliquerunt, utens salutaribus ad opitulandum modis, non solum secans, aut urens, aut sicca medicamenta adhibens, sed etiam vulnus alligans, & linimentum in illud injiciens, leneque medicamentum, quod vim habeat obducendi cicatricem, imponens, ac verbis consolatoriis recreans. Si vulnus cavum fuerit, appone suave emplastrum ad accretionem carnis; ut carne repletum vulnus æquale efficiatur parti sanæ. Si autem vulnus sordescit, tunc repurga novacula, id est, sermone increpatorio: si turgescit, complana, & deprime acri collyrio, id est, minis judicii: si serpit cancer, ure, & extrahe saniem comprimens jejuniis. Quod si hæc feceris, ac demum intellexeris, quod a pedibus usque ad caput non est malagma imponere, neque oleum, neque alligationem, immo magis serpit cancer, & omnem curationem anticipat, universas partes corporis tanquam gangræna tabefaciens, hic tu multa consideratione, aliis item medicis peritis, & exercitatis in consilium adhibitis, seca membrum tabidum, ne universum corpus ecclesiæ intereat. Ne igitur facilis sis, & præproperus ad secandum, neque celeriter ad ferram dentatam prosilias, quin potius utere prius scalpello ad secandum apostema, ut caussa morbi, quæ intus residet, educta, corpus servetur a dolore incolume. At vero quem a pœnitentia alienum videris, & obduruisse, hunc tu cum mœrore ut insanabilem ejice ex ecclesia: *tolletis*, inquit, *improbum ex vobisipsis, & facietis reverentes filios Israel*. Et rursus: *non accipies personam in judicio, & pauperis non misereberis in judicio, quoniam domini est judicium.*

Num. 25. 1 *Cor.* 5.

Exod. 23.

Quod oporteat judicem non esse acceptatorem personarum.

CAPUT XLII.

QUod si delatio falsa est, & vos pastores cum diaconis mendacium tanquam veritatem amplexi fueritis, aut quia personam accipitis, aut quia justitiam muneribus commutatis, volentes gratificari calumniatori, atque ita accusatum quidem, sed a crimine alienum ex ecclesia expuleritis, rationem reddetis in die domini: quoniam scriptum est, *innocentem & justum non occides, non accipies munera, ut animam proteras: munera enim cæcitate afficiunt oculos sapientium, & corrumpunt verba justorum*: & iterum, *væ*, inquit, *qui justificatis impium propter munera, & justitiam justo aufertis*. Cavete igitur, ne si personas accipiatis, hæc vox domini in vos cadat: cavete ne ullos injuste condemnetis, & improbos defendatis. *Væ* enim, inquit, *dicenti malum bonum, & bonum malum; amarum dulce, & dulce amarum, ponenti lumen tenebras, & tenebras lumen*. Nam si alios injuste damnatis, contra vos ipsi sententiam pronunciatis, siquidem ait dominus, *quo judicio judicatis, judicabimini, & quo condemnatis, condemnabimini*. Ergo si absque personarum accep-

Exod. 23.

Isaiæ 5.

Matth. 7.

ματι ἡ γεμονικῷ σπείρον με· καὶ πάλιν· ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σε ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου· καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς καὶ πνεῦμα ἀθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· μὴ ἀπορρίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ· καὶ σὺ ἓν ὡς συμπαθὴς ἁβὸς, τοὺς ἡμαρτηκότας πάντας θεράπευε, χρώμενος σωτηρίοις πρὸς βοήθειαν ἀγωγαῖς· μὴ μόνον τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξηρία προσφέρων, ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμῶν, καὶ μαλθᾷ, καὶ ἐνίοις γλυκέα φάρμακα ἐπιλωτικά· καὶ καταβρέχων λογοις παρακλητικοῖς· ἐὰν δὲ κοῖλον ᾖ τὸ ἕλκωμα, θρέψον αὐτὸ ἡδεῖ ἐμπλάστρῳ, ἵνα γεμισθὲν ἴσον τῷ ἀρτίῳ ἀποτελεσθῇ· ἐὰν δὲ ῥυπανθῇ, τότε καθαρὸν ξηρίῳ, τυτέστι λόγῳ ἐπιτιμητικῷ· ἐὰν δὲ ὑπερόγκον γένηται, δεμεῖ κολλυρίῳ ἐξομάλισον αὐτὸ, ἀπειλῇ κρίσεως. κἂν νομὴ γένηται, καυτηρίασον αὐτὸ, καὶ τλιὼ σηπεδόνα ἔκκοψον σιβώσας νηστείαις· ἐὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, καὶ γνῷς, ὅτι ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστι μαλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμες, ἀλλ' ἐπεκτείνεται ἡ νομὴ, καὶ προλαμβάνει πᾶσαν ἴασιν ὡς ἡ γάγγραινα πᾶν μέλος σήπουσα, τότε μὴ πολλῆς σκέψεως καὶ συμβελίας καὶ ἑτέρων ἰατρῶν ἐμπείρων ἀποκοψον τὸ δύσαπτον μέλος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν διαφθαρῇ σῶμα τῆς ἐκκλησίας· μὴ ῥᾳδίως ἔν ἴσθι πρόχειρος εἰς τὸ ἀποκόπτειν· μηδὲ ταχέως ἐπὶ τὸν μυελόδοντα πρίωνα ὅρμα, ἀλλὰ πρῶτα χρῶ σμίλῃ, τὰ ἀποσήματα διαιρῶν, ὅσως τὸ ἐντὸς ἐγκείμενον αἴτιον τὸ τὸν πόνον ποιῆν ἐκκενθῇ, ἀναλγὲς τὸ σῶμα τηρήσῃ· ἐὰν δέ τινα ἀμετανοήτως ἔχοντα βλέπῃς καὶ ἀπεσκληκότα, τότε μὴ λύπης καὶ πόνθος ἀνιατως ἔχοντα, τῆς ἐκκλησίας ἀπόκοπτε· ἐξαρεῖτε γὰρ τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν· καὶ λαβεῖς ποιήσετε τὸς υἱὸς Ἰσραὴλ· καὶ πάλιν· ὁ λήψῃ πρόσωπον πλουσίου ἐν κρίσει, καὶ πλήτει ἐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ κρίσις.

Ὅτι χρὴ ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν.

ΚΕΦΑΛ. μβ'.

Ἐὰν δὲ ψευδὴς ᾖ ἡ κατηγορία τῆς διαβολῆς, καὶ ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις τὸ ψεῦδος ὡς ἀληθειαν παραδέξησθε, ἢ διὰ προσωπολημψίαν, ἢ διὰ δώρων ἐξαλλαγὴν, βουλόμενοι τὸ ἀρεσὸν τῷ διαβόλῳ ποιεῖν, τὸν κατηγορούμενον μὲν, ὑπάρχοντα δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἀλλότριον ἀπώσησθε τῆς ἐκκλησίας, λόγον ὑφέξετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ κυρίου· ὅτι γέγραπται, ἀθῶον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· δῶρα γὰρ δῶρα πατάξαι ψυχήν. τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμὰς σοφῶν. καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια· καὶ πάλιν· οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων· καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες· προσέχετε οὖν μήπως προσωπολήπται γενόμενοι ὑποπέσητε τῇ φωνῇ τοῦ κυρίου ταύτῃ· φυλάσσεσθε οὖν τὸ κατακρίνειν τινὰς ἀδίκως, καὶ συνηγορεῖν τοῖς πονηροῖς· ναὶ γὰρ τῷ λέγοντι τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν· τῷ τιθέντι τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς· ἐὰν γὰρ ἑτέρους ἀδίκως κατακρίνητε, καθ' ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθε· ὅτι λέγει κύριος, ᾧ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε· καὶ ᾧ καταδικάζετε, καταδικασθήσεσθε· εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως

Exod. 23.

Isaiæ 5.

Matth. 7.

τως κείνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγορῆντα κατὰ τῦ πλησίον αὐτῦ μαρτυρήσαντα ψευδῆ· καὶ ἐπιδείξας αὐτὸν συκοφάντιν· βάσκανον· φονέα· παράσοντα ὡς κακὸν ἀντιλογίαις· ἄσατον ἐν τοῖς λόγοις· ἑαυτῷ ἐναντίον ἐφ' οἷς φθέγγεται· καὶ ἀλισκόμενον ῥήμασιν ἰδίοις σόματος· παγὶς γὰρ αὐτῷ ἐχυρὰ ἐφέσηκε τὰ ἴδια χείλη· ὃν μὴ τὺς ἐλέγχυς τῆς ψευδολογίας κενεῖς ἀποτόμως· καὶ τῇ μαχαίρᾳ τῦ πυρὸς παραδώσεις· ἃ ποιήσεις αὐτῷ, ὃν ἕνεκα ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον· ὅσον γὰρ ἐλάλησεν ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφὸν προλαβὼν τὰ ὦτα τῦ κείτῦ· γέγραπται δὲ, ὅτι ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπυ, ἀντὶ τῦ αἵματος αὐτῦ ἐκχυθήσεται· καὶ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἀπὸ σὲ τὸ ἐκχυθὲν μάτην.

A tione judicaveritis, cognoſcetis eum qui proximum ſuum per calumniam mendacis teſtimonii accuſavit, & oſtendetis eum eſſe calumniatorem, invidum, interfectorem, ſuis repugnantiis perturbantem, ut malitioſum, ſermone inconſtantem, dictis ſuis contrarium, & oris ſui verbis captum; fuerunt enim ei laqueus fortis labia ſua, quem tu, poſtquam falſitas teſtimonii ejus convicta fuerit, judica rigide, & gladio ignis trade, facque ei quod ipſe proximo ſuo ſcelerate machinatus eſt, quantum enim in eo fuit, fratrem occidit, aures judicis occupando: ſcriptum enim eſt, *qui ſanguinem hominis effuderit, effun-* Geneſ 9
detur ſanguis illius, & auferes a te ſanguinem in-
B *nocentem effuſum ſine cauſſa.*

Ὅπως χρὴ τὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.

Quomodo oporteat punire calumniatores.

ΚΕΦΑ'Λ. μγ'.

CAPUT XLIII.

ΠΟιήσεις οὖν αὐτὸν ἀποσυνάγωγον ὡς φονέα ἀδελφῦ· ἔπειτα χρόνου διελθόντος ἐὰν λέγῃ μετανοεῖν, σιβώσατε αὐτὸν νηστείαις· καὶ μὴ ταῦτα χειροθετήσαντες αὐτὸν, προσδέξασθε, ἀσφαλισάμενοι μήτοτε αὐτὸν· μή τινα παράξῃ πάλιν· εἰ δὲ πάλιν εἰσελθὼν ὁμοίως σασιάζει ὁ παιόμενος τῷ παράσειν, καὶ κατακερτομεῖν τὸν ἀδελφόν, ἐκ φιλονικείας μώμυς ἐπιτηδεύων, ἐκβαλεῖτε αὐτὸν ὡς λοιμόν· ἵνα μὴ τὴν ἐκκλησίαν λυμαίνηται τῷ Θεῷ· C ὁ τοιῦτος γὰρ πυραχὰς σωίσησι πόλεσιν· ὅτος γὰρ κἂν ἔσω ᾖ μὴ πρέπων τῇ ἐκκλησίᾳ, πειρασὸς καὶ μάταιος τυγχάνει, σπιλῶν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ, τὸ σῶμα τῦ Χριστῦ· εἰ γάρ τινες τῶν ἀνθρώπων μωμώμυοι καὶ πειρασὰ τῶν σωμάτων μέλη προσηρτημύα ἔχοντες, οἷον δακτύλυς, ἢ ὑπερσαρκώματα, πειρικόπτυσιν ἀφ' ἑαυτῶν ταῦτα διὰ τὴν ἀπρέπειαν, καὶ εὐδεμία προσγίνεται ἀπρέπεια ἀπολαβόντος τῦ ἀνθρώπυ ἀφ' τῦ πεχνίτυ τὴν φυσικὴν διάκοσμίαν, πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς οἱ ποιμένες, τῆς ἐκκλησίας ὑπαρχύσης σώματος ἀρτίυ καὶ μελῶν ὑγιεινῶν ἐπὶ Θεὸν πισεύοντων ἐν φόβῳ κυρίυ, καὶ ἀγάπῃ, ὅταν εὑρεθῇ τὶ μέλος περισὸν, πονηρὰ φρονοῦν καὶ τῷ λοιπῷ σώματι ἀπρέπειαν D ἐμποιοῦν καὶ χειμάζον αὐτὸ σάσει καὶ μάχῃ καὶ καταλαλιᾷ, παρέχον αὐτῷ φόβυς· πράγματα· μώμυς· καταλαλιάς· ἐγκλήματα· ἀκαταστασίας· καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ διαβόλυ ἐνεργήματα ἐκτελῶν, ὡσὰν κεχειροτονημύος ὑπὸ τῦ διαβόλου σκυβαλίζειν τὴν ἐκκλησίαν διὰ βλασφημιῶν καὶ πολλῆς ἀκαταστασίας καὶ ἔριδος καὶ διχοστασίας· ὅτος ἔν δευτερον ἔξω τῆς ἐκκλησίας βληθεὶς ἀξίως ἀπετμήθη τῆς τῦ κυρίυ σωαγωγῆς· καὶ μᾶλλον νῦν κεκόσμηται ἡ τῦ κυρίυ ἐκκλησία ἢ τὸ πρῶτον, ὅτε τὸ περιττὸν ἐκέκτητο καὶ ἑαυτῇ ἀνοίκειον μέλος· διὸ ἀπὸ τῦ νῦν ἀβλασφήμητός ἐστι καὶ ἀσκυβάλιστος πονηρῶν ἀπαλλαγεῖσα· δολίων· λοιδόρων· ἀνημέρων· προδοτῶν· μισοκάλων· φιληδόνων· κενοδόξων· ἀπατηλῶν· δοξοσόφων· ἔργον θεμένων διασπείρειν, μᾶλλον δὲ διασχορπίζειν τὰ τῦ κυρίου ἀρνία· σὺ ἔν ὦ ἐπίσκοπε σπούδαζε ἅμα τοῖς ὑπό σε κλήρῳ ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ὅτι λέγει κύριος· ἐὰν πλάγιοι πορεύεσθε πρός με, κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς πλαγίως πορεύσομαι· καὶ ἀλλαχῦ· μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ· καὶ μετὰ ἀθώου ἄθωος ἔσῃ καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις· ὁσίως

ITaque ejicite eum ex eccleſia tanquam fratris interfectorem: deinde intervallo temporis interjecto, ſi dixerit pœnitere ſe, premite eum jejuniis, ac poſtea per manus impoſitionem recipite, caventes tamen illi, ne quem iterum turbet. Quod ſi rurſus ingreſſus, ſimiliter ſeditionem & diſcordiam concitarit, neque deſinat turbare, & convicia facere fratri, vituperationibus ex contentio-
C ne nequiter ſtudens, ejicite eum tanquam peſtilentem, ne eccleſiam Dei vitiet, & fœdet: qui enim hujuſmodi eſt, turbas conflat civitatibus, idemque tametſi intra eccleſiam eſt, tamen quia eccleſiam dedecorat, ſupervacuus & inanis eſt, qui quidem quantum in ſe eſt, corpus Chriſti ſordidat. Nam ſi nonnulli homines ita nati, ut quaſdam partes corporis ſupervacaneas adhærentes habeant, ut digitos, aut quædam in carne eminentia, quæ dicuntur hyperſarcomata, hæc ſibi propter turpitudinem amputant, neque eſt indecorum, opera artificis naturalem pulchritudinem recuperare; quanto magis decet hoc facere vos, paſtores eccleſiæ, quæ eſt inte-
D grum corpus, conſtans ex membris ſanis, quæ in Deum, in metu domini, & caritate credunt, cum aliquis inſtar membri ſupervacanei repertus fuerit, qui prava cogitet, & reliquum corpus deformet, tempeſtateſque in eo excitet, ſeditione & pugna, ac detractione exhibens ei metus, moleſtias, vituperationes, obtrectationes, criminationes, turbulentias, aut alia hujuſmodi opera diaboli efficiens, tanquam a diabolo electus, ut eccleſiam maledictis, & infamia, & multa ſeditione, contentione, diſcordia, vilem faciat & ſordidam: Hic igitur ex eccleſia iterum ejectus, merito eſt abſciſſus a cœtu domini: atque eccleſia Dei magis nunc ornata fuerit, quam antea,
E cum erat in ea aliquod membrum ſupervacaneum, & ab ea alienum. Quocirca jam deinceps extra maledicta, & contemptum eſt liberata fraudulentis, conviciatoribus, inhumanis, proditoribus, a virtute averſis, voluptuariis, inanis gloriæ cupidis, impoſtoribus, & iis qui ſapientes videri volunt, quorum officium eſt diſpergere, quin potius diſſipare agnos Chriſti. Stude igitur, epiſcope, una cum clericis tuis, ut verbum veritatis recte tractes, quia dominus ait, *ſi oblique in me inceditis,* Levit. 26.
& ego item in vos obliquus incedam, & alias, Pſal. 17.

cum

cum ſancto ſanctus eris, & cum innocentibus innocens eris, & cum perverſo perverteris. Sancte igitur ambulate, ut laudem potius a domino reportetis, quam, ſi ſecus feceritis, vituperationem.

A οὕτω πορεύεσθε, ἵνα μᾶλλον ἐπαίνου κατυζιωθῆτε ὑπὸ τοῦ κυρίου, ἢ μέμψεως ἐκ τοῦ ἐναντίου.

Quod debeat diaconus ſublevare onus epiſcopi, & ea quæ leviora ſunt, corrigere.

Ὅτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τῆς ἐπισκόπου· καὶ διορθοῦσθαι τὰ κουφότερα.

CAPUT XLIV.

ΚΕΦΑ΄Λ. μδ΄.

FActi igitur unius animi, & unius inter vos ſententiæ, o epiſcopi, pacem inter vos mutuam habete, condolentes, & benevoli fratribus. Paſcite populum diligenter, eodem ſenſu & mente docentes eos, qui ſub B veſtra poteſtate ſunt, ut concordent, & idipſum de re omni ſentiant, *ne ſint in vobis ſchiſmata, ſitis autem unum corpus, & unus ſpiritus; perfecti eadem mente, & eadem ſententia ſecundum ſanctionem domini.* Ac diaconus quidem de re omni ad epiſcopum referat, ut Chriſtus ad patrem. Verum quæcumque poteſt, facta ab epiſcopo poteſtate, moderetur per ſe, ſicut Chriſtus poteſtatem creandi, & providendi a patre accepit: quæ vero majora ſunt, epiſcopus judicet. Cæterum ſit diaconus epiſcopi auris, & oculus, & item os, cor, & anima, ne epiſcopus ſollicitudine multarum rerum, ſed graviorum tantum urgeatur, ſicut * Iothor Moyſen inſtruxit, C & Moyſes conſilium ejus amplexus eſt.

ΟΜόφρονες ὄντες πρὸς ἀλλήλους ὦ ἐπίσκοποι, εἰρηνεύετε μετ' ἀλλήλων· συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, μετ' ἀκεραιότητος ποιμαίνετε τὸν λαόν· ὁμοφρόνως διδάσκοντες τοὺς ὑφ' ὑμᾶς ὁμογνωμονεῖν· καὶ τὸ αὐτὸ περὶ πάντος αὐτοὺς δοξάζειν, ὅπως μὴ ᾖ ἐν ὑμῖν σχίσματα· ἦτε δὲ σῶμα καὶ πνεῦμα κατηρτισμένοι τῷ αὐτῷ νοΐ, καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ κατὰ τὸν κυριακὸν θέσιν· καὶ πάντα μὲν ὁ διάκονος τῷ ἐπισκόπῳ ἀναφερέτω ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρί· ἀλλ' ὅσα δὲ δύνατα, διοικείτω δι' ἑαυτοῦ λαβὼν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἐξουσίαν ὡς ὁ κύριος παρὰ τοῦ πατρὸς τὸ δημιουργεῖν, καὶ τὸ προνοεῖν. τὰ δ' ὑπέρογκα ὁ ἐπίσκοπος κρινέτω· πλὴν ἔστω ὁ διάκονος τοῦ ἐπισκόπου ἀκοὴ καὶ ὀφθαλμός· καὶ στόμα· καρδία τε καὶ ψυχή. ἵνα μὴ ᾖ τὰ πολλὰ μεριμνῶν ὁ ἐπίσκοπος· ἀλλὰ μόνα τὰ κυριώτερα· ὥσπερ καὶ ὁ Ἰωθὼρ τῷ Μωϋσεῖ διετάξατο, καὶ ἀπεδέχθη αὐτοῦ ἡ συμβουλία.

* Iethro ſocer Moyſis. *Exod.* 18.

Quod non conveniant Chriſtianis controverſiæ, & concertationes.

Ὅτι μὴ προσῆκον Χριστιανοῖς ἀντιλογίαι καὶ διαπληκτισμοί.

CAPUT XLV.

ΚΕΦΑ΄Λ. με΄.

PUlchra quidem Chriſtiani hominis laus eſt, cum nemine litigare: ſin autem alicujus opera, aut tentatione quapiam factum fuerit, ut incidat ei lis, det operam ut dirimatur, quamvis opus ſit aliquid damni facere; & ne adeat ad judicium Gentilium, immo ne patiamini, ut ſæculares magiſtratus de cauſſis veſtris judicent. Per eos enim diabolus ſtudet, ut famulis Dei probrum etiam excitet, *quaſi non habeatis vos quempiam ſapientem, qui poſſit inter vos jus dicere, aut controverſias dirimere.*

* 1. Cor. 6.

ΚΑλὸν μὲν ἔστι τῷ Χριστιανῷ ἐγκώμιον πρὸς μηδένα ἔχειν πράγματα· εἰ δὲ ἔκτοπός τινος ἐνεργείας ἢ πειρασμῷ ἐπισυμβῇ τινι πρᾶγμα, σπουδαζέτω διαλύεσθαι αὐτό, κἂν δέῃ βλαβῆναί τι· καὶ μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ κριτήριον ἐθνικόν· ἀλλαμὲν μὴ δὲ ἀνέχεσθε κοσμικοὺς ἄρχοντας κατὰ τῆς ὑμετέρων δικάζειν· διὰ γὰρ αὐτῆς ὁ διάβολος ἐπιτηδεύει τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ ὄνειδος ἐπεγείρει ὡς μὴ ἐχόντων ὑμῶν σοφὸν τὸν δυνάμενον μεταξὺ βραβεῦσαι τὸ δίκαιον· ἢ τὰς ἀντιλογίας διαλῦσαι.

Quod non oporteat fideles apud infideles litigare, nec aliquem ex eis vocare ad dicendum teſtimonium in Chriſtianos.

Ὅτι οὐ χρὴ τοὺς πιστοὺς ἐπὶ τῆς ἀπίστων δικάζεσθαι ἤτε μὴν ἐξ αὐτῆς τινα καλεῖν εἰς μαρτυρίαν κατὰ τῶν κατὰ Χριστιανῶν.

CAPUT XLVI.

ΚΕΦΑ΄Λ. μς΄.

NE igitur diſceptationes veſtras Gentiles cognoſcant, neque ad dicendum contra vos teſtimonium adhibeantur, neque ab E eis judicemini, neque quicquam eis debeatis, quod ad tributum & timorem pertineat. Quin potius *reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo, ut vectigal, aut cenſum, aut didrachmum:* ſicut dominus noſter ſoluto ſtatere, a moleſtia liberatus eſt. Elige igitur potius incommodum rerum tuarum, & ſtudium pacis non ſolum cum fratribus, ſed cum infidelibus: facta enim aliqua jactura bonorum externorum nullum damnum facies in iis quæ ad pietatem erga Deum pertinent, utpote pius Dei cultor, & ſecundum mandatum Chriſti vivens. Si vero fratres habuerint

Matth. 22. *Rom.* 13. *Matth.* 17.

Μὴ' ἓν γινωσκέτωσαν τὰ ἔθνη τὰς πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν διαφοράς· μήτε καθ' ἑαυτῆς εἰς μαρτυρίαν παραδέχεσθε τοὺς ἀπίστους· μήτε κρίνεσθε ἐπ' αὐτῆς· μήτε ὀφείλετέ τι τούτοις πρὸς σωτέλειαν ἢ φόβον· ἀλλὰ ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ· οἷον φόρον· ἢ κλεῖσον· ἢ δίδραγμον· ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν δοὺς τὸν στατῆρα, ἀπηλλάγη πραγμάτων· αἱροῦ ἓν μᾶλλον βλάπτεσθαι καὶ τὰ πρὸς εἰρήνην σπουδάζειν· ἀ μόνον πρὸς τοὺς ἀδελφούς, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἀπίστους· βλαβεὶς γάρ τῆς βιωτικῶν τι, τὰ πρὸς Θεὸν οὐ ζημιωθήσῃ, ἅτε θεοσεβὴς ὑπάρχων, καὶ κατ' ἐντολὴν Χριστοῦ ζῶν· εἰ δὲ ἀδελφοὶ εἰς ἀλλήλους ἔχουσιν, ὃ μὴ γένοιτο, αὐτόθεν νοεῖν ὀφείλετε οἱ προηγούμενοι, ὅτι οἱ τοιοῦτοι

ἐκ

οὐκ ἀδελφῶν ἐν κυρίῳ ἔργον ἐπιτελοῦσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐχθρῶν πολεμίων· καὶ εἷς μὲν αὐτῶν διαρεθήσεται ἥπιος, ἐπιεικὴς, φωτὸς τέκνον, ἕτερος δὲ ἀνήμερος, αὐθάδης, πλεονέκτης· ὁ ὃν καταγινωσκόμενος ἐπιτιμάσθω· ἀφωρίζέσθω· δίκας τῆς μισαδελφίας τινυέτω· εἶτα μεταμελόμενος προσλαμβανέσθω· καὶ ὅπως σωφρονίζόμενοι ἐπικουφίσουσιν ὑμῖν τὰ κριτήρια· χρὴ δὲ καὶ συγχωρεῖν τὰ εἰς ἀλλήλους ἀδικήματα· οὐ τοὺς κρίνοντας, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας εἰς ἑαυτοὺς καθὼς ὁ κύριος ἀπεφήνατο ἐμοῦ ἐρωτήσαντος αὐτόν; ποσάκις ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου, καὶ ἀφήσω αὐτῷ, ἕως ἑπτάκις; καὶ εἰπόντος, Οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· οὕτως γὰρ θέλει ὁ κύριος ἀληθῶς εἶναι αὐτοῦ μαθητὰς, καὶ μηδὲν ἔχειν κατὰ μηδενὸς πώποτε· οἷον ὀργὴν ἄμετρον· ἢ θυμὸν ἀνήμερον· ἢ ἐπιθυμίαν ἄδικον· ἢ μῖσος ἄσπονδον· τοὺς ἓν ὀργιζομένους συμβιβάζετε εἰς φιλίαν. τοὺς ἐχθραίνοντας εἰς ὁμόνοιαν· ὅτι λέγει κύριος· μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

A aliquid, alius adversus alium, quod Deus avertat, indidem intelligere debetis, qui præpositi estis, quod qui hujusmodi sunt, non faciunt opus fratrum in domino, sed potius hostiliter dissidentium. Atque alter quidem eorum reperietur lenis, æquus ac filius lucis; alter vero immitis, contumax, oppressor. Qui igitur convictus fuerit, objurgetur, ejiciatur, & pœnas odii fraterni luat; deinde si eum peccati penituerit, recipiatur: atque ita castigati tribunal vestrum allevabunt. Oportet autem mutuo injurias condonare, non quidem judices, sed eos ipsos qui inter se querelas habent, sicut dominus edixit, cum ego Petrus sic eum percontarer. *Quoties in me peccabit frater, & remittam ei, usque septies?* & respondit, *non dico tibi, usque septies, sed usque septuagies septies.* Sic enim vult dominus esse veros discipulos suos, nihilque eis esse alteri in alterum; non iram immoderatam, aut furorem implacabilem, aut cupiditatem iniquam, aut odium irreconciliabile. Eos itaque, qui iram habent, reconciliate in gratiam, eos qui inter se dissident, reducite in concordiam: ait enim dominus, *Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur.*

B *Matth. 18*

Matth. 5.

Quod oporteat secunda feria causas judicare.

Ὅτι χρὴ ἐν δευτέρᾳ σαββάτων ποιεῖσθαι τὰς δίκας.

ΚΕΦΑΛ. μζ'.

CAPUT XLVII.

C

ΤΑ δικαστήρια ὑμῶν γινέσθω δευτέρᾳ σαββάτων, ὅπως ἐὰν ἀντιλογία τῇ ἀποφάσει ὑμῶν γένηται, ἕως σαββάτου ἔχοντες ἄδειαν δυνηθῆτε διϑῦναι τὴν ἀντιλογίαν, καὶ εἰρηνεῦσαι εἰς τὸν κυριακὸν τοὺς διαφερομένους πρὸς ἀλλήλους· συμπαρέσωσαν δὲ τῷ δικαστηρίῳ καὶ οἱ διάκονοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἀπροσωπολήπτως κρίνοντες ὡς Θεοῦ ἄνθρωποι μετὰ δικαιοσύνης· παραγινομένων ἓν ἑκατέρων τῶν προσώπων, καθὼς καὶ ὁ νόμος λέγει, στήσονται ἑκάτεροι ἐν μέσῳ τῷ κριτηρίῳ οἷς ἐστιν ἡ ἀντιλογία. καὶ ἀκούσαντες αὐτῶν, ὁσίως ἀνεγνώκατε τὰς ψήφους, σπουδάζοντες αὐτοὺς φίλους ἀμφοτέρους ποιῆσαι πρὶν ἀποφάσεως τῆς τοῦ ἐπισκόπου· ὅπως μὴ ἐξέλθοι ἐπὶ γῆς κρίσις κατὰ τοῦ ἁμαρτήσαντος· καθότι καὶ ἐν τῷ δικαστηρίῳ σύμψηφον ἔχει καὶ συνίσορα τῆς δίκης τὸν χριστὸν τοῦ Θεοῦ· εἰδέ τινες ἐν βλασφημίαις τοῦ μὴ καλῶς ὀφείλειν ἐν κυρίῳ ἐλέγχοιντο ὑπότινος, ὁμοίως ἀκούσαντες ἑκατέρων τῶν προσώπων τοῦ τε κατηγορουμένου, καὶ τοῦ κατηγοροῦντος, ἀλλὰ μὴ προλήψει, μὴ δὲ μονομερῶς, ἀλλὰ μετὰ δικαιοσύνης ὡς ὑπὲρ ζωῆς αἰωνίου, ἢ θανάτου διδόντες ἀπόφασιν· δικαίως γὰρ, φησὶν ὁ Θεὸς, διώξει τὸ δίκαιον· ὁ γὰρ δικαίως τιμωρηθεὶς καὶ ἀφορισθεὶς παρ' ὑμῶν, αἰωνίου ζωῆς καὶ δόξης ἀπόβλητος γέγονε· καὶ παρ' ἀνθρώποις ὁσίοις ἄτιμος, καὶ παρὰ Θεῷ κατάδικος.

D

Ὅτι μὴ χρὴ ταυτὸν ἐπάγειν τιμωρίαν ἐπὶ πάσης πλημμελείας, ἀλλὰ διάφορον πρὸς τὸ διάφορον τοῦ ἁμαρτάνοντος.

ΚΕΦΑΛ. μή.

Μὴ πάσης δὲ ἁμαρτίας τὸν αὐτὸν ποιεῖσθε ἀπόφασιν· ἀλλ' ἑκάστης ἰδίαν μετὰ πολλῆς φρονήσεως κρίνοντες ἕκαστα τῶν πλημμελημάτων· τάττε σμικρὰ καὶ τὰ μεγάλα· καὶ ἄλλως ἔργα, καὶ λόγα πάλιν ἕτερος καὶ προθέσεως· ἢ λοιδορίας· ἢ ὑπολήψεως διαφόρως· καὶ τοὺς μὲν ὑποβαλεῖς μόναις ἀπειλαῖς· τοὺς δὲ πε-

E

Quod non sit eadem pœna irroganda in omni delicto, sed varia pro varietate peccantis.

CAPUT XLVIII.

NE de omni peccato idem judicium pronuncietis, sed de unoquoque suum; singulis delictis, tum parvis, tum magnis multa prudentia judicatis; aliter, inquam, facto sermone, item aliter proposito alio modo convicio, alio suspicione: atque etiam alios quidem solis minis, & terroribus subjicies, alios

alios mulctationi largiendi pauperibus: rursus alios jejuniis comprimes: item alios ex ecclesia ejicies pro magnitudine & gravitate criminis, siquidem lex non omne delictum eodem supplicio puniebat, quinimmo alio atque alio commissa in Deum, in sacerdotem, in templum, in hostiam, aliter in regem, in ducem, in militem, in subditum, in æqualem, aut in famulum, aut in possessionem, aut in jumentum, sive in pecus: rursum secus peccata in parentes, & propinquos: aliter peccata ex consulto, aliter non voluntaria; atque alios quidem morte puniebat vel cruci affigendo, vel lapidando, alios vero mulcta pecuniæ, vel verberibus, vel talione. Ergo vos quoque diversa delicta diversis pœnis plectite, nequa injuria accidat, quæ iram Dei provocet. Cujus enim injusti judicii eritis intermedii, ejus mercedem feretis; nam *quo judicio judicatis, eo judicabimini*.

Matth. 7.

Quales esse oporteat accusatores, & testes.

CAPUT XLIX.

CUm igitur in tribunali sedebitis, præsentibus utrisque personis, non enim appellabimus fratres, quoad pace facta se in gratiam recipiant, exquirite diligenter de istis ipsis qui in judicio contendunt, ac primum de accusatore, an hunc primum accusaverit, an alium quempiam criminatus sit, aut non ex querela eorum inter se & inimicitia subjecta sit contentio, & crimen, & quæ illius vita, ac quamvis talis existat, cui recta conscientia sit, non est tamen ei soli fides adhibenda, hoc enim iniquum est, & a lege alienum: immo habeat oportet alios testes, qui sint ei moribus similes, sicut ait lex, *in ore duorum vel trium stabit omne verbum*. Sed cur diximus, inquirendum esse & indagandum, quibus moribus esset accusator? nempe quia sæpenumero evenire solet, ut duo, aut plures testimonium dicant in malo; & uno consensu mendacium defendant. Ut duo illis senes Babylonii contra Susannam. Item duo illi filii sceleratorum in Samaria contra Nabuthem, & turba Judæorum contra dominum Hierosolymis, & contra protomartyrem ejus Stephanum. Sint igitur testes mansueti, non iracundi, æqui, benevoli, temperati, continentes, non malitiosi, fideles, pii in Deum: horum enim testimonium, tum propter eorum mores firmum, & grave est, tum propter eorum vitam verum. Testimonium vero eorum, qui non fuerint tales, ne approbate, quamvis in testimonio contra quempiam dicto convenire videantur; Sic enim lex jubet, *non eris cum multis in malitia, non vanam auditionem accipies, non consenties cum multitudine ad pervertendum jus*. De reo etiam cognoscere oportet, quæ vitæ ejus consuetudo, quæ ejus conversatio, an extra crimen, an justitiæ, & pietatis studiosus, an benignus in viduas, & in pauperes, an hospitalis, & in fratres benevolus, an non lucri cupidus, non helluo, non dilapidator, & decoctor rerum, an temperans, & non luxuria diffluens, vel ebrius, & otio victitans, an commoveatur misericordia, sitque facilis ad tribuendum.

Deuter. 19.

Dan. 13.

3. Reg. 21.

Matth. 26. Act. 6.

Exod. 23.

νήτων χορηγίαις· ἄλλους δὲ νηστείαις σιβώσεις, καὶ ἑτέρους ἀφορίσεις πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐγκλήματος αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ ὁ νόμος ὁ παντὸς ἁμαρτήματος τιὼ αὐτιὼ ἐποιεῖτο τιμωρίαν· ἀλλὰ ἄλλως μὲν τοῖς εἰς Θεὸν ἢ εἰς ἱερέα καὶ εἰς ἱερὸν καὶ εἰς ἱερεῖον· ἑτέρως τὰ εἰς βασιλέα καὶ ἄρχοντα ἢ στρατιώτιν καὶ ὑπήκοον ὁμότιμον· ἢ οἰκέτιν· ἢ εἰς κτῆμα· ἢ εἰς ἄλογον· καὶ πάλιν παρηλλαγμένως τὰ εἰς γονεῖς καὶ συγγενεῖς· ἄλλως τὰ ἐξ ἐφόδου· καὶ τὰ ἀκουσίως ἑτέρως· καὶ τοῖς μὲν θάνατον ἢ ὀξὰ σαυρῷ, ἢ τὸν διὰ λίθων, τοῖς δὲ ζημίαν, ἢ μάστιγας, ἢ τὸ τὰ ὅμοια παθεῖν οἷς ἔδρασεν· ὅκ ἔν καὶ ὑμεῖς τῷ διαφόρων ἁμαρτημάτων διαφόρως ποιεῖσθε καὶ τὰς τιμωρίας, ἵνα μή τις ἀδικία παρεμπεσοῦσα κινήσῃ τὸν Θεὸν πρὸς ἀγανάκτησιν· ἧς γὰρ ἂν ἀδίκου κρίσεως μέσοι τιν γένησθε, ταύτης καὶ τὸν ἀπὸ Θεοῦ λήψεσθε μισθόν· ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς κατηγόρους, καὶ μάρτυρας.

ΚΕΦΑΛ. μθ'.

ΚΑθίσαντες οὖν ἐπὶ τὸ κριτήριον παρόντων ἑκατέρων τῶν προσώπων, ὦ γὰρ ἐροῦμεν ἀδελφῶν μέχρις ἂ ἑαυτὸς ἐν εἰρήνῃ ἀπολάβωσιν, ἐρευνᾶτε ἀκριβῶς περὶ τῶν ἐγκεχομένων· καὶ πρῶτον περὶ τοῦ κατηγοροῦντος, εἰ πρώτῳ τοῦτο κατηγορεῖ· ἢ καὶ ἑτέροις τισὶν ἐκκλήματι κατενήνοχε· καὶ εἰ μὴ ἐκ μέμψεως αὐτῶν ἡ φιλονεικία καὶ τὸ ἔγκλημα ὑπόκειται· καὶ ὁποία τις ἡ ἀναστροφὴ αὐτοῦ ὑπάρχει· καὶ τοιοῦτος δὲ ὢν ἀξιοπιστότος, μὴ πιστεύεσθω μόνος· παράνομον γὰρ τὸ τοιοῦτον· ἀλλ' ἐχέτω καὶ ἑτέρους μάρτυρας ὁμοίους αὐτῷ τὸν τρόπον· καθὼς ὁ νόμος λέγει· ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα· διατὶ δὲ εἴπομεν τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπιζητεῖσθαι ὁποῖος τυγχάνει; ἐπειδὴ πολλάκις ἐγχωρεῖ καὶ τοὺς δύο καὶ τοὺς πλείονας ἐπὶ κακῷ μαρτυρῆσαι· καὶ συμφώνως προσλῦαι τῷ ψεύδει· ὡς τοὺς δύο πρεσβυτέρους κατὰ Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι· καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν παρανόμων κατὰ τοῦ Ναβουθαὶ ἐν Σαμαρείᾳ· καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων κατὰ τοῦ κυρίου ἐν Ἱερουσαλήμ. καὶ κατὰ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος αὐτοῦ· ἔσωσαν ἓν οἱ μάρτυρες πρᾳεῖς· ἀόργητοι· ἐπιεικεῖς· ἀγαπητικοί· σώφρονες· ἐγκρατεῖς· ἀπόνηροι· πιστοί· θεοσεβεῖς· ἡ γὰρ τῶν τοιούτων μαρτυρία, καὶ διὰ τοῦ τρόπου αὐτῶν βεβαία καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτῶν ἀληθὴς ὑπάρχει· τῶν δὲ μὴ τοιούτων μὴ παραδέχεσθε τιὼ μαρτυρίαν, κἂν συμφωνεῖν δοκῶσιν ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ· προσέταχται γὰρ ἐν τῷ νόμῳ, ὅκ ἔσῃ μετὰ πολλῶν ἐπὶ κακίᾳ· ὦ παραδέξῃ ἀκολουθίαν· ὦ συγκατατεθήσῃ πλήθει ἐκκλῖναι τὸ δίκαιον· ἐν μέρει δὲ καὶ τὸν κεκτημένον εἰδέναι ὀφείλετε, ὁποῖός ἐστι τῇ τοῦ βίου σωφροσύνῃ καὶ ἀναστροφῇ· εἰς μεμαρτυρημένος τὸν βίον· εἰ ἀνέγκλητος· εἰ ὁσιότητι ἐζηλωκώς· εἰ φιλόχρηστος· καὶ φιλόξενος· ἢ φιλόπτωχος· καὶ φιλάδελφος· εἰ μὴ αἰσχροκερδής· καὶ μὴ βρώτης· καὶ χρηματολάλαψ· εἰσώφρων, καὶ μὴ ἄσωτος· ἢ μέθησος· ἢ ἀργοφάγος· εἰ εὐσπλαγχνος καὶ μεταδοτικός.

Ὅπι

Ὅτι ἀνχωρεῖ τινα ἢ ἐκ προτέρων κακῶν μὴ ἀπαιτεῖσθαι τὰ δεύτερα.

ΚΕΦΑΛ. ν.

ΕΙ γὰρ αὐτῷ προϋπόκειται ἔργα φαῦλα ἤδη ἐκ μέρους, ἀληθεῖς ἂν εἶεν ἢ νῦν ἐπιφερόμενα αὐτῷ κατηγορίαι, εἰ μὴ ἄν αὐτῷ τὸ δίκαιον ἔχει σωναγωνιζόμενον· ἐγχωρεῖ γὰρ αὐτὸν ἁμαρτηκέναι μέν ποτε, τότε δὲ τῶ ἐγκλήματος ἄθῳον ὑπάρχειν· διὸ ἀκριβῶς περὶ τὰ τοιαῦτα νήφοντες, ἀσφαλεῖς ἢ βεβαίας ποιεῖσθε τὰς ἀποφάσεις κατὰ τῶ ἐλεγχθέντος· ἢ ἐὰν μὲν τὸν ἀφορισμὸν συγγνώμῃ αἰτῇ, ἢ πρόσπεσῃ τῷ ἐπισκόπῳ, ἢ ἡμαρτηκέναι ὁμολογῇ, προσδέξασθε αὐτόν· μήτε δὲ τὸν συκοφάντην ἀτιμώρητον ἐάσητε, ἵνα μὴ ἢ ἑτερόν τινα καλῶς βιῶντα βλασφημήσῃ· ἢ ἕτερόν τινα προξένηται τὰ ὅμοια αὐτῷ δρᾶσαι· μήτε μὴν τὸν ἐλεγχθέντα ἀνύβριστον· ὅπως μὴ ἕτερος τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθῃ· ἴστε γὰρ μάρτυς κακῶν ἀτιμώρητος ἔσαι· ἔθ' ὁ πλημμελῶν δίκης ἐκτός.

A

Quod contingat, ut ex prioribus peccatis, quæ quis commiſit, credatur commiſiſſe ſecunda.

CAPUT L.

SI enim jam ex parte maleficia ejus anteceſſerint, videbuntur vera crimina, quæ nunc objiciuntur, niſi jus ei ſuffragetur: ſiquidem contingere poteſt, ut is aliquando deliquerit, ſit autem alienus ab hoc crimine. Quocirca accurate, & vigilanter certa de his, & gravia contra reum convictum pronunciat. Quod ſi reus poſtquam ex eccleſia ejectus fuerit, veniam petierit, ſeque ſupplex ad pedes epiB ſcopi projecerit, & peccaſſe fateatur, recipite eum. Neque vero calumniatorem impunitum dimittis, ne quempiam recte viventem infamet; aut alium exemplo ſuo ad ejuſdem calumniam inferendam invitet, & commoveat: neque rurſus reum convictum ſine animadverſione contumelioſa relinquatis: ne alius eiſdem delictis implicetur: *Neque enim*, inquit, *teſtis malus impunitus abibit, neque qui deliquit, erit inultus.* *Proverb. 19 & 20*

Ὅτι οὐ χρὴ μονομερεῖς τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι.

ΚΕΦΑΛ. να.

ΕΙ δὲ πρὸμβυ δὲ ὅτι τὰς κρίσεις ἐ δίκαιον μονομερεῖς ποιεῖσθαι· ἐὰν γὰρ τῶ ἑνὸς προσώπου ἀκούσητε μὴ παρόντος τῶ ἑτέρου μηδὲ ἀπολογησαμένου πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα, προπετῶς ἐξενέγκητε ψῆφον κατακρίσεως, ἔνοχοι τῆς ἀναιρέσεως ἢ συμμέξητε τῷ συκοφάντῃ παρὰ Θεῷ ἀνρεθήσεσθε τῷ δικαίῳ κριτῇ· ὡς γὰρ ὁ κρατῶν κέρκου κυνός, ἵνα ὁ προέσθαι ἀλλοτρίας κρίσεως. ἐὰν δὲ μιμηταὶ γένησθε τῶν ἐν Βαβυλῶνι πρεσβυτέρων, οἵτινες κατεμαρτυρήσαντες τῆς Σωσάννης ἀδίκως κατεδίκασαν αὐτὴν εἰς θάνατον, ἔνοχοι τῆς ἐκείνων κρίσεως ἢ καταδίκης γένησθε ὅτι τὴν μὲν Σωσάνναν ὁ κύριος διὰ τῶ Δανιὴλ ἐρρύσατο ἐκ χειρὸς παρανόμων, τὰς δὲ ἐνόχους τῶ αἵματος αὐτῆς πρεσβυτέρους ἐν πυρὶ κατεδίκασεν· ὑμᾶς δὲ δι' αὐτῶ ὠνείδησε λέγων, ἵνα μωροὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ· ἐκ ἀνακρίναντες, ὀδὲ τὸ σαφὲς ἐπιγνόντες κατεκρίνατε θυγατέρα Ἰσραήλ· ἀναστρέψατε ἐν εἰς τὸ κριτήριον· ψευδῆ γὰρ ἔτοι κατεμαρτύρησαν αὐτῆς.

C

Quod non oporteat pronunciare judicia, altera tantum parte audita.

CAPUT LI.

DIximus vero non eſſe æquum, altera tantum parte audita, judicare; etenim ſi alterum audiatis, cum alter abeſt, & cum nihil ad illatum crimen reſponderit, ſententiam de damnatione ejus temerarie tuleritis, rei de cæde illius, & eadem cum illo calumniatore menſura commenſi eſſe, apud Deum judicem juſtum reperiemini: ut enim qui tenet caudam canis, ſic qui præeſt alieno judicio. Si vero ſenes illos, qui Babylone dictis con- *Dan. 13.* tra Suſannam teſtimoniis eam ad mortem damnarunt, imitemini, judicium, quod de eis factum eſt, & eorum condemnationem ſubibitis. Quoniam quidem Suſannam dominus Dper Danielem e manibus ſceleratorum eripuit: Senes autem ſanguinis Suſannæ reos ad ignem damnavit, ac vobis etiam per Danielis perſonam exprobravit, dicens, *ſic fatui* *Ibid* *filii Iſrael, qui neque habita quæſtione, neque cognita veritate filiam Iſrael condemnaſtis? Revertimini ad judicium, falſum enim teſtimonium contra eam dixerunt.*

Παράδειγμα τῶ δικαίου κρίματος ἢ τῶν ἔξωθεν δικασῶν περὶ τὰς ἀποφάσεις ἀσφάλεια.

ΚΕΦΑΛ. νβ'.

ΘΕάσασθε δὲ ἢ τὰ κοσμικὰ δικαστήρια· ὧν τῇ ἐξουσίᾳ ὁρῶμεν ἀγομένους φονεῖς· μοιχούς· φαρμακούς· τυμβωρύχους· λῃστὰς, ἢ τὰς ἀνακρίσεις αὐτῶν λαβόντες οἱ ἡγούμενοι ὑπὸ τῶν προσαγόντων, λέγουσι τῷ κακούργῳ, εἰ ταῦτα ἵνας ἔχει· κἀκείνου συγκαταθεμένου, ἐκ δεύτερον ἐπὶ τὰ κόλασιν αὐτὸν ἐκπέμπουσιν, ἀλλὰ πλείοσιν ἡμέραις ποιοῦνται αὐτῶ τὴν ἐξέτασιν μετὰ συμβουλίας πολλῆς, ἢ παραπετάσματος μέσου· τελευταῖον ὅρον ἢ ψῆφον θανάτου ὁ μέλλων ἐκφέρειν κατ' αὐτῶ, πρὸς τὸν ἥλιον ἐπάρας τὰς χεῖρας, διαμαρτύρεται ἀθῶος ὑπάρ-

E

Exemplum juſti judicii, & cautio Gentilium in pronunciandis ſententiis.

CAPUT LII.

DEinde contemplamini judicia ſæcularia, quorum poteſtate videmus trahi parricidas, adulteros, veneficos, ſepulcrorum violatores latrones. Hi enim ſtatim, ut ab iis, qui reos in judicio ſiſtunt, quæſtiones de eis habitas acceperunt, quærunt ex malefico ipſo, an ita ſe res habeat; ille vero ſi ait, non ſtatim mittitur ad ſupplicium, immo pluribus diebus cum multa deliberatione ac conſultatione, & interjecto velo, inquiritur in eum. Poſtremo, qui ſuffragium de capite contra eum laturus eſt, ſublatis manibus ſolem teſtatur, innocentem ſe eſſe, ac mundum

a ſanguine hominis illius. Itaque iſti quamvis Gentiles, qui neque Deum noverunt, neque ſciunt vindicari a Deo eos, qui innocenter condemnati ſunt; tamen cavent.

Quod non oporteat, ut fideles habeant adverſum ſe aliquid.

CAPUT LIII.

VOS vero qui ſcitis, quis noſter Deus ſit, & qualia ejus judicia, quomodo poteritis judicium veſtrum per violentiam, & impetum pronunciare, cum illico illud pateat Deo? quod quidem ſi juſtum ſit, juſte & nunc, & in futuro remunerandi ſitis: ſin vero injuſtum, rurſus parem mercedem reportaturi: ergo conſilium vobis fratres damus, ut ſtudeatis meritam laudem potius a Deo ferre, quam vituperationem: laus namque Dei eſt hominibus vita immortalis, ut contra vituperatio, ſempiterna mors. Quocirca eſtote æqui judices, pacifici, ira vacui. *Qui enim temere fratri ſuo iraſcitur, reus erit judicii.* Quod ſi alicujus opera in aliquem iraſci contingat, *ne occidat ſol ſuper iracundiam veſtram: iraſcimini* enim, inquit David, *& noli te peccare*: fiat cito reconciliatio pacis; ne ira reſidens efficiatur injuriæ recordatio, & peccatum pariat. *Animæ* enim, inquit Salomon, *memores injuriarum in mortem*. Ait præterea dominus Jeſus Chriſtus in evangelio, *ſi offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adverſus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum.* Munus vero Deo cujuſque precatio, & gratiarum actio. Si igitur habes aliquid adverſus fratrem tuum, aut ipſe habet aliquid adverſum te, neque precationes quidem tuæ, neque gratiarum actiones, quia ſubeſt ira, exaudientur. Oportet autem, fratres, aſſidue precari, ſed quoniam eos, qui cum fratribus inimicitias, & ſimultates irate, & injuſte exercent, Deus non exaudit, quamvis ter in hora preces adhibeant; idcirco tollenda eſt omnis inimicitia & exiguitas animi, ut poſſimus puro & mundo corde precari. Atqui vel inimicos præcipit nobis dominus diligere, non autem amicos odio habere; & legislator ait: *Ne oderis omnem hominem, ne habeas odio fratrem tuum in corde tuo: arguendo argues fratrem tuum, & ne ſuſcipias peccatum propter ipſum. Non habebis odio Ægyptium, quia advena fuiſti apud eum. Non habebis odio Idumæum, quoniam frater tuus eſt:* & David ait, *ſi reddidi retribuentibus mihi mala.* Quare ſi Chriſtianus eſſe vis, ſequere legem domini, *diſſolve omne vinculum iniquitatis*, in te enim poſuit dominus poteſtatem remittendi peccata in te commiſſa uſque ſeptuageſies ſeptem; hoc eſt, quadringenta nonaginta. Quoties ergo fratri tuo delicta remiſiſti, ut nolis etiam nunc eidem remittere? Cum tamen Zachariam audias, qui ait, *unuſquiſque malum proximi ſui ne reputetis in cordibus veſtris*. At tu injuriæ memor es, & inimicitiam retines, in judicium venis, & iracundiam obſervas, & precibus tuis obſiſtis. Quod ſi fratri tuo pepercisti remiſſis quadringentis nonaginta peccatis, fac pro-

Matth. 5.

Epheſ. 4. Pſalm. 4.

Matth. 5.

Levit. 19.

Deut. 23.

Pſalm. 7. Iſaiæ 58.

Zach. 8.

χειν τῶ αἵματος τῶ ἀνθρώπω, καί τι ὄντες ἐθνικοί, κ᾽ ὐ γινώσκοντες θεότητα, ἢ τλὼ εἰς αὐτὸς ἀπὸ Θεῦ ἄμωναν ὑπὲρ τῶ ἀναιτίως κατακεκριμένων, ἀποφύγωσιν.

Ὅτι μὴ χρὴ κατ᾽ ἀλλήλων ἔχειν τοὺς πιστούς.

ΚΕΦ Α΄ Λ. νγ΄.

Ὑμεῖς δὲ γινώσκοντες τίς ὁ Θεὸς ἡμῶν κ᾽ ὁποία τὰ κρίματα αὐτῦ, πῶς ἂν κατ᾽ ἐπήρειαν δυνήσεσθέ τινι ἀποφασιν δῶναι τῆς κρίσεως ὑμῶν παράχρημα γινωσκομένης Θεῶ; κὰ εἰ μὴ δικαίως ἐκρίνατε, δικαίων ἀμοιβῶν κατυξιωθήσεσθε κὰ νῦν κ᾽ εἰς αὖθις· εἰ δὲ ἀδίκως, πάλιν τῶ ὁμοίων τεύξεσθε· ἡμεῖς μὰ οὖν ἀδελφοὶ συμβουλόμεθα ὑμῖν μᾶλλον ἐπαίνων ἀξιῦσθαι παρὰ Θεῶ ἢ ψόγων· ὅτι Θεῦ ἔπαινος ζωὴ αἰώνιος ἀνθρώποις, ὥσπερ κ᾽ ὁ ψόγος θάνατος αἰώνιος· διὸ γίνεσθε δίκαιοι κριταὶ· εἰρηνοποιοί· ἀόργητοι· ὁ ὀργιζόμενος γὰρ τῶ ἀδελφῶ αὐτῦ εἰκῆ ἔνοχος ἔσαι τῆ κρίσει· εἰ δὲ ἐξ συμβῆ ἐξ ἐνεργείας τινὸς ὀργισθῆναι ὑμᾶς κατά τινος, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδύετω ἐπὶ τῆ ὀργῆ ὑμῶν· ὀργίζεσθε γὰρ φησιν ὁ Δαβὶδ, κ᾽ μὴ ἁμαρτάνετε· τυτέστι, ταχέως διαλλάσεσθε, ὅπως ἡ μὴ ἐπίμονος ὀργὴ μνησικακίαν ἐνέγκῃ, κ᾽ ἁμαρτίαν ἀπεργάσῃται· ψυχαὶ γὰρ μνησικάκων εἰς θάνατον, φησὶν ὁ Σολομών· λέγει δὲ ὁ κύριος ὑμῶν κ᾽ σωτὴρ Ἰησῦς ὁ Χριστὸς ἐν εὐαγγελίοις. ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σε ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κ᾽ ἐκεῖ μνηθῆς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σε ἔμπροσθεν τῦ θυσιαστηρίε· κ᾽ ὕπαγε πρῶτον διαλλάγηθι τῶ ἀδελφῶ σε· κ᾽ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σε· δῶρον δέ ἐστι Θεῶ ἡ ἑκάστε προσευχὴ κ᾽ δίκαιος· ἐὰν οὖν ἔχῃς τι κατὰ τῦ ἀδελφῦ σε, ἢ αὐτὸς ἔχῃ τι κατὰ σῦ, οὔτε αἱ προσευχαί σε εἰσακουσθήσονται, οὔτε αἱ δίκαιοι προσδεχθήσονται, διὰ τλὼ ὑποκειμένω ὀργλώ· χρὴ δὲ συνεχῶς προσεύχεσθαι ὑμᾶς ἀδελφοί· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῶ ὀργαῖς ἀδίκως ἐνθρανόντων ἀδελφαῖς ὁ Θεὸς οὐκ ἐπακούει, κ᾽ ἐὰν τρὶς τῆς ὥρας προσεύξωνται, χρὴ διαλύειν πᾶσαν ἔνθραν κ᾽ μικροψυχίαν, ἵνα δυνώμεθα προσεύχεσθαι καθαρᾶ τῆ καρδίᾳ κ᾽ ἀρύπῳ· καί τοί γε κ᾽ ἐχθρὸς ὁ κύριος ἀγαπᾶν προσέταξεν οὐχὶ δὲ κ᾽ τὰς φίλας μισεῖν· κὰ ὁ νομοθέτης φησίν· οὐ μισήσεις ἄνθρωπον· οὐ μισήσεις τὸν ἀδελφόν σε τῆ διανοίᾳ σε· ἐλεγμῶ ἐλέγξεις τὸν ἀδελφόν σε· κ᾽ οὐ λήψῃ δι᾽ αὐτὸν ἁμαρτίαν· οὐ μισήσεις Αἰγύπτιον, ὅτι πάροικος ἦδα παρ᾽ αὐτῶ· οὐ μισήσεις Ἰδυμαῖον, ὅτι ἀδελφός σε ἐστὶ, κ᾽ ὁ Δαβὶδ λέγει· εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδῦσί μοι κακά. ὅθεν εἰ Χριστιανὸς θέλεις εἶναι, ἐξακολούθει τῶ τῦ κυρίε νόμῳ· λῦε πάντα συνδεσμον ἀδικίας· ἐπί σοι γὰρ ὁ κύριος ἐξυσίαν ἔθετο ἀφιέναι ἁμαρτίας τῶ ἀδελφῶ τὰς εἰς σὲ γνωμένας, ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά· τυτέστι, τετρακοσίας ἐνενήκοντα· τοσάκις ἦν ἤδη ἀφῆκας τῶ ἀδελφῶ σε, ἵνα μὴ θελήσῃς αὐτῦ ἀφιέναι κ᾽ νῦν; καί τοι ἀκύσας τῦ Ἱερεμίε λέγοντος· ὅτι ἕκασος τλὼ κακίαν τῦ πλησίον αὐτῦ μὴ λογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· σὺ δὲ μνησικακεῖς, κὰ σωτῆρεῖς ἔχθραν κ᾽ ἐπὶ κρίσιν ἔρχῃ κ᾽ μείζω ὑφορᾶ, κ᾽ ἡ προσευχή σε ἐμποδίζεται. ἀλλ᾽ εἰ κὰ τὰ τετρακόσια ἐνενήκοντα ἀφεὶς τῶ ἀδελφῶ σου, πλεόνασον τλὼ ὀργησίαν ἐπὶ πλεῖον εἰς ἀγα-

θωσύ-

θωσιώλω δὲ ἑαυτόν· καὶ ἐκεῖνος μὴ ποιεῖ, ἀλ-
λάγε σὺ διὰ τὸν Θεὸν σπούδαζε ἀφιέναι τῷ
πλησίον, ὅπως γένῃ υἱὸς τοῦ πατρός σου τοῦ
ἐν οὐρανοῖς, καὶ προσδέχόμενος ὑπακούῃ ὡς φί-
λος Θεοῦ.

pter teipſum, ut magis adhuc aucta iræ vacuitas affluat in benignitatem: & ſi ille non facit, at ſtude tu propter Deum, ut fratri ignoſcas, *ut ſis filius patris tui, qui in cœlis eſt*, & ut audiaris tanquam amicus Dei, cum facis precationem. *Matth.* 5.

Ὅτι χρὴ τὸς ἐπισκόπους τὰ περὶ εἰρήνης διὰ τοῦ διακόνου ὑπομιμνήσκειν τῷ λαῷ.

Quod oporteat, ut epiſcopi populum de pace per diaconum admoneant.

ΚΕΦΑΛ. νδ'.

Διὰ τοῦτο ὦ ἐπίσκοποι μελλόντων ὑμῶν εἰς προσ-
χὴν ἀφαντᾶν μετὰ τὴν ἀνάγνοσιν καὶ τὴν ψαλ-
μῳδίαν, καὶ τὴν ἐπὶ ταῖς γραφαῖς διδασκαλίαν, ὁ διά-
κονος ἐσὼς πλησίον ὑμῶν μὴ ὑψηλῆς φωνῆς λεγέτω,
μήτις κατά τινος· μήτις ἐν ὑποκρίσει· ἵνα ἐὰν δ' τρε-
θῇ τίσιν ἀντιλογία, σωνειδήσει κρωθέντες, δεη-
θῶσι τοῦ Θεοῦ, καὶ διαλλαγῶσι τοῖς ἀδελφοῖς. εἰ γὰρ
τὸς ἐν οἰκία τινὸς εἰσερχομένους πρὸ πάντων δεῖ λέγειν,
εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ, ὡς υἱὸς εἰρήνης εἰρήνην χαει-
ζομένους τοῖς ἀξίοις καθὼς γέγραπται τοῖς ἐγγὺς καὶ
τοῖς μακρὰν, ὅς ἐγνο κύριος ὄντις αὐτοῦ, πολὺ μᾶλλον
τὸς ἐν ἐκκλησίᾳ Θεοῦ εἰσερχομένους χρὴ πρὸ πάντων
ἐπεύχεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰρήνην· εἰ δὲ ἄλλοις ταύτην
ἐπεύχεται, πολὺ μᾶλλον αὐτὸς αὐτῆς ἐντὸς ὑπαρχέτω
ὡς τέκνον φωτός· ὁ γὰρ μὴ ἔχων αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ, ἐκ
ἔστιν, ἀξιόπιστος, ἄλλοις αὐτὴν χαρίζεσθαι· διὸ πρὸ
πάντων χρὴ εἰς ἑαυτὸν εἰρηνεύειν αὐτόν· ὁ γὰρ μὴ πρὸς
ἑαυτὸν συμφιλιάζον, ὁ δ' ἂν πρὸς ἄλλον διαμαχεσθήσε-
ται· ἀλλ' ἔσαι εἰρηνικός· φιλικός· συναγων τὰ τοῦ
κυρίου· καὶ συνεργὸς αὐτοῦ γινόμενος πρὸς τὸ
πλεονάσαι αὐτῷ τὸς σωζομένους ἐν ὁμονοίᾳ. οἱ
γὰρ ἐπινοοῦντες ἔχθρας καὶ μάχας ἀντιλογίας
καὶ κρίσεις, πονηροὶ καὶ τοῦ Θεοῦ ἀλλότριοι τυγχά-
νουσιν.

Ἀπαρίθμησις διαφόρων προνοίας· καὶ ὅπως ἐξ ἀρ-
χῆς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς
εἰς μετάνοιαν πάντας.

ΚΕΦΑΛ. νέ.

Ὁ Γὰρ Θεὸς, Θεὸς ὢν ἐλέους, ἀπ' ἀρχῆς ἑκάστην
γενεὰν ἐπὶ μετάνοιαν καλεῖ διὰ τῶν δικαίων καὶ
τῶν προφητῶν· καὶ τὸς μὲν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ,
διὰ τοῦ Ἄβελ καὶ Σὴμ, καὶ Σὴθ, ἔτι δὲ Ἐνὼς, καὶ τοῦ
μετατεθέντος Ἐνὼχ ἐσωφρόνιζε. τὸς δὲ ἐν τῷ κατα-
κλυσμῷ, διὰ τοῦ Νῶε· τὸς ἐν Σοδόμοις, διὰ τοῦ
φιλοξένου Λὼτ· τὸς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, διὰ Μελ-
χισεδὲκ καὶ τῶν πατριαρχῶν· καὶ τοῦ θεοφίλους Ἰὼβ·
τὸς ἐν Αἰγύπτῳ, διὰ Μωσέως· τὸς Ἰσραηλίτας
δὲ αὐτοῦ καὶ Ἰησοῦ καὶ Χαλὲβ καὶ Φινεὲς καὶ τῶν λοιπῶν· τὸς
μετὰ νόμον, διὰ ἀγγέλων καὶ προφητῶν· τὸς αὐτὸς,
διὰ τῆς ἰδίας ἀνθρωπήσεως τῆς ἐκ παρθένου γενο-
μένης· τὸς πρὸ μικρᾶς τῆς ἀναδείξεως αὐτοῦ τῆς σω-
ματικῆς, διὰ Ἰωάννου τοῦ προδρόμου· τὸς δ' αὐτὸς,
διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ μετὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ λέγων· με-
τανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· τὸς
μετὰ τὸ πάθος αὐτοῦ δι' ὑμῶν τῶν δώδεκα καὶ τοῦ τῆς
ἐκλογῆς σκεύους Παύλου· ἡμεῖς οὖν οἱ καταξιωθέν-
τες εἶναι μάρτυρες τῆς παρουσίας αὐτοῦ σὺν Ἰακώ-
βῳ τῷ τοῦ κυρίου ἀδελφῷ, καὶ ἑτέροις ἑβδομήκοντα
δύο μαθηταῖς, καὶ τοῖς ἑπτὰ διακόνοις αὐτοῦ ἐκ
σόματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠκούσαμεν,

Ideirco, epiſcopi, cum eundum vobis erit ad orationem, poſt lectionem, & cantum pſalmorum, ac poſt doctrinam de ſcripturis, dicat diaconus ex loco vobis vicino voce magna, nemo contra aliquem, nemo cum ſimulatione: ut ſi in nonnullis controverſia reperiatur, conſcientia perculſi precentur dominum, ut fratri reconcilientur. Etenim ſi qui ingrediuntur cujuſpiam domum, primum dicere debent, *Pax huic domui*, tanquam filii pacis pacem dignis tribuentes, ſicut ſcriptum eſt, iis, qui prope, & iis, qui longe, quos novit dominos ſuos eſſe, multo magis qui in eccleſiam Dei ingrediuntur, in primis pacem Dei precari debent; qui vero hanc aliis precatur, multo magis curare debet, ut idem intra eam tanquam filius lucis habitet. Qui enim in ſe non habet pacem, non eſt fide & auctoritate dignus ad tribuendum eam aliis. Quocirca primum oportet ipſum eſſe ſecum in pace. Qui enim ſecum non diſſidet, neque cum alio pugnabit; quin potius erit ſtudioſus pacis, benevolus, colligens ea quæ domini ſunt, adjutorque ejus ad augendum numerum eorum, qui idem ſentiendo ſalvi fiunt. Qui enim inimicitias, pugnas, controverſias, & lites excogitant, improbi ſunt, & a Deo alieni. *Matth.* 10. *Luc.* 10.

Recenſetur varia providentia Dei, & quemadmodum ſingulas generationes a principio ad pœnitentiam vocavit.

CAPUT LV.

Deus enim, *miſericordiæ Deus*, a principio ſingulas generationes ad pœnitentiam per juſtos, & prophetas vocat, & alios quidem ante diluvium corrigebat per Abel, Sem, Seth, item per Enos, & Enoch translatum, alios vero rurſus in ipſo diluvio per Noe: Sodomitas per hoſpitalem illum Lot: poſt diluvium per Melchiſedech, & Patriarchas, & per Job, quem habuit Deus cariſſimum: eos qui in Ægypto erant, per Moyſen: Iſraelitas per ipſum Moyſen, & per Jeſum, ac Caleph, & Phineem, & reliquos: Poſt legem per angelos, & prophetas, & eoſdem per adventum ſuum in carne ex virgine ſumpta; alios paulo antequam eſſet oſtenſus, per Joannem præcurſorem: eoſdem vero etiam per eundem, & poſt ortum ſuum, cum ajebat, agite pœnitentiam, appropinquavit enim regnum cœlorum: poſt paſſionem ſuam vocat per nos duodecim, & per Paulum vas electionis. Nos igitur, quos voluit teſtes eſſe adventus ſui una cum Jacobo fratre domini, & aliis ſeptuaginta duobus diſcipulis, ac ſeptem diaconis ſuis, audivimus ex ore domini noſtri Jeſu Chriſti, & opti-

2. *Cor.* 1. *Gen.* 2. *Gen.* 7. *Gen.* 9. *Gen.* 14. *Matth* 3. *Marci* 1. *Luc.* 3. *Matth* 3.

Rom. 12. me edocti, dicimus *quanam sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta*, quæ nobis per Jesum Christum declarata est, scilicet ne ullus pereat, sed potius omnes homines, cum ei uno consensu crediderint, laudibus eundem uno animo, & ore celebrantes, iidem in sempiternum vivant.

Quod voluntas Dei sit, ut omnes homines in religione pia consentiant ad imitationem Angelorum

CAPUT LVI.

HOC enim est quod dominus docuit, ut cum precationem facimus, patri ejus dicamus, *fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra*, ut sicut cœlites naturæ incorporeæ cuncti Deum uno consensu laudant, sic etiam in terra cuncti homines uno ore, & uno animo, concelebrent solum Deum unum, & verum per Christum unigenitum. Voluntas itaque Dei est, ut ipsum idem sentiendo laudemus, idemque dicendo veneremur. *Hæc est* enim *voluntas Dei in Christo, ut multi in eo sint salvi*, & non potius, ut ei incommodemus, neque ecclesiam ejus imminuamus: aut contrahamus numerum ad pauciores vel una anima hominis a vobis accisa, quæ cum per pœnitentiam alioqui servari posset, interierit tamen non solum a propria ira, sed etiam vestris insidiis, ita ut ad exitum perductum sit, quod scriptum est, *qui non congregat mecum, dispergit*, qui vero sic dispersor est, adversarius est ovium, inimicus Dei, agnorum laniator, quorum fuit pastor dominus: & quos nos ex variis Gentibus, & linguis congregavimus multa solicitudine, & periculo, ac labore assiduo pervigilando, famem tolerando, humi cubando, persecutiones, verba, & carceres sustinendo, ut voluntati Dei obsequentes triclinium accubantibus impleremus, id est, impleremus sacram Catholicam ecclesiam iis, qui invitati lætentur, & exultent: laudentque, ac celebrent Deum, qui per nos ad vitam eos vocavit: Nos, inquam, congregavimus, vos vero quantum in vobis fuit, dispersistis. Et vos vero laici pacem & mutuam concordiam servate, ac studete, ut tanquam prudentes ecclesiam Dei amplificetis, & oves, quæ habentur pro feris, & agrestibus, ad eam reducatis, & mitigetis, & in pristinum statum restituatis. Atque hæc quidem est maxima a Deo promissa merces, *si eduxeris*, inquit, *ex indigno dignum, & honoratum, sicut os meum eris*.

Matth. 6. Rom. 15. Matth. 12. Cor. 11. Hier. 15.

Descriptio ecclesiæ & cleri, quid unusquisque facere debeat clericis congregatis, vel laicis in Synaxi.

CAPUT LVII.

TU vero, episcope, sis sanctus, omni nota carens, non percussor, non iracundus, non sævus, sed potius ædificator, convertendi, docendi, constituendi studiosus, tolerans, lenis, mitis, longanimis, monitor, consolator tanquam homo Dei. Cum vero ecclesiam Dei convocas, tanquam magnæ navis gubernator jube cum omni prudentia congregari, præcipiens diaconis, veluti nautis, ut

καὶ ἀκριβῶς εἰδότες λέγομεν, τί ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον τὸ διὰ Ἰησοῦ γνωσθὲν ἡμῖν, ἵνα μηδεὶς ἀπόληται· ἀλλὰ πάντες ἄνθρωποι συμφώνως πιστεύσαντες αὐτῷ, αἶνον σύμφωνον ἀναπέμψαντες αὐτῷ ζήσωσιν αἰωνίως.

Ὅτι θέλημα Θεοῦ· ὁμόφρονας εἶναι τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν εὐσέβειαν, παραπλησίως τοῖς ἐν οὐρανῷ δυνάμεσι.

ΚΕΦΑΛ. νϛ'.

ΤΟῦτο γάρ ἐστιν ὃ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ κύριος προσευχομένους λέγειν τῷ πατρὶ αὐτοῦ, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὅπως ὡς αἱ ἐπουράνιοι φύσεις τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων πᾶσαι δοξάζουσι τὸν Θεὸν συμφώνως, ὕτω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πάντες οἱ ἄνθρωποι ἐν ἑνὶ σώματι καὶ μιᾷ διαθέσει δοξάζωσι τὸν μόνον Θεὸν τὸν ἕνα καὶ ἀληθινὸν διὰ τοῦ μονογενοῦς Χριστοῦ· θέλημα οὖν αὐτοῦ ἐστιν αἰνεῖν αὐτὸν ὁμοφρόνως καὶ προσκυνεῖν αὐτὸν συμφώνως· τοῦτο γὰρ αὐτοῦ ἐστι θέλημα ἐν Χριστῷ, πολλοὺς εἶναι τοὺς σωζομένους ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ μὴ ζημιῶν αὐτόν· μηδὲ ἐλαττονεῖν ὑμᾶς τὴν ἐκκλησίαν· ἢ συλλέγειν τὸν ἀριθμὸν διὰ μιᾶς ψυχῆς ἀνθρώπου ὑφ' ὑμῶν ἀναιρεθείσης, ἥτις ἠδύνατο σωθῆναι διὰ μετανοίας· ἀπώλετο δὲ ὁ μόνον ἐξ ἰδίας ὀργῆς, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐξ ὑμετέρας ἐπιβουλῆς. καὶ ἐπληρώσατε τὸ γεγραμμένον· ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει· πιστὸς δὲ ὢν, σκορπιστὴς· προβάτων ἀντίδικος Θεοῦ ἐχθρός· τῆς ἀρνίων φθορᾶς, ὧν ὁ κύριος ποιμὴν ὑπῆρξε· καὶ ἡμεῖς συναγωγοὶ ἐκ διαφόρων ἐθνῶν· καὶ γλωσσῶν ἐν πολλῷ μόχθῳ, καὶ κινδύνῳ καὶ κόπῳ διωκεῖ· ἀγρυπνίαις ἀσιτίαις· χαμευνίαις· διωγμοῖς· πληγαῖς· φυλακαῖς· ἵνα τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ ποιήσαντες πληρώσωμεν τὸν τρίκλινον τῆς ἀνακειμένων, τουτέστι, τὴν ἱερὰν καὶ καθολικὴν ἐκκλησίαν ἐφραιομένων· τῆς κλητῶν καὶ ἀγαλλιωμένων· ὑμνούντων καὶ δοξαζόντων τὸν καλέσαντα αὐτοὺς δι' ἡμῶν εἰς ζωὴν Θεόν. ὑμεῖς ὅσον τὸ ἐφ' ὑμῖν διεσκορπίσατε· καὶ ὑμεῖς δὲ οἱ λαϊκοὶ εἰρηνεύετε πρὸς ἀλλήλους σπουδάζοντες ὡς φρόνιμοι τὴν ἐκκλησίαν αὐξειν· καὶ τὰ νομιζόμενα ἄγεια ἐπισρέφειν εἰς αὐτὴν καὶ ἐξημεροῦν καὶ ἀποκαθιστᾶν· καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ μέγιστος ἐξ ἐπαγγελίας μισθὸς παρὰ Θεοῦ, ἐὰν ἐξαγάγῃς ἐξ ἀναξίου ἄξιον καὶ τίμιον, ὡς στόμα μου ἔσῃ.

Διατύπωσις ἐκκλησίας καὶ κλήρου καὶ τί ἕκαστος ἐπιτηδεῖν ὀφείλει τῶν συναθροιζομένων κληρικῶν ἢ λαϊκῶν ἐν τῇ συνάξει.

ΚΕΦΑΛ. νζ'.

ΣΥ δὲ ὁ ἐπίσκοπος ἔσο ἅγιος· ἄμωμος· μὴ πλήκτης, μὴ ὀργίλος· μὴ ἁπλοῦς· ἀλλ' οἰκοδόμος, ἐπιστροφεύς· διδακτικός· ἀνεξίκακος· ἠπιόθυμος· πραΰς· μακρόθυμος· παραινετικός· παρακλητικός, ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος· ὅταν δὲ συναθροίζῃς τὸν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν ὡς ἂν κυβερνήτης νηὸς μεγάλης μετ' ἐπιστήμης πάσης· κέλευε ποιεῖσθαι τὰς σιντύσεις, παραγγέλλων τοῖς διακόνοις ὡσανεὶ ναύταις τὸν τόπους ἑτοιμάσειν

σεῖ τοῖς ἀδελφοῖς, καθάπερ ἐπιβάταις μὴ πάσης ἐπιμελείας καὶ σεμνότητος. Καὶ πρῶτον μὲν ὁ οἶκος ἔστω ἐπιμήκης, κατ' ἀνατολὰς τετραμμένος· ἐξ ἑκατέρων τῆς μερῶν τὰ παστοφόρια πρὸς ἀνατολήν, ὅσις ἔοικε νηΐ· κεῖσθω δὲ μέσος ὁ τοῦ ἐπισκόπου θρόνος. παρ' ἑκάτερα δὲ αὐτοῦ κατεζέσθω τὸ πρεσβυτέριον, καὶ οἱ διάκονοι παεισάθωσαν εὐσταλεῖς τῆς πλείονος εὐθήτος, εὐοίκασι γὰρ ναύταις καὶ τοιχάρχοις· πρόνοια δὲ τούτων εἰς τὸ ἕτερον μέρος οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης ἡσυχίας καὶ εὐταξίας· καὶ αἱ γυναῖκες κεχωρισμένως καὶ αὗται καθεζέσθωσαν σιωπὴν ἄγουσαι· μέσος δ' ὁ ἀναγνώστης ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἑστώς· ἀναγινωσκέτω τὰ Μωσέως καὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ· τὰ τῆς κριτῶν καὶ τῆς βασιλειῶν· τὰ τῆς παραλειπομένων καὶ τὰ τῆς ἐπανόδου· πρὸς τούτοις τὰ τοῦ Ἰὼβ καὶ τοῦ Σολομῶνος· καὶ τὰ τῶν ἑκκαίδεκα προφητῶν· ἀνὰ δύο δὲ γρυμένων ἀναγνωσμάτων· ἕτερός τις τοὺς τοῦ Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους· καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑπαναλλέτω· μετὰ τοῦτο αἱ πράξεις αἱ ὑμέτεραι ἀναγινωσκέσθωσαν· καὶ ἐπιστολαὶ Παύλου τοῦ σωεργοῦ ἡμῶν· ἃς ἐπέστειλε τοῖς ἐκκλησίαις καθ' ὑφήγησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ μὴ ταῦτα διάκονος ἢ πρεσβύτερος ἀναγινωσκέτω τὰ εὐαγγέλια· ἃ ἐγὼ Ματθαῖος, καὶ Ἰωάννης παρεδώκαμεν ὑμῖν· καὶ ἃ οἱ σωεργοὶ Παύλου παρειληφότες κατέλειψαν ὑμῖν Λουκᾶς καὶ Μάρκος· καὶ ὅταν ἀναγινωσκόμενον ἢ τὸ εὐαγγέλιον, πάντες οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι, καὶ πᾶς ὁ λαὸς σηκέτωσαν μὴ πολλῆς ἡσυχίας· γέγραπται γὰρ, σιώπα, καὶ ἄκουε Ἰσραήλ· καὶ πάλιν· σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι καὶ ἄκουσον. καὶ ἐξῆς παρακαλείπωσαν οἱ πρεσβύτεροι τὸν λαὸν ὁ καθεὶς αὐτῆς, ἀλλὰ μὴ ἅπαντες· καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἐπίσκοπος, ὡς ἔοικε κυβερνήτης· σηκέτωσαν δὲ οἱ μὲν πυλωροὶ εἰς τὰς εἰσόδους τῶν ἀνδρῶν, φυλάσσοντες αὐτὰς, * οἱ δὲ διάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν δίκλιν ναοσολόγων· καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ σκιυῇ τοῦ μαρτυρίου ὁ αὐτὸς παρηκολούθει λόγος καὶ τύπος, καὶ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ· εἰ δέ τις εὑρεθῇ παρὰ τόπον καθεζόμενος, ἐπιπλησσέσθω ὑπὸ τοῦ διακόνου ὡς προφήτου, καὶ εἰς τὸν καθήκοντα αὐτῷ τόπον μεταγέσθω· ἐ μόνον γὰρ γυνὴ, ἀλλὰ καὶ ἀνδρὶ ὁμοίωται ἡ ἐκκλησία· ὡς γὰρ οἱ ποιμένες ἕκαστον τῶν ἀλόγων, αἰγῶν φημι καὶ προβάτων κατὰ συγγένειαν καὶ ἡλικίαν ἑσῶσι· καὶ ἕκαστον αὐτῶν τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ συνέχει, ὅπως καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· οἱ μὲν νεώτεροι ἰδίᾳ καθεζέσθωσαν, ἐὰν ᾖ τόπος· εἰ δὲ μὴ, σηκέτωσαν ὀρθοί. οἱ δὲ τῇ ἡλικίᾳ ἤδη προβεβηκότες καθεζέσθωσαν ἐν τάξει· τὰ δὲ παιδία ἐσῶτι προσλαμβανέσθωσαν αὐτῶν οἱ πατέρες, καὶ μητέρες· αἱ δὲ νεώτεραι πάλιν ἰδίᾳ, ἐὰν ᾖ τόπος· εἰ δὲ μήγε, ὄπισθεν τῶν γυναικῶν ἑστάσθωσαν· αἱ δὲ ἤδη γεγαμηκυῖαι καὶ τεκναρχοῦσαι ἰδίᾳ ἑστάσθωσαν· αἱ παρθένοι δὲ καὶ αἱ χῆραι καὶ πρεσβύτιδες πρῶτοι πασῶν σηκέτωσαν, ἢ καθεζέσθωσαν· ἔσω δὲ τῶν τόπων προνοεῖν ὁ διάκονος· ἵν' ἕκαστος τὴν εἰσερχομένων εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὁρμᾷ, καὶ μὴ παρὰ τὸ ἐνδέοντα καθέζωνται· ὁμοίως ὁ διάκονος ἐπισκοπείτω τὸν λαὸν, ὅπως μήτις ψιθυρίσῃ· ἢ νυστάξῃ· ἢ γελάσῃ· ἢ νεύσῃ· χρὴ γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ ἐπισήμονας, καὶ νηφαλέους, καὶ ἐγρηγορότως ἑσάναι ἐκτετιμένους ἔχοντα τὸν ἀκοὴν ἐπὶ τὸν τοῦ κυρίου λόγον· καὶ μὴ τοῦτο συμφώνως ἅπαντες ἐξαναστάντες, καὶ ἐπ' ἀνατολὰς κατανοήσαντες μὴ τῶν κατηχουμένων καὶ τῶν μετανοούντων ἔξοδον προσδοξάσθωσαν τῷ Θεῷ τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ κατὰ ἀνατολὰς, ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατὰ ἀνατολὰς * παραδείσου· ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας

A loca fratribus tanquam navigantibus valde accurate, & honeste disponant. Ac primum quidem sit ædes oblonga Orientem versus navi similis, utrinque pastophoria in Orientem. Sit solium episcopi in medio positum, & ex utroque ejus latere sedeant presbyteri, & astent diaconi succincti, & expediti sine multa veste; sunt enim illi similes nautis, hi illis, qui per foros navis cursitant. Sit autem horum cura, ut laici in altera parte, ordine, & decore, & quiete sedeant, item, ut sedeant mulieres separatim, ac cum silentio; in medio autem lector ex loco edito legat libros Moysis, & Jesu Nave, Judicum & Regum, item Paralipomena, & Esdram de reditu populi, præterea Job, & Salomonem: ad hæc sexdecim prophetas: peractis vero binis lectionibus de binis libris, alius quispiam psalmos David canat, populus vero initia versuum, quæ dicuntur acrostichia, succinat. Deinde acta nostra legantur, item epistolæ Pauli adjutoris nostri, quas ecclesiis misit Spiritus sancti instinctu dictatas. Postea diaconus aut presbyter evangelia legat, quæ ego Matthæus & Joannes tradidimus vobis, & quæ adjutores Pauli, Lucas, & Marcus acceperunt, ac vobis reliquerunt, & cum legetur evangelium, presbyteri & diaconi, universusque populus magno cum silentio stent: scriptum est enim, *tace, & audi Israel*. Et rursus, *tu autem sta ibi, & audies*. Deinde hortentur populum presbyteri, non omnes simul, sed singulatim, & postremus omnium episcopus, qui similis est ** gubernatori navis. Janitores stent ad introitus virorum custodiendi caussa, diaconissæ vero ad mulierum, utrique instar eorum, qui in navi recensent vectores: in tabernaculo enim testimonii, & in templo Dei eadem ratio, & forma observabatur. Si quis autem repertus fuerit, qui sedeat loco non decenti, increpetur a diacono, tanquam a proreta: traducaturque in locum qui eum deceat. Est enim ecclesia non solum similis navi, sed gregi. Nam ut pastores singulas pecudes, capras dico, & oves pro generis, & ætatis ratione locant, & quodque eorum simile cum simili congregatur; sic in ecclesia adolescentes quidem seorsum sedeant, si locus sit, sin autem non sit, stent: ætate vero provecti ordine sedeant, pueros autem stantes, patres & matres eorum suscipiant, rursus adolescentulæ seorsum, si fuerit locus. Si vero non fuerit, post mulieres locentur. Nuptæ jam & matres familias item seorsum: Virgines autem, & viduæ, & anus primæ omnium stent, aut sedeant. Locis vero occupandis præsit diaconus, ut quisque eorum, qui ingrediuntur, in locum suum se conferat, & nemo præter decorum sedeat. Similiter diaconus populum speculetur, nequis murmure obstrepat, dormitet, aut rideat, aut nutus faciat. Oportet enim stare in ecclesia sapienter, sobrie, & vigilanter, auribus ad verbum domini intentis. Deinde cuncti pariter consurgentes * & in Orientem spectantes, egressis catechumenis, & pœnitentibus, precentur Deum, *qui ascendit super cœlum cœli, idque ad Orientem*. Unde primus homo neglecto Dei mandato consilio serpentis ejectus est. Diaconi autem post precationem alii oblationi Eucharistiæ operam dent, ministrantes corpori domini

* Matthæus anno Chr. 40. Evang. scripsit. Joannes vero cum solus ex apostolis supereset circa an. Chr. 97 ut citati a Baronio veteres docent. *Deuter.* 27. & 5.

** Epist. 1. Clem. supra p. 87. C.

* Bas. cap. 27 libri de Spiritu sancto alii. que. Vide infra VII. 45. *Psal.* 67. *Gen.* 2. 3.

cum

cum timore, alii obſervent turbam, & faciant, ut ſilentium teneant: diaconus vero, qui epiſcopo aſſiſtit, dicat populo: Nemo contra aliquem, nemo in ſimulatione: deinde mutuo ſalutent, viri viros, & fœminæ fœminas oſculo in domino, ac nemo dolo, ut Judas, cum dominum oſculo prodidit.
Matth. 26. Poſtea diaconus precationem faciat pro cuncta eccleſia, & univerſo mundo, & ejus partibus, pro fertilitate, pro ſacerdotibus, pro magiſtratibus, pro pontifice, pro rege, & pro pace omnium. Deinde pontifex precatus pacem populo, benedicat ei, ut Moyſes ſacerdotibus præcepit, ut his verbis populo benedicerent: *Benedicat tibi dominus, & cuſtodiat te, & oſtendat faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem*. Precetur ergo epiſcopus his verbis, *Conſerva, domine, populum tuum incolumem, & benedic hæreditati tuæ, quam ſanguine Chriſti tui poſſediſti, & acquiſiviſti, ac regale ſacerdotium, & gentem ſanctam appellaſti*. Poſtea vero fiat ſacrificium, cuncto populo ſtante, & ſilentio precante, & oblatione facta, quiſque ordo ſeorſum, corpus domini & pretioſum ſanguinem ſumat, accedentes ordine, cum pudore, & reverentia, utpote ad corpus regis. Item mulieres operto capite, ut ordinem earum decet, accedant. Januæ autem ædis ſacræ cuſtodiantur, ne quis infidelis, aut non baptizatus ingrediatur.

Marc. 14.
Num. 6.
Pſalm. 13.
1. Te. 2.

A τὴν ἐντολὴν ὀφέως συμβουλίᾳ πεισθεὶς ἀπεβλήθη· οἱ δὲ διάκονοι μετὰ τὴν προσευχήν· οἱ μὲν τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν ὑπηρετούμενοι τῷ τοῦ κυρίου σώματι μετὰ φόβου· οἱ δὲ τοὺς ὄχλους διασκοπείτωσαν, καὶ ἡσυχίαν αὐτοῖς ἐμποιείτωσαν· λεγέτω καὶ ὁ παρεστὼς τῷ ἀρχιερεῖ διάκονος τῷ λαῷ μή τις κατά τινος. μή τις ἐν ὑποκρίσει· εἶτα καὶ ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους οἱ ἄνδρες· καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες τὸ ἐν κυρίῳ φίλημα· ἀλλὰ μή τις δολίως ὡς Ἰούδας τὸν κύριον φιλήματι παρέδωκε· καὶ μετὰ τοῦτο προσευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης καὶ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν καὶ ἐκφοριῶν· ὑπὲρ τῶν ἱερέων καὶ τῶν ἀρχόντων· ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς καθόλου εἰρήνης·
B καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον· ὡς καὶ Μωσῆς ἐνετείλατο ἱερεῦσιν εὐλογεῖν τὸν λαὸν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· εὐλογήσαι σε κύριος καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπί σε, καὶ δῴη σοι εἰρήνην· ἐπευχέσθω οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος· καὶ λεγέτω, σῶσον τὸν λαόν σου κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου· ἣν ἐκτήσω, καὶ περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου· ἣν ἐκάλεσας βασίλειον ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον· μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία ἑστώτως παντὸς τοῦ λαοῦ καὶ προσευχομένου ἡσύχως. καὶ ὅταν ἀνενεχθῇ, μεταλαμβάνετω ἑκάστη τάξις καθ' ἑαυτὴν τοῦ κυριακοῦ σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος ἐν τάξει μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας ὡς βασιλέως προσερχόμενοι σώ-
C ματι· καὶ αἱ γυναῖκες κατακεκαλυμμέναι τὴν κεφαλὴν, ὡς ἁρμόζει γυναικῶν τάξει, προσερχέσθωσαν· φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθοι, ἢ ἀμύητος.

De commendatitiis literis peregrinorum, laicorum, clericorum, epiſcoporum, & de recipiendis ſine differentia acceptionis perſonarum.

CAPUT LVIII.

SI autem aliquis frater, aut ſoror ex parœcia advenerit, qui commendatitias offerant; accedat diaconus, & inquirat, an fideles ſint, an eccleſiaſtici, num hæreſi quapiam contaminati: ac rurſus ſoror, nuptane an vidua ſit: atque ita cum cognoverit fideles plane eſſe, & in doctrina domini idem atque nos ſentire, deducat ſingulos eorum ad locum eis accommodatum. Si vero presbyter item ex parœcia advenerit, excipiatur in commune a presbyteris: ſi diaconus fuerit, a diaconis: ſi autem epiſcopus fuerit, cum epiſcopo ſedeat, eodem honore ab eo acceptus. Rogabiſque eum, epiſcope, ut ſermonem habeat apud populum docendi cauſſa: eſt enim hortatio, & monitio hoſpitum grata, & mirum in modum utiliſſima: ſiquidem *nemo propheta*, inquit dominus, *acceptus in patria ſua*. Deinde, epiſcope, committes, ut offerat Euchariſtiam: ſin vero tanquam ſapiens propter reverentiam erga te, quo tibi honorem ſervet, offerre noluerit, coge ut ſaltem benedicat populo. Si autem cum jam ſedetur, alius quiſpiam adveniat honeſtus, & nobilis, ſive externus ſive ejus regionis, tu, epiſcope, cum de Deo verba facis apud populum, aut cum pſallentem, aut legentem audis, ne ratio perſonæ faciat, ut miniſterium verbi intermittas, quo illi locum ante alios ſedendi conſtituas: quin potius quieſce, ne vel ſermonem tuum interrumpas, vel audientiam: fratres vero eum per diaco-

Luc. 9.

Περὶ συστατικῶν, ἤτοι ξένων, λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων· καὶ ὡς οὐ χρεία διαφορεῖν.

ΚΕΦΑ'Λ. νή.

ΕΙ' δέ τις ἀπὸ παροικίας ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ἐπέλθῃ σύστασιν ἐπικομιζόμενοι· διάκονος ἐπικρινέτω τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνακρίνων εἰ πιστοί· εἰ ἐκκλησιαστικοί· εἰ μὴ ἀπὸ αἱρέσεώς εἰσι μεμολυσμένοι· καὶ πάλιν εἰ ὕπανδρος, ἢ χήρα· καὶ οὕτω γνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς ὡς
D εἰσὶν ἀληθῶς πιστοὶ καὶ ὁμογνώμονες ἐν τοῖς κυριακοῖς, ἀπαγέτω ἕκαστον εἰς τὸν προσήκοντα αὐτῷ τόπον· εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος ἀπὸ παροικίας ἐπέλθοι, προσδεχέσθω ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων κοινωνικός· εἰ δὲ διάκονος, ὑπὸ τῶν διακόνων· εἰ δὲ ἐπίσκοπος, σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καθεζέσθω τῆς αὐτῆς ἀξιούμενος ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς, καὶ ἐρωτήσεις αὐτὸν ὦ ἐπίσκοπε προσλαλῆσαι τῷ λαῷ λόγους διδακτικούς· ἡ γὰρ τῶν ξένων παράκλησις καὶ νουθεσία, εὐπαράδεκτος καὶ ὠφελιμωτάτη σφόδρα· οὐδεὶς γὰρ προφήτης φησὶ δεκτὸς ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. ἐπιστρέψεις δ' αὐτῷ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀνοῖσαι· ἐὰν δὲ δι' εὐλάβειαν ὡς σοφὸς τὴν τιμήσοι τηρῶν μὴ θελήσῃ ἀνενέγκαι· κἂν εἰς τὸν λαὸν εὐλογίαν αὐτὸν ποιή-
E σασθαι καταναγκάσεις· εἰ δὲ ἐν τῷ καθέζεσθαι ἕτερός τις ἐπέλθοι εὐσχήμων καὶ ἔνδοξος ἐν τῷ βίῳ, ἢ ξένος, ἢ ἐγχώριος, σὺ ὁ ἐπίσκοπος ὁ προσλαλῶν τὸν περὶ Θεοῦ λόγον, ἢ ὁ ἀκούων τοῦ ψάλλοντος, ἢ τοῦ ἀναγινώσκοντος, μὴ προσωποληπτῶν καταλίπῃς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, ἵνα διατάξῃ αὐτῷ προεδρίαν· ἀλλὰ μένε ἡσύχιος μὴ διακόπτων σου τὸν λόγον, ἢ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ἀδελφοὶ διὰ τῶν διακόνων παραδεχέσθωσαν αὐτόν· εἰ δὲ τόπος οὐκ ἔστιν; ὁ διάκονος τὸν μᾶλλον νεώτερον ἐγείρας μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μετ'

μετ' ὀργῆς, ἐκεῖνον καθισάτω· δίκαιον δὲ τοῦτο καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν φιλάδελφον ποιῆσαι· ἐὰν δὲ ἀναπεσὼν, ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκασθῇς, ὀπίσω πάντων κάθου, ἵνα παιδαγωγηθῶσι καὶ οἱ λοιποὶ ἀντιπαραχωρεῖν τοῖς ἐντιμοτέροις· εἰ δὲ πτωχός· ἢ ἀγνώς, ἢ ξένος ἐπέλθοι, πρεσβύτης, ἢ νέος τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τόπος οὐχ ὑπάρχει, καὶ τούτοις τόπον ποιήσει ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ ὁ διάκονος· ἵνα μὴ πρὸς ἄνθρωπον αὐτοῦ γένηται ἡ προσωπόληψις, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν ἡ διακονία εὐάρεστος· τῷ δ' αὐτῷ ποιείτω καὶ ἡ διάκονος ταῖς ἐπερχομέναις γυναιξὶ πτωχαῖς, ἤτοι πλουσίαις.

num recipiant: si non est locus, diaconus juniorem loco moveat, prudenter tamen, & non irate, & illum sessum recipiat: æquum enim est, ut qui est in fratres benevolus, sponte sua hoc faciat: quod si recusaverit, move eum cogendo, & in extremum locum rejice, ut discant cæteri, cedere loco honorationibus. Si autem pauper, aut ignobilis, aut peregrinus quispiam, senex, vel adolescens advenerit: neque sit locus vacuus, his quoque diaconus ex toto animo locum faciat, ut non fiat adversus hominem acceptio personæ, sed fiat ministerium Deo acceptum. Cum mulieres sive pauperes, sive divites advenerint, utrumque horum faciat diaconissa.

Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις.

Quod debeat unusquisque adhibere studium, ut mane, & vespere ad ecclesiam eat.

ΚΕΦΑΛ. νθ'.

CAPUT LIX.

Διδάσκων δὲ ὦ ἐπίσκοπε, κέλευε καὶ παραίνει τῷ λαῷ, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας, καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι τὸ σύνολον, ἀλλὰ συνέρχεσθαι διλυσεκῶς, καὶ μή τε τὴν ἐκκλησίαν κολοβὸν ἑαυτὸν ὑφαιρεῖσθαι, καὶ παράμελος ποιεῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· ὁ γὰρ μόνον περὶ ἱερέων ἐρρέθη, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος τῶν λαϊκῶν περὶ ἑαυτοῦ ἀκουέτω· λογιζόμενος, ὅτι εἴρηται ὑπὸ τοῦ κυρίου· ὁ μὴ ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει· μὴ οὖν ἑαυτοὺς μέλη ἄντικρυς τοῦ Χριστοῦ σκορπίζετε· μὴ σκορπίζοντες, Χριστὸν κεφαλὴν ἔχοντες κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ σωσόντι καὶ κοινωνοῦντι ἡμῖν· μὴ ἀμελεῖτε ἑαυτῶν· μηδὲ ἀποσπᾶτε τὸν σωτῆρα τῶν οἰκείων μελῶν· μηδὲ διαιρεῖτε τὸ σῶμα αὐτοῦ. μηδὲ σκορπίζετε τὰ μέλη αὐτοῦ· μηδὲ προκόπτετε τοῦ θείου λόγου τὰς βιωτικὰς χρείας· ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες καὶ προσδοκῶμενοι ἐν τοῖς κυριακοῖς· ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ'. ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'· μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου καὶ ἐν τῇ τοῦ κυρίου ἀναστασίμῳ τῇ κυριακῇ σπουδαιοτέρως ἅπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ τῷ ποιήσαντι τὰ ὅλα διὰ Ἰησοῦ· καὶ αὐτὸν εἰς ἡμᾶς ἐξαποστείλαντι καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι· ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκοῦσαι τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου, ἐν ᾗ καὶ τὰς βύβλους ἐσῶμεν ἐπιτελοῦμεν μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις καὶ εὐαγγελίου κηρυχία, καὶ θυσίας ἀναφορὰ, καὶ ξοφῆς ἱερᾶς δωρεά.

Cum autem doces, episcope, jube & mone populum frequentare quotidie ecclesiam mane, & vespere, ut omnino abesse nolit, immo assidue conveniat, neque ullus subducendo se, ecclesiam mutilam faciat, & a corpore Christi unum membrum decerpat. Neque enim de solis sacerdotibus dictum est, sed potius quisque laicus de se quoque dictum cogitet. *Qui non est mecum, neque mecum colligit, spargit.* Ne igitur qui estis alioqui membra Christi, vos dispergatis non congregando vos, qui Christum habetis caput: qui, ut idem promisit, vobiscum est, & vobis sui communionem impertit. Ne sitis vestri negligentes, neve salvatorem suis membris privetis, neque corpus ejus dividatis, neque membra ejus dissecetis, neque verbo Dei ea, quæ ad usus vitæ pertinent, anteponatis. Quinimmo convenite in ecclesiam singulis diebus mane, & vespere ad canendum psalmos, & precationes in templo domini faciendas: mane quidem psalmum sexagesimum secundum, vespere vero centesimum quadragesimum: potissimum autem die sabbati, & die dominico, qui est dies resurrectionis, studiosius templum domini adite, ut Deum laudibus celebretis, qui fecit omnia per Christum, quem ad nos misit, & pro nobis mori permisit, & a mortuis excitavit. Quid enim apud Deum excusare poterit, qui eo die ad audiendum verbum Dei salutare de resurrectione non convenit? quo quidem die precationes tres stantes facimus, memores ejus, qui post triduum resurrexit: in quo item adhibentur lectio prophetarum, evangelii prædicatio, oblatio sacrificii, & sacri cibi donum.

Matth. 12.

Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον ἡ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων μάτην σπουδὴν ἐπὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰς συναγωγάς.

Exemplum ad æmulationem inducens, vanus Gentilium, & Judæorum ad fana, & Synagogas concursus.

ΚΕΦΑΛ. ξ'.

CAPUT LX.

Πῶς δὲ ὁ πολέμιος Θεοῦ οὐ περὶ τὰ πρόσκαιρα μὲν νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν σπουδάζων, πῶν δὲ αἰώνιον ἀμελῶν; καὶ λυσῶν μὲν καὶ πρόσκαιρον ξοφῆς ἑκάστης μεταποιούμενος, τῶν δὲ ἀεὶ παραμόνων ἂν ἐπιτρεφό-

Quomodo vero non est hostis Dei, qui nocte, & die operam & studium in fluxis quidem, & caducis rebus collocat, quæ vero æterna sunt, negligit? qui quotidie in balnea, & cibum caducum incumbit; ea vero,

ro, quæ ſemper permanent, & durant, non curat? Quomodo iſti non eſt etiam nunc di-
Ezech. 16. ctūrus dominus, *juſtificatæ ſunt ſuper vos gentes*, ſicuti cum exprobrabat, *Hieruſalem*, inquiens, *juſtificata eſt Sodoma ex te!* Etenim ſi gentes quotidie cum e ſomno ſurrexerint, ad idola properant colenda, & ante opus, actionemque omnem eis primum preces adhibent, & in eorum agitandis feſtis, ac celebritatibus non interponunt moram, ſed eis ſtudent, & inſerviunt, non ſolum qui ſunt ejus loci, ſed etiam qui procul habitant, & in ipſis theatris omnes tanquam in ſynagoga quadam conveniunt: ſimiliter qui nunc vano nomine Judæi appellantur, ſex diebus operantur, die ſeptimo in ſynagoga ſua conveniunt, numquam neque ſuam illam ſabbati vacationem neque ſynagogam ſuam prætermittentes, aut negligentes, alioqui vacui incredulitate ſua a virtute verbi Dei, & nominis, quo ſeipſi vocant; (Judas enim confeſſionem declarat: hi autem, qui Chriſtum morte contra legem affecerunt, non confitentur Deo, ut per pœnitentiam ſalvi fiant) ſi, inquam, perditæ gentes ea, quæ nihil eis proſunt, frequentant, quid tu domino Deo excuſabis, qui ab eccleſia ejus abſens es? qui ne gentes quidem imitaris, immo quia abes, ideo deſidiæ te dedis, aut apoſtaſiæ, aut maleficio. Quibus dominus per eum, qui dictus
Ezech. 16 eſt, dicit, *Juſtificationes meas non cuſtodiſtis*, immo neque ſecundum juſtificationes gentium ambulaſtis, & eas prope ſuperatis: &
Jerem. 3. & 2. rurſus, *Juſtificavit animam ſuam Iſrael præ anima incompoſiti Juda*: & quæ ſequuntur, *ſi mutabunt gentes Deos ſuos, & hi non ſunt Dii, quia tranſite in inſulas & videte, & mittite ad Cedar, & conſiderate diligenter, an ſint facta talia: quia illi quidem non mutant, quæ legis ſuæ ſunt, populus vero meus* inquit, *mutavit gloriam ſuam, quæ ei non proderit*. Quomodo igitur ſe defendet, qui eccleſiam Dei parum caverit, aut ſe de ea ſubduxerit?

Quod non ſit fas anteponere divinis ſæcularia.

CAPUT LXI.

Psal. 140. Si quis vero parum curat eam, excuſando ſe cauſſa operis ſui, *excuſando*, inquam *excuſationes in peccatis*, cognoſcat, qui ſic eſt, artes quidem Chriſtianorum eſſe quaſi quoddam adminiculum operis, religionem vero eſſe opus. Artificia ergo veſtra tanquam aliud agentes ad victum parandum exercete: religionem vero colite hoc agentes, ſicut domi-
Joan. 6 nus ajebat, *operamini non cibum, qui perit, ſed manentem in vitam æternam*: & iterum, *hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum, quem miſit ille*. Itaque ſtudete, ne eccleſiam Dei unquam deſeratis. Sin vero aliquis eam deſpexerit, & in fanum profanum Gentilium intraverit, vel in ſynagogam Judæorum, vel hæreticorum, quid iſte in die judicii apud Deum excuſabit? qui dereliquit verba Dei viventis, quæ vivunt & vivificant, quæque ab æterno ſupplicio liberare poſſunt, & ſe contulit ad aliquam ædem dæmoniorum, aut ad ſynagogam eorum, qui Chriſtum occide-
Psal. 25 runt, aut *ad eccleſiam malignantium*, neque audiunt eum, qui dixit, *odivi eccleſiam malignantium, & cum inique agentibus non in-*

A μένος; πῶς δ' οὐχὶ καὶ νῦν ἐρεῖ τῷ τοιούτῳ ὁ κύριος· ἐδικαιώθη τὰ ἔθνη ὑπὲρ ὑμᾶς, ὥσπερ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνειδίζων, ἔλεγεν· ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ· εἰ γὰρ τὰ ἔθνη ἐξ ὕπνου αὐτῶν καθ' ἡμέραν ἀναστάντα τρέχει ἐπὶ τὰ εἴδωλα τοῦ λατρεύειν αὐτοῖς, καὶ πρὸ παντὸς ἔργου καὶ πάσης πράξεως πρῶτον αὐτοῖς προσεύχονται, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν αὐτῶν οὐκ ἀφυστεροῦσιν, ἀλλὰ σχολάζουσιν, οὐχ οἱ τοπικοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πόῤῥωθεν οἰκοῦντες, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῶν ὡς ἐν συναγωγῇ πάντες συνέρχονται, ὁμοίως καὶ οἱ μάτην λεγόμενοι Ἰουδαῖοι καθ' ἓξ ἡμέρας ἀργοῦντες, τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνίασιν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν,
B οὐδέποτε παραφίοντες ἢ παραμελοῦντες, οὔτε τῆς ἀργίας αὐτῶν οὔτε τῆς συναγωγῆς αὐτῶν οἱ τῆς δυνάμεως τοῦ λόγου ἐν τῇ ἀπιστίᾳ αὐτῶν κενωθέντες, προσέτι δὴ καὶ οὗ ὀνόματος ἑαυτοὺς καλοῦσιν Ἰούδα· Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται, οὗτοι δὲ οὐκ εἰσὶ ἐξομολογούμενοι Θεῷ τὸ πάθημα τοῦ Χριστοῦ παρανόμως πεποιηκότες· ἵνα καὶ μεταγνόντες σωθῶσιν· εἰ οὖν οἱ μὴ σωζόμενοι, ἐν οἷς οὐκ ὠφελοῦνται, πυκνάζουσι· σὺ τί ἂν ἀπολογήσῃ κυρίῳ τῷ Θεῷ ὁ τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ ἀπολειπόμενος, καὶ μηδὲ τὰ ἔθνη μιμούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἀπολείπεσθαι ῥαθυμῶν, ἢ ἀποστατῶν, ἢ κακοποιῶν; οἷς λέγει ὁ κύριος
C διὰ τοῦ Ἱερεμίου, τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφυλάξατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν ἐπορεύθητε, παρ' ὀλίγον καὶ ὑπερβάλλετε αὐτούς· καὶ πάλιν· ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου Ἰούδα· καὶ ἑξῆς, εἰ ἀλλάξονται ἔθνη Θεοὺς αὐτῶν, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ Θεοί, διότι διέλθετε εἰς νήσους Χεττιεὶμ καὶ ἴδετε· καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, εἰ γέγονε τοιαῦτα· ὅτι ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἀμείβουσι τὰ ἑαυτῶν νόμιμα· ὁ δὲ λαός μου, φησίν, ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσεται· πῶς οὖν ἀπολογήσεταί τις ὀλιγωρήσας ἢ ἐκστὰς τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ.

D *Ὅτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων.*

ΚΕΦΑΛ. ξα'.

Εἰ δέ τις τὴν τοῦ ἔργου τοῦ ἰδίου πρόφασιν ἐπιφέρων ὀλιγωρεῖ, προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, ὡς αἱ τέχναι τῶν πιστῶν ἐπέργιά εἰσιν. ἔργον δὲ ἡ θεοσέβεια· τὰς οὖν τέχνας ὑμῶν ὡς ἐν παρέργῳ ποιεῖτε εἰς διατροφὴν ὑμῶν· ἔργῳ δὲ τὴν θεοσέβειαν ἀσκεῖτε· ὡς καὶ ὁ κύριος ἔλεγεν· ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ πάλιν· τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖ-
E νος· σπουδάζετε οὖν μηδέποτε τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καταλιπεῖν· εἰ δέ τις ταύτην ὑπερίδοι, εἰς μιαρὸν δὲ ἐθνῶν εἰσέλθοι· ἢ εἰς συναγωγὴν Ἰουδαίων, ἢ αἱρετικῶν, ὁ τοιοῦτος τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως; λόγια Θεοῦ ζῶντος καταλιπών, ζῶντα καὶ ζωοποιοῦντα καὶ δυνάμενα ῥύσασθαι κολάσεως αἰωνίου· καὶ πορευθεὶς εἰς οἶκον δαιμόνων· ἢ εἰς συναγωγὴν χριστοκτόνων· ἢ ἐκκλησίαν πονηρευομένων· οὐκ ἀκούσας τοῦ εἰπόντος, ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ ἀσεβῶν οὐ μὴ καθίσω· καὶ πάλιν· μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη

ρᾶθη ἐν βελῇ ἀσεβῶν· καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδραν λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν· ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. σὺ δὲ καταλιπὼν τῶν πιστῶν τὸ συνάθροισμα, τοῦ Θεοῦ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς ἐκείνου νόμους, ἐπιβλέπεις ἐπὶ τὰ σπήλαια τῶν λῃστῶν, ἅγια δηγούμενος, ἃ ἐκεῖνος βέβηλα ἀπεκάλεσε· καὶ κοινωνοῖς, ἃ ἐκεῖνος ἀπεχώρισε· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ πομπαῖς Ἑλλήνων συνέχεις· καὶ ἐπὶ τὰ θέατρα ἐπείγῃ, ἐπιθυμήσας εἰς τῶν εἰσπορευομένων ἐκεῖ λογισθῆναι, καὶ μεταχεῖν ἀκροαμάτων ἀθρεπτῶν, ἵνα μὴ λέγωμι μυσαρῶν· μὴ ἀκούσας τοῦ Ἱερεμίου λέγοντος· κύριε οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ' ἀλαβόμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου· καὶ τοῦ Ἰὼβ φάσκοντος τὰ ὅμοια· εἰ δὲ καὶ μή τι γελοιαστῶν ἐπορεύθην ποτέ· ἰσάμην γὰρ ἐν ζυγῷ δικαίῳ· τί δὲ βέλῃ μεταχεῖν τῶν Ἑλληνικῶν λογίων ὄντων νεκρῶν ἀνθρώπων ἐξ ἐπιπνοίας διαβόλου ἀποφανθέντων νεκροποιά· καὶ πίστεως ἀναξεπτικά· καὶ πρὸς πολυθείαν ἀπάγοντα τοὺς προσανέχοντας αὐτοῖς· ὑμεῖς οὖν σχολάζοντες τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις, καὶ τῶν βιωτικῶν χρειῶν τούτων ἡγεῖσθε τιμιωτέρους· καὶ πλείονα τιμὴν νέμοντες αὐτοῖς, συνέχετε εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου· ἣν περιεποιήσατο τῷ ἁίματι τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἠγαπημένου τοῦ πρωτοτόκου πάσης κτίσεως· αὕτη γὰρ θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ ὑψίστου ἡ ὠδινήσασα ὑμᾶς διὰ τοῦ λόγου τῆς χαρᾶς καὶ μορφώσασα ἐν ἡμῖν τὸν Χριστόν· οὗ μέτοχοι γεγόμενοι, ἱερὰ μέλη ἐστὲ καὶ ἐκλεκτά, μὴ ἔχοντα σπίλον· ἢ ῥυτίδα· ἤτι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ὡς ἅγιοι καὶ ἄμωμοι ἐν πίστει τετελειωμένοι ἐστὲ ἐν αὐτῷ, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος ὑμᾶς Θεοῦ.

troibo: *non ſedi cum concilio vanitatis, & cum impiis non ſedebo:* & rurſus: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentium non ſedit, ſed in lege domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Tu vero relicto fidelium cœtu, eccleſia Dei, ejuſque legibus, aſpicis in ſpeluncam latronum, ſancta exiſtimans, quæ ille profana, & execrabilia vocavit, & communia tecum faciens, quæ ille diſſeparavit: neque id ſolum, immo jam ad pompas etiam Gentilium concurris, & ad theatra properas, cupiſque inter eos, qui illuc ingrediuntur numerari, & obſcœnos, ne dicam execrabiles cantus audire. Neque Hieremiam audiſti, cum ait, *non ſedi in concilio eorum ludentium, ſed timebam a facie manus tuæ:* neque Job, cum ſimilia loquitur, *ſi cum ſcurris ambulavi unquam*, appendebar enim in lance juſta. Quid vero vis communicari tecum libros Gentilium, qui ſunt hominum mortuorum, qui diaboli inſtinctu ea ediderunt, quæ ad interficiendum, & evertendam fidem valent, quæque eos, qui ſtudium in ipſis collocant, ad ponendam multitudinem deorum deferunt? Vos igitur legibus Dei ſtudete, eaſque in majore pretio, quam ea, quæ ad uſum, & vitæ neceſſitatem pertinent, habete, atque ita majorem eis honorem habentes, concurrite ad *eccleſiam Dei, quam ipſe acquiſivit ſanguine Chriſti dilecti, primogeniti omnis creaturæ.* Hæc eſt filia altiſſimi, quæ nos per verbum gratiæ parturivit, & *Chriſtum in nobis formavit, cujus facti participes, ſacra membra eſtis electa, non habentia maculam, aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed potius tanquam ſancti & in fide immaculati, conſummati eſtis in ipſo ſecundum imaginem ejus, qui vos creavit,*

Hier. 15. Job 31. Coloſ. 1. Epheſ. 5.

Quod oporteat omnes impietates Gentilium vitare.

Ὅτι πάντα τὰ Ἑλλήνων ἀσεβήματα ἀποστρέφεσθαι χρή.

CAPUT XLII.

ΚΕΦΑΛ. ξβ'.

Cavete igitur ne ferias cum perditis hominibus, id eſt, cum ſynagoga Gentilium in errorem & interitum veſtrum agatis, *nulla* namque *Deo cum diabolo communio:* qui enim tunc cum illis congregatur, qui ea ſapiunt quæ diaboli ſunt, unus ex iis ipſis numerabitur, & væ erit hæreditas ejus; fugite demum turpia ſpectacula, theatra dico, & Gentilium pompas, incantationes, divinationes, vaticinia, expiationes, auguria, auſpicia, necromantias, omina: quia ſcriptum eſt, *Non eſt auguratio in Jacob, neque vaticinatio in Iſrael*, & rurſus, *augurium peccatum eſt*: & iterum alias: *Ne auguremini, & divinationes, ac vaticinia, & ventriloquas ne ſectemini, & veneficos ne aſciſcatis.* Unde Hieremias ſic nos monet: *Vias*, inquit, *gentium ne ambuletis, & a ſignis cœli ne vobis metuatis.* Quamobrem oportet fidelem devitare conventus Gentilium, & Judæorum reliquorumque hæreticorum: ne ferias cum eis communes habendo, animas noſtras laqueis irretiamus: & ne, ſi diebus eorum feſtis, quos ipſi in honorem dæmonum agitant, cum ipſis verſemur, impietatis eorum ſocii, & participes ſimus. Fugiendæ vero ſunt nundinæ Gentilium,

1. Cor. 6. Num. 23. Deut. 18. Jerem. 10.

Φυλάσσεσθαι οὖν τὸ μὴ συσχολάζειν τοῖς ἀπολλυμένοις, ὅ ἐστι συναγωγὴ ἐθνῶν εἰς ἀπάτην καὶ ἀπώλειαν· οὐδεμία γὰρ κοινωνία Θεῷ πρὸς διάβολον· ὁ γὰρ συναθροιζόμενος μετὰ τῶν τὰ τοῦ διαβόλου φρονούντων, εἷς ἐξ αὐτῶν λογισθήσεται· καὶ τὸ ἆθλον κληρονομήσει· φεύγετε δὴ καὶ τὰ ἀθρεπῆ τῶν θεαμάτων· τὰ θέατρά φημι, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς πομπάς· ἐπῳδοιδάς· κληδόνας· μαντείας· καθαρισμούς· οἰωνισμούς· ὀργιοσκοπίας· νεκρομαντείας· ἐπιφωνήσεις· ὅτι γέγραπται, οὐ γάρ ἐστιν οἰωνισμὸς ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ· καὶ πάλιν· οἰώνισμα ἁμαρτία ἐστί· καὶ ἀλλαχοῦ, μὴ οἰωνίζεσθε, καὶ κληδόσι καὶ μαντείαις, καὶ ἐγγαστριμύθοις μὴ ἐπακολουθήσετε· φαρμακοὺς οὐ περιποιήσετε· διὸ παραινεῖ καὶ ὁ Ἱερεμίας λέγων· κατὰ τὰς ὁδοὺς τῶν ἐθνῶν μὴ πορεύεσθε· καὶ ἀπὸ τῶν σημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε· διόπερ χρὴ τὸν πιστὸν φεύγειν τὰς συνόδους τῶν ἀσεβῶν Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων καὶ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν· ἵνα μὴ τῷ συσχολάζειν αὐτοῖς, παγίδας λάβωμεν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς· ὅπως μὴ συναναστρεφόμενοι ταῖς ἑορταῖς αὐτῶν, αἵτινες ἐπὶ τιμῇ τῶν δαιμόνων ἐπιτελοῦνται· κοινωνήσωμεν αὐτοῖς καὶ τῆς ἀσεβείας· φαῦλαι δὲ αὐτῶν καὶ

tilium, & qui in eis fiunt ludi: Christianus enim nihil debet in nundinis impendere, nisi in mancipiolum emendum, ut animam ejus salvam efficiat, & in quædam alia mercanda ad necessitatem naturæ accommodata. Abstinete igitur ab omni idolorum pompa, præstigiis, mercatu, conviviis, monomachia, & ab omni spectaculo dæmoniaco.

A

αἱ πανηγύρεις. καὶ τὰ ὠνούμενα ἐπιτελέσθω παίγνια. πιστὸν γὰρ ὢν πανηγύρει ὁ χρὴ παραβάλλειν, πλεῖον τοῦ σωμάτιον ποιῆσαι, καὶ ψυχὴν περιποιήσασθαι· καὶ ἕτερά τινα συνωνήσασθαι τῷ πρὸς σύστασιν ἁρμοζόντων· ἀπέχεσθε οὖν πάσης τῆς τῶν εἰδώλων πομπῆς· φαντασίας· πανηγύρεως· συμποσίων· μονομαχίας· καὶ πάσης θέας δαιμονικῆς.

Quod otiosus non debeat comedere ex bonis fidelium, ut Petrus fuit piscator, & reliqui apostoli, Paulus autem & Aquila artifices tabernaculorum, Judas vero Jacobi agricola.

Ὅτι ἀργὸς ὁ χρὴ ἐσθίειν τινὰ τῶν πιστῶν· ὡς οἱ περὶ Πέτρον ἁλιεῖς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι· οἱ δὲ περὶ Παῦλον καὶ Ἀκύλαν σκηνοποιοί· οἱ δὲ περὶ Ἰούδαν Ἰακώβου γῆς ἐργάται.

CAPUT LXIII.

ΚΕΦΑΛ. ξγ'.

B

VOs vero in ecclesia adolescentiores studete, ut in omnibus, quæ opus erunt, naviter ministretis, & opera vestra cum omni honestate exercete, ut per universum vitæ tempus tum vobis tum egentibus necessaria suppetant, ne necesse sit vobis graves esse ecclesiæ. Etenim & nos verbo evangelii incumbimus, tamen exercere illa quasi adminicula operis hujus non negligimus: partim enim nostrum sunt piscatores, partim tabernaculorum opifices, partim agricolæ, ne unquam otiosi simus: ait enim Salomon, *Abi ad formicam, o piger, & imitare videns vias ejus, & esto sapientior ea: illa enim cum neque opus rusticum exerceat, neque sit, qui cogat eam, neque dominum habeat, æstate parat alimentum, &* C *messis tempore copiose recondit.* Aut, * *abi ad apem, & disce, quam sit operaria, & quemadmodum in opere suo honesto negociatur:* Cujus labores tum reges, tum privati ad valetudinem usurpant, est desiderabilis & munifica: & quamvis est imbecillis viribus, eo tamen præstantiæ processit, ut sapientiam honorarit: & deinceps: *Quousque piger, cubas, quando tandem e somno expergisceris? paulisper dormis, paulisper sedes, paulisper dormitas, paulisper pectus ulnis complecteris, postea adest tibi tanquam malus viator paupertas, & egestas tanquam bonus cursor, sin autem fueris impiger, veniet tanquam fons messis tua, &* D *egestas tanquam malus vir a te sponte sua recedet:* & rursus, *qui arat terram suam, implebitur panibus:* & alio loco ait, *otiosus manus suas complicavit, & comedit carnes suas:* & deinceps, *piger*, inquit, *qui manus suas abscondit, non poterit deferre eas ori suo:* & rursus, *propter vacationem manuum deprimetur contignatio.* Igitur operamini assidue, nota enim otiosi insanabilis est: si quis autem apud vos non laboret, ne manducet: odit enim dominus Deus noster otiosos, si quidem nemo eorum, qui Deo studeant, otio & vacationi indulgere debet.

Ὑμεῖς δὲ νεώτεροι τῆς ἐκκλησίας, ἐν πάσαις ταῖς χρείαις ἀόκνως λειτουργεῖν σπουδάζετε. μετὰ πάσης σεμνότητος τοῖς ἔργοις ὑμῶν σχολάζετε, ὅπως ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ ὑμῶν ἦτε ἐπαρκοῦντες καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς συνοικοῦσι, χωρὶς τοῦ μὴ ἐπιβαρεῖν τινὰ τῶν Θεοῦ ἐκκλησίαν· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς σχολάζοντες τῷ λόγῳ τοῦ εὐαγγελίου, ὅμως καὶ τῶν ἐργασιῶν οὐκ ἀμελοῦμεν· οἱ μὲν γάρ εἰσιν ἐξ ἡμῶν ἁλιεῖς· οἱ δὲ σκηνοποιοί· οἱ δὲ γῆς ἐργάται, χωρὶς τὸ μηδέ ποτε ἡμᾶς ἀργοὺς εἶναι· λέγει δέπου καὶ ὁ Σολομών· ἴσθι χωρὶς τὸν μύρμηκα ὦ ὀκνηρέ, καὶ ζήλωσον ἰδὼν τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ γλυκὺ ἐκεῖνος σοφώτερος· ἐκείνῳ γὰρ γεωργίᾳ μὴ ὑπάρχοντος, οὐδὲ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων, οὐδὲ ὑπὸ δεσπότῃ ὤν, ἑτοιμάζεται θέρους τῇ ἐφοδίῳ· πολλοῦ τε ἐν τῷ ἀμητῷ ποιεῖται τὴν παράθεσιν· ἢ πορευθητι χωρὶς τὴν μέλισσαν, καὶ μάθε ὡς ἐργάτης ἐστί· τίνος τε ἐργασίαν ὡς σεμνὴν ἐμπορεύεται· ἧς τοὺς πόνους βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται χωρὶς ὑγείαν προσφέροντα· ποθεινὴ δέ ἐστι καὶ ἐπίδοξος· ὥσπερ ὅσα τῇ ῥώμῃ ἀθανὴς, τὴν σοφίαν τιμήσασα προήχθη, καὶ ἐξῆς· ἕως πότε ὀκνηρὲ κατάκεισαι; πότε δὲ ἐξ ὕπνου ἐγερθήσῃ; ὀλίγον μοι ὑπνοῖς, ὀλίγον δὲ κάθισε· μικρὸν δὲ νυστάζεις ὀλίγον δὲ ἀναγκαλίζῃ χερσὶ σήθη· εἶτα παραγίνεταί σοι ὥσπερ κακὸς ὁδοιπόρος ἡ πενία· καὶ ἡ εὐδεια ὥσπερ ἀγαθὸς δρομεὺς· ἐὰν δὲ ἀοκνῇς ἧς, ἥξει ὥσπερ πηγὴ ὁ ἀμητός σου, καὶ ἡ εὐδεια ὥσπερ κακὸς ἀνὴρ ἀπαυτομολήσει· καὶ πάλιν· ὁ ἐργαζόμενος τὴν ἑαυτοῦ γῆν πλησθήσεται ἄρτων· καὶ ἐν ἄλλοις φησίν· ὁ ἀργὸς περιέλαβε τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ, καὶ ἔφαγε τὰς σάρκας αὐτοῦ· καὶ ἐξῆς, κρύψας ὀκνηρὸς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, ὁ δυνήσεται ἀπενεγκεῖν εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ· καὶ πάλιν· διὰ ἀργίαν χειρῶν ταπεινωθήσεται ἡ δόκωσις· ἐργαζεσθε οὖν εὐδελεχῶς· ἀθεράπευτος γάρ ἐστιν ἀργὸς μῶμος· εἰ δέ τις μὴ ἐργάζεται, οὗτος παρ' ὑμῖν μὴ ἐσθιέτω· ἀργὸς γὰρ μισεῖ καὶ ὁ κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· ἀργὸς γὰρ εἶναι ἐκ ὀφείλει οὐδεὶς τῷ Θεῷ προσανεχόντων.

LIBER TERTIUS,

ΕΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ,

De Viduis.

Περὶ χηρῶν.

Qua ætate eligendæ sint viduæ.

CAPUT I.

ΚΕΦΑΛ. α.

1. Tim. 5. VIduas vero *constituite non minoris ætatis, quam annorum sexaginta*, ut quodammodo propter ætatem ipsam pro rato & stabili habeamus, carere eas suspicione nuben-

Χήρας δὲ καθιστᾶτε μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα, ἵνα ἕνεκεν τινὶ τὸ τῆς διγαμίας αὐτῶν ἀνύποπτον βέβαιον ὑμῖν διὰ τῆς ἡλικίας ὑπάρχῃ· εἰ δὲ νεωτέραν κατασήσητε εἰς τὸ χηρικὸν, καὶ μὴ φέρουσα τὴν ἐν νεό-

ἐν νεότητι χηρείαν γαμηθῇ, ἀωρέπειαν ἐμποιήσει τῇ δόξῃ τῆ χηρικῆ, καὶ λόγον ὀφείξει τῷ Θεῷ· ὐχ ὅτι δευτέρῳ γάμῳ σωνήφθη, ἀλλ' ὅτι τλὺ ἑαυτῆς ἐπαγγελίαν ὐκ ἐφύλαξε κατασρωνιάσασα τῆ Χρις῀· διότι μ῀ πίσεως ⁊ φόβυ Θεῦ ὐκ ἦλθε φυλάξαι τλὺ ἐπαγγελίαν· διὸ χρὴ μὴ ωροπετῶς ποιεῖσθαι τλὺ ἐπαγγελίαν, ἀλλὰ μ῀ ἀσφαλείας· χρεῖασον γὰρ αὐτῇ ἐσι μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι, καὶ μὴ ἀποδῶναι· εἰ δέ τις νεωτέρα ὀλίγον χρόνον σὺν τῷ ἀνδρὶ ποιήσασα, καὶ ἀποβαλῦσα αὐτὸν διὰ τελυτῆς, ἢ δι' ἀφορμῆς τινος ἑτέρας, καὶ μείνῃ ἐφ' ἑαυτῆς δῶρον ἔχυσα χηρείας, μακαρία φρεθήσεται ὁμοιωθεῖσα τῇ Ἐν Σαρεφθοῖς Σιδωνίᾳ χήρᾳ· ωρὸς ἣν ὁ ἅγι῀ τῦ Θεῦ ωροφήτης Ἠλίας ἐξενώθη· ἡ τοιαύτη ἐξομοιωθήσεται Ἄννῃ τῇ θυγατρὶ Φανυὴλ τῇ ἐκ φυλῆς Ἀσήρ· ἥ ὐκ ἀφίσατο τῦ ἱερῦ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ωροσμένυσα ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς ωροσευχαῖς, ὅσα μὲν ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ζήσασα δὲ μ῀ ἀνδρὸς ἐκ τῆς ωαρθενίας αὐτῆς ἔτη ἑπτά· καὶ τλὺ τῦ Χρις῀ δοξάσασα ωαρυσίαν ἀνθωμολογεῖτο τῷ κυρίῳ, καὶ ἐλάλει ωερὶ αὐτῦ ωᾶσι τοῖς ωροσδοκῶσι λύτρωσιν ἐν Ἰσραήλ· ἡ τοιαύτη μαρτύριον λαβῦσα τιμηθήσεται, κλέο῀ ἔχυσα καὶ ωαρὰ ἀνθρώωοις ἐωὶ γῆς, καὶ ωαρὰ Θεῷ ἐν ὐρανοῖς τὸν αἰώνιον ἔωαινον.

di iterum. Si vero adoleſcentiorem in gradu viduali conſtitueritis, & viduitatem in adoleſcentia non ferens nupſerit, gloriam gradus vidualis dedecorabit, rationemque Deo reddet, non quidem quia iterum nupſit; ſed quia promiſſionem ſuam non ſervavit, quæ quaſi habenas quaſdam Chriſti dirupit, quia non venit cum fide, & metu Dei ad ſervandum promiſſionem. Quocirca oportet non temere, neque inconſiderate promiſſionem facere, ſed caute: *Melius enim eſt ei non feciſſe votum, quam feciſſe, & non reddere.* Sin vero aliqua adoleſcentior viro ſuo, cum quo exiguo vixit tempore, aut morte, aut alio caſu orbata, cum dono ſuper ſe viduitatis maneat, beata erit ſimilis facta illius Sidoniæ viduæ Sareptis, ad quam ſanctus Dei propheta Elias hoſpes divertit. Hujuſmodi vidua ſimilis erit Annæ filiæ Phanuelis ex tribu Aſſer, *quæ numquam a templo recedebat, perſeverans nocte, & die in obſecrationibus, & precibus: quæ annos quidem nata erat octoginta, vixerat vero cum viro a virginitate ſua annis ſeptem*, & adventum Chriſti laudibus celebrans *confitebatur domino, & loquebatur de eo iis, qui expectabant redemptionem in Iſrael.* Quæ talis erit, teſtimonio approbata honorabitur, gloriam habens apud homines in terra, & apud Deum in cœlis laudem ſempiternam.

Ecclef 5.

3. Reg. 17.

Luc. 2.

Ὅτι παραιτητέον καθισᾶν νεωτέρας χήρας δι᾽ τὸ ὕποπτον.

Quod cavendum ſit, ne adoleſcentiores viduæ eligantur.

ΚΕΦΑΛ. β'.

Αἱ δὲ νεώτεραι χῆραι εἰς χηρικὸν μὲν μὴ ἐντιασθέωσαν· μήωοτε ωροφάσει τῦ μὴ δύναωθαι κρατεῖν τῆς ἀκμῆς, ἐωὶ δευτερογαμίαν ἐλθῆσαι ἐν ωράγματι γένωνται· ἐωιχειρεῖσθωσαν δὲ, καὶ βοηθεῖσθωσαν, ἵνα μὴ ωροφάσει τῦ λείωεσθαι ἐωὶ δευτερογαμίαν ἐλθῆσαι, ἐν ωράγματι ἀωρεωεῖ ἐνέχεσθῶσι· καὶ τῦτο γὰρ εἰδέναι ὀφείλετε, ὅτι μονογαμία μὲν κατὰ νόμον γινομένη, δικαία, ὡς ἂν κατὰ γνώμην Θεῦ ὑωάρχυσα· διγαμία δὲ μ῀ ἐπαγγελίαν, ωαράνομον δι᾽ τλὺ συνάφειαν, ἀλλὰ δι᾽ τὸ ψεῦδός· τεργαμία δὲ ἀκρασίας σημεῖον· τὸ δ' ὑωὲρ τλὺ τεργαμίαν, ωροφανὴς ωορνεία· καὶ ἀσέλγεια ἀναμφίβολ῀· ὁ γὰρ Θεὸς μίαν γυναῖκα ωρὸς ἄνδρα δέδωκεν ἐν τῇ δημιυργίᾳ· ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· νεωτέραις δὲ μ῀ τλὺ τῦ ωρώτου τελυτλὺ συγχεχωρήθω καὶ ὁ δεύτερος· ἵνα μὴ εἰς κρίμα τῦ διαβόλου ἐμωέσωσι· καὶ ωαγίδας ωολλὰς, καὶ ἐωιθυμίας ἀνοήτυς, ⁊ ἐωιζημίυς ψυχαῖς· αἵτινες κόλασιν ωροξενῦσι μᾶλλον ἢ ἄνεσιν.

CAPUT II.

CEterum adoleſcentiores viduæ in gradum vidualem ne cooptentur, ne excuſando non poſſe continere fervorem adoleſcentiæ, aliquando iterum nubentes, in negotio ſint: ſubveniendum vero & opitulandum eſt illis, ne excuſando ſe derelinqui, iterum nubentes, negotio turpi implicentur: nam & illud ſcire oportet, monogamiam quidem, id eſt, ſimplex matrimonium, ſi legitimum ſit, juſtum eſſe, utpote Deo probatum: digamiam vero, id eſt, iterum nubere poſt promiſſionem, ſceleratum eſſe, non quidem propter conjugium ipſum, ſed propter mendacium: tertium conjugium, intemperantiæ indicium oſtendere, * quartum vero conjugium, & deinceps, plane libidinem eſſe, & manifeſtam impudicitiam: Deus enim unam uxorem dedit viro, cum eum creavit. *Erunt*, inquit, *duo in carnem unam*. Adoleſcentioribus vero mortuo primo marito ſecundum connubium concedatur: ne in judicium diaboli incidant, & in laqueos multos, ac deſideria ſtulta, & animis incommoda, quæ ſupplicium potius afferunt, quam laxamentum.

* Hujus diſciplinæ veſtigia in Græcorum Hiſtoria.

Geneſ. 12

Ὁποίας εἶναι χρὴ τὰς χήρας καὶ ὅπως ἐωιχειρεῖσθαι ωαρὰ τῦ ἐωισκόωυ.

Quales eſſe oporteat viduas, & quomodo eis ab epiſcopo ſubveniendum.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Αἱ δὲ ἀληθιναὶ χῆραί εἰσιν, αἱ μόνανδροι ὑωάρξασαι. μαρτυρύμεναι ὑωὸ ωλειόνων ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, χῆραι τῷ ὄντι· σώφρονες· ἁγναί· πισαί· φιλόσεβεῖς· τεκνοτροφήσασαι καλῶς, καὶ ξενοδοχήσασαι ἀμέμωτως· ὧν καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι χρὴ ὡς Θεῷ ἀναθεμάτων· ἀλλὰ μλὺ καὶ ωλυήτων ὧ ἐωίσκοωε μνη-

CAPUT III.

VEræ *autem viduæ ſunt, quæ uni nupſerunt, quibus plures honeſtarum actionum teſtimonium præbent, revera viduæ temperantes, pudicæ, fideles, religioſæ, quæ liberos honeſte educarunt, quæ hoſpites exceperunt laudabiliter*, quibus opitulari oportet tanquam Deo dedicatis. Quin potius pauperum quoque memineris, epiſ-

1. Tim. 5.

cope, manum porrigens adjutricem, atque eorum curam habens, tanquam Dei dispensator, distribuendo cuique in tempore, quæ commoda sunt, viduis, pupillis, derelictis, ac destitutis, & calamitosis.

Quod oporteat unicuique indigenti benigne facere.

CAPUT IV.

QUid enim, si quæ sunt non viduæ, aut si qui non vidui, egent tamen ope propter paupertatem, aut valetudinem infirmam, aut egent ad alendos filios: oportet te prospicere omnibus, omnesque curare. Qui enim dona afferunt, non ea ex tempore dant viduis, sed potius omnino conferunt, quæ voluntaria nominant: ut tu, episcope, qui calamitosos noris, tanquam bonus dispensator dona illa optime dispertias, ac distribuas. Sic enim Deus noscit eum, qui dedit, quamvis tu, eo absente, egentibus dividas. Atque ille quidem habet beneficentiæ mercedem, tu vero dispensationis rectæ conscientia administratæ laudem. Dicite, quibuscumque dona dispertitis, quis illa dederit, ut nominatim pro eo precentur; oportet enim omnibus hominibus benigne facere sine studio scrutandi hunc vel illum, quicumque sit: Dominus enim ait, *omni petenti a te da*, scilicet omni vere indigenti, *Luc. 6.* sive amicus sit, sive inimicus, sive cognatus, sive alienus, sive uxorem non duxerit, sive duxerit. In universa enim scriptura hortatur dominus, ut pauperibus suppeditemus. Per *Cap. 58. & 44.* Esaiam quidem, *frange*, inquit, *esurienti panem tuum, & inopes introduc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & propinquos, cognatosque tuos ne despicias.* Per Danielem potenti dicit: *Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & injuste facta misericordia pauperum:* & per Salomonem ait, *Prov. 14.* *eleemosynis, & fide purgantur peccata.* Rursus *Psal. 40.* per prophetam David omnibus dicit: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus*: & iterum, *dispersit*, inquit, *& dedit pauperibus, justitia ejus manet* *Psal. 111.* *in sæculum sæculi.* Et Salomon, *qui miseretur* *Prov. 16. & 21.* *inopis, domino fœneratur, secundum datum ejus retribuetur ei*: & in eandem sententiam: *Qui obturat*, inquit, *aures, ne audiat pauperem, & ipse implorabit, & non erit qui exaudiet eum.*

Quod studendum sit viduæ, ut sit bene morata.

CAPUT V.

SIT vero omnis vidua mitis, quieta, moderata, non malitiosa, non iracunda, non loquax, non clamosa, non occupans præloqui, non maledica, non captatrix verborum, non duplicis sermonis, non curiosa, & si quid turpe viderit, aut factum audierit, sit perinde, ac si nihil viderit, vel audierit, nihilque aliud curet, quam ut Deo preces pro iis, qui dant, & pro cuncta ecclesia adhibeat. Si quis aliquid interroget, ne facile respondeat, præterquam de fide in dominum, & de justitia, ac spe in Deum, eos qui in dogmatibus religionis Christianæ eruditi voluerint, ad præpositos ecclesiæ remittat, tantum respondeat, quæ ad eversionem falsæ opinio-

μόνδε καὶ αὐτοῖς χεῖρα ὀρέγων ἐπικερείας, καὶ προνοίαν αὐτῆς ποιούμενος ὡς Θεοῦ οἰκονόμος· ἀκαίρως ἑκάστῳ διανέμων τὰ προσφορα. χήραις καὶ ὀρφανοῖς καὶ ἀπερισκέπτοις καὶ τοῖς ἐν θλίψει ἐξεταζομένοις.

Ὅτι πάνθ' ὁντιναοῦν εὐδεᾶ ἀποιεῖν χρή.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Τί γὰρ εἴτινες μὴ εἰσι χῆραι ἢ χῆροι, βοηθείας δὲ χρήζωσι διὰ πενίαν· ἢ διὰ νοσον· ἢ διὰ τεκνοτροφίαν πάντας σε δεῖ ἐφορᾶν καὶ πάντων ἐπιμελεῖσθαι· οἱ γὰρ τὰ δόματα διδόντες, οὐκ αὐτοχεδίως αὐτὰ διδόασι ταῖς χηραις, ἀλλὰ συνεισφέρουσιν ἁπλῶς, ἐκούσια αὐτὰ ὀνομάζοντες· ὅπως σὺ ὁ ἐπισκόπος τοὺς θλιβομένους· ἀκεραίως ὡς ἀγαθὸς οἰκονόμος μερίζῃς αὐτοῖς ἐκ τοῦ δόματος· ὁ γὰρ Θεὸς γινώσκει τὸν δεδωκότα, κἂν ἀπόντος αὐτοῦ, ὑπὸ σοῦ τοῖς δεομένοις μερίζηται· καὶ ὃς μὲν ἔχει τὸν τῆς ἀποιείας μισθὸν, σὺ δὲ τὸν τῆς ἀσυνειδήτου οἰκονομίας μακαρισμόν· λέγετε δὲ αὐτοῖς, καὶ τίς ὁ δεδωκὼς, ἵνα καὶ ἐξ ὀνόματος ὑπὲρ αὐτοῦ προσεύχωνται. χρὴ γὰρ εὖ ποιεῖν πάντας ἀνθρώπους, μὴ φιλοκερδοῦντας τοῦτον, ὅστις ἦ, ἢ ἐκεῖνον· ὁ γὰρ κύριος φησι, παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου· δῆλον δὲ ὡς τῷ χρήζοντι κατὰ ἀλήθειαν· κἂν φίλος ἦ· κἂν ἐχθρός· κἂν συγγενής· κἂν ἀλλότριος· κἂν ἄγαμος· κἂν γεγαμηκὼς ὑπάρχῃ· ἐν πάσῃ γὰρ γραφῇ ὁ κύριος περὶ τῆς πενήτων παραινεῖ λέγων, διὰ μὲν Ἡσαΐου, διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου. καὶ πτωχὸς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν δὲ ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐκ ὑπερόψῃ· καὶ διὰ τοῦ Δανιὴλ λέγει τῷ δυνάσῃ· διὸ βασιλεῦ ἡ βουλή μου ἀρεσάτω σοι, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσυναις λύτρωσαι. καὶ τὰς ἀδικίας σου ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων· καὶ διὰ Σολομῶνος φησιν, ἐλεημοσυναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· καὶ διὰ τοῦ Δαβὶδ πάλιν λέγει· μακάριος ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν, καὶ πένητα, ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ κύριος· καὶ πάλιν· ἐσκόρπισεν· ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσυνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ὁ Σολομῶν φησιν· ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, κυρίῳ δανείζει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ· καὶ ἑξῆς· ὃς φράσει τὰ ὦτα αὐτοῦ μὴ εἰσακούσαι τοῦ δεομένου, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσαι εἰσακούων αὐτοῦ.

Ὅτι καὶ τοῦ ἔθους ἐπιμελητέον τῇ χήραν.

ΚΕΦΑΛ. έ.

Ὑπαρχέτω δὲ πᾶσα χήρα πραεῖα· ἥσυχος· ἐπιεικὴς· ἄκακος· ἀόργητος· μὴ πολυλάλος· μὴ κραύγασος· μὴ πρόγλωσσος· μὴ κατυλάλος· μὴ λεξίθηρος· μὴ διασολόγος· μὴ φιλοπράγμων βλέπουσά τι σκολιὸν ἢ καὶ ἀκούσασα γινόμενον, ἔσω ὡς μὴ βλέπουσα, καὶ ὡς μὴ ἀκούσασα ὑπαρχέτω· καὶ μηδὲν ἕτερον τῇ χήρᾳ μελέτω· εἰ μὴ τὸ προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν διδόντων καὶ ὑπὲρ ὅλης τῆς ἐκκλησίας· ἐπερωτωμένη δέ τι ὑπότινος, μὴ ῥαδίως ἀποκρινέσθω, πλὴν ὅσα περὶ πίστεως· καὶ δικαιοσύνης· καὶ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος· ἀποστέλλουσα τοῖς ἡγουμένοις τὸν θέλοντας κατηχεῖσθαι τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα· μόνα δὲ ἀποκρωνέσθω τὰ περὶ ἀναξοπῆς πολυθέου πλάνης, ἀποδεικνυουσα

σα τὸν περὶ μοναρχίας Θεοῦ λόγον· περὶ δὲ τῆς ἑξῆς προπετῶς τι μὴ ἀποκρινέσθω· ὅπως μήτι ἀμαθῶς φθεγξαμένη βλασφημίαν προσενέγκῃ τῷ λόγῳ· κόκκῳ γὰρ σινάπεως ἔοικέναι τὸν λόγον ὁ κύριος ἐδογμάτισε· τοῦτο δ' ἐστὶ διάπυρον· ᾧ ἐάν τις ἄπειρος χρήσηται, πικρὸν αὐτὸ εὑρήσει· χρὴ γὰρ ἐν τοῖς μυστικοῖς μὴ προδότιν εἶναι, ἀλλ' ἀσφαλῆ· παραινεῖ γὰρ ὑμῖν ὁ κύριος λέγων· μὴ βάλλετε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ ῥαφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς· ἀκήκοαντες γὰρ οἱ ἄπιστοι τὸν περὶ Χριστοῦ λόγον οὐ δεόντως, ἀλλ' ἐνδεῶς, καὶ μᾶλλον τὸν περὶ ἐνσωματώσεως, ἢ τὰ πάθη αὐτοῦ, μυκτηρίσαντες χλευάσουσι μᾶλλον ὡς ψευδῆ, ἢ δοξάσουσι· καὶ ἔσται ὄνος ἔσαι τῆς προπετείας ἡ πρεσβῦτις καὶ τῆς βλασφημίας, καὶ τὸ ναὶ κληρονομήσει· ναὶ δέ φησι, δι' ὃ τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν.

nis de multitudine deorum pertinent, demonſtrans rationem de uno Deo ac domino; de iis vero, quæ deinceps ſequuntur, nihil temere reſpondeat, ne ſi quid inſcienter dixerit, infamiam inferat verbo Dei. Dominus enim docuit, *ſimile eſſe verbum grano ſynapis*; hoc autem eſt igneum, quo ſi quis ſine uſu & experientia utatur, reperiet eum amarum. Oportet enim in myſticis non eſſe proditorem, ſed firmum; monet enim nos dominus his verbis: *Ne projiciatis margaritas veſtras ante porcos, ne conculcent illas pedibus ſuis; & converſi dirumpant vos*. Cum enim infideles audierint verbum de Chriſto, non quantum opus ſit, ſed minus, præſertim de incarnatione, vel de paſſione ejus, magis irridebunt tanquam falſa, quam laudabunt, eritque anus iſta rea petulantiæ, ac blaſphemiæ venietque ei: *Væ hæreditas, væ*, inquit, *per quem nomen meum blaſphematur*.

Matth. 13.
Matth. 7.
Iſaiæ 52.
Rom. 12.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν, ἀπρεπὲς γάρ· καὶ ποῖαι γυναῖκες ἕπονται τῷ κυρίῳ.

Quod non oportet mulieres docere, indecorum enim eſſe: & quales mulieres dominum ſequebantur.

ΚΕΦΑΛ. ς'.

CAPUT VI.

Οὐκ ἐπιτρέπομεν γὰρ γυναῖκας διδάσκειν ἐν ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ μόνον προσεύχεσθαι· καὶ τῆς διδασκαλίας ἐπακούειν· καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ διδάσκαλος ἡμῶν καὶ κύριος Ἰησοῦς ἡμᾶς τοὺς δώδεκα πέμψας μαθητεῦσαι τὸν λαὸν καὶ τὰ ἔθνη, γυναῖκας οὐδαμοῦ ἐξαπέστειλεν εἰς τὸ κήρυγμα, καίτοι οὐκ ἀπόρων· συνῆν γὰρ ἡμῖν ἥτε μήτηρ τοῦ κυρίου καὶ αἱ ἀδελφαὶ αὐτοῦ· ἔτι δὲ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ Μαρία ἡ Ἰακώβου καὶ Μάρθα καὶ Μαρία αἱ ἀδελφαὶ Λαζάρου· Σαλώμη· καὶ ἕτεραί τινες· εἰ γὰρ ὤφειλεν ἀναγκαῖον γυναιξὶ διδάσκειν, αὐτὸς ἂν ἐκέλευσε πρῶτος καὶ ταύταις συνεῖναι ἡμῖν κατηχεῖν τὸν λαόν· εἰ γὰρ κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, οὐκ ἔστι δίκαιον τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς κεφαλῆς ἄρχειν. γνωριζέτω οὖν ἡ χήρα, ὅτι θυσιαστήριόν ἐστι Θεοῦ καὶ καθίσθω ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς· μὴ μετά τινος προφάσεως ἐν ταῖς τῶν πιστῶν οἰκίαις ἐπὶ τὸ λαμβάνειν εἰσπορεύεσθω· οὐδὲ γὰρ ποτὲ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ περιέρχεται· ἀλλ' ἐν ἑνὶ τόπῳ ἵδρυται· ὑπαρχέτω οὖν καὶ ἡ παρθένος καὶ ἡ χήρα μὴ περιέρχουσα, ἢ ῥεμβομένη κατὰ τὰς τῶν ἀλλοτρίων οἰκίας· ὅτι ῥεμβοὶ καὶ ἀναιδεῖς καὶ αἱ τοιαῦται οὐχ ἡσυχάζουσι τοὺς πόδας ἐν οἰκίᾳ τόπῳ διὰ τὸ μὴ χήρας, ἀλλὰ πήρας αὐτὰς ὑπάρχειν ἑτοίμους εἰς τὸ λαμβάνειν· φλυαρὰς· καταλάλους· μαχοσυμβόλους· ἀναιδεῖς· ἀναισχύντους· αἵ τινες τοιαῦται ὑπάρχουσαι, οὐκ ἄξιαι τοῦ καλέσαντος τυγχάνουσιν· οὐ γὰρ ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς συναγωγῆς ἀνάπαυμα ἐν τῇ κυριακῇ καταντῶσιν ὡς οἱ ἐργηγορότες· ἀλλ' ἢ νυστάζουσιν· ἢ φλυαροῦσιν· ἢ μασροπόνουσιν· ἢ αἰτοῦσιν· ἢ ἑτέρους αἰχμαλωτίζουσι προσάγοντες τῷ πονηρῷ· οὐκ ἐῶντες αὐτοὺς νήφειν ἐν κυρίῳ, ἀλλὰ παρασκευάζοντες τοιούτους αὐτοὺς ἕξιν εἶναι, οἵοι καὶ εἰσίασι διάκενοι διὰ τὸ μὴ ἀκούειν τῆς διδασκούσης ἢ τῆς ἀναγινωσκούσης τὸν τοῦ κυρίου λόγον· περὶ γὰρ τοιούτων καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγει, ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου.

IGitur *mulieribus, ut in eccleſia doceant non concedimus*, ſed tantum, ut precationes faciant, & audiant doctores: noſter enim magiſter ac dominus Jeſus Chriſtus cum nos duodecim ad docendum populum, & Gentes miſit, nuſquam mulieres ad prædicandum miſit, tametſi non deerant: erat enim nobiſcum mater domini, & ſorores ejus, præterea Maria Magdalena, & Maria Jacobi, ac Martha, & Maria ſorores Lazari, & Salome, & aliæ quædam: ſane quidem ſi neceſſe fuiſſet, ut mulieres docerent, ipſe primus iis quoque mulieribus, quæ nobiſcum erant, populum erudire præcepiſſet. Si enim *vir caput mulieris eſt*, non eſt æquum, reliquum corpus capiti præeſſe. Sciat igitur vidua eſſe altare Dei, & domi ſuæ ſedeat, neque prætextu ullo in domos fidelium ad accipiendum ingrediatur, nam neque altare Dei unquam circumit, quin potius in loco uno collocatum eſt: ergo & virgo, & vidua ne circumcurſent, aut vagentur per alienas domos, quia vagæ, & impudentes, & ſimiles in uno loco non conquieſcunt, quoniam non χῆραι ſed πῆραι ſunt, id eſt, non viduæ, ſed viduli, hoc eſt, ciſtæ, ad accipiendum promptæ, vaniloquæ, maledicæ, conſilii oppugnatrices, impudentes, inverecundæ; quæ cum tales ſunt, non ſe præſtant dignas eo, a quo vocatæ ſunt. Non enim ad eccleſiam, quæ eſt communis omnium requies, dominico die adeunt, ut faciunt qui vigilantes ſunt, immo vel dormitant, vel nugas effutiunt, vel lenocinantur, vel petunt, vel alios ducunt captivos, adjungendo eos diabolo, neque ſinentes ſobrios ac vigilantes eſſe in domino, ſed potius ſic eos præparant, ut tales exeant, quales ingrediuntur, vacui ſcilicet, idque quia non audiunt iſtæ vel eos, qui docent, vel eos, qui verbum Dei legunt. Hujuſmodi ſunt de quibus ait propheta, *auditu audietis, non & intelligetis, & videntes videbitis, & non ſcietis, incraſſatum eſt enim cor populi hujus*.

1. Cor. 14.
Luc. 8.
1. Cor. 11.
Epheſ. 5.
Eſai. 6.

Qua-

A

Quales sint falsæ viduæ.

CAPUT VII.

AD eundem ergo modum hujusmodi viduæ obturatas habent aures cordis, ut non intus in domibus suis sedeant, & ibi dominum alloquantur, quin immo, ut circumeuntes consilio quæstus per nugas faciendi, expleant adversarii desideria. Tales igitur viduæ non adhærent altari Christi. Sunt enim viduæ quædam, quæ negotiationem habent pro studio suo, & quia impudenter petunt, & insatiabiliter accipiunt, multos jam pigriores ad dandum effecerunt: cum enim debe- B rent modestiæ caussa contentæ esse ecclesiasticis subsidiis, ipsæ contra circumeundo, domos divitum excutiunt, & pecuniarum copiam sibi congerunt, & fœnori gravi dant, soliusque mammonæ curam habent, quarum Deus est crumena, quæ voluptates cibi, & potus omni virtuti præferunt, ajentes, *edamus & bibamus, cras enim moriemur*, quæ ista putaverunt tanquam firma, ac non potius fluxa, & caduca. Etenim si in conquirendis pecuniis exercitata, pro Deo colit mammona, id est, servit lucro, Deo placere non potest, neque cultum ejus exequi, cum assidue illum precari non valeat, quia habeat mentem & voluntatem auro colligen- C do intentam: quia scilicet *ubi est thesaurus, illic est cor*: mente enim tractat, ubi accipiet, aut quo ibit ad accipiendum, aut quod illa amica sua sit oblita, & quod sit aliquid dicendum ei: quæ talia cogitat, non erit attenta ad precationem, sed potius ad cogitationem menti occurrentem. Quocirca tametsi aliquando pro aliquo deprecari velit, non exaudietur, quia non toto corde, sed mente distracta supplicat Deo. Quæ autem vult intendere animum ad Deum, intus sedens, quæ domini sunt, cogitat, nocte & die ore numquam cessante, castas purasque preces adhibens. Ut igitur prudentissima illa Judith pudicitiæ testimonio laudata, D nocte & die dominum pro Israel deprecabatur: sic vidua illius similis perpetuo pro ecclesia Deum deprecabitur, eamque exaudiet, quia in hoc solum intenta est, & non in insatiabilitatem, sumptuosamque cupiditatem incumbit, cui oculus castus, aures mundæ, manus non inquinatæ, pedes quieti, os neque ad gulam, neque ad vanitatem loquacitatis paratum, loquens quidem, quæ loqui oportet, accipiens vero, quæ ad necessitatem tantum naturæ commoda sunt: quæ sic honesta, gravis, & sedata erit, placebit Deo, & simul ut a Deo aliquid petierit dabit Deus, adhuc enim te loquente, inquit, dicet, *ecce adsum*. Sit igitur vidua talis, quæ E non sit avara, superba, turpis lucri cupida, non inexplebilis, non gulæ dedita, sit continens, lenis, tranquilla, religiosa, verecunda, sedens domi suæ, psallens, precans, legens, vigilans, jejunans, semper cum Deo colloquens odis & hymnis spiritualibus, & lanam faciens, ut potius suppeditet aliis, quam ipsa ulla re indigeat, memor illius viduæ, quæ testimonio Christi in evangelio laudata est, quæ cum in templum venisset, *misit in gazophylacium duo æra minuta, qui est quadrans*: Quam cum videret is,

Isai. 22.

Matth. 6.

Judith. 9.

Isaia 31.

Luc. 21

Οἷαί εἰσιν αἱ ψευδοχῆραι.

ΚΕΦΑ΄Λ. ζ΄.

Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ τῶν τοιούτων χηρῶν ἐκλείσθη τὰ ὦτα τῆς καρδίας εἰς τὸ μὴ καθεζομένας ἔνδον ἐν ταῖς στέγαις αὐτῶν προλαλεῖν τῷ κυρίῳ, ἀλλὰ περιτρεχούσας ἐν ἐπινοίᾳ πορισμοῦ διὰ τῶν φλυαριῶν τὰ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιθυμήματα πράσσειν· αἱ τοιαῦται οὖν χῆραι οὐ προσήρτηνται τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Χριστοῦ· εἰσὶ γὰρ ἔνιαι χῆραι ἐργασίαν ἡγούμεναι τὸ πρᾶγμα· καὶ ἐξ ὧν ἀναισχύντως αἰτοῦσι καὶ ἀπλήστως λαμβάνουσιν, ἤδη καὶ ὀκνηροτέρους τοὺς πολλοὺς πρὸς τὸ διδόναι κατέστησαν· δέον γὰρ αὐτὰς ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς διὰ μετριότητα γνώμης ἐκ τῶν ἐναντίων ἐμπεριτρέχουσαι τοὺς τοῦ πλησίων οἴκους διασείουσιν εὐπορίαν χρημάτων ἑαυταῖς ἐπισωρεύουσαι, καὶ ἐπὶ πικροῖς τόκοις δανείζουσι, καὶ μόνου τοῦ μαμωνᾶ φροντίζουσιν· ὧν ὁ Θεὸς τὸ βαλλάντιον, αἳ τὸ φαγεῖν καὶ τὸ πιεῖν προκρίνουσι πάσης ἀρετῆς, λέγουσαι· φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· αἳ ὡς ἐς ὦτα ταῦτα ἐλογίσαντο· καὶ οὐχ ὡς φεύγοντα· ἡ γὰρ ἠσκηκυῖα περὶ τὸ χρηματολογεῖν, ἀντὶ τοῦ Θεοῦ λατρεύει τῷ μαμωνᾷ· τουτέστι δουλεύει τῷ κέρδει· τῷ δὲ Θεῷ εὐάρεστος εἶναι οὐδύναται· οὐδὲ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ ὑπήκοος, συνεχῶς οὐ δυναμένη ἐντυγχάνειν αὐτῷ, ἐπὶ τὸ ἀργυρολογεῖν τὴν νοῦν καὶ τὴν διάθεσιν ἔχουσα· ἐπείπερ ὅπου ὁ θησαυρὸς, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία αὐτῆς· ἐν νῷ γὰρ διαλαμβάνει, ποῦ πορευθῇ λήμματος χάριν, ἢ ὅτι ἡ δεῖνα ἡ φίλη αὐτῆς ἐπιλέλησται, καὶ λόγον τινὰ ταύτῃ προσενεγκεῖν ὀφείλει· ἡ δὲ τοιαῦτα λογιζομένη, οὐκέτι τῇ προσευχῇ προσέξῃ, ἀλλὰ τῇ ἐμπιπτούσῃ ἐννοίᾳ· διὸ κἄν ποτε θελήσῃ προσεύξασθαι ὑπέρ τινος, οὐκ εἰσακουσθήσεται· οὐ γὰρ ἐξ ὅλης καρδίας προσφέρει τὴν δέησιν κυρίῳ, ἀλλὰ μεμερισμένη διανοίᾳ. ἡ δὲ Θεῷ βουλομένη προσανέχειν, καθημένη ἔνδον φρονεῖ τὰ τοῦ κυρίου νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἀκαταπαύστῳ στόματι· δέησιν προσφέρουσα εἰλικρινῆ· ὥσπερ οὖν καὶ ἡ σοφωτάτη Ἰουδὴθ μαρτυρουμένη ἐπὶ σωφροσύνῃ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ Ἰσραὴλ, οὕτως οὖν καὶ ἡ ὁμοία αὐτῇ χήρα ἔντευξιν ἀκατάπαυστον ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας προσοίσει Θεῷ, καὶ εἰσακούσεται αὐτῆς διὰ τὸ τὴν διάνοιαν αὐτῆς πρὸς μόνῳ τούτῳ ἠρτῆσθαι· καὶ μήτε πρὸς ἀπληστίαν, μήτε πρὸς ἐπιθυμίαν πολυδάπανον ἐκκεῖσθαι· ὅτε ὀφθαλμὸς αὐτῆς ἁγνὸς, καὶ ἡ ἀκοὴ καθαρὰ καὶ αἱ χεῖρες ἀμόλυντοι· καὶ οἱ πόδες ἥσυχοι· καὶ τὸ στόμα οὔτε πρὸς λαιμαργίαν, οὔτε πρὸς φλυαρίαν ἕτοιμον· ἀλλὰ λαλοῦν μὲν τὰ δέοντα, μεταλαμβάνον δὲ ὧν προσῆκε διὰ μόνην τὴν σύστασιν· οὕτω σεμνὴ καὶ ἀτάραχος ὑπάρχουσα, εὐάρεστος ἔσται τῷ Θεῷ· καὶ ἅμα τῷ αἰτήσασθαι αὐτήν τι, προφθάσει αὐτὴν ἡ δόσις· ἔτι γάρ σου, φησὶ λαλοῦντος ἐρῶ, ἰδοὺ παρειμι. τοιαύτη δὲ οὖσα, ὑπαρχέτω ἀφιλάργυρος· ἄτυφος· μὴ αἰσχροκερδής· μὴ ἄπληστος· μὴ λίχνος· ἀλλ' ἐγκρατής· πραεῖα· ἀτάραχος· εὐλαβής· αἰδήμων· καθημένη ἐν τῇ οἰκίᾳ αὐτῆς· ψάλλουσα· προσευχομένη· ἀναγινώσκουσα· ἀγρυπνοῦσα· νηστεύουσα· Θεῷ πάντοτε προσομιλοῦσα ᾠδαῖς καὶ ὕμνοις· ἔριά τε ἐκλαμβάνουσα ἑτέροις μᾶλλον ἐπιχορηγείτω, εἴπερ αὐτή τινος δεέσθω, μιμνησκομένη τῆς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ μεμαρτυρημένης ὑπὸ τοῦ κυρίου χήρας· ἥτις ἐλθοῦσα ἐν τῷ ἱερῷ, ἔβαλεν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον τὰ δύο λεπτὰ, ὅπερ ἐστὶ κοδράντης· καὶ θεασάμενος αὐτὴν ὁ καρδιογνώστης

σης Χριστὸς ὁ κύριος ὑμῶν, καὶ διδάσκαλος εἶπεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὅτι αὕτη ἡ χήρα πλεῖον πάντων ἔβαλεν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον· ὅτι οἱ πάντες ἐκ τοῦ περισσεύματος αὐτῶν ἔβαλον· αὕτη δὲ ἐκ τοῦ ὑστερήματος ὅλον αὐτῆς τὸν βίον ὃν εἶχε· σεμνὰς ἓν δεῖ εἶναι τὰς χήρας πειθομένας τοῖς ἐπισκόποις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις· ἔτι μὴ καὶ ταῖς διακόνοις· βλαβερμένας· ἐνδεουμένας· φοβερμένας· μὴ κατεξουσιαζόσας· μήτε παρὰ τὴν διατυχοῦσάν τι ποιεῖν θελόσας δίχα γνώμης τοῦ διακόνου, οἷον τὸ πρός τινα ἀπελθόσας ἐπὶ τὸ φαγεῖν παρ' αὐτῷ καὶ πιεῖν, ἢ λαβεῖν τι παρά τινος· εἰ δὲ μὴ κελευσθεῖσα ποιήσῃ οὗ τι τούτων, ἐπιτιμάσθω νηστείᾳ· ἢ ἀφορισέσθω ὡς πρωτοπέτης.

A cui patet cor, Chriſtus dominus noſter, ac magiſter ait: *Amen dico vobis, plus omnibus miſit in gazophylacion hæc vidua: quæ illi omnes, ex abundantia ſua miſerunt, hæc vero totum victum ſuum, quem habebat, miſit.* Viduas igitur oportet eſſe honeſtas, graves, obedientes epiſcopis, presbyteris, diaconis, adhuc etiam diaconiſſis; adhibentes reverentiam, obſervantiam, metum, non liberas, & licentiæ compotes, neque præter præſcriptum quicquam facientes ſine diaconi ſententia, ut ſi velint ire ad aliquem ad comprandendum, aut bibendum, aut ab aliquo accipiendum. Sin vero injuſſu aliquid hujuſmodi fecerit, pœna ſit ei jejunium, aut excommunicatio, B ut petulanti, & temerariæ. *Marc.* 12.

Ὅτι οὐ χρὴ παρὰ ἀναξίων λαμβάνειν τὴν χήραν· ἢ τὸν ἐπίσκοπον· ἢ ἄλλον πιστόν.

Quod non oporteat, ut vidua ab indignis accipiat, aut epiſcopus, aut alius fidelis.

ΚΕΦΑΛ. ή.

Τί γὰρ ἐπίσταται ὁποία τίς ἐστι, παρ' ἧς λαμβάνει· ἢ ἐκ ποταπῆς διακονίας παρὰ βάλλει τὴν ἕοφιν· πότερον ἐξ ἁρπαγῆς, ἢ ἑτέρας τινὸς κακῆς ἀγωγῆς· ἐκ ἐπισταμένη ἡ χήρα ὅτι ὑπὲρ ὧν ἑκάστου τούτων δώσει λόγον Θεῷ, δεχομένη ἀναξίως Θεοῦ· ὅτε γὰρ οἱ ἱερεῖς τοιαύτης ἐκουσιασμὸν δέξονταί ποτε· οἷον ἅρπαγος, ἢ πόρνης· γέγραπται γάρ, ἐκ ἐπιθυμήσεις τὰ τοῦ πλησίον· καὶ οὐ πορνοίσεις μίσθωμα πόρνης κυρίῳ τῷ Θεῷ· οὐ δεῖ ἓν δέχεσθαι παρὰ τῶν τοιούτων· ὅτε μὴ παρὰ ἀφωρισμένων· γινέσθωσαν δὲ αἱ χῆραι ἕτοιμοι πρὸς ὑπακοὴν τῶν ἐντεταλμένων αὐταῖς ὑπὸ τῶν κρειττόνων· καὶ κατὰ τὴν διάταξιν τοῦ ἐπισκόπου ποιείτωσαν ὡς Θεῷ ὑπακούσαι· ὁ γὰρ ἀπὸ τοιούτου ἐπιῤῥήτου, ἢ ἀποσυναγώγου δεχόμενος, καὶ ὑπὲρ τούτου προσευχόμενος ἐμμένειν τοῖς κακοῖς προαιρουμένῳ, καὶ μὴ θέλοντος μετανοῆσαί ποτε, κοινωνεῖ τούτῳ τῇ προσευχῇ καὶ λυπεῖ Χριστὸν τὸν τοὺς ἀδίκους ἀποστρεφόμενον, καὶ οἰκοδομεῖ αὐτὸς διὰ τῆς ἀναξίου δόσεως· ἓ συμμολύνεται αὐταῖς, μὴ ἀφεὶς αὐτοὺς εἰς μετάνοιαν ἐλθεῖν, ὥστε προσκλαῦσαι καὶ δεηθῆναι τοῦ Θεοῦ.

C AUT VIII.

QUid enim ſcit, qualis ſit illa, unde accipit, aut ex quo genere miniſterii victum ſibi parat: num ex rapina, aut ex alio quopiam inhoneſto vivendi modo? ſcilicet neſcit hujuſmodi vidua reddituram ſe de his omnibus rationem Deo, quippe quæ ut indignum Deo eſt, accipiat: neque enim ſacerdotes talium munera ſponte oblata unquam C accipient, ut furis, aut meretricis. Scriptum eſt enim, *non concupiſces rem proximi tui, neque offeres mercedem proſtibuli domino Deo.* Non eſt igitur accipiendum a talibus, neque etiam ab excommunicatis. Sint autem viduæ promptæ ad capeſſendum mandata ſuperiorum, & ad præſcriptum epiſcopi agant, tanquam Deo obedientes. Qui enim accipit donum ab hujuſmodi infami, aut excommunicato datum, & Deum precatur pro eo, qui vult in ſcelere perſeverare, neque pœnitendo vult unquam reſipiſcere, hic communionem precationis cum illo ipſo a quo accipit, habet, & Chriſtum qui iniquos repellit, contriſtat: eoſque in delicto ædificat, cum eorum dona D indigna accipit, ſeque cum eis inquinat, dum non ſinit eos ad pœnitentiam venire, ut defleant, & deprecentur Deum.

Ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας βαπτίζειν· ἀσεβὲς γὰρ, καὶ τῆς Χριστοῦ διδασκαλίας ἀλλότριον.

Quod non oporteat mulieres baptizare, eſſe enim impium, & a doctrina Chriſti alienum.

ΚΕΦΑΛ. θ'.

Περὶ δὲ τοῦ γυναῖκας βαπτίζειν, γνωρίζομεν ὑμῖν, ὅτι κίνδυνος μικρὸς τοῖς τοῦτο ἐπιχειρήσασι· διὸ οὐ συμβουλεύομεν, ἐπισφαλὲς γὰρ, μᾶλλον δὲ παράνομον καὶ ἀσεβές· εἰ γὰρ κεφαλὴ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ἕως δὲ προχειρίζεται εἰς ἱερωσύνην, οὐ δίναμον, ἀθετῆσαι δημιουργίαν, καὶ καταλιπόντι τὴν ἀρχὴν, ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἐλθεῖν σῶμα· γυνὴ γὰρ σῶμα ἀνδρὸς, ἐκ πλευρᾶς ὂν, καὶ ὑποκείμενον ἐκείνῳ ἐξ οὗπερ καὶ διηρέθη εἰς παίδων γένεσιν· αὐτὸς γάρ σου, φησὶ, κυριεύσει· ἀρχὴ γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ἐφεξῆς καὶ κεφαλή· εἰ δὲ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διδάσκειν αὐταῖς ἐκ ἐπεξέφαμεν, πῶς ἱερατεῦσαι τοιούτοις παρὰ φύσιν τις συγχωρήσει, τοῦτο γὰρ τῆς τῶν ἑλλήνων ἀθεότητος τὸ ἄγνωμα, θηλείαις θεαῖς ἱερείας χειροτονεῖν· ἀλλ' οὐ τῆς Χριστοῦ διατάξεως· εἰ δὲ καὶ

CAPUT IX.

DE mulieribus vero * baptizantibus ſcitote, quæ hoc tentant, non mediocre periculum eas incurrere: quamobrem non hoc conſilium damus, periculoſum enim eſt, immo vero præter legem, & impium. Etenim ſi *vir eſt caput mulieris*, & hic eligitur ad ſacerdo- 1. *Cor.* 11. *Epheſ.* 5. E tium, non eſt æquum improbare, quod in ædificatione mundi factum eſt, & relicto capite ad extremum corpus deſcendere; mulier namque corpus viri eſt, ex coſta ejus fabricatum, eique ſubjectum, a quo ſeparatum eſt ad liberorum procreationem: *ipſe*, inquit, *do-* *Geneſ.* 3. *minabitur tui*: princeps enim mulieris vir eſt, quippe caput ejus. Quod ſi hactenus mulieribus docendi munus non commiſimus, quomodo munere ſacerdotali fungi præter naturam eiſdem quiſpiam permittet? hic enim eſt error Gentilium Deum negantium, Deis

* Tertull. cap. 17. de baptiſmo.

fœ-

fœminis ſacerdotes fœminas eligere : at non A eſt hoc a Chriſto conſtitutum . Quod ſi a mulieribus baptizari oporteret, profecto Chriſtus a matre ſua baptizatus eſſet, & non a Joanne : aut cum nos ad baptizandum miſit , miſiſſet quidem mulieres nobiſcum ad hoc : nunc vero nuſquam neque juſſit hoc , neque per ſcripturam tradidit , utpote qui naturæ convenientiam , & rei decorum noſſet, tanquam naturæ auctor, & legislator .

Matth. 3. & 28.

Quod non oporteat, ut laicus ullum opus ſacerdotale faciat, ut baptiſmum, aut ſacrificium, aut manus impoſitionem, aut benedictionem.

B

CAPUT X.

* Baptizare ſi neceſſitas cogat ſcimus etiam licere laicis , inquit Hier. adv. Luciferianos & cum eo alii paſſim. *Hebr. 5. 2. Par. 26.*

IMmo neque * laico permittimus facere aliquod opus ſacerdotale , ut ſacrificium , aut baptiſmum, aut impoſitionem manus , aut benedictionem, ſive parvam . ſive magnam; *nemo enim ſibi ſumit honorem , ſed qui vocatur a domino*: hujuſmodi namque gratia per impoſitionem manuum epiſcopi datur ; qui vero non eſt ad eam electus , ſed potius ſibi eam rapuit , hic ſupplicio Oziæ afficietur .

Quod nulli ex clericis præterquam epiſcopo, aut presbytero permiſſum eſt facere , quæ ſunt ſacerdotum: ordinare vero epiſcopo tantum convenit, & nulli alii,

C

CAPUT XI.

Non de quocumque baptiſmo præſertim in neceſſitate , ſed de ſolemni atque ordinario intelligenda videntur. *Num. 16.*

IMmo * neque reliquis clericis poteſtatem baptizandi facimus; ut lectoribus , cantoribus , janitoribus, aut miniſtris, niſi tantum epiſcopis , & presbyteris miniſtrantibus diaconis. Qui vero hoc auſi fuerint, pœnas Coritarum pendent. Neque presbyteris poteſtatem damus ordinandi diaconos, aut diaconiſſas, aut lectores, aut miniſtros, aut cantores, aut janitores, ſed epiſcopis tantum; hic enim eſt ordo eccleſiaſticus, & concentus .

D

Debortatio ab invidia.

CAPUT XII.

DE invidia vero, æmulatione, maledicentia, rixa, contentione jam dictum eſt a nobis, aliena eſſe hæc a Chriſtiano , præſertim in viduis. Poſtquam vero diabolus multis variiſque modis ad fallendum inſtructus , in eas, quæ non ſunt veræ viduæ , ſpeciem quamdam & pompam infert, ut olim etiam in Cainum intulit: quædam enim ſunt, quæ ſe quidem viduas dicunt , præcepta vero & inſtituta viduitatis digna non exercent, ſicut E neque Cain jura fraterna : ignorant enim , quod nomen viduitatis non introducet eas in regnum cœlorum , ſed potius vera fides & opera ſancta: ſi ergo quæpiam nomen viduæ habeat, ſtudia vero adverſarii exerceat , hujus viduitas non reputabitur : quinimmo a regno Dei repulſa, æterno ſupplicio tradetur . Audimus enim quaſdam viduas eſſe zelotypas, invidas, obtrectatrices, quæ aliarum ſubſidiis, & allevamentis invident. Quæ vero ſic ſunt, non ſunt Chriſti diſcipulæ, neque do-

εἶδει ὑμᾶς γυναικῶν βαπτίζεσθαι, πάντως ἂν ὁ κύριος ἐπὶ τῆς ἰδίας μητρὸς ἐβαπτίζετο· ἢ οὐκ ὑπὸ Ἰωάννου· ἢ ἡμᾶς ἀποστέλλων εἰς τὸ βαπτίζειν, συναπέστειλεν ἂν ἡμῖν, καὶ γυναῖκας ἐπὶ τοῦτο· νυνὶ δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε προστέταχεν, οὔτε ἐγγράφως παρέδωκεν, εἰδὼς καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, καὶ τὴν διαφέρειαν τοῦ πράγματος, ὡς καὶ τῆς φύσεως δημιουργὸς, καὶ τῆς διατάξεως νομοθέτης.

Ὅτι οὐ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον· βαπτισμα· ἢ θυσίαν· ἢ χειροθεσίαν· ἢ εὐλογίαν.

ΚΕΦΑΛ. ί.

Ἀλλ' ὅτε λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων· οἷον θυσίαν· ἢ βάπτισμα· ἢ χειροθεσίαν· ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην, οὐκ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη ἀξία· ὁ δὲ μὴ ἐγχειρισθεὶς ταύτην, ἀλλ' ἁρπάσας αὐτὴν ἑαυτῷ, τὴν τιμωρίαν τοῦ Ὀζίου ὑποστήσεται.

Ὅτι πλὴν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ἐπιτέτραπται τὰ τῶν ἱερέων ἐνεργεῖν, τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει· ἑτέρῳ δὲ οὐδενί.

ΚΕΦΑΛ. ιά.

Ἀλλ' ὅτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν, οἷον ἀναγνώσαις· ἢ ψάλταις· ἢ πυλωροῖς, ἢ ὑπηρέταις· ἢ μόνοις ἐπισκόποις, ἢ πρεσβυτέροις, ὑπηρετουμένοις αὐτοῖς τῶν διακόνων· οἱ δὲ τολμῶντες τοῦτο, τῶν Κορείτων ὑποίσουσι τὰς δίκας· οὐκ ἐπιτρέπομεν δὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους. ἢ διακονίσσας· ἢ ἀναγνώσας· ἢ ὑπηρέτας· ἢ ᾠδάς· ἢ πυλωρούς· ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις· αὕτη γὰρ ἐστὶ τάξις ἐκκλησιαστικὴ καὶ ἁρμονία.

Ἀποτροπὴ βασκανίας.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

Περὶ δὲ φθόνου καὶ ζήλου, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ἔριδος, καὶ φιλονεικίας, προείρηται ὑμῖν, ὅτι ταῦτα Χριστιανῷ ἀλλότρια καὶ μάλιστα ἐπὶ χηρῶν· ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐνεργὸς διάβολος πολύτροπος καὶ ποικίλος ὑπάρχων εἰς τὰς μὴ χήρας ἐμπομπεύει· ὡς καί ποτε εἰς τὸν Καΐν. εἰσὶ γὰρ λέγουσιν εἶναι χῆραι, τὰ δὲ τῆς χηρείας ἄξια παραγγέλματα οὐ ποιοῦσιν, ὡς οὐδ' ὁ Καΐν τὰ ἀδελφικὰ δικαιώματα· ἀγνοοῦσι γὰρ ὡς οὐ τὸ ὄνομα τῆς χηρείας εἰς βασιλείαν αὐτὰς εἰσάξει· ἀλλ' ἡ ἀληθὴς πίστις καὶ τὰ ὅσια ἔργα· εἰ δέ τις τὸ μὲν ὄνομα τῆς χηρείας κέκτηται, τὰ δὲ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιτελεῖ ἐπιτηδεύματα, ἡ μὲν χηρεία αὐτῆς οὐ λογισθήσεται· ἐξωσθεῖσα δὲ τῆς βασιλείας, αἰωνίᾳ κολάσει παραδοθήσεται· ἀκούομεν γάρ τινας χήρας ζηλοτύπους· φθονερὰς· διαβολὰς· βασκαινούσας ταῖς ἑτέρων ἀνέσεσιν· αἱ δὲ τοιαῦται οὐκ εἰσὶ τοῦ Χριστοῦ· οὐδὲ τῆς ἐκείνου

κείνου διδασκαλίας μαθήτειαι· δέον γὰρ αὐτὰς ἐνδυθείσης αὐτῷ συγχήρας ὑπό τινος, ἢ λαβούσης ἀργύρια, ἢ ἔνδυμα, ἢ ὑπόδεσιν, θεασαμένας τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ ἀναψύξασαν εἰπεῖν.

A strina illius institutæ: dicere enim potius debebant, si quam sororem vel fratrem viderent recreasse alteram viduam, eique aut vestitum, aut pecuniam, aut alimentum, aut potum, aut calceos præbuisse, dicere, inquam, debebant.

Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῶν διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας.

Quomodo oporteat viduas orare pro iis, qui præbent quæ opus sunt.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

CAPUT XIII.

ΕΥ̓λογητὸς εἶ ὁ Θεὸς ὁ ἀναψύξας τὴν συγχήραν· εὐλόγησον κύριε, καὶ δόξασον τὸν διακονήσαντι αὐτῇ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀναβιῶναι ἐν ἀληθείᾳ πρός σε· καὶ μνηθήσῃ αὐτοῦ εἰς ἀγαθὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτοῦ. καὶ τὸν ἐπίσκοπόν μου τὸν καλῶς σοι λειτουργήσαντα καὶ διδάξαντα εὔκαιρον ἐλεημοσύνῃ γυμνῇ ὄσῃ τῇ συγχήρᾳ μου γένεσθαι, προσθεὶς αὐτῇ δόξαν· καὶ δώσῃς αὐτῷ στέφανον καυχήσεως ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως ἐπισκοπῆς σου· ὁμοίως καὶ ἡ λαβοῦσα χήρα τὸ ἔλεος, συμπροσευχέσθω τῷ διδόντι αὐτῇ τὴν διακονίαν.

Benedictus Deus, qui conviduam recreasti, benedic, domine, & glorifica eum, qui illi præbuit, & opus ejus adscendat vere ad te, & memineris ejus, ut bene sit ei in die visitationis ejus. Episcopum quoque meum glorifica, qui bene tibi ministravit, & opportunam eleemosynam meæ convetulæ, quæ erat nuda, fieri docuit, addas ei gloriam, & des ei coronam gloriationis in die revelationis visitationis tuæ: similiter vidua, cui tributa est misericordia, comprecetur pro eo, qui tribuit.

Ὅτι οὐ χρὴ κομπάζειν οὐδὲ περιαγγέλλειν τὸ ἑαυτῆς ὄνομα τὴν καρποφορῆσαν κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

Quod non oporteat gloriari, neque ut jactet nomen suum, quæ eleemosynam facit.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

CAPUT XIV.

ΗΜού τοι εὖ ποιῆσα, ἀποκρυψάτω τὸ οἰκεῖον ὄνομα ὡς σοφή· μὴ σαλπίζουσα ἔμπροσθεν αὐτῆς· ἵνα γένηται ἡ ἐλεημοσύνη πρὸς τὸν Θεὸν ἐν κρυπτῷ, καθὼς φησιν ὁ κύριος. ὅτι σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ἡ χήρα προσευχέσθω ὑπὲρ τοῦ δεδωκότος ὅς τις ποτ' ἂν ᾖ, ἅγιον θυσιαστήριον Χριστοῦ ὑπάρχουσα· καὶ ὁ πατὴρ ὁ βλέπων ἐν τῷ κρύπτῳ, ἀποδώσει τῷ εὖ ποιοῦντι ἐν τῷ φανερῷ· ἀλλ' αἱ μὴ κατ' ἐντολὴν Θεοῦ ζῆν θέλουσαι χῆραι φροντίζουσι πολυπραγμονεῖν, τίς ἡ διακονησαμένη· καὶ τίνες αἱ λαβοῦσαι· καὶ μαθοῦσα, ἐπιμέμφεται τῇ διακονησαμένῃ, λέγουσα, οὐκ ἴδης ὅτι ἐγώ σοι μᾶλλον παρ' ἐκείνῃ θλιβομένη; ὅτι οὖν προετίμησας ἐκείνην ἐμοῦ; τοῦτο δὲ λέγει ἄφρων ὑπάρχουσα, οὐ νοοῦσα ὅτι οὐκ ἀνθρώπου τοῦτο θέλημα γέγονεν, ἀλλὰ Θεοῦ πρόσταγμα· εἰ γὰρ μαρτυρεῖ αὐτῇ ὅτι ἐγγυτέρω ὑπῆρχε, καὶ ἐν πλείονι ἐνδείᾳ ἐξητάζετο, καὶ μᾶλλον αὐτὴ γυμνὴ ἦ ἐκείνη, ὀφείλει νοεῖν τὸν διατιξάμενον, καὶ ἀποσιγήσασα, καὶ μὴ μεμψαμένη τὴν διακονήσασαν, εἰσελθοῦσα εἰς οἶκον ἑαυτῆς, καὶ ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτὴν βαλοῦσα ἱκετεῦσαι τὸν Θεὸν ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ πλημμέλημα· ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο τῇ εὖ ποιούσῃ μὴ βαυκαλᾶν τὴν δόσιν· ἡ δὲ ἐμέμφετο ὅτι μὴ ἐκήρυξεν αὐτῆς τὸ ὄνομα· ἵνα καὶ αὐτὴ μαθοῦσα δράμῃ εἰς τὸ λαβεῖν· οὐχ ὁμοίως ἐμέμφετο, ἀλλά γε, καὶ κατηρᾶτο αὐτῇ ἐπιλαθομένῃ τοῦ εἰπόντος· ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγητται, καὶ ὁ κατηρώμενός σε κεκατήρατται· λέγει δὲ ὁ κύριος, ὅταν εἰσερχησθε εἰς οἶκον, λέγετε, εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ· καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτόν, ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἄξιος, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστρέψει.

TAmen quæ benigne faciet, nomen suum celet, ut sapiens non canens tuba ante se, ut fiat eleemosyna coram Deo in occulto, sicut dominus ait, *cum facis eleemosynam, nesciat sinistra, quid facit dextra tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito*, & vidua precetur pro eo, qui dedit, quicumque ille sit, cum sit ipsa sanctum quoddam altare Dei, *& pater, qui videt in occulto, reddet in aperto ei, qui benigne facit*: verum viduæ, quæ secundum Dei mandatum vivere nolunt, curam habent scisitandi curiose, quæ illa, quæ dedit, quæ item illæ quæ acceperunt: quod cum cognovit, queritur de illa, quæ dedit, an, inquit, nesciebas, me esse viciniorem, & calamitosiorem illa? cur igitur mihi illam prætulisti? hæc vero dicit desipiens, non intelligens, non fuisse hanc voluntatem hominis, sed Dei mandatum: etenim si ipsa testatur, quod erat Deo propinquior, quod majore inopia premebatur, & quod magis nuda, quam illa, debet cogitare eum, qui legem sanxit, & tacita, ac de ea, quæ præbuit, non conquesta, ingressa in domum suam humi in faciem prostrata supplicare Deo, ut peccatum sibi remittat: Dominus enim præcepit iis, qui beneficium dant, ne beneficium datum jactent atque ostentent: hæc vero querebatur de illa, quod nomen non dixisset, ut ipsa quoque ad accipiendum curreret: neque querebatur solum, sed male etiam precabatur oblita quod dominus dixit, *qui benedicit tibi, benedictus est, & qui maledicit, maledictus*, Ait præterea dominus, *cum domum intratis, dicite, pax huic domui, & si fuerit illic filius pacis, pax vestra requiescet super eum: sin vero non fuerit dignus, pax vestra revertetur ad vos.*

Matth. 6.

Matth. 6.

Genes. 12.

Matth. 10.

Quod non deceat conviciari proximo, alienum enim esse a Christiano, maledicere: & de diaconissis.

CAPUT XV.

SI igitur pax ad illos rursus redit, qui eam præmiserunt, quia non reperit qui ea essent digni: multo magis maledictio in caput ejus, qui inique eam jecit, revertitur, quia is, in quem jacta est, non sit ea dignus. *Quisquis enim sine caussa convicium facit; sibi maledicit*, ut Salomon ait: *sicut aves volant, & passeres, sic maledictio vana non abibit in nihilum*: & rursus ait: *Qui convicia inferunt, imprudentissimi sunt*. Ut autem apis infirmis viribus prædita, postquam pupugerit, aculeum amittit, steriliseque efficitur; sic vos quam injuriam aliis feceritis, hanc vobis facietis. *Lacum*, inquit, *aperuit, & effodit eum, & incidet in foveam, quam fecit*: & rursus, *Qui foveam proximo fecit, incidet in eam*. Ergo qui maledictum evitare vult, ne alteri maledicat. *Quod enim fieri tibi non vis, alteri ne facias*. Igitur qui maledictionem fugit, ne alteri maledicat. Quare monete viduas non obedientes, objurgate inverecundas, consolamini eas quæ sunt pusillo animo, roborate infirmas, laudate eas, quæ sancte vivunt; benedicant potius, & non maledicant, pacem concilient, & ne bellum inferant. Ne igitur episcopus, ne presbyter, ne diaconus, ne quivis alius ordinis clericorum linguam convicio inquinet, ut non pro benedictione maledictionem reportet: studeat autem & curet episcopus, ut neque laicus maledictionem proferat: habenda enim est ei cura de omnibus, de clericis, de virginibus, de viduis, de laicis. Idcirco, episcope, elige adjutores tuos vitæ, & justitiæ operarios diaconos Deo gratos, quos ex cuncto populo maxime dignos probaris, & faciles ad vexationes, & molestias, in usus ministerii sustinendas. Eliges quoque diaconissam fidelem, & sanctam ad ministrandum mulieribus. Evenire enim solet aliquando in quibusdam domibus, ut non possis propter infideles mittere diaconum ad mulieres, mittere vero possis diaconissam prupter cogitationes improborum; ad multa enim indigemus diaconissa, ac primum quidem cum mulieres baptizantur, unget quidem eis diaconus frontem tantum oleo sancto, post eum vero illinet eas diaconissa. Non enim opus est, ut viri inspiciant fœminas: verum solum episcopus in baptismo caput ejus * unget, sicut prius ungebantur reges, & sacerdotes; non quidem quod qui nunc baptizantur, etiam sacerdotes ordinentur, sed quod fiant a Christo Christiani, *regale sacerdotium*, *gens sancta*, ecclesia Dei, columna & firmamentum præsentis luminis, *qui aliquando non populus, nunc autem dilecti & electi, super quos invocatum est novum nomen ejus*, ut testatur Esaias propheta dicens, *& vocabunt populum nova ejus nomine, quo dominus nominabit eum*,

Prov. 26.
Prov. 10.
Psal. 7.
Prov. 26.
Eccles. 10.
Tob. 4.

* De unctionibus sacris aliisque in baptismo usurpari solitis ceremoniis pluribus hic author hoc & seqq. capp. & alibi, omnisque cum eo antiquitas. Vide infra VII 23.41.42.
2. Pet. 2.
2. Tim. 3.
Osee 2.
Esai. 62.

Ὅτι ἁρμόττει τὸ λοιδορεῖν τὸν πλησίον· ἀλλοτρίου γὰρ Χριστιανῶν τὸ καταρᾶσθαι.

ΚΕΦΑΛ. ιέ.

ΕΙ' ἓν ἡ εἰρλώη ἐπὶ τὲς πέμψαντας αὐτλὼ ἐπ' ἐκείνες πάλιν ἐπισρέφει ἐπὶ τὲς προηκαμβύας αὐτλὼ, διὰ τὸ μὴ ἄρεῖν ἀξίες αὐτῆς, πολλὺ μᾶλλον ἡ κατάρα ἐπισέψει εἰς κεφαλλὼ τῦ ἀδίκως αὐτλὼ ἐκπέμψαντος, ὡς ἐκ ἀξίε ὄντος λαβεῖν αὐτλὼ ἐκείνε προὸς ὃν περ ἐξαπεσάλη· πᾶς γὰρ ὁ μάτλω λοιδορῶν, ἑαυτὸν ἀρᾶτ ται, καθά φησιν ὁ Σολομών· ὥσπερ ὄρνεα πέτονται κ) σρυθοὶ, ὕτως ἀρὰ ματαία ἐκ ἐπελθόσεται ἐπ' ἀδονί· κ) πάλιν λέγει, οἱ δὲ ἐκφέροντες λοιδορίας ἀφρονέσατοί εἰσιν· ὥσπερ δὲ ἡ μέλισσα ἐν τῇ δυνάμει αὐτῆς ἀθονὴς ὅσα ἐπ' ἂν πλήξη τινὰ, τὸ κονῆρον ἀποβάλλει κ) γίνεται σεῖρα, τὸν αὐτὸν τρόπον κ) ὑμεῖς ὃ ἐὰν ποιήσητε ἄδικον εἰς ἑτέρες, τῦτο εἰς ἑαυτὲς ἐνεργήσετε· λάκκον γὰρ ὤρυξε, κ) ἀνέσκαψεν αὐτὸν, κ) ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον, ὃν εἰργάσατο· κ) πάλιν· ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον αὐτῦ, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν· ἐκ ἦν ὁ φεύγων κατάραν, ἕτερον μὴ καταράσθω· ὃ γὰρ μισεῖς σοι γενέσθαι, ἀδὲ ἄλλῳ σὺ ποιήσεις· διὸ νεθετεῖτε τὰς ἀπειθεῖς· ἐπιπλήσετε ταῖς ἀναιχύντοις· παρακαλεῖτε τὰς ὀλιγοψύχες· ἰχυροποιεῖτε τὰς ἀθενέσας· ἐπαινεῖτε τὰς ἐν ὁσιότητι ὁδευόσας· εὐλογείτωσαν μᾶλλον, κ) μὴ λοιδορείτωσαν· εἰρηνοποιείτωσαν· κ) μὴ πόλεμον ἐμποιείτωσαν· μήτε ἦν ἐπίσκοπος, μήτε πρεσβύτερος, μήτε διάκονος, μήτε ἄλλος τις ἐκ τῦ κατα λόγυ τῦ ἱερατικῦ λοιδορίαν τινὶ ὠλώσαν μολυνέτω· ἵνα μὴ ἀντὶ εὐλογίας κατάραν κληρονομήσῃ· ἔσω δὲ σπεδὴ ἡ ἐπιμέλεια τῷ ἐπισκόπῳ ὅπως μηδὲ λαϊκὸς κατάραν ἐκφέρῃ· περὶ πάντων γὰρ αὐτῷ μέλλειν ὀφείλει· περὶ κληρικῶν· περὶ παρθένων· περὶ χήρων· περὶ λαϊκῶν· διὰ τῦτο ὦ ἐπίσκοπε τὲς συνεργὲς σν τῆς ζωῆς κ) τῆς δημοσιώνης ἐργάτας, εὐλογόνς εὐαρέσες Θεῷ προχείριζε, ὃς ἐκ παντὸς τῦ λαῦ δοκιμάζεις εἶναι ἀξίος· κ) εἰς τὰς τῆς εὐλογίας χρείας εὐσκύλτες· προχείρισαι δὲ κ) διάκονον πισλὼ κ) ἁγίαν εἰς τὰς τῶ γυναικῶν ὑπηρεσίας· ἔσι γὰρ ὁπότων οὐ τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναῖξιν ἀ δώνατ αι πέμπειν διὰ τὲς ἀπίσες· ἀποσελεῖς ἓν γυναῖκα διάκονον διὰ τὰς τῶ φαύλων ἐνοίας· κ) γὰρ εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρήζομεν εὐλογόνς· κ) πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῆ τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ· κ) μετ' αὐτὸν ἡ διάκονος ἀλείψει αὐτάς· ἀ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατοπτεύεσθαι· ἀλλὰ μόνον ἐν τῇ χειροθεσίᾳ τλὼ κεφαλλὼ αὐτῆς χρίσει ὁ ἐπίσκοπος, ὃν τρόπον οἱ ἱερεῖς κ) οἱ βασιλεῖς τὸ πρότερον ἐχρίοντο· ἀχ ὅτι κ) οἱ νῦν βαπτιζόμενοι ἱερεῖς χειροτονῦνται, ἀλλ' ὡς ἀπὸ τῦ Χρις῀ Χριστιανοί· βασίλειον ἱεράτευμα, κ) ἔθνος ἅγιον· ἐκκλησία Θεῦ· σῦλος κ) ἑδραίωμα τῦ * νυμφῶνος, οἱ ποτὲ ἀλαὸς, νῦν δὲ ἠγαπημένοι κ) ἐκλεκτοί· οἷς ἐπεκλήθη τὸ ὀνομὸν αὐτῦ ὄνομα, ὡς μαρτυρεῖ κ) Ἡσαΐας ὁ προφήτης λέγων· κ) καλέσυσι τὸν λαὸν τὸ ὄνομα αὐτῦ τὸ ὀνομὸν, ὃ ὁ κύριος ὀνομάσει αὐτόν·

* νῦν legit interpres.

Περὶ μυήσεως θείας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

ΚΕΦΑΛ. ιε'.

Σὺ οὖν ὦ ἐπίσκοπε ἐκείνῳ τῷ τύπῳ χεῖσεις τὴν κεφαλὴν τῶν βαπτιζομένων εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος· ἔπειτα ἢ σὺ ὁ ἐπίσκοπος, ἢ ὁ ὑπό σε πρεσβύτερος τὴν ἱερὰν ἐπ' αὐτοῖς εἰπὼν καὶ ἐπονομάσας ἐπίκλησιν πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος, βαπτίσεις αὐτοὺς ἐν τῷ ὕδατι· καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος. τὴν δὲ γυναῖκα ἡ διάκονος· ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γένηται· καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος χρίσει τοὺς βαπτισθέντας τῷ μύρῳ.

Ποίαν αἰτίαν ἔχει τὸ εἰς τὸν Χριστὸν βάπτισμα· καὶ διατὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἕκαστον λέγεται, καὶ πράττεται.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

Ἔστι τοίνυν τὸ μὲν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ Ἰησοῦ διδόμενον· τὸ δὲ ὕδωρ ἀντὶ ταφῆς· καὶ τὸ ἔλαιον ἀντὶ πνεύματος ἁγίου· ἡ σφραγὶς ἀντὶ τοῦ σταυροῦ· τὸ μύρον βεβαίωσις τῆς ὁμολογίας· τοῦ παθόντος καὶ ἀναστάντος· ἡ μνήμη ὡς αἰτίου καὶ ἀποστολέως· τοῦ πνεύματος ἡ συμπαράληψις ὡς μάρτυρος· ἡ κατάδυσις, τὸ συναποθανεῖν· ἡ ἀνάδυσις, τὸ συναναστῆναι· πατὴρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεός· Χριστὸς ὁ μονογενὴς Θεός· ὁ ἀγαπητὸς υἱός· ὁ τῆς δόξης κύριος· πνεῦμα ἅγιον ὁ παράκλητος τὸ ὑπὸ Χριστοῦ πεμπόμενον, καὶ ὑπ' ἐκείνου διδασκόμενον, καὶ ἐκεῖνον κηρύττον.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ μεμυημένος.

ΚΕΦΑΛ. ιη'.

Ὁ δὲ βαπτιζόμενος ὑπαρχέτω ἀλλότριος ἀσεβείας πάσης· ἀνενέργητος πρὸς ἁμαρτίαν· φίλος Θεοῦ· ἐχθρὸς διαβόλου· κληρονόμος Θεοῦ πατρός· συγκληρονόμος δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· ἀποτεταγμένος τῷ Σατανᾷ· καὶ τοῖς δαίμοσι καὶ ταῖς ἀπάταις αὐτοῦ· ἁγνός· καθαρός· ὅσιος· θεοφιλής· υἱὸς τοῦ Θεοῦ. προσδοκώμενος, ὡς υἱὸς πατρὶ, καὶ λέγων ὡς ἀπὸ κοινοῦ τοῦ τῆς πίστεως συναθροίσματος ἅπας. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου. γενηθήτω τὸ θέλημά σου· ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Οἷος ὀφείλει εἶναι ὁ διάκονος.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

Ἔστωσαν δὲ καὶ οἱ διάκονοι ἐν πᾶσιν ἄμωμοι ὡς καὶ ὁ ἐπίσκοπος, μόνον δὲ δύσκολότεροι· ἀνάλογοι πρὸς τὸ πλῆθος τῆς ἐκκλησίας. ἵνα καὶ τοῖς ἀδυνάτοις ὑπηρετεῖσθαι δύνωνται ὡς ἐργάται ἀνεπαίσχυντοι· καὶ ἡ μὲν γυνὴ τὰς γυναῖκας σπουδάζουσα θεραπεύειν· ἀμφότεροι δὲ τὴν πρὸς ἀγγελίαν· ἐκδημίαν· ὑπηρεσίαν· δουλείαν· ὡς καὶ περὶ τοῦ κυρίου Ἡσαΐας ἔλεγε φάσκων, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δου-

De divina celebratione myſterii ſancti baptiſmatis.

CAPUT XVI.

TU igitur, epiſcope, ad exemplum illud unges oleo ſancto caput eorum, qui baptizantur, ſive viri ſint, ſive mulieres, in typum ſpiritualis baptiſmi. Deinde aut tu, epiſcope, aut presbyter tuus, qui ſub poteſtate tua eſt, facta ſuper eos nominatim ſacra invocatione Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, baptizabis. Ac virum quidem ſuſcipiat diaconus, mulierem vero diaconiſſa, ut honeſte, & a quibus decet, fiat ſignum infractum. Poſtea epiſcopus baptizatos chriſmate ungat.

Quam cauſſam habeat baptiſmus in Chriſtum, & quare ſingula in eo & dicantur, & fiant.

CAPUT XVII.

BAptiſmus igitur datur in mortem filii Dei, aqua adhibetur pro ſepultura: oleum pro Spiritu ſancto, ſigillum crucis pro cruce: chriſma confirmatio confeſſionis eſt: fit patris commemoratio tanquam cauſſæ, & emiſſoris: ſpiritus coaſſumptio, ut teſtis: mergi commori eſt, emergere conſuſcitari: Pater Deus eſt ſuper omnia, Chriſtus unigenitus Deus, idemque dilectus filius, & gloriæ dominus: Spiritus ſanctus paracletus eſt, qui a Chriſto mittitur, & de quo Chriſtus docet, & qui ipſum Chriſtum prædicat.

Qualis eſſe debeat baptizatus.

CAPUT XVIII.

QUI baptizatur, ſit alienus ab omni impietate, expers omnis operationis ad peccandum, amicus Dei, inimicus diaboli, hæres quidem Dei patris, cohæres vero filii ejus: qui renunciarit ſatanæ, & dæmonibus, ac fallaciis ejus, caſtus, purus, ſanctus, Deo carus, Dei filius, qui tanquam filius his verbis patrem precetur velut nomine communis cœtus fidelium: *Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum; Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos a malo.* Quoniam tuum eſt regnum, & poteſtas, & gloria Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. *Matth. 6.*

Qualis eſſe debeat diaconus.

CAPUT XIX.

SInt vero diaconi ab omni macula & labe alieni, non aliter quam ipſe epiſcopus, tantummodo faciliores, quam ille, ad vexationes in miniſterio ſuo ſubeundas. Numerus vero eorum ad proportionem multitudinis eccleſiæ, ut poſſint miniſtrare imbecillis tanquam operarii, in quibus nihil ſit pudendum. Ac mulier quidem mulieres curet. Utrique obeant munus nunciandi, peregrinandi, mini-

ministrandi, serviendi, sicut de domino ajebat Esaias, *justificavit justum bene servientem multis*. Unusquisque igitur partes suas agnoscat, & eas studiose agat, & concordi animo, ac cum caritate, ut qui mercedem ministerii non ignoretis. Ne vero pudeat ministrare egentibus, sicut dominus noster Jesus Christus *non venit, ut ei ministraretur, sed ut etiam ipse ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis*. Sic igitur faciendum est ipsis, ut quamvis pro fratribus vitam amittere opus sit, ne dubitent, neque enim Deus noster, & dominus Jesus Christus dubitavit *animam suam ponere pro amicis suis*, ut ipse dixit. Si igitur dominus cœli, & terræ omnia propter nos sustinuit, quomodo vos egentibus ministrare dubitabitis, quos imitatores esse oportet ejus, qui servitutem, egestatem, verbera, & crucem propter nos pertulit? Oportet itaque vos servire fratribus exemplo Christi: *Qui vult*, inquit, *inter vos esse magnus, sit vester minister: & qui vult esse inter vos primus, sit servus vester*. Sic ipse implevit illud bene servire multis, & id quidem non verbis, sed re. *Cum* enim, inquit, *accepisset linteum, præcinxit se, deinde fudit aquam in pelvim*, & nobis mensæ accubantibus, accessit ad nos, & nostros omnium pedes lavit, & linteo terfit. Cum hoc faceret, demonstrabat nobis amicitiæ fraternæ caritatem, ut nos quoque inter nos idem faceremus. Si ergo dominus noster idemque magister sic se ipse humiliter abjecit, quomodo pudebit vos hoc facere fratribus infirmis, & imbecillis? Vos dico, qui veritatis operarii estis, & religionis propugnatores. *Ministrate igitur benevole, sine murmuratione, sine seditione; non enim propter hominem, sed propter Deum hoc facitis, a quo mercedem ministerii vestri in die visitationis vestræ reportabitis*. Oportet igitur, ut vos diaconi omnes visitetis, quibus visitatione opus est, & de calamitosis, & afflictis nunciate episcopo vestro: debetis enim esse ei anima, & sensus, faciles & parati ad subeundas molestias, ac per omnia obedientes tanquam episcopo vestro, immo patri, & magistro.

Isaiæ 53.

Matth. 20.

Joan. 15.

Matth. 20.

Joan. 13.

Philip. 22.

λαδοντι πολλοῖς· ἕκαστος ἦν τὸν ἴδιον γινωσκέτω τοπον· καὶ ἐκτελείτω αὐτὸν σπεδαίως· ὁμοφρόνως· ὁμοψύχως, γινώσκοντες τὸν τῆς διακονίας μισθόν· ἔσωσαν δὲ καὶ ἀνεπαίσχυντοι εἰς τὸ ὑπηρετεῖσθαι τοῖς δεομένοις· ὡς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς οὐκ ἦλθε διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν· ὕτως οὖν καὶ αὐτοὺς δεῖ ποιεῖν· κἂν δέῃ ψυχὴν ὑπὲρ ἀδελφοῦ ἀποθέσθαι, μὴ διστάσωσιν· οὐδὲ γὰρ ὁ κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐδίστασε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι, ὡς αὐτὸς ἔφη, ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· εἰ οὖν ὁ κύριος τοῦ ὅλου καὶ τῆς γῆς πάντα ὑπέμεινε δι' ἡμᾶς, πῶς ἂν ὑμεῖς διακονῆσαι τοῖς δεομένοις ἐνδοιάσητε; μιμηταὶ ὀφείλοντες αὐτοῦ εἶναι τῆς καλοκἀγαθίας, καὶ εὐσπλαγχνίας, καὶ πληγὰς, καὶ σαυρὸν δι' ἡμᾶς ὑπομείναντος· χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς δουλεύειν τοῖς ἀδελφοῖς ὡς Χριστοῦ μιμηταί· ὁ θέλων γάρ φησιν ἐν ὑμῖν εἶναι μέγας ἔστω ὑμῶν διάκονος· καὶ ὁ θέλων ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος ἔστω ὑμῶν δοῦλος· ὕτω γὰρ καὶ αὐτὸς ἔργῳ πεπλήρωκε, τὸ εὖ δουλεύειν πολλοῖς, καὶ ᾧ λόγῳ· λαβὼν γὰρ λεντίον διεζώσατο· εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα· καὶ ἡμῶν ἀνακειμένων ἐπελθὼν, πάντων ὑμῶν ἔνιψε τοὺς πόδας. καὶ τῷ λεντίῳ ἐξέμαξε· τοῦτο δὲ ποιῶν ἐπεδείκνυεν ἡμῖν τὸ τῆς φιλαδελφίας ἀγαπητικόν· ἵνα καὶ ἡμεῖς εἰς ἀλλήλους αὐτὸ ποιῶμεν· εἰ οὖν ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ ὁ διδάσκαλος ὕτως ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, πῶς ἂν ὑμεῖς ἐπαισχυνθήσεσθε τοῦτο ποιῆσαι τοῖς ἀδυνάτοις καὶ ἀσθενέσι τῶν ἀδελφῶν, ἐργάται ὄντες ἀληθείας· καὶ τῆς εὐσεβείας προστάται; ἐξυπηρετεῖτε οὖν ἀγαπητικῶς· μὴ ἐπιγογγύζοντες· μηδὲ διψασιάζοντες· οὐ γὰρ ἀνθρωπον ποιεῖτε, ἀλλὰ θεὸν τὸν Θεόν· καὶ τὸν μισθὸν τῆς διακονίας παρ' ἐκείνου ἀπολήψεσθε ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς ὑμῶν· χρὴ οὖν ὑμᾶς τοὺς διακόνους ἐπισκέπτεσθαι πάντας τοὺς δεομένους ἐπισκέψεως· καὶ περὶ τῶν θλιβομένων ἀναγγέλλετε τῷ ἐπισκόπῳ ὑμῶν· ψυχὴ γὰρ αὐτοῦ, καὶ αἴσθησις εἶναι ὀφείλετε· εὔσκυλτοι, καὶ πρόθυμοι εἰς πάντα ὄντες αὐτῷ ὡς ἐπισκόπῳ ὑμῶν, καὶ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ.

CAPUT XX.

JUbemus autem ut a tribus episcopis episcopus ordinetur, & ut minimum, a duobus, ita ut ab uno constitui non possit: testimonium enim duorum, & trium firmius est, & certum: item jubemus, ut presbyter, & diaconus, ac reliqui clerici ab uno episcopo ordinentur, & ut neque presbyter, neque diaconus reliquos clericos ex laicis ordinent; sed tantummodo presbyter quidem doceat, offerat, baptizet, benedicat populo, diaconus vero ministret episcopo, & presbyteris, id est, agat diaconum, reliqua vero ne faciat.

Quod a duobus, vel tribus ordinandus sit episcopus, & non ab uno.

ΚΕΦΑΛ. κ'.

Ἐπίσκοπον δὲ προσήκειν χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων. ἢ τὸ γοῦν ἔλαττον, ὑπὸ δύο· μὴ ἐξεῖναι δὲ ὑπ' ἑνὸς ὑμῖν καθίστασθαι· ἡ γὰρ τῶν δύο καὶ τριῶν μαρτυρία βεβαιοτέρα καὶ ἀσφαλής· πρεσβύτερον δὲ καὶ διάκονον ὑπ' ἑνὸς ἐπισκόπου καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν· μήτε δὲ καὶ πρεσβύτερον, μήτε διάκονον χειροτονεῖν ἐκ λαϊκῶν κληρικούς· ἀλλὰ μόνον τὸν μὲν πρεσβύτερον διδάσκειν· ἀναφέρειν· βαπτίζειν· εὐλογεῖν τὸν λαόν· τὸν δὲ διάκονον ὑπηρετεῖσθαι τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· τουτέστι, διακονεῖν· τὰ μὲν καὶ τὰ λοιπὰ διενεργεῖν.

Ὅτι ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος· ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἑνός· ἀβέβαιον γάρ.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ

LIBER QUARTUS,

Περὶ Ὀρφανῶν.

De Orphanis.

Ὅπως χρὴ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν ὀρφανῶν.

De pupillis recipiendis in locum filiorum ex misericordia ab iis, qui liberis carent.

ΚΕΦΑΛ. ά.

CAPUT I.

Ὀρφανὸς δέ τινος γνησίου Χριστιανὸς, ἤτοι παιδὸς ἢ παρθένος, καλὸν μὲν, ἵνα τις τῶν ἀδελφῶν ἐκ ἔχων τέκνον, προσλαβόμενος τοῦτο, ἔχῃ εἰς παιδὸς τόπον· τὴν δὲ παρθένον, ᾧ ἔχων υἱὸν δυνάμενον αὐτῇ τοῖς τοῦ γάμου ὥραις συγχρονῆσαι, συζεύξῃ· τοῦτο γὰρ οἱ ποιοῦντες ἔργον μέγα ἐπιτελοῦσιν ὀρφανῶν πατέρες ὑπάρξαντες· καὶ παρὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ λήψονται τὸν μισθὸν τῆς διακονίας ταύτης· εἰ δέ τις κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν περιπαθῶς ἐπαισχύνοιτο πλούσιος ὢν τὰ τῆς ὀρφανίας μέλη, τοῦ μὲν ὀρφανοῦ προνοήσεται ὁ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν· καὶ κείσεται τῶν χηρῶν· αὐτῷ δὲ ἐμπεσεῖται τοιοῦτος, ὅστις αὐτοῦ δαπανήσει τὰ φειδῶ· καὶ χρήσεται ἐπ' αὐτῷ τὸ εἰρημένον, ἃ ἐκ ἔφαγον ἅγιοι, ταῦτα φάγονται Ἀσύριοι, καθὼς καὶ Ἡσαΐας λέγει· τὰ χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτά.

Si quis Christianus pupillus, puer scilicet, aut puella virgo fuerit, pulchre, ac præclare fiat, si quis ex fratribus, qui liberis careat, pupillum fuscipiat, & locó filii habeat: & virginem pupillam, si filium habeat, qui possit eodem cum illa tempore maturus esse ad nuptias, filio collocet: Qui enim hoc faciunt, præclarum opus efficiunt facti parentes pupillorum, cujus quidem ministerii mercedem a Deo accipient. Si quem vero ad voluntatem, & gratiam hominum in vita versantem, & divitem, pupilli pudet, pupillo quidem prospiciet pater orphanorum, & judex viduarum: ipse vero dives incidet in eum, qui bona quibus ille pepercit, & quibus abstinuit, consumat, evenietque ei, quod dictum est, *quæ non comederunt sancti, comedent Assyrii*, sicut ait Esaias: *Regionem vestram in conspectu vestro alieni devorant.* Esa. 1.

Τίνες ὀφείλουσιν ἐπικουρεῖσθαι κατὰ τὸν κυριακὸν διάταγμα.

Quibus sit subveniendum secundum constitutionem domini.

ΚΕΦΑΛ. β'.

CAPUT II.

Ὑμεῖς οὖν ὦ ἐπίσκοποι μεριμνήσατε τὰ περὶ τῆς ἀναγωφῆς αὐτῶν, μηδὲν ἐλλείποντες αὐτοῖς· τοῖς μὲν ὀρφανοῖς παρέχοντες τὰ γονέων· ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν· τοῖς ἀκμαίοις τὰς γάμους· τεχνίτῃ ἔργον· ἀδρανεῖ ἔλεος· ξένοις στέγος· πεινῶσι ψωμόν· διψῶσι ποτόν· γυμνοῖς ἔνδυμα· νοσοῦσι θεραπείαν· φυλακίτοις βοήθειαν· πρὸς τούτοις πλείων ὑμῖν ἔστω φροντὶς περὶ τῶν ἐν ὀρφανίᾳ, ὅπως αὐτοῖς μηδὲν ἐνδεῇ· τῷ μὲν παρθένῳ, μέχρις ἂν ἔλθῃ εἰς ὥραν γάμου· καὶ ἐκδῶτε αὐτὴν ἀδελφῷ· τῷ δὲ παιδὶ χορηγίαν πρὸς τὸ καὶ τέχνην ἐκμαθεῖν· καὶ δύνασθαι ἐκ τῆς ἐπιχορηγίας· ἵν' ὅταν δεξιῶς τὴν τέχνην κατορθώσῃ, τὸ τοιοῦτον δυνήται καὶ τὰ τῆς τέχνης ἐργαλεῖα ἑαυτῷ πρίασθαι, ὅπως μηκέτι βαρυωθῇ τινα τῶν ἀδελφῶν ἀνυπόκριτον εἰς αὐτὸν ἀγάπην, ἀλλ' ἑαυτῷ ἐπιχορηγῇ· οὐ γὰρ ἀληθῶς μακάριός ἐστιν, ὃς ἂν δυνάμενος βοηθεῖν ἑαυτῷ, μὴ θλίβῃ πάσαν ὀρφανὸν, ζεύγνυτε καὶ χήρας· ἐπεὶ καὶ ὁ κύριος μακάριον εἶπεν εἶναι τὸν διδόντα ἢ περ τὸν λαμβάνοντα· καὶ γὰρ εἴρηται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ· οὐαὶ τοῖς ἔχουσιν καὶ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνουσιν, ἢ δυναμένοις βοηθεῖν ἑαυτοῖς, καὶ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων βουλομένοις· ἑκάτερος γὰρ ἀποδώσει λόγον κυρίῳ τῷ Θεῷ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· ὁ μὲν γὰρ διὰ ἡλικίαν ὀρφανίας, ἢ γήρας ἀτονίαν, ἢ νόσου προσπτῶσιν, ἢ τέκνων πολυτροφίαν λαμβάνων, οὐ τοιοῦτος ὢν μόνον οὐ μεμφθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεθήσεται. θυσιαστήριον γὰρ τῷ Θεῷ λελογισμένος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τιμηθήσεται, ἀόκνως ὑπὲρ τῶν διδόντων αὐτῷ διλιτεκῶς προσευχόμενος· οὐκ ἀργῶς λαμβάνων, ἀλλὰ τῆς δόσεως αὐτοῦ, ὅση δυνάμις τὸν μισθὸν διδοὺς διὰ τῆς προσευχῆς· οὐ τοιοῦτος ἔσται ἐν τῷ αἰωνίῳ

Vos igitur, episcopi, estote soliciti de alendis pupillis, ut nulla in parte illis deesse videamini, ac pupillis quidem præbete, quæ decent parentes, viduis vero, quæ maritos, maturis conjugio date conjuges, artifici opus, imbecillo misericordiam, hospitibus tectum, esurienti cibum, sitienti potum, nudis indumentum, ægrotis visitationem, inclusis in custodias auxilium. Sit autem præ ceteris major cura de orbis, ut nihil eis desit: de virgine quidem pupilla, quoad veniat ad ætatem maturam viro, eamque fratri in matrimonium collocetis. Puero pupillo suppeditate victum, & quo artem quampiam discat; ut cum artem probe exerceat, possit tunc emere sibi instrumenta artis, ne sit amplius gravis cuipiam ex fratribus, qui erga eum caritatem veram offenderit; quin potius sibi ipse suppeditet, est enim plane beatus, si cum jam sibi potest opitulari, locum pupillo, hospiti, & viduæ non coarctet. Siquidem dominus *beatius* dixit *esse dare, quam accipere*; ab eo enim rursus dictum est, *væ eis, qui habent* & hypocrisi accipiunt, aut qui possunt opem ferre, & malunt ab aliis accipere: uterque enim reddet rationem domino Deo in die judicii. Nam qui accipit, aut propter ætatem, qua est pupillus, aut propter imbecillitatem senectutis, aut quia incidit in ægritudinem, vel quia habet multos filios alendos, non solum hic non reprehendetur, sed potius laudabitur: habitus enim a Deo instar altaris afficietur honore ab eo, si impigre pro eis, qui ei dant, assidue deprecatur. Sic enim fit, ne otiose accipiat, immo precando, mercedem dati muneris, quantum in se est, tribuit: hic igitur in æterna vita fiet a Deo, bea- Act. 20. Matth. 23. 14.

beatus. Qui vero habet, & facta simulatione accipit, aut nihil agens, cum deberet potius opere faciendo alios etiam juvare, hic pœnas Deo solvet, quod panem pauperum rapuit.

De avaritia.

CAPUT III.

QUI enim habet pecunias, & cum aliis non communicat, immo neque utitur, locum *serpentis* sortitus est, quem ajunt *in thesauris cubare*; competitque in eum vere quod ait scriptura, *congregavit opes, & ex eis nihil gustabit, & nihil ei prosunt intereunti a supplicio: non enim*, inquit, *proderunt opes in die iræ*; nam qui sic est, non credidit Deo, sed auro suo, quod pro Deo habuit, & cui confisus est, simulator veritatis, acceptor personæ infidelis, sui derogator, timidus, imbellis, levis, facilis captu, querulus; in dolendo assiduus, inimicus sibi, amicus nemini: Hujus dona peribunt, & peregrinus homo comedet ea; aut quia eo vivente, surripiet, aut quia jam mortuo, eis fruetur. *Divitiæ enim injuste coacervatæ evomentur.*

Eccl. 6. Prov. 12.

Quali timore oporteat participare ea, quæ conferuntur in eleemosynas domini.

CAPUT IV.

MOnemus autem viduas, & pupillos ut cum omni metu, ac reverentia accipiant, quæ eis suppeditantur, & ut gratias agant Deo, qui dat escam esurientibus, in eumque oculos intendant. *Quis enim vestrum*, inquit, *edit, aut bibit sine ipso? & qui implet omne animal bona voluntate, tribuens frumentum juvenibus, vinum virginibus, oleum ad lætitiam & hilaritatem viventium, fœnum jumentis, herbam servituti hominum*, carnem bestiis, semina avibus, & omnibus commodum alimentum: idcirco ait dominus, *contemplamini volucres cœli, non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester alit ea, nonne vos præstantiores illis estis? Ne igitur soliciti sitis, dicentes, quid comedemus, aut bibemus? scit enim pater vester, quod his omnibus indigetis*. Dum igitur tanta illius providentia, bonisque illius fruamini, debetis omnipotentem Deum laudibus celebrare, qui pupillum, & viduam creat per dilectum filium suum Jesum Christum dominum nostrum, cum quo ipsi patri gloria in spiritu, & veritate in sæcula, Amen.

Eccl. 4. Psal. 145. Zach. 9.

Psal. 144. & 146.

Matth. 6.

A quibus accipiendæ oblationes, & a quibus non accipiendæ.

CAPUT V.

OPortet vero, ut sciat episcopus a quibus oblationes accipere debeat, & a quibus non debeat: cavere enim debet, ne caupones dent. *Non enim justificabitur caupo a peccato*; de ipsis enim in quodam loco Esaias, cum hos Israeli exprobraret, ajebat: *caupones tui miscent vinum aqua*. Fugiendi præterea scortatores, *non offeres*, inquit, *Deo mercedem prostibuli*. Item fugiendi prædatores, & direptores, at-

Eccl. 26.

Psal. 1.

Deut. 23.

ζωῆ ὑπὸ Θεοῦ μακαρισθήσεται· ὁ δὲ ἔχων, καὶ ὃν ὑποκείσει λαμβάνων, ἢ δι' ἀργίαν ἀντὶ τοῦ ἐργαζομένου βοηθεῖν καὶ ἑτέροις, δίκλιν ὀφλήσει τῷ Θεῷ, ὅτι πενήτων ἥρπασε ψωμόν.

Περὶ φιλαργυρίας.

ΚΕΦΑΛ. γ'.

Ὁ γὰρ ἔχων ἀργύρια, καὶ μὴ μεταδιδοὺς ἑτέροις, μήτε μὴν αὐτὸς χρώμενος, τόπον ὄφεως κεκλήρωκεν· ὃν φασιν ἐν τοῖς θησαυροῖς καθεύδειν· καὶ ἔστι καὶ ἐπ' αὐτῷ ἀληθὴς ἡ γραφὴ ἡ φάσκουσα, συνήγαγε πλοῦτον, οὐκ ἐξ ὧν ἐμόχθησεν· καὶ ὀδὼν αὐτῷ ὄφελος ἀπολλυμένῳ παρὰ τῆς δίκης· οὐκ ὠφελήσει γάρ φησιν ὑπάρχοντα ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς· ὁ γὰρ τοιοῦτος τῷ Θεῷ πεπίστευκεν, ἀλλὰ τῷ ἑαυτοῦ χρυσίῳ, Θεὸν τοῦτο ἡγούμενος καὶ ἐπ' αὐτῷ πεποιθώς· ὑποκριτὴς ἀληθείας ὁ τοιοῦτος· προσωπολήπτης· ἄπιστος· ἔριν· δειλός· ἀνανδρος· κακὸς· δύσερις, μεμψίμοιρος· ἐπώδυνος· ἑαυτοῦ ἐχθρὸς καὶ ἀδόνος φίλος· τοῦτο τὰ χρήματα ὀλεῖται· καὶ ἀνὴρ ξένῳ ἔδεται αὐτά, ἢ ζῶντος ὑφελόμενος, ἢ θανόντος καρπωσάμενος· πλοῦτος γὰρ ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται.

Eccl. 6. Prov. 12.

Περὶ ποίᾳ φόβῳ χρὴ τοὺς κυριακῶν μετέχειν συνεισφορῶν.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

ΠΑρανεύμεθα δὲ καὶ τοὺς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανοὺς μετὰ παντὸς φόβου καὶ πάσης εὐλαβείας μεταλαμβάνειν τοὺς αὐτοῖς χορηγουμένων· καὶ εὐχαριστεῖν Θεῷ τῷ διδόντι τοῖς πεινῶσι τροφὴν καὶ ἐπ' αὐτῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκτείνειν, τίς γάρ, φησὶν, ὑμῶν φάγεται, ἢ τίς πίεται παρ' ἐξ αὐτοῦ· αὐτὸς γὰρ ἀνοίγει τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐμπίπλᾷ πᾶν ζῶον εὐδοκίας· σῖτον νεανίσκοις· καὶ οἶνον παρθένοις· καὶ ἔλαιον εἰς εὐφροσύνην τοῖς ζώντων· χόρτον τοῖς κτήνεσι· καὶ χλόην τῇ ἀρότῳ τοῖς ἀνθρώπων· κρέα τοῖς θηρίοις· σπέρματι τοῖς ὀρνέοις καὶ πᾶσι τὴν προσφόρον τροφήν· διό φησι καὶ ὁ κύριος· κατανοήσατε τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν· οὐδὲ θερίζουσιν· οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας· καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν τρέφει αὐτά· οὐχ ὑμεῖς μᾶλλον διαφέρετε αὐτῶν; μὴ οὖν μεριμνήσετε λέγοντες· τί φαγώμεν ἢ τί πίωμεν; οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων· τοσαύτης οὖν τῆς παρ' αὐτοῦ προνοίας ἀπολαύοντες, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ μεταλαμβάνοντες ἀγαθῶν, αἶνον ἀναπέμπειν ὀφείλετε τῷ ὀρφανῶν καὶ χήραν ἀναλαμβάνοντι παντοκράτορι Θεῷ διὰ τοῦ ἠγαπημένου υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν· δι' οὗ ἡ δόξα τῷ Θεῷ ἐν πνεύματι, καὶ ἀληθείᾳ εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Matth. 6.

Τίνων αἱ καρποφορίαι δεκταί· καὶ τίνων ἄδεκτοι.

ΚΕΦΑΛ. ε'.

ΧΡὴ δὲ τὸν ἐπίσκοπον εἰδέναι τίνων ὀφείλει δέχεσθαι καρποφορίας, καὶ τίνων οὐκ ὀφείλει· φυλακτέοι γὰρ αὐτῷ πρὸς δόσιν κάπηλοι· ὁ δικαιωθήσεται γὰρ κάπηλος περὶ ἁμαρτίας· περὶ οὗ γάρ που καὶ Ἡσαΐας ὀνειδίζων τὸν Ἰσραὴλ ἔλεγεν· οἱ κάπηλοί σου μίσγουσι τὸν οἶνον ὕδατι· φευκτέοι δ' αὐτῷ καὶ πόρνοι· ἀποστήσεις γὰρ τῷ κυρίῳ μίσθωμα πόρνης.

Eccl. 26.

Psal. 1.

Deut. 23.

νης· καὶ ἅρπαγες καὶ τῆς ἀλλοτρίων ἐπιθυμηταί· καὶ μοι-
χοί· βδελυκταὶ γὰρ αἱ τούτων θυσίαι παρὰ Θεῷ· ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκθλίβοντες χήραν, καὶ ὀρφανὸν κατιδωσασθίοντες, καὶ τὰς φυλακὰς πληροῦντες ἀναιτίων, ἢ καὶ τοῖς ἑαυτῆς οἰκέταις πονηρῶς χρώμενοι, πληγαῖς φημι καὶ λιμῷ καὶ κακοδαιμονίᾳ, ἢ καὶ πόλεις ὅλας λυμαινόμενοι φάρυγγι ἔσωσάν σοι ὦ ἐπίσκοπε· καὶ αἱ τούτων προσφοραὶ μυσαραί· παραιτήσῃ δὲ καὶ ῥαδιουργούς· καὶ ῥήτορας ἀδικίᾳ συναγωνιζομένους· καὶ εἰδωλοποιούς· καὶ κλέπτας· καὶ τελώνας ἀδίκους· καὶ ζυγοκρούσας· καὶ δολομέτρας· καὶ στρατιώτην συκοφάντην, μὴ ἀρκούμενον τοῖς ὀψωνίοις· ἀλλὰ τοὺς πένητας θλασείοντα· φονέα τε καὶ δήμιον, καὶ δικαστὴν παράνομον· πραγμάτων ἀναξιοπέα· ἀνθρώπων ἐπίβουλον· μιαρῶν ἐργάτην· μέθυσον· βλάσφημον· κίναιδον· τοκογλύφον· καὶ πάντα ὁντινοῦν πονηρόν· καὶ τῇ γνώμῃ τοῦ Θεοῦ θλασμαχόμενον· ὅτι λέγει ἡ γραφὴ βδελυκτοὺς εἶναι παρὰ Θεῷ πάντας τοὺς τοιούτους· οἱ γὰρ παρὰ τῆς τοιούτων δεχόμενοι, καὶ θέφοντες χήρας καὶ ὀρφανούς, ὑπόδικοι τῷ κριτηρίῳ τοῦ Θεοῦ γενήσονται· ὥσπερ καὶ Ἀδωνίας ὁ ἐν τοῖς βασιλείαις προφήτης παρακέσας Θεοῦ, καὶ φαγὼν ἄρτον καὶ πιὼν ὕδωρ ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ἀπεῖπεν αὐτῷ ὁ κύριος διὰ τὴν τοῦ Ἱεροβοὰμ ἀσέβειαν, ὑπὸ λέοντος ἀναιρεθείς· ὁ γὰρ ἐκ κόπου θλασχολουμένου ἄρτος χήραις, δίκῃ μᾶλλον, κἂν ᾖ βραχὺς καὶ ὀλίγος, ἢ ἐξ ἀδικίας καὶ συκοφαντίας, κἂν ᾖ πολὺς καὶ ἐξησκημένος· λέγει γὰρ ἡ γραφὴ κρεῖσσον ὀλίγον τῷ δικαίῳ, ὑπὲρ πλῆθον ἁμαρτωλῶν πολλῶν· εἰ δὲ καὶ ἐξ ἀσεβῶν φαγοῦσα χήρα, καὶ ἐμπλησθεῖσα προσεύξεται ὑπὲρ αὐτῆς, οὐκ εἰσακουσθήσεται· ὅτι ὁ καρδιογνώστης Θεὸς μετὰ κρίσεως ἀπεφήνατο περὶ τῆς ἀσεβοῦς λέγων· ἐὰν στῇ Μωσῆς, καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου ὑπὲρ αὐτῆς, οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῆς· καὶ σὺ μὴ προσεύχου ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ ἄξιον ἐλεηθῆναι αὐτούς· καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῆς, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου.

A que alienarum rerum appetitores, & adulteri; odiosa enim & execrabilia Deo sunt horum sacrificia: immo etiam qui viduam affligunt, & pupillum opprimunt, & qui carceres implent innocentibus, aut famulos suos dure accipiunt, & tractant, id est, qui verberibus, aut fame afficiunt, aut crudeli servitute premunt: aut qui civitates totas populantur: sint tibi, episcope, execrabiles horum oblationes. Vitabis etiam falsarios, & rhetores, qui * injuriæ patrocinium suscipiunt, * injustitiæ. tum eos, qui idola faciunt: fures, & publicanos injustos, & qui fraudulenter lances deprimunt; & qui in mensuris alios fraudant; item militem sycophantam non contentum B suis stipendiis, sed potius vexantem, & concutientem pauperes: deinde homicidam, carnificem, præterea judicem iniquum, rerum dilapidatorem, insidiatorem hominum, operarium nefandorum, ebrium, blasphemum, cinædum, fœneratorem, quemlibet denique sceleratum, & cum Dei sententia ac voluntate pugnantem: ait enim scriptura, hujusmodi omnes esse apud Deum execrabiles, a quibus qui oblationes accipiunt, & inde viduas, & pupillos alunt, rei fient in judicio Dei. Sicut ille in libris regum propheta Adonias, qui quia Deo non obedivit, cum 3. Reg. 13. panem comedit, & aquam bibit, ubi dominus propter impietatem Hieroboam edere, C & bibere vetuerat, a leone discerptus est. Panis enim, qui ex labore viduis ac pupillis suppeditatur, melior est, quamvis modicus sit, & parvus, quam qui ex iniquitate, & fraudolentia, quamvis copiosus, & elaboratus: ait enim scriptura, *melius est modicum* Psal. 56. *justo, quam multæ divitiæ peccatorum*. Quod si vidua victu ab impiis accepto, & saturata pro eis deprecabitur, non exaudietur, quoniam Deus, cui corda patent, cum judicio de impiis pronunciavit, *si steterint Moyses, & Samuel ante faciem meam pro ipsis, non exaudiam eos: & tu ne ores pro populo hoc, & ne roges, ut misericordiam eis tribuam, & ne accedas ad me ad precandum pro eis, quia non* D *exaudiam te*.

Ὅτι τῆς ἀναξίων καρποφορίαι, ἕως ἂν ὦσι τοιοῦτοι, ἃ μόνον οὐ προσδέχονται Θεόν, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐναντίων κινῆσιν πρὸς ἀγανάκτησιν.

Quod oblationes eorum, qui non sunt digni, ut offerant, non solum non placant Deum, sed potius iram ejus provocant.

ΚΕΦΑΛ. ς'.

CAPUT VI.

Οὐ μᾶλλον δὲ, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν ἁμαρτίαις γεγονότες, καὶ μὴ μετανοοῦντες, ἃ μόνον οὐκ εἰσακουσθήσονται προσδεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν παροξυνοῦσιν ὑπομιμνήσκοντες αὐτὸν τῆς ἑαυτῆς μοχθηρίας· περίεσαθε οὖν τὰς τοιαύτας διακονίας· ὡς ἄλλαγμα κυνὸς· καὶ μίσθωμα πόρνης· ἑκάτερα γὰρ τοῖς νόμοις ἀπηγόρευται· ὅτε γὰρ Ἐλισαῖος τὰ παρὰ τοῦ Ἀζαὴλ κομισθέντα ἐδέξατο, ὅτε Ἀχίας τὰ παρὰ τοῦ Ἱεροβοάμ· εἰ δὲ οἱ τοῦ Θεοῦ προφῆται τὰ παρὰ τῆς ἀσεβοῦς οὐ προσήκαντο ξένια, δίκαιον μήτε ὑμᾶς ὦ ἐπίσκοποι· ἀλλὰ καὶ Σίμων ὁ μάγος ἐμοὶ Πέτρῳ καὶ Ἰωάννῃ χρήματι προσενεχὼν ἐπειρᾶτο ὠνητὴν τινὰ ἀτίμητον χάριν λήψεσθαι· ἅπερ μὴ προσηκάμενοι, ἀραῖς αἰωνίοις αὐτὸν ἐδησάμεθα· ὅτι τῇ δωρεᾷ τοῦ Θεοῦ οὐκ εὐνοίᾳ τῇ πρὸς Θεὸν, ἀλλὰ χρημα-

QUin potius qui deliquerunt, & eos non pœnitet delictorum suorum, non solum non exaudientur, cum precationem facient, sed magis Deum irritabunt dantes ei recordationem improbitatis suæ. Prohibete igitur hujusmodi ministeria oblationum, quæ sunt tanquam *commutatio canis, & merces prosti-* Deuter. 23 E *buli*, utrumque enim legibus vetitum est: nec enim Elizæus dona ab Azaele allata ac- 4. Reg. 8. cepit, nec Achias a Hieroboam. Quod si pro- 3. Reg. 13. phetæ Dei, dona impiorum non acceperunt, æquum est, ut neque vos, episcopi, accipiatis: immo Simon magus oblata pecunia mihi Pe- Act. 8. tro & Joanni conabatur mercari gratiam, quæ pretio æstimari non potest, qua quidem pecunia non accepta, sempiterna illum maledictione constrinximus, quoniam donum Dei non benevolentia in Deum, sed pecuniæ permutatione comparare cogitavit. Cavete

ergo

ergo ne oblationes malæ conscientiæ ad altare Dei afferantur; *abstine* enim, inquit, *& non metues ab iniquo, & tremor non appropinquabit tibi.*

Isaiæ 25.

Quod melius est ex proprio labore præbere viduis, quamvis parva & pauca sint, quam ex iis, quæ ab impiis dantur, licet multa & magna sint: præstat enim perire fame, quam ab impiis accipere, quæ conferunt.

CAPUT VII.

SED si dicatis, hi sunt, qui eleemosynas dant, si ab eis non accipimus, unde viduis a nobis ministrabitur? unde vivent in populo egentes? audietis a nobis, idcirco data esse vobis dona Levitarum, oblationes dico populi, cui præestis, ut victus suppetat vobis, & egentibus, & ne egestate pressi, a sceleratis accipiatis. Quod si tanta fuerit ecclesiarum indigentia, præstat fame perire, quam ab inimicis Dei quicquam accipere, quod amicis Dei contumeliosum sit, & eos faciat ludibrio esse. De hujusmodi enim hominibus ait propheta, *oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Explorate igitur istos tales, & ab iis, qui sancte ambulant, accipite, & calamitosis atque afflictis suppeditate. Ab excommunicatis vero ne prius accipiatis, quam, ut membra ecclesiæ fiant, digni habeantur. Sin autem oblata dona non suffecerint, denuncia fratribus, & cum ab eis collectam feceris, suppedita pupillis, & viduis juste.

Psal. 14.

Quod oportet, ut sacerdos populum hortetur ad largiendum pauperibus, ut sapiens Salomon.

CAPUT VIII.

DIC vero, cui præes populo, quod sapiens ille Salomon: *Honora dominum ex tuis justis laboribus: da ei primitias ex tuis fructibus justitiæ, ut impleantur horrea tua frumento, & torcularia tua vino redundent:* ex justo igitur labore fidelium victum, & vestitum egentibus tribuite, & pecuniam, ut supra diximus, coactam dispensate, conferentes eam in ministerium redimendi sanctos, ut liberetis servos, captivos, in vincula conjectos, calumnia oppressos, damnatos a tyrannis ad monomachiam, aut ad mortem propter nomen domini, ait enim scriptura, *libera eos qui ducuntur ad mortem, & interfectos redime, ne parcas pecuniæ.*

Proverb. 3.

Proverb. 24.

Quod si aliquis impius nummos sacerdotibus projecerit, in ligna, & carbones insumendi sint, & non in cibos.

CAPUT IX.

SI quæ vero necessitas aliquando contigerit, ut a quopiam impio argentum inviti accipiatis, impendite in ligna, & carbones, ne si inde vidua, aut pupillus aliquid acceperit, cogatur emere cibum, aut potum, quod minime convenit: justum namque est, quæ impii dant, igne consumi, & non ali inde pios. Hoc quoque lex cavet, cum id, quod ex sero sacrificio restat ἄβρωτον vocat, & igne ju-

A των ἐναλλαγῇ ἐνόμισε κτᾶσθαι· φεύγετε οὖν τὰς δυσσυνειδήτους εἰς τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ εἰσφοράς. ἀπέχου γάρ φησιν ἀπὸ ἀδίκου καὶ οὐ φοβηθήσῃ· καὶ τρόμος οὐκ ἐγγιεῖ σοι.

Ὅτι βέλτιον ἐκ κόπου ἰδίου παρέχειν ταῖς χήραις κἂν ᾖ εὐτελῆ καὶ ὀλίγα, ἢ τὰ παρὰ τῶν ἀσεβῶν, κἂν πολλὰ καὶ μεγάλα τυγχάνῃ· βέλτιον γὰρ λιμῷ διαφθαρῆναι, ἢ παρὰ ἀσεβῶν συνεισφορὰν δέξασθαι.

ΚΕΦΑ΄Λ. ζ΄.

Ἀλλ' ἐὰν λέγητε, ὅτι οἱ διδόντες τὰς ἐλεημοσύνας. οὗτοί εἰσι, κἂν μὴ λάβοιμεν παρ' αὐ-
B τῶν, πόθεν αἱ χῆραι ὑπηρετηθήσονται παρ' ἡμῶν, καὶ οἱ ἐνδεεῖς τοῦ λαοῦ διατραφῶσιν: ἀκούσεσθε παρ' ἡμῶν, ὅτι διὰ τοῦτο ἐλάβετε δόμα Λευιτῶν τὴν καρποφορίαν τοῦ ἐν ὑμῖν λαοῦ, ἵνα ἐπαρκῇ τε καὶ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς δεομένοις· καὶ μὴ ἐν ἀπορίᾳ συνεχόμενοι, παρὰ πονηρῶν λαμβάνητε· εἰ δὲ οὕτως ἀποροῦσιν αἱ ἐκκλησίαι, λυσιτελεῖ διαφθαρῆναι, ἢ παρ' ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ λαβεῖν τι ἐφ' ὕβρει καὶ χλεύῃ τῶν αὐτοῦ φίλων· περὶ γὰρ τῶν τοιούτων καὶ ὁ προφήτης λέγει· ἔλαιον ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου· δοκιμασταὶ οὖν γίνεσθε τῶν τοιούτων καὶ παρὰ μὲν τῶν ὁσίως περιπατούντων λαμβάνετε, καὶ τοῖς θλιβομένοις χορηγεῖτε· παρὰ δὲ ἀποσυναγώγων μὴ λαμβάνετε πρὶν
C ἂν τῆς ἐκκλησίας εἶναι μέλη καταξιωθῶσιν· εἰ δὲ ἐπιλίποι δόμα, προσάγγελε τοῖς ἀδελφοῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν συλλογὴν ποιησάμενος, διακόνει τοῖς ὀρφανοῖς καὶ ταῖς χήραις ἐν δικαιοσύνῃ.

Ὅτι χρὴ προτρέπεσθαι τὸν λαὸν ὑπὸ τοῦ ἱερέως εὐποιεῖν τοὺς πένητας, ὡς καὶ ὁ Σολομὼν ὁ σοφός·

ΚΕΦΑ΄Λ. η΄.

Λέγε δὲ τῷ ὑπὸ σὲ λαῷ, ἃ καὶ Σολομὼν ὁ σοφός· τίμα τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων· καὶ ἀπάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης· ἵνα πιμπλᾶται τὰ ταμιεῖά σου πλησμονῆς σίτου· οἵνῳ δὲ
D αἱ λῆνοί σου ἐκβλύζωσιν· ἐκ τοῦ δικαίου οὖν κόπου τῶν πιστῶν τρέφετε· καὶ ἀμφιέννυτε τοὺς ὑστερουμένους· καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν, ὡς προειρήκαμεν, ἀθροιζόμενα χρήματα διατάσσετε, διακονοῦντες εἰς τοὺς ἀγορασμοὺς τῶν ἁγίων, ῥυόμενοι δούλους· αἰχμαλώτους· δεσμίους· ἐπηρεαζομένους· ἥκοντας ἐκ καταδίκης διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ ὑπὸ τυράννων εἰς μονομαχίαν καὶ θάνατον· λέγει γὰρ ἡ γραφή· ῥῦσαι ἀγομένους εἰς θάνατον· καὶ ἐκπρίου κτεινομένους· μὴ φείσῃ.

Διάταξις, ἵν' ἐάν τις τῶν ἀσεβῶν βίᾳ προσρίψῃ χρήματα τοῖς ἱερεῦσιν· εἰς ξύλα καὶ ἀνθρακιὰν ἀναλώσωσι ταῦτα· ἀλλὰ μὴ εἰς διατροφάς.

E

ΚΕΦΑ΄Λ. θ΄.

Ἐὰν δέ ποτε ἀνάγκη γένηται παρά τινος δέξασθαι ἀνοσίου ἄκοντες ἀργύριον, εἰς ξύλα καὶ ἀνθρακιὰν αὐτὸ δαπανήσατε· ἵνα μὴ λαβοῦσα ἡ χήρα ἐξ αὐτοῦ τι, ἢ ὁ ὀρφανὸς ἀναγκασθῇ ὠνήσασθαι τροφὴν ἢ πόμα παρὰ τὸ προσῆκον· δίκαιον γὰρ τὰ παρὰ ἀσεβῶν ταῦτα πυρὸς εἶναι κατανάλωμα, οὐκ εὐσεβῶν βρῶμα· ταῦτα δὲ καὶ ὁ νόμος διαγορεύει, θυσίαν ὀψισθεῖσαν ἄβρωτον ἀποκαλῶν· καὶ πυρὶ ταύτην ἀναλίσκεσθαι

χεσθαι κελεύων· ὁ γὰρ τῇ φύσει φαῦλα τὰ προσφερόμενα, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τῶν προσκομιζόντων αὐτά· τοῦτο δὲ προσέταξεν ἐπὶ τὸ μὴ ἀποτρέπειν τοὺς πλησιάζοντας ὑμῖν· εἰδότες καὶ τινὰ σωτυχίαν πολλάκις ἐπωφελῆ τοῖς ἀσεβέσι γεγονέναι τινὰ πρὸς τοὺς εὐσεβεῖς· ἐπιβλαβῆ δὲ μόνον τινὰ κατὰ τὴν θρησκείαν κοινωνίαν· ταῦτα μὲν ἔν ἐπιτοσοῦτον ἀγαπητοὶ εἰρήσθω ὑμῖν πρὸς ἀσφάλειαν ὑμῶν.

A bet consumi: non enim ista, quæ offeruntur, natura, sed propter animum eorum, qui dant, vitiosa sunt. Hoc vero præcipimus, ut eos, qui ad nos accedunt, non avertamus, cum sciamus sæpenumero profuisse impiis congressum cum piis, nocere autem piis solam communionem religionis cum illis: atque hæc quidem hactenus, carissimi, ad cautionem vestram dicta sint

Περὶ γονέων καὶ παίδων.

ΚΕΦΑΛ. ί.

De parentibus & filiis.

CAPUT X.

ΟΙ μέν τοι πατέρες παιδεύετε τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν κυρίῳ, ἐκτρέφοντες αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου· καὶ διδάσκετε αὐτὰ ἐπιτηδείως καὶ ἁρμοζόσας τῷ λόγῳ τέχνας· ἵνα μὴ σχολῇ τῆς δικαιοσύνης ῥωννύσαντι καὶ ἀνεπιτίμητα ὑπὸ τῶν γονέων μείναντα, πρὸς ὥρας ἀνέσεως τυχόντα, ἀφλοιώσωσι τὸ καλόν· διὸ μὴ δύνασθε αὐτοῖς ἐπιπλήσσειν σωφρονίζοντες αὐτὰ μετ' ἐμβριθείας· ὁ γὰρ ἀποκτείνετε αὐτὰ παιδεύοντες· μᾶλλον δὲ σώσετε αὐτά· καθὼς καὶ ὁ Σολομὼν ἐν τῇ σοφίᾳ φησί· παίδευε υἱόν σου καὶ ἀναπαύσει σε, ἵνα γὰρ ἔσαι σοι εὐέλπις· σὺ μὲν γὰρ ῥάβδῳ πατάξεις αὐτόν, τινὰ δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ῥύσῃ ἐκ θανάτου· καὶ πάλιν λέγει ὁ αὐτός ὅτως· ὃς φείδεται τῆς ἑαυτοῦ βακτηρίας, μισεῖ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν· καὶ ἐξῆς· κλάσον τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, ὡς ἔσι νήπιος, μήποτε σκληρωθεὶς ἀπειθήσῃ σοι· ὃς φείδεται ἐν παραινεῖν καὶ σωφρονίζειν τὸν ἑαυτοῦ υἱόν, μισεῖ τὸν ἴδιον παῖδα· ἐκδιδάσκετε ἓν ὑμῶν τὰ τέκνα τὸν λόγον κυρίου· σύφετε δὲ αὐτὰ * καὶ δαρνοῖς· καὶ ποιεῖτε ὑποτακτικά, ἀπὸ βρέφους διδάσκοντες αὐτὰ ἱερὰ γράμματα, ὑμέτερά τε καὶ θεῖα· καὶ πᾶσαν γραφὴν θείαν παραδιδόντες, μὴ διδόντες ἄνεσιν αὐτοῖς, κατεξουσιάζειν ὑμῶν παρὰ τινὰ ὑμετέραν γνώμην· μὴ ὁμιλίχων εἰς συμπόσιον μὴ ἑῶντες αὐτὰ συμβάλλειν. ὅτω γὰρ εἰς ἀτιξίαν ἐκπίπτουσι· καὶ εἰς πορνείαν περιπεσοῦνται· καὶ ἐὰν παρὰ τινὰ τῶν γονέων ἀμέλειαν τοῦτο πάθωσιν, σχοῖ τῶν ψυχῶν αὐτῶν οἱ ζημιώσαντες ὑπάρξουσιν· εἰ γὰρ τῇ τῶν γειναμένων ῥᾳθυμίᾳ σωίσεισιν ἀκολάστοις, οἱ παῖδες ἁμαρτήσαντες ἐκ αὐτοὶ μόνοι κολασθήσονται· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν οἱ γονεῖς αὐτῶν κεισθήσονται· διὰ τοῦτο σπεύδετε ὥρᾳ γάμου ζευγνύναι καὶ συναλλάσσειν αὐτὰ, ἵνα μὴ τῆς ἡλικίας ἐν τῇ ἀκμῇ ζεούσης, ἔθη πορνοκόπα ἀποβῇ· καὶ ὑμεῖς ἀπαιτηθήσεσθε τὸν λόγον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ὑπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ.

B AC etiam vos, patres, erudite filios vestros in domino, educantes eos in disciplina, & monitis domini, eosque artes idoneas, & verbo domini congruentes docete; ne copia & opportunitate temporis fractis habenis, & a parentibus non objurgati, ab honestate & virtute deflectant, ante tempus idoneum relaxati. Quamobrem ne vereamini increpare eos, & aspere castigare, non enim interficietis eos castigando, immo servabitis, sicut Salomon ait in Sapientia: *Castiga filium tuum,* Prov. 23. *& dabit tibi requiem: Sic enim faciet tibi bo-* Prov. 13. *nam sui expectationem: nam tu eum quidem virga cædes, animam vero ejus a morte eripies:* & rursus idem, *qui parcit bacillo suo,* C *filium suum odit:* & in eandem sententiam, *tunde latera ejus, dum puer est, nequando ob-* Eccl. 30. *durescens non obediat tibi.* Qui ergo filium suum monere, & castigare desinit, idem filium suum odit. Docete itaque filios vestros verbum domini, & verberibus, ac fustibus comprimite, & facite, ut sint subjecti. Docete eos a pueritia literas sacras, & vestras, & divinas, omnemque divinam scripturam eis tradite, neque eis remissio ac relaxatio a vobis fiat, ne contingat, ut præter voluntatem vestram, potestatem, & licentiam in vos sumant. Ne permittatis eis conferre nummos in convivium cum æqualibus, sic enim ad immoderationem deflectent, & in scortationem decident: quæ quidem si incuria parentum evenerint, iidem erunt de animis filiorum suorum rei. Etenim si filii pigritia parentum cum intemperantibus consuetudinem habent, cum deliquerint, non ipsi solum punientur, sed parentes quoque propter eos judicabuntur; idcirco date operam, ut tempore ad conjugium maturo eos matrimonio jungatis, ne in ipso flore, ætate ferveſcente, iis moribus evadant, ut se dedant meretricibus, & a vobis ratio in die judicii a domino Deo reposcatur.

Περὶ οἰκετῶν καὶ δεσποτῶν.

ΚΕΦΑΛ. ια.

De famulis, & dominis.

CAPUT XI.

ΠΕρὶ δὲ οἰκετῶν τί ἂν εἴποιμι πλεῖον, ἢ ὅτι καὶ ὁ δοῦλος εὔνοιαν εἰσφερέτω πρὸς τὸν δεσπότην μετὰ φόβου Θεοῦ, κἂν ἀσεβὴς, κἂν πονηρὸς ὑπάρχῃ· ἔκειτι μέντοι καὶ ὁμόνοιαν κατὰ τὴν θρησκείαν· καὶ ὁ δεσπότης ἀγαπάτω τὸν οἰκέτην· κἂν διάφορος ᾖ, τὸ ἴσον κεινέτω, ἢ καθὸ ἄνθρωπος ὑπάρχει· ὁ δὲ πιστὸν ἔχων δεσπότην σωζομένης αὐτῷ τῆς κυρίας ἀγαπάτω. ὡς δεσπότην· καὶ ὡς ὁμόπιστον· καὶ ὡς πατέρα· μὴ ὡς ὀφθαλμόδουλον· ἀλλ' ὡς φιλοδέσποτος· εἰδὼς ὅτι ὁ Θεὸς αὐτῷ τινὰ μισθαποδοσίαν ἀποτίσει τῆς

D DE famulis vero quid amplius dicamus, quam quod servus habeat benevolentiam erga dominum cum timore Dei, quamvis sit impius, quamvis sit improbus, non tamen cum eo de religione consentiat. Item dominus servos diligat, & quamvis præstet eis, judicet tamen esse æqualitatem, vel quatenus homo est. Qui autem habet dominum Christianum, salvo dominatu, diligat eum, tum ut dominum, tum ut fidei consortem, & ut patrem, non sicut servus ad oculum serviens, sed sicut dominum amans, ut qui

sciat mercedem famulatus sui a Deo sibi solvendam esse. Similiter dominus, qui Christianum famulum habet, salvo famulatu, diligat eum tanquam filium, & tanquam fratrem propter fidei communionem.

In quibus oporteat subjectos esse potestatibus sæcularibus.

CAPUT XII.

ESTote subjecti omni regi, & potestati, in iis quæ Deo placent, tanquam ministris Dei, & impiorum vindicibus, & ultoribus, exhibete eis omnem metum debitum, omne vectigal, omne tributum, omnem honorem, dationem, censum: hæc enim est Dei lex, nemini quicquam debere præter amicitiæ fœdus, quod Deus per Christum sanxit.

Rom. 13.

De virginibus.

CAPUT VIII.

DE *virginitate* vero *mandatum non accepimus*, quare hanc rem potestati cujusque voluntatis permittimus, ut votum. Illud modo monemus, ne quid facile & leviter promittatur, siquidem Salomon ait, *melius esse, non fecisse votum, quam factum non reddere.* Sit igitur hæc virgo sancta corpore, & anima, ut templum Dei, ut domus Christi, ut Spiritus sancti domicilium. Debet enim quæ virginitatis votum fecit, exercendo quæ voto digna sunt, demonstrare veram esse promissionem suam studio pietatis factam, & non ad vituperandum conjugium. Esto præterea non vaga, non intempestive deambulans, non duplici animo, sed honesta, continens, temperata, pudica, & fugiens congressus multorum & eorum maxime, qui sunt inhonesti.

1. Cor. 7.

Eccl. 5.

LIBER QUINTUS,

De Martyribus.

Quod iis, qui propter Christum ab infidelibus affliguntur, justum est, ut fideles præbeant, quæ opus sunt secundum constitutionem domini.

CAPUT I.

SI quis Christianus propter nomen Christi, & fidem in eum, ac caritatem, ad ludum, aut ad bestias, aut ad metalla, ab impiis damnetur, ne eum despiciatis, quin potius mittite ei ex labore ac sudore vestro ad victum, & ad solvendum mercedem militibus, ut ab eis allevetur, & curetur, ut quantum in vobis sit, beatus frater vester non prematur. Qui enim propter nomen domini Dei nostri damnatus est, hic est sanctus martyr, frater domini, filius altissimi, receptaculum Spiritus sancti; per quem illuminationem gloriæ evangelii singuli fideles acceperunt, cum digni habiti sunt immortali corona, & testimonio passionum ejus, ac societate sanguinis ipsius, ut conformarentur morti Christi in adoptionem. Ob hanc igitur

ὑπηρεσίας· ὡσαύτως καὶ ὁ κύριος· ὁ πιστὸν ἔχων οἰκέτην σωζομένης αὐτῷ τῆς θεραπείας, ἀγαπάτω ὡς υἱὸν, ἢ ὡς ἀδελφὸν, διὰ τὴν τῆς πίστεως κοινωνίαν.

Ἐν τίσιν ὑποτάσσεσθαι χρὴ τοῖς κοσμικοῖς ἄρχουσιν.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

ΠΑ'σῃ βασιλείᾳ καὶ ἀρχῇ ὑποτάγητε ἐν οἷς ἀρέσκει Θεῷ, ὡς διακόνοις καὶ τοῖς ἀσεβῶν τιμωροῖς· πάντι φόβον τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς ἀποπληρώσατε· τᾶσαν εἰς φορὰν· πᾶν τέλος· τᾶσαν τιμὴν· δόσιν· κῆνσον. Θεοῦ γὰρ τοῦτο διάταγμα μηδενί τι χρεωστεῖν εἰ μὴ τὸ τῆς φιλίας σύμβολον, ὃ ὁ Θεὸς διετίξατο διὰ Χριστοῦ.

Περὶ παρθένων.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

ΠΕρὶ δὲ παρθενίας ἐντολὴν οὐκ ἐλάβομεν· τῇ δὲ τοῦ βουλομένου ἐξουσίᾳ τοῦτο ἐπιτρέπομεν ὡς δοκεῖ· ἐκεῖνο μὲν οὖν αὐτοῖς παραινοῦντες, μὴ προχείρως τι ἐπαγγέλλεσθαι, ἐπεὶπερ ὁ Σολομὼν φησιν· ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔχεσθαι, ἢ τὸ εὔχεσθαι καὶ μὴ ἀποδοῦναι· ἡ παρθένος ἓν αὐτῇ ἔστω ἁγία σώματι καὶ ψυχῇ ὡς ναὸς Θεοῦ· ὡς οἶκος Χριστοῦ· ὡς πνεύματος ἁγίου κατοικητήριον· δεῖ γὰρ τοῦ ἐπαγγειλαμένου, ἄξια τῆς ἐπαγγελίας ἔργα διαπρασσομένου, δεικνύειν, τὸ ἐπάγγελμα αὐτῆς, ὅτι ἔστιν ἀληθὲς, καὶ διὰ σχολὴν εὐσεβείας, ἃ κατὰ διαβολὴν γάμος γινομένου· ἔστω δὲ μὴ ῥεμβὰς· μηδὲ ἀκαιροπερίπατητος· μὴ δίγνωμος· ἀλλὰ σεμνή· ἐγκρατὴς· σώφρων· ἁγνή· φεύγουσα τὰς τοῦ πολλῶν σωτυχίας, καὶ μάλιστα τοὺς ἀσέμνων.

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ

Περὶ Μαρτύρων.

Ὅτι τοῖς διὰ Χριστὸν θλιβομένοις παρὰ ἀπίστων δίκαιον τοῖς πιστοῖς τὰ δέοντα παρέχειν κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν.

ΚΕΦΑΛ. ά.

ΕΙ" τις Χριστιανὸς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν εἰς τὸν Θεὸν ἀγάπην καὶ πίστιν κατακριθῇ ὑπὸ ἀσεβῶν εἰς λύδον, ἢ θηρία, ἢ μέταλλον, μὴ παρίδητε αὐτὸν, ἀλλ' ἐκ τοῦ κόπου καὶ ἐκ τοῦ ἱδρῶτος ὑμῶν πέμψατε αὐτῷ εἰς διαζωφὴν αὐτοῦ καὶ εἰς μισθαποδοσίαν τῆς στρατιωτῆς· ἵνα ἐλαφρυνθῇ καὶ ἐπιμελείας τύχῃ· ἴν' ὅσον τὸ ἐφ' ὑμῖν, μὴ θλίβηται ὁ μακάριος ἀδελφὸς ὑμῶν· ὁ γὰρ διὰ τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ κατακριθεὶς, ὅτος μάρτυς ἅγιος· ἀδελφὸς τοῦ κυρίου· υἱὸς τοῦ ὑψίστου· δοχεῖον τοῦ ἁγίου πνεύματος· δι' ὃ καὶ τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἔλαβον· ἕκαστος τῆς πίστεως ἐν τῷ κατηξιωθῆναι τοῦ ἀφθάρτου στεφάνου, καὶ τῆς μαρτυρίας τῆς παθημάτων αὐτοῦ καὶ τῆς κοινωνίας τοῦ αἵματος αὐτοῦ, συμμορφωθῆναι τῷ θανάτῳ τοῦ Χριστοῦ υἱοθεσίαν.

θεσίαν· τοῦτο γὰρ ἔχουσιν ἅπαντες οἱ πιστοὶ διὰ τὸ ἐπισ- A
κόπου ὑμῶν ἐκ τῆς ὑπαρχόντων ὑμῶν καὶ ἐκ τοῦ κόπου διακονήσατε τοῖς ἁγίοις· εἰ δὲ μὴ ἔχει τις, νηστεύσας τὸ τῆς ἡμέρας, καὶ μερίσας τοῦτο, ἐκτιξάτω τοῖς ἁγίοις· εἰ δέ τις ἐν περισσείᾳ ὑπάρχει, καὶ πλεῖόν τι κατὰ ἀναλογίαν τῆς δυνάμεως αὐτοῦ διακονείτω αὐτοῖς· εἰ δὲ καὶ οἵοστέ ἐσιν ἅπαντι τὸν βίον ἑαυτοῦ ἀποδόμενοι ῥύσασθαι αὐτοὺς ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, μακάριος ἔσται καὶ φίλος τοῦ Χριστοῦ. εἰ γὰρ ὁ τὰ ὑπάρχοντα πτωχοῖς δοὺς, τέλειος μετὰ τὴν περὶ τῆς θείων γνῶσιν, πολλῷ μᾶλλον ὁ ὑπὲρ μαρτύρων· ὁ γὰρ τοιοῦτος, ἄξιος Θεοῦ ὑπάρξας πληρώσει τὸ θέλημα αὐτοῦ χορηγήσας ἐκείνοις, οἵτινες αὐτὸν ὡμολόγησαν ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱοῦντε Ἰσραὴλ, περὶ ὧν ὁ κύριος ἀπεφήνατο λέγων, ὃς ἂν ὁμο- B
λογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου· καὶ εἰ τοιοῦτοί εἰσιν ὡς καὶ ὑπὸ Χριστοῦ ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοὺς μαρτυρεῖσθαι, ὑμεῖς οὐκ ὀφείλετε ἐπαισχυνθῆναι ἀπιόντας πρὸς αὐτοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς· τοῦτο γὰρ ποιησάντων ὑμῶν, μαρτύριον ὑμῖν λογισθήσεται· ὅτι ἐκείνοις μὲν πεῖρα τὸ μαρτύριον ὑπῆρξεν· ὑμῖν δὲ ἑτέρως προθυμία, ὡς κοινωνοῖς τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν· λέγει γάρ που ὁ κύριος πρὸς τοὺς τοιούτους φάσκων, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· ἐπείνασα γὰρ, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς ἤμην, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με· τότε ἀποκριθήσονται αὐτῷ οἱ δίκαιοι λέγοντες, κύριε πότε σε εἴδομεν πεινῶντα, καὶ ἐθρέψαμεν, ἢ διψῶντα, καὶ ἐποτίσαμεν, πότε δέ σε εἴδομεν γυμνὸν, καὶ περιεβάλομεν; ἢ ἀσθενῆ, καὶ ἐπεσκεψάμεθα; πότε δέ σε εἴδομεν ξένον, καὶ συνηγάγομεν· ἢ ἐν φυλακῇ, καὶ ἤλθομεν πρός σε; καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ αὐτοῖς· ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον· τότε ἐρεῖ καὶ τοῖς ἐξ ἀριστερῶν· πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἐπείνασα γὰρ, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα, καὶ οὐκ ἐποτίσατέ με· ξένος ἤμην, καὶ οὐ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ οὐ περιεβάλετέ με· ἀσθενὴς καὶ ἐν φυλακῇ, καὶ οὐκ ἐπεσκέψασθέ με· τότε ἀποκριθήσονται καὶ αὐτοὶ λέγοντες· κύριε πότε σε εἴδομεν πεινῶντα· ἢ διψῶντα· ἢ ξένον· ἢ γυμνόν· ἢ ἀσθενῆ· ἢ ἐν φυλακῇ· καὶ οὐ διηκονήσαμέν σοι; τότε ἀποκριθήσεται καὶ αὐτοῖς λέγων· ἀμὴν λέγω ὑμῖν· ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων τῶν ἐλαχίστων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε, καὶ ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον.

causam omnes fideles ex iis bonis, quæ habetis, aut ex labore miniſtrate ſanctis per epiſcopum veſtrum. Sin vero aliquis non habet, jejunet, & cibum ejus diei partitus deſtinet ſanctis. Qui autem opulentus, & copioſus fuerit, plus etiam proportione facultatum ſuarum eiſdem ſuppeditet. Si vero poteſt, rebus ſuis omnibus divenditis, ex cuſtodia eripere, beatus & amicus Chriſti erit. Etenim ſi is, qui bona ſua indigentibus largitur, perfectus eſt poſt cognitionem de divinis, erit profecto multo perfectior, qui pro redimendis martyribus hoc fecerit: hujuſmodi enim frater, qui ſe præbuit Deo dignum, ſatisfaciet voluntati ejus ſuppeditando eis, qui illum confeſſi ſunt coram Gentibus, & regibus, & filiis Iſrael, de quibus dominus pronunciavit dicens: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt.* Quod ſi tales ſunt, ut eis Chriſtus teſtimonium coram pater tribuat, non debet pudere vos ire ad eorum carceres: hoc enim ſi feceritis, vobis vice martyrii habebitur, quod illi quidem re ipſa martyrium ſubierunt experiendo; vos vero aliter, nempe voluntate prompta, tanquam facti ſocii certaminis illorum. Talibus enim ait dominus, *Venite benedicti patris mei, poſ-* Matth. 25. *ſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi: Eſurivi, & dediſtis mihi manducare: ſitivi, & dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me, infirmus eram, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebunt juſti dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, & pavimus, aut ſitientem, & potavimus, aut nudum & operuimus, & in carcere, & venimus ad te? Tunc reſpondebit eis dicens, amen dico vobis, quatenus feciſtis uni ex his fratribus meis mininis, mihi feciſtis, & ibunt hi in vitam æternam: tunc dicet & iis qui ſunt ad ſiniſtram, recedite a me in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, & angelis ejus: Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi & non dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus eram, & non operuiſtis me: infirmus eram, & in carcere, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt & ipſi dicentes, Domine, quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem, aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non miniſtravimus tibi? Tunc reſpondebit & ipſis dicens, amen dico vobis, quatenus non feciſtis uni ex his minimis, neque mihi feciſtis, & ibunt hi in ſupplicium æternum.*

Ὅτι φευκτέον τῆς πρὸς τοὺς ψευδαδέλφους συνουσίας, ὅταν ἐπιμένωσι τῇ φαυλότητι.

Quod fugienda ſit falſorum fratrum conſuetudo, dum in nequitia perſeverant.

ΚΕΦΑΛ. β'.

CAPUT II.

Εἴ δέ τις ἀδελφὸν λέγων ἑαυτὸν εἶναι, ἀπατηθεὶς ὑπὸ τοῦ πονηροῦ κακοποιήσῃ, καὶ ἐλεγχθεὶς κατακριθῇ θανάτῳ ὡς μοιχὸς, ἢ φονεὺς, χωρίζεσθε ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ἦτε ἀσυλοι· καὶ μή τις ὑμῶν ὡς κοινωνὸς τοῦ μύσους ὑποπτευθῇ καὶ κατηχήσῃ βλασφημίαν, ὡς πάντων Χριστιανῶν χαιρόντων ἐπὶ τοῖς παρανόμοις ἔργοις· διὸ μακρὰν ἀπ' αὐτοῦ χωρεῖτε· τοῖς μέντοι διὰ Χριστὸν κατ' ἐπήρειαν παρὰ τοῦ ἀσεβοῦς συγκλειομένοις εἰς φυλακὴν ἢ πρὸς θάνατον ἐκδιδομένοις, ἢ

SI quis vero, qui ſe alioqui fratrem eſſe dicit, a diabolo deceptus maleficium committat, ac convictus capite damnetur ut adulter, aut homicida, vitate eum, ut inviolati ſervemini, & ne quis veſtrum ſuſpectus ſit de communione, ac ſocietate flagitii & infamiam aſpergat, quaſi omnes Chriſtiani ſceleribus & flagitiis delectentur: quamobrem procul ab eis recedite. Iis tamen, qui per calumniam, propter Chriſtum in carcerem

inclusi sunt, aut morti addicti, aut vinculis, aut exilio, ferte opem omni studio, ut membra vestra ex manibus sceleratorum eripiatis. Quod si quis cum eis compactus, comprehensus fuerit, & verberetur, beatus est, quod sit factus socius martyrum, & imitator passionum domini Jesu Christi. Etenim nos quoque sæpius propter Christum sub Caipha, Alexandro, & Anna acceptis plagis eximus læti, quod digni habiti essemus, qui illa propter Christum pateremur, & vos gaudete qui ista patimini.

Act. 4. Matth. 5.

Quod afflictis propter Christum oportet opem ferre, quamvis adsit periculum.

CAPUT III.

ATque etiam eos, quos impii propter Christum insequuntur, quique, ut dominus præcepit, ex alia atque alia civitate fugiunt, recolligite & adjuvate, recipite ut martyres læti, & gaudentes, quod facti fueritis socii persecutionis eorum, quos scitis beatos a domino prædicari. Ait enim, *beati estis, cum exprobraverint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum verbum adversus vos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui ante vos fuerunt;* & rursus: *si me persecuti sunt, & vos persequentur;* & in eandem sententiam: *Si vos persequantur in una civitate, fugite ad aliam, quia in mundo pressuram habetis; tradent enim vos in synagogas, & ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium ipsis: & , qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Quem enim propter fidem Christi insecuti sunt, & idem testimonium de Christo dixit, & patienter sustinuit, hic est vere homo Dei.

Matth. 5. Joan. 15. Matth. 10. Joan. 16. Matth. 10.

Quod horrendum, & mortiferum sit, negare Christum: & quod imitandus sit Christus patiendo, & imitando patientiam ejus.

CAPUT IV.

QUI vero se Christi esse negaverit, ut non sit hominibus odio, qui magis animam suam, quam Deum amarit, in cujus alioqui manu ejus respiratio est, hic miserabilis, & miser est, utpote impurus, & detestandus: qui amicus quidem hominum esse voluit, inimicus vero Dei, qui non jam partem cum sanctis tulerit, sed cum sortitis maledictionem, qui pro regno eorum, qui benedictionem tulerunt, expetivit *ignem sempiternum diabolo, & angelis ejus præparatum*, non jam hominibus invisus, sed a Deo repulsus, & a facie ejus projectus. De hoc enim dixit dominus: *Qui negaverit me coram hominibus, & erubuerit nomen meum, & ego negabo eum, & erubescam coram patre meo, qui in cœlis est:* & rursus nobis discipulis suis dixit, *qui amat patrem, & matrem plusquam me, non est me dignus; & qui non accipit crucem, & sequitur me, non est me dignus: qui invenit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detri-*

Matth. 25. Matth. 10. & 16.

Α πρὸς δεσμὰ, καὶ ἔξοδον, πάσῃ σπουδῇ βοηθεῖτε, τὰ μέλη ὑμῶν ῥύσασθε ἐκ χειρῶν ἀθέσμων· καὶ ἐάν τις αὐτοῖς συγκεκλεισμένος συλληφθῇ καὶ αἰκίαις ὑποπέσοι, μακάριός ἐστιν, ὅτι κοινωνὸς μάρτυρος ἐγένετο καὶ μιμητὴς τοῦ τοῦ Χριστοῦ παθημάτων· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πολλάκις ὑπὸ Καϊάφα καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ Ἄννα πληγὰς λαβόντες, χαίροντες ἐξήλθομεν, ὅτι κατηξιώθημεν ὑπὲρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν τοιαῦτα παθεῖν· καὶ ὑμεῖς χαίρετε ταῦτα πάσχοντες· ὅτι μακάριοι γενήσεσθε ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

Ὅτι τοῖς διὰ Χριστὸν πορθουμένοις χρὴ χεῖρα ὀρέγειν κἂν κίνδυνος παρῇ.

Β

ΚΕΦΑΛ. γ'.

ΚΑὶ τοὺς διωκομένους δὲ διὰ τὴν πίστιν, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας διὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ κυρίου προσλαμβάνεσθε αὐτοὺς ἀντιλαμβανόμενοι αὐτῶν καὶ προσδεχόμενοι αὐτοὺς ὡς μάρτυρας· χαίροντες ὅτι κοινωνοὶ αὐτῶν τοῦ διωγμοῦ γεγένησθε, γινώσκοντες αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ κυρίου μεμακαρῆσθαι· φησὶ γὰρ αὐτὸς, μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω γὰρ ἐδίωξαν τοὺς προφήτας τοὺς πρὸ ὑμῶν· καὶ πάλιν· εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσι· καὶ ἐξῆς· ἐὰν διώκωσιν ὑμᾶς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην· ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἔχετε· παραδώσουσι γὰρ ὑμᾶς εἰς συναγωγὰς, καὶ ἐπὶ ἡγεμόνας καὶ βασιλεῖς ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ εἰς μαρτύριον αὐτοῖς· καὶ ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος οὗτος σωθήσεται· ὁ γὰρ διωχθεὶς ἕνεκεν τῆς πίστεως καὶ μαρτυρήσας περὶ αὐτοῦ καὶ ὑπομείνας, οὗτος ἀληθῶς ἄνθρωπος Θεοῦ.

C

Ὅτι φευκτὸν καὶ ὀλέθριον τὸ ἀρνεῖσθαι Χριστόν· καὶ ὅτι μιμητέον Χριστὸν ἐν τῷ πάσχειν καὶ ζηλωτέον τὴν αὐτοῦ ὑπομονήν.

D

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Ὁ Δὲ ἀρνησάμενος ἑαυτὸν Χριστοῦ εἶναι διὰ τὸ μὴ μισεῖσθαι ὑπὸ ἀνθρώπων, φιλήσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν μᾶλλον ἢ τὸν κύριον, οὗ ἡ πνοὴ αὐτῶν ἐν χειρὶ αὐτοῦ, ὢν ἐλεεινὸς καὶ ἄθλιος· ὡς ἐναγὴς καὶ βδελυκτὸς· φίλος μὲν ἀνθρώπων θελήσας εἶναι, ἐχθρὸς δὲ τοῦ Θεοῦ· μερίδα λαβὼν οὐκέτι μετὰ τῶν ἁγίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν κατηραμένων· ἀντὶ βασιλείας δὲ λογισμένων πωθήσας τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων ἔτι μισούμενος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπωσμένος· καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐκβεβλημένος· περὶ γὰρ τούτου ἀπεφήνατο ὁ κύριος λέγων, ὅς τις ἀρνήσεταί με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπαισχυνθῇ τὸ ὄνομά μου, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ καὶ ἐπαισχυνθήσομαι ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς· καὶ πάλιν λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἡμῖν αὐτοῖς οὕτως, ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν, ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· ὁ εὑρὼν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν.

Ε

τλὼ· τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ; τλὼ δὲ ψυχλὼ αὐτῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτῦ, ϗ ὀξῆς· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῆ ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τλὼ δὲ ψυχλὼ μὴ δυναμλύων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμλυον ϗ ψυχλὼ ϗ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ.

A *mentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* & in eandem sententiam, *ne timeatis eos, qui occidunt corpus, animam vero occidere non possunt, timete vero potius eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam.*

Ὅτι χρὴ τὸν πιστὸν μήτε ῥιψοκίνδυνον εἶναι δι' ἀσφάλειαν· μήτε περιδεῆ δι' ἀνδρίαν· ἀλλὰ ϗ φεύγειν δι' εὐλάβειαν, ϗ ἐμπεσόντα ἀγωνίζεσθαι δι' τὸ ἀποκείμλυον στέφανον.

Quod oportet, ut fidelis non se projiciat in pericula propter infirmitatem suam, neque sit meticulosus propter mollitiem: sed fugiat propter metum Dei, & cum inciderit in ea, de certet propter coronam reservatam.

ΚΕΦΑΛ. ε.

CAPUT V.

ΠΑς ὃν μανθάνων τέχνλυ τινὰ βλέπων τὸν διδάσκαλον αὐτῦ δι' τῆς ἐνεργείας ϗ ἐμπειρίας ἀπαρτίζοντα τλὼ τέχνλυ αὐτῦ, ϗ αὐτὸς ζηλοῖ ὅμοιον αὐτῷ ποιήσασθαι τὸ ἐγχειρλθέν· ἐὰν μὴ ἰσχύσῃ, ὐκ ἔστι τετελειωμλύος ἐν τῷ ἔργῳ· ϗ ἡμεῖς ὃν ἔχοντες διδάσκαλον τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησῦν τὸν Χριστὸν δι' ὃ μιμούμεθα τλὼ αὐτῦ διδαχλώ· ὅτι ἐκεῖνος μὴ ἀπεπάξατο ἀνέσει· ξυφῇ· δόξῃ· πλούτῳ· τύφῳ· δυνάμει ἀμυντικῇ· μητρὶ ϗ ἀδελφοῖς· ἤδη δὲ ϗ τῇ οἰκείᾳ ζωῇ διὰ τλὼ πρὸς τὸν πατέρα δι' εὐσέβειαν, ϗ τλὼ εἰς ἡμᾶς φιλανθρωπίαν, ὑπομείνας ὁ μόνον διωγμὸν ϗ μάστιγας, ὀνειδισμὸν ϗ ἐμπαιγμὸν, ἀλλ' ἤδη ϗ τλὼ πρὸς τὸ ξύλον προσπῆξιν, ὅπως Ἰουδαίους ϗ Ἕλλλνας μετανοήσαντας σώσῃ· εἰ ὃν αὐτὸς δι' ἡμᾶς ἀπετάξατο ἀναπαύσει, μὴ ἐπαισχυνθεὶς σωρὸν, μὴ ἀδοξήσας τὸν θάνατον, τίνος ἕνεκεν ἡμεῖς ὁ μιμούμεθα αὐτῦ τὰ πάθη, ϗ ἀποτιασόμεθα ὑπὲρ αὐτῦ ϗ αὐτῇ τῇ ζωῇ ἡμῶν, διδόντος αὐτῦ ἡμῖν τλὼ ὑπομονλύ; ἐκεῖνος μὴ γὰρ δι' ἡμᾶς, ἡμεῖς δὲ δι' ἑαυτούς· ὁ γὰρ χρήζει ἡμῶν αὐτὸς, ἡμεῖς δὲ τῦ ἐλέους αὐτῦ· μόνον δὲ τὸ τῆς πίστεως ἡμῶν γνήσιον ἐπιζητεῖ ϗ αὐθαίρετον, ὥς φησιν ἡ γραφή· εἰ δίκαιος εἶ, τί δώσεις αὐτῷ; ἢ τί ἐκ χειρός σου λήψεται; ἀνδρὶ τῷ ὁμοίως σου ἡ ἀσεβειά σου· ϗ υἱῷ ἀνθρώπου ἡ δικαιοσύνη σου. ἀποτιξώμεθα οὖν ϗ γονεῦσι· ϗ συγγλνέσι· ϗ φίλοις· ϗ γυναικί· ϗ τέκνοις· ϗ κτήμασι ϗ σύμπαντι τῷ βίῳ, ὅταν ἢ τι τούτων κώλυμα πρὸς δυσέβειαν· δεῖ γὰρ προσεύχεσθαι μὴ ἡμᾶς, ἵνα μὴ εἰσέλθωμλυ εἰς πειρασμόν· ἐὰν δὲ κληθῶμλυ εἰς μαρτύριον, μὴ ὑστέρως ὁμολογεῖν τὸ τίμιον ὄνομα· ϗ ἐὰν τούτου χάριν κολασθῶμλυ, χαίρωμεν ὡς ἐπὶ ἀθανασίαν σπεύδοντες· διωκόμλυοι μὴ ξενιζώμεθα· μὴ ἀγαπήσωμλυ τὸν νῦν αἰῶνα· μηδὲ τὰς παρὰ ἀνθρώπων ἐπαίνους, μηδὲ τλὼ τῆ ἀρχόντων δόξαν ϗ τιμλύ· καθάπερ καί τινες τῆ Ἰουδαίων, θαυμάζοντες τῦ κυρίου τὰς ἐνεργείας, ὐκ ἐπίστευον εἰς αὐτὸν φόβῳ τῷ πρὸς τὸς ἀρχιερεῖς, ϗ τὸς λοιπὸς τῆ ἀρχόντων· ἠγάπησαν γὰρ τλὼ δόξαν τῆ ἀνθρώπων μᾶλλον ἤπερ τλὼ δοξαν τῦ Θεῦ· ὁμολογήσαντες δὲ τλὼ καλλὶ ὁμολογίαν ὁ μόνον ἑαυτὸς σώζομλυ, ἀλλὰ ϗ τὸς νεοφωτίστους βεβαιῦμλυ ϗ τὸς κατηχλυμένους πιστοποιούμεθα· εἰ δὲ καθυφῶμεν τι τῆς ὁμολογίας ἀρνησάμλυοι τλὼ δυσέβειαν δι' γνώμης χαυνότητα ϗ φόβον βραχυτάτης τιμωρίας, ὁ μόνον ἑαυτὸς ἀποστερῦμλυ τῆς αἰωνίου δόξης, ἀλλ' ἤδη ϗ ἑτέροις αἴτιοι ἀπωλείας γλνησόμεθα, ϗ διπλοτέρα ὑπομείνομλυ τλὼ τίσιν, ὡς ὑπωψίαν δώσαντες δι' τῆς ἀρνήσεως, πλάνης διδαχλὼ εἶναι τλύποτε ὑφ' ἡμῶν δοξαζομλύην ἀληθειαν· διὸ μήτε προχειροι ὦμλυ ϗ ῥι-

QUicunque igitur artem quampiam discit, cum videt magistrum suum opere & experientia artificium suum perficientem, idem quoque studet opus injunctum simile efficere; quod quidem si assequi non queat, non est in eo perfectus: & nos ergo cum magistrum habeamus dominum nostrum Jesum Christum, cur doctrinam ejus non imitamur? quoniam ille a se repudiavit relaxationem, voluptatem, gloriam, divitias, superbiam, copias auxiliares, matrem & fratres, immo etiam vitam suam, idque tum propter pietatem erga Deum patrem, tum propter caritatem erga homines perpessus non solum persecutionem & verbera, probra, & ludibria, sed etiam cruci affigi, ut Judæos, & Gentiles ad pœnitentiam adductos servaret. Si igitur ipse propter nos requiem respuit, neque in subeunda cruce erubuit, neque mori inglorium existimavit, quare nos passiones ejus non imitamur, & ejus causa ipsam etiam vitam nostram, ipso nobis tolerantiam præbente, non deserimus? ille enim propter nos, nos vero propter nos ipsos: neque enim ille nobis indiget, sed nos misericordia ipsius indigemus. Tantummodo fidem nostram requirit sinceram, & voluntariam, ut ait scriptura; *si justus es, quid dabis ei? aut quid ex manu tua accipiet? Viro tui simili impietas tua, & filio hominis justitia tua.* Relinquamus ergo parentes, cognatos, amicos, uxorem, liberos, possessiones, & res omnes vitæ hujus, si quid horum nobis ad pietatem obstabit: deprecandum enim nobis est, *ut non ingrediamur in tentationem.* Sin vero ad martyrium accersiti fuerimus, precandum, ut fortiter, & constanter honoratum nomen confiteamur: & si hac de causa puniamur, & cruciemur, lætemur tanquam ad immortalitatem properantes. Neque novum, & inauditum nobis videatur, cum nos insequuntur: neve hujus sæculi amore capiamur, neque laudibus hominum, neque magistratuum gloria & honore, ut quibusdam Judæis evenit, qui cum opera domini admirarentur, non tamen in eum crediderunt metu principum, sacerdotum, ac reliquorum magistratuum, *dilexerunt* enim *magis gloriam hominum, quam gloriam Dei.* Cum vero bonam confessionem confitemur, non solum nosipsi servamus, sed etiam recentes Christianos confirmamus, & catechumeni ut credant, facimus. Sin vero aliquid de confessione remiserimus, negata religione Dei ob animi mollitiem, & metu brevissimi supplicii, non solum nos æterna gloria privamus, sed aliorum quoque interfectores erimus, & pœnas duplas solvemus, quod

Job 35. & 36. *Matt. 6. & 26.* *Joan. 12*

nega-

negatione noſtra ſuſpicionem dederimus, eſ-
ſe doctrinam erroris veritatem, quæ a nobis
aliquando glorioſe prædicata fuerit. Quocir-
ca neque prompti ſimus ad objiciendum nos
Matth. 26. periculis. Dominus enim dixit, *orate, ne in-
tretis in tentationem, ſpiritus quidem prom-
ptus eſt, caro autem infirma*. Neque rurſus
ſi inciderimus, metu confeſſionem macule-
mus, ac dedecoremus: ſi enim qui ſpem ſuam
negavit, quæ eſt Jeſus filius Dei, a brevi
morte liberetur, cras vero in lecto in mor-
bum celerrimum incidat ventris, aut ſtoma-
chi, aut capitis, vel in aliquam ægritudinem
inſanabilem, ut tabi, vel cancri, vel apoſte-
matis, vel inteſtini, vel aquæ intercutis, vel
coli, & celeriter extremum actum peragat,
& ex vita migret, nonne hujus vitæ bona
amiſerit, & ex illis cœleſtibus deciderit? im-
mo vero æternum ſupplicium ſubierit profe-
Matth. 3. 13.22.24.25. Luc. 13. ctus *ad tenebras exteriores, ubi gemitus, & ſtridor dentium*. At vero qui martyrio habi-
tus eſt dignus, is lætitiam in domino per-
cipiat, quod tantam coronam adeptus ſit, &
quod propter confeſſionem ex hac vita e-
xeat; & ſi catechumenus ſit, recedat ad
Deum lætus; cruciatus enim, quo eſt propter
Deum affectus, erit ei verior baptiſmus, quod
is quidem experientia ipſa mortis commoritur
Chriſto, reliqui vero myſtica repræſentatio-
ne: lætetur ergo, quod magiſtrum imitatur,
Luc. 6. ſiquidem juſſum eſt, *ut ſit unuſquiſque perfe-
ctus, ſicut magiſter ſuus:* at magiſter propter
nos verberatus eſt, blaſphemias, & probra
magna tolerantia pertulit, ſputis aſperſus eſt,
colaphis & alapis & poſt verbera cruci affi-
Joan. 19. xus, aceto & felle potatus, & conſummatis
omnibus quæ ſcripta erant, dixit Deo, &
Luc. 23. patri, *in manus tuas commendo ſpiritum meum.*
Quamobrem qui optat eſſe illius diſcipulus,
æmuletur illius certamina, imitetur illius pa-
tientiam, ut qui ſciat, etſi igne ab homini-
bus torreatur, nihil ſe tamen incommodi paſ-
ſurum, ſicut illi tres pueri, aut ſi quid pa-
tiatur, mercedem, & immortalem requiem
Dan. 3. a Deo accepturum, cui credit uni, & ſoli
vero Deo, & patri per Chriſtum magnum
pontificem, & redemptorem animarum, &
certaminum remuneratorem, cui gloria in
ſæcula, Amen.

De reſurrectione variæ demonſtrationes, & de Sibylla, & quid Stoici de Phœnice ave.

CAPUT VI.

INitium vero novarum hæreſum hoc extitit: Fuit quidam Simon, cognomine Githeus a pago ſic dicto, Samaritanus, qui artem magiæ profitebatur, hoc ſe diabolus induit, & miniſtrum ſuæ perverſæ voluntatis fecit. Quando vero Philippus coapoſtolus [a] noſter Dei munere, & Spiritus ſancti operatione miracula ſanitatum in Samaria faciebat, ita ut Samaritani admiratione commoti ad fidem Dei, & filii ejus venirent, ejuſque nomine baptizarentur, quo tempore Simon ipſe ſigna illa, & prodigia ſine ullis magicis præſtigiis fieri vidit, & demiratus fuit, ac credidit, ſuitque baptizatus, & in jejunio, & precatione perſeverabat, tunc nos, qui gratiam Dei Samaritanis per Philippi miniſterium tributam audieramus, profecti ſumus ad eos, & ſermonem doctrinæ non mediocriter promoventes, imponenteſque manus omnibus baptizatis, gratiam Spiritus ſancti precando largiebamur. Cum autem videret Simon, quod per impoſitionem manuum noſtrarum dabatur credentibus Spiritus ſanctus, oblata nobis pecunia, *date*, inquit, *& mihi hanc poteſtatem, ut cui ego quoque manus impoſuero, Spiritum ſanctum accipiat*. Scilicet conſilium, & voluntas diaboli erat, ut ipſum Adam poſt deguſtatum cibum interdictum, promiſſa immortalitate privaverat: ſic nos pecunia delinitos & captos, dono Dei privaret, ſi hac permutatione facta donum Spiritus ſancti, quod æſtimationem ſuperat, nummis ipſi addiceremus. Cum vero hoc nos omnes commoviſſet, ego Petrus intuens in maleficum ſerpentem, qui in eo erat, dixi Simoni, *Argentum tuum ſit tecum in perditionem, quoniam exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri; non eſt tibi pars in ſermone hoc, neque ſors in fide hac: cor enim tuum non eſt rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age de hac nequitia tua, & ora Deum ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe*. Atqui Simon quidem tunc timore perterritus, *oro*, inquit, *vos, precamini pro me dominum, ut nihil mihi eveniat eorum, quæ dixiſtis*.

Ἡ Δὲ καταρχὴ τῆς νέων αἱρέσεων γέγονεν ὅπως· Σίμωνά τινα, ἀπὸ Γιτθῶν, ὅπω καλουμένης κώμης, Σαμαρέα, τῇ τέχνῃ μάγον, ἐνδυσάμενος ὁ διάβολος, ὑπηρέτιν αὐτῆς τῆς μοχθηρᾶς γνώμης ἐποιήσατο· ἡνίκα δὲ Φίλιππος ὁ συναπόστολος ἡμῶν τῇ τοῦ κυρίου δόσει, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ ἐνεργείᾳ δυνάμεις ἰαμάτων ἐτελεῖτο ἐν Σαμαρείᾳ, ὡς καταπλαγῆτας τοὺς Σαμαρεῖς εἰς πίστιν ἐλθεῖν τοῦ ἑνὸς ὅλων Θεοῦ καὶ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ καὶ βαπτίσασθαι εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἤδη δὲ καὶ αὐτοῦ Σίμωνος σημεῖα καὶ τέρατα θεασαμένου ἄνδρα μαγγανείας τινὸς γοητικῆς ἐπιτελούμενα, καὶ εἰς θαῦμα καταπεσόντος καὶ πιστεύσαντος καὶ βαπτισθέντος καὶ προσκαρτεροῦντος τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ, ἀκούσαντες ἡμεῖς τιὼ χάριν τοῦ Θεοῦ τιὼ ὑπάρξασαν Σαμαρεῦσι διὰ Φιλίππου, παρεγενόμεθα πρὸς αὐτούς· καὶ πολὺ συμβαλλόμενοι τῷ λογῳ τῆς διδασκαλίας, πᾶσι τοῖς βεβαπτισμένοις ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας δι' ἡμῶν τιὼ τοῦ πνεύματος μετουσίαν ἐδωρούμεθα· ἰδὼν δὲ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἡμῶν δίδοται τὸ πνεῦμα τοῖς πιστεύουσι, λαβὼν χρήματα προσηνέγκατο ἡμῖν λέγων, δότε κἀμοὶ τιὼ ἐξουσίαν ταύτιν· ἵνα κἀγὼ ᾧ ἂν ἐπιθῶ τιὼ χεῖρα λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον βουλόμενος· ὡς τὸν Ἀδὰμ τῇ γεύσει τοῦ ξύλου τῆς κατ' ἐπαγγελίαν ἀθανασίας ἐστέρησεν, ὅπως καὶ ἡμᾶς τῇ λήψει τῶν χρημάτων θέλξας τῆς δόσεως τοῦ Θεοῦ περιγράψαι, ὅπως ἀντικαταλλαξάμενοι ἀποδώμεθα αὐτῷ χρημάτων τιὼ ἀτίμητον τοῦ πνεύματος δωρεάν· πάντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τούτῳ ταραχθέντων· ἀτενίσας ἐγὼ Πέτρος εἰς τὸν ὄφιν τὸν ἐν αὐτῷ κακόεργον εἶπον τῷ Σίμωνι· τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τιὼ δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, οὐκ ἔστι σοι μερὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ οὐδὲ κλῆρος ἐν τῇ πίστει ταύτῃ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου τούτης, καὶ δεήθητι τοῦ κυρίου, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου· εἰς γὰρ χολὴν πικρίας, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας θεωρῶ σε ὄντα· ἀλλὰ τότε μοὶ ὁ Σίμων ἔμφοβος γενόμενός φησι, παρακαλῶ, δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν κύριον· ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ, ὧν εἰρήκατε.

Quinam fuerunt ſucceſſores impietatis Simonis, & quas hæreſes tradere cœperunt.

Τίνες τῆς Σίμωνος ἀσεβείας διάδοχοι, καὶ οἵων αἱρέσεων κατῆρξαν.

CAPUT VIII.

ΚΕΦΑΛ. η'.

CUm vero prodivimus in mundum ad prædicandum Gentibus verbum vitæ, tunc diabolus hoc in populo operatus eſt, ut pſeudoapoſtolos ad contaminandum verbum poſt nos mitteret: ac præmiſerunt Cleobium quendam, quem Simoni adjunxerunt: fuerunt autem hi diſcipuli cujuſdam Doſithei, quem improbarunt, & ex princi-

Ἡνίκα δὲ ἐξηλθομεν ἐν τοῖς ἔθνεσι κηρύσσειν τὸν λόγον τῆς ζωῆς, τότε ἐνήργησεν ὁ διάβολος εἰς τὸν λαὸν ἀποστεῖλαι ὀπίσω ἡμῶν ψευδαποστόλους εἰς βεβηλωσιν τοῦ λόγου· καὶ προεβάλοντο Κλεόβιόν τινα, καὶ παρέζευξαν τῷ Σίμωνι· ἦσαν δὲ μαθητεύσαντες Δοσιθέῳ τινί· ὃν καὶ παραδοκιμήσαντες ἐξώσαντο τῆς ἀρχῆς· εἶτα καὶ ἕτε-

ρα

[a] Deceptus viſi hic author ſi de S. Philippo uno ex 12. apoſtolis iſta intellexit: aut certe vocem apoſtoli latius accepit pro diſcipulo Chriſti fidem annunciante.

AB 1

AB 1

ροι ἑτέρων κατῆρξαν ἑκτόπων δογμάτων, Κηρινθος καὶ Μάρκος· καὶ Μένανδρος· καὶ Βασιλείδης· καὶ Σατορνίλος· τέτων οἱ μὲν πολλοὺς Θεούς· οἱ δὲ, ἓξ εἰς ἐναντίας, ἀνάρχους, ἀεὶ σωζόντας ἑαυτοῖς· οἱ δὲ ἀπείρους καὶ ἀγνώστους δοξάζουσι· καὶ οἱ μὲν τὸν γάμον ἀθετοῦσιν ὡς εἶναι τοῦ Θεοῦ ἔργον δοξάζοντες· ἄλλοι δέ τινα τῶν βρωμάτων βδελύσσονται· οἱ δὲ ἀναίδειαν ἐκπορνεύουσιν, οἷοι οἱ νῦν ψευδώνυμοι Νικολαΐται· ὁ μέντοι Σίμων ἐμοὶ πρῶτον ἐν Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος, ἔνθα Κορνήλιος ὁ πιστὸς ἐπίστευσεν ὢν ἐθνικὸς ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν δι' ἐμοῦ, σωτυχών μοι ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ συμπαόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων Ζακχαίου τε ποτε τελώνου καὶ Βαρνάβα καὶ Νικήτου & Ἀκύλα ἀδελφῶν Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, μαθητευθέντος δὲ & Παύλῳ τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν καὶ συνεργῷ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. καὶ τρίτον ἐπ' αὐτῷ διαλεχθεὶς αὐτῷ εἰς τὸν περὶ προφήτου λόγον, καὶ περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἠτήσας αὐτὸν διαμεῖναι κυρίως καὶ εἰς ἀφωνίαν καταβαλὼν, φυγάδα κατέστησα εἰς τὴν Ἰταλίαν.

A patu magisterii dejecerunt. Deinde alii aliorum dogmatum absurdorum auctores extiterunt, Cerinthus, Marcus, Menander, Basilides, & [a] Satornillus, ex quibus alii quidem plures Deos ponunt, alii vero tres adversos, principio carentes qui semper una sint: alii infinitos, & ignotos: item alii nuptias improbant, quod opinentur non esse eas opus Dei: alii quædam genera ciborum tanquam execrabilia ejiciunt; alii omni verecundia, & pudore sublato scortantur, ut ii, qui nunc falso nomine Nicolaitæ vocantur. At Simon cum me primum conveniisset in Cæsarea Stratonis, ubi Cornelius gentilis meo ministerio in Dominum Jesum credidit, dabat operam, ut verbum Dei perverteret, cum erant mecum fancti filii Zacchæus, qui fuerat antea publicanus, & Barnabas, deinde Nicetas, & Aquila fratres Clementis Romani [b] episcopi, & civis, ac discipuli Pauli coapostoli, & adjutoris nostri in evangelio: & cum ter coram eis cum eo disseruissem de propheta, & de uno Deo, ac domino, vicissimque cum virtute Domini, & ut nihil respondere, aut loqui posset, effecissem, coegi, ut in Italiam profugeret.

a Saturninus quibusdam Latinis. An vero hi omnes ante necem D. Petri emerserint, quæri merito potest. Certe alia omnia veteres suadent Irenæus, Clemens, Euf Epiph &c. *Act.* 10.

Luc. 19

b qui scilicet postea fuit Romæ episcopus, neque enim cathedram illam ascendit nisi pluribus post Petri necem annis: aut certe sola hic designatio accipienda est

Οὗπος ὁ Σίμων γοητείαις τισὶ πτηῶαι θελήσας, ἁρπαγεὶς Πέτρου κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους κάτω, συνεξέβη τὰς πόδας καὶ * τὰ χεῖρε τὰς τιρσάς.

Quomodo Simon quibusdam præstigiis cum volare voluisset, precibus Petri ex alto deorsum præcipitatus, pedes fregit, & extremos digitos [c] manuum.

c pedum.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ πολὺ τὴν ἐκκλησίαν ἔσχυλε πολλὰς ἀναστρέπων, καὶ ἑαυτῷ περιποιούμενος, τὰ δὲ ἔθνη ἐξισῶν μαγικῇ ἐμπειρίᾳ· ὡς καὶ ποτὲ μέσης ἡμέρας προελθὼν εἰς τὸ θέατρον αὐτῶν, κελεύσας τοῖς δήμοις ἁρπαγῆναι κἀμὲ ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐπηγγέλλετο πτῆναι δι' ἀέρος· πάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ μετεώρων τυγχανόντων, ἐγὼ προσηυχόμην καθ' ἐμαυτόν· καὶ δὴ μετεωρισθεὶς ὑπὸ δαιμόνων ἵπτατο μετάρσιος εἰς ἀέρα λέγων εἰς οὐρανὸς ἀνιέναι, κἀκεῖθεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐπιχορηγήσειν· τῶν δὲ δήμων ἐπαφημένων ὡς Θεὸν, ἐκτείνας ἐγὼ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν σὺν αὐτῇ διανοίᾳ, ἐκέλευον τὸν Θεὸν διὰ Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ῥῆξαι τὸν λυμεῶνα, καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν δαιμόνων περικόψαι ἐπ' ἀσάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων κεχρημένων αὐτῇ· ῥήξαντι δὲ μὴ θανατῶσαι, ἀλλὰ σωτρίψαι· καὶ ὑπολαβὼν, ἀτενίσας εἶπον τῷ Σίμωνι, εἰ Θεοῦ ἄνθρωπος ἐγὼ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀληθὴς, καὶ διδάσκαλος εὐσεβείας, ἀλλ' ὁ πλάνης, οἷος σὺ Σίμων, προσάσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσι τοῦ τῆς ἀσεβείας ἀποστάτου, ἐφ' αἷς ὀχεῖται Σίμων ὁ μάγος, ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως, ὅπως ἐξ ὕψους κατενεχθῇ εἰς γέλωτα τῶν ἀπατηθέντων ὑπ' αὐτοῦ· καὶ εἰπόντος μου ταῦτα, περικοπεὶς τῶν δυνάμεων ὁ Σίμων κατεσείσθη μετὰ μεγάλου ἤχου· καὶ ῥαγεὶς πτῶμα ἐξαίσιον, συντρίβεται τὸ ἰσχίον καὶ τῶν ποδῶν τοὺς τιρσούς· καὶ φωνὴ τῶν ὄχλων λέγουσα, εἷς ὁ Θεὸς ὃν Πέτρος δικαίως κατηγγέλει τῇ ἀληθείᾳ μόνος, καὶ πολλοὶ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ· τινὲς δὲ ἄξιοι

CUM vero Romam venisset, Ecclesiam magnopere vexabat multos subvertendo, & sibi conciliando, Gentilibus autem magicæ artis usu, & exercitatione, admirationem movendo, ita ut aliquando cum in theatrum meridie prodiisset, jussissetque populo, ut me quoque in theatrum raperent, promittebat se per aerem volaturum. Cum vero cuncti promissi hujus expectatione suspensi essent, ego apud me precabar: jamque a dæmonibus in altum sublatus, volabat sublimis per aerem, dicens se in cœlum ascendere, ut inde bona ipsis suppeditaret. Cunctis vero illum tanquam Deum concelebrantibus, ego manus in cœlum pariter cum mente tendens, Deo supplicabam, ut illam pestem per filium suum Dominum nostrum rumperet, & vires dæmonum, quibus illi ad fallendum, & perdendum homines utebantur, amputaret, ita tamen illum rumperet, ut non occideret, sed confringeret. Itaque respondens ad illud, quod de ascensu in cœlum pollicebatur, & intuens in eum dixi: *Si ego homo Dei sum, & verus apostolus Jesu Christi, ac doctor pietatis in Deum, & non seductor, ut tu Simon, jubeo malis potestatibus diaboli apostatæ, quæ Simonem magum vehunt, ut eum dimittant, ut ex alto præceps feratur cum risu eorum, quos decepit.* Hæc cum dixissem, Simon magus a potestatibus dimissus cum magno fragore & sonitu decidit, & vehementer elisus coxam, & extremos digitos pedum frangit, & multitudo vulgi, *unus tantum verus Deus*, inquit, *quem Petrus juste prædicat*: ac multi quidem defecerunt ab eo: nonnulli vero illius interitu digni,

in doctrina ejus nefaria perseverarunt : atque ita est conflata Romæ prima hæresis impiissima Simonianorum. Atque etiam per reliquos pseudoapostolos diabolus operabatur.

Quomodo hæreses & a se & a veritate dissentiunt.

CAPUT X.

ERat autem his omnibus unum atque idem propositum impietatis, Deum omnipotentem blasphemiis afficere, sentire ignotum esse, & non esse patrem Christi, neque mundi effectorem, immo neque esse effabilem, neque pronunciabilem, neque nominabilem, esseque e se natum; & neque lege, neque prophetis utendum esse; item providentiam tollere, resurrectionem non credere, judicium ac remunerationem negare; non esse animam immortalem, sola voluptate lætandum esse, & ad omnem religionem sine ullo discrimine deflectere licere: alii enim ex eis plures Deos faciunt, alii tres sine initio, alii duos ingenitos, alii infinita sæcula: item partim eorum docent non esse nubendum, esseque a carne abstinendum, & vino, execrabilia enim esse nubere, & procreare liberos, & cibos capere, ut tanquam venerandi quidam sententiam suam perversam quasi auctoritate dignam approbari faciant: partim vero eorum legem sanciunt de abstinendo a carne animantium non tanquam ratione carentium, sed tanquam rationem habentium, ita ut qui eas mactare audeat, ab eo cædis pœna exigenda sit: partim ajebant, abstinendum esse suilla, puris autem secundum legem cibis vescendum: item circumcidendum ex lege Moysis, credendumque esse in Jesum tanquam in virum sanctum, & prophetam: alii docebant sine ullo pudore scortandum, & carne abutendum, & omne flagitium suscipiendum, quod hac solum ratione anima effugeret principes mundi hujus: Hi vero omnes diaboli sunt instrumenta, & filii iræ.

A τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ὄντες παρέμειναν αὐτοῦ τῇ μοχθηρᾷ διδασκαλίᾳ· καὶ ὅτω τοιούτῳ ἐπάγη ἡ τῶν Σιμωνιακῶν ἀθεωτάτη αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ· καὶ διὰ τῶν λοιπῶν ψευδαποστόλων ἐνήργει ὁ διάβολος.

B

C

D

Ὅπως αἱ αἱρέσεις καὶ πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνοῦσιν.

ΚΕΦΑΛ. ί.

Τούτοις δὲ πᾶσιν ἐπίσης σκοπὸς ἦν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἀθεότητος τὸν μὲν παντοκράτορα Θεὸν βλασφημεῖν, ἄγνωστον δοξάζειν, καὶ μὴ εἶναι πατέρα τοῦ Χριστοῦ· μηδὲ τοῦ κόσμου δημιουργόν· ἀλλ' ἄλεκτον· ἄρρητον· ἀκατονόμαστον· αὐτογενέθλιον· νόμῳ καὶ προφήταις μὴ χρᾶσθαι· πρόνοιαν μὴ εἶναι· ἀνάστασιν μὴ πιστεύειν· κρίσιν μὴ εἶναι ἢ ἀνταπόδοσιν· ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν· ἡδονῇ χαίρειν μόνῃ· καὶ πρὸς πᾶσαν θρησκείαν ἀδιαφόρως ἐκκλίνειν· οἱ μὲν γὰρ, πλείους εἶναι Θεοὺς λέγουσιν, οἱ δὲ, ξεῖς ἀνάρχους· οἱ δὲ, δύο ἀγεννήτους· οἱ δὲ, αἰῶνας ἀπείρους· καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἀγαμίαν διδάσκουσι· καὶ χρεὼν ἀποχὴν καὶ οἴνου, βδελυκτὰ λέγοντες εἶναι καὶ γάμον καὶ παίδων γένεσιν· καὶ βρωμάτων μετάληψιν· ἵν' ὡς σεμνοί τινες τῷ πονηρῷ αὐτῶν γνώμῃ ὡς ἀξιόπιστον παραδεχθῶσι ποιήσωσι· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν νομοθετοῦσι χρεὼν ἀπέχεσθαι, οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων, ἀλλ' ὡς λογικὴν ἐχόντων ψυχὴν, καὶ φόνου δίκην εἰσπραττεσθαι μελλόντων τοῦτο καταπολμώντων σφάζειν· ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν ἔλεγον μόνον δεῖν φάσκοντες χοιρείου ἀπέχεσθαι· τὰ δὲ κατὰ νόμον καθαρὰ ἐσθίειν· καὶ περιτέμνεσθαι νομίμως· πιστεύειν δὲ εἰς Ἰησοῦν ὡς ὅσιον ἄνδρα καὶ προφήτην· ἄλλοι δὲ ἀναίδην ἐκπορνεύειν, καὶ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκον, καὶ διὰ πάσης ἀνοσιουργίας ἰέναι, ὡς ὅτω καὶ μόνως ἐκφεύξεσθαι τὴν ψυχὴν τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας· ὅτοι δὲ πάντες τοῦ διαβόλου ὄργανα τυγχάνουσι καὶ υἱοὶ ὀργῆς.

Expositio apostolicæ prædicationis.

Ἐξήγησις ἀποστολικοῦ κηρύγματος.

CAPUT XI.

ΚΕΦΑΛ. ια.

NOS autem filii Dei, ac filii pacis, quique sacram atque rectam doctrinam religionis Dei prædicamus, unum tantum Deum profitemur legis, & prophetarum dominum, effectorem universitatis rerum, Christi patrem, non auctorem sui, neque a se editum, ut illi opinantur, sed sempiternum, & origine carentem, lumen inaccessum habitantem: non secundum, non tertium, non multiplicem, sed solum æterne, non ignotum, aut non effabilem, sed a lege, & prophetis prædicatum, omnipotentem, omnium potestatem habentem, Deum & patrem unigeniti ejusdemque primogeniti omnis creaturæ: unum Deum, unius filii patrem, ac non plurium, unius paracleti per Christum, aliorum ordinum effectorem, unum mundi architectum, diversarum creaturarum opificem per Christum, eundemque procura-

Ἡμεῖς δὲ τέκνα Θεοῦ καὶ υἱοὶ εἰρήνης, τὸν ἱερὸν καὶ ὀρθὴν λόγον κηρύσσοντες τῆς εὐσεβείας, εἷς μόνον Θεὸν κατηγγέλλομεν νόμου καὶ προφητῶν κύριον· τῶν ὄντων δημιουργόν· τοῦ Χριστοῦ πατέρα· οὐκ αὐτοπάτορα· καὶ αὐτογενέθλιον, ὡς ἐκεῖνοι οἴονται· ἀλλ' ἀΐδιον καὶ ἄναρχον, καὶ φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον· οὐ δεύτερον ὄντα, οὐ τρίτον· οὐ πολλοστόν· ἀλλὰ μόνον αἰδίως, οὐκ ἄγνωστον· οὐ ἄλεκτον· ἀλλὰ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κηρυσσόμενον· παντοκράτορα· πανταρχῶν· παντεξούσιον· Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ μονογενοῦς καὶ πρωτοτόκου πάσης δημιουργίας· εἷς Θεὸν ὁδὸς υἱοῦ πατέρα, ὁ τελειώνων· οὐδὲ παράκλητα διὰ Χριστοῦ· τῶν ἄλλων τιμημάτων ποιητήν· εἷς δημιουργόν· διαφόρων κτίσεως διὰ Χριστοῦ ποιητήν· τὸν αὐτὸν προνοητήν· νομοθέτην

θέτλω δι' αὐτοῦ· ἀναστάσεως αἴτιον, καὶ κρίσεως καὶ ἀντιποδόσεως δι' αὐτοῦ γινομένων· τοῦτον αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον ἀποδεχήσαντα χρῆσθαι, καὶ πολιτευσάμενον ἄνευ ἁμαρτίας καὶ παθόντα καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν ἀποστείλαντα· καὶ πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλὸν φαμὲν, καὶ οὐδὲν βδελυκτὸν, πᾶν τὸ πρὸς σύστασιν· δικαίως μεταλαμβανόμενον, ἄρειον· πάντα γὰρ κατὰ τὴν γραφὴν καλὰ λίαν· γάμον νόμιμον, καὶ παίδων γένεσιν, τίμιον καὶ ἀμόλυντον εἶναι πιστεύομεν· ἐπ' αὐξήσει γὰρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων διαφορὰ σχημάτων διεπλάσθη ἐν τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ· ψυχὴν ἀσώματον ἐν ἡμῖν καὶ ἀθάνατον ὁμολογοῦμεν· ἀλλ' οὐ φθαρτὴν ὡς τὰ σώματα, ἀλλ' ἀθάνατον ὡς λογικὴν καὶ αὐτεξούσιον· πᾶσαν μίξιν παράνομον καὶ τὴν παρὰ φύσιν γινομένην ὑπὸ τινων βδελυσσόμεθα ὡς ἀθέμιτον καὶ ἀνοσίαν· ἀνάστασιν γίνεσθαι ὁμολογοῦμεν δικαίων τε καὶ ἀδίκων καὶ μισθαποδοσίαν· τὸν Χριστὸν οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν ἀλλὰ Θεὸν λόγον καὶ ἄνθρωπον· μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· ἀρχιερέα τοῦ πάντος· οὗτε νῦν μὴν Ἰουδαίων περιτεμνόμεθα, εἰδότες, ὅτι ἐληλύθειν, ᾧ ἀπέκειτο· καὶ δι' ὃν ἐφυλάσσετο τὴν γῆν· ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας· ὁ ἐκ βλαστοῦ υἱός· τὸ ἐξ Ἰεσσαὶ ἄνθος· ὃ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου.

torem, & legislatorem per ipsum, tum resurrectionis, & judicii, ac remunerationis, quæ per ipsum fiunt, auctorem. Hunc ipsum quoque filium prædicamus voluisse fieri hominem, & sine peccato in vita versatum, passum, & mortuum, & a mortuis suscitatum, & ascendisse in cœlum ad eum, a quo missus fuerat. Atque omnem creaturam Dei bonam esse dicimus, & nihil esse ejiciendum ut malum: immo id omne quod ad sustentandum corpus juste sumitur, optimum esse, cuncta enim, ait scriptura, erant valde bona; legitimum conjugium, & generationem filiorum honorata & munda esse credimus, ad augendum enim genus hominum formata est in Adam, & Eva figuræ diversitas. Animam in nobis confitemur expertem corporis, & immortalitate præditam, neque interitu deleri, ut corpora, sed immortalem esse, utpote rationis participem, & sui compotem. Omnem conjunctionem corporum contra legem, & eam qua nonnulli contra naturam utuntur, tanquam nefariam, & sceleratam detestamur. Justos, & injustos a mortuis excitandos, & mercedem eis solvendam confitemur. Christum fatemur non esse nudum hominem, sed Deum verbum, & hominem Dei, & hominum mediatorem, pontificem patris. Neque vero jam cum Judæis circumcidimur, qui sciamus adveniisse eum cui repositum erat, & propter quem servabantur generationes, *qui erat expectatio gentium* Jesus Christus, qui ortum duxit ex Juda, filius ex germine, flos ex Jesse, *cujus principatus super humerum*.

Genes. 1.

Genes. 49.

Isa.

Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας, Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας.

Contra confitentes, volentes alioqui judaizare.

ΚΕΦΑΛ. ιβ'.

CAPUT XII.

Ἀλλ' ἐπεὶ τότε αὕτη ἡ αἵρεσις ἰσχυροτέρα πρὸς πλάνην ἔδοξεν εἶναι καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης κινδυνευούσης, ἡμεῖς οἱ δώδεκα συνελθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀντὶ γὰρ τοῦ προδότου Ματθίας συνῆμιν κατεψηφίσθη ἀπόστολος εἶναι, λαβὼν τὸν κλῆρον Ἰούδα, ὡς εἴρηται, τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος, ἐπεσκεπτόμεθα ἅμα Ἰακώβῳ τῷ τοῦ κυρίου ἀδελφῷ τί χρήσιμον· καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, λόγους διδασκαλίας προσλαλῆσαι τῷ λαῷ· καὶ γάρ καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐδίδασκον τοὺς ἐκεῖ ἀδελφοὺς λέγοντες· ὅτι ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε τῷ ἔθει Μωϊσέως καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθεσιν οἷς διετάξατο περιπατῆτε, οὐ δύνασθε σωθῆναι· γενομένης οὖν στάσεως καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφοὶ γνόντες ὅτι συνελήλυθαμεν πάντες περὶ τούτου ζητήσαντες, ἐξαπέστειλαν πρὸς ὑμᾶς ἄνδρας πιστοὺς καὶ τῶν γραφῶν εἰδήμονας μαθεῖν περὶ τοῦ ζητήματος τούτου· οἱ δὲ, παραγενόμενοι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀνήγγειλαν ἡμῖν τὰ ζητηθέντα καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ, ὡς ὅτι τινὲς ἔλεγον, ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι, καὶ τὰς ἄλλας ἁγνείας παραφυλάττειν· ἄλλων δὲ ἄλλο τι λεγόντων, ἐγὼ Πέτρος ἀναστὰς εἶπον πρὸς αὐτούς· ἄνδρες ἀδελφοί· ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων ἐν ὑμῖν ἐξελέξατο ὁ Θεὸς διὰ τοῦ

SEd quia tunc hæc hæresis visa est ad decipiendum validior, & cuncta ecclesia in discrimen adducebatur, nos duodecim Hierosolymis congregati, (loco enim Judæ proditoris Matthias electus est, ut esset nobiscum apostolus locum Judæ sortitus, sicut scriptum est, *Episcopatum ejus accipiat alter*) consultabamus de ea re cum Jacobo fratre domini, visumque est illi, ac senioribus, ut haberetur sermo doctrinæ ad populum: Quidam enim qui a Judæa descenderant Antiochiam, docebant fratres, qui ibi aderant, quod nisi ritu Moysis circumciderentur, & alia quæ ab illo descripta, ac sancita erant, servarent, salvi esse non possent. Cum igitur dissensio esset, & non parva quæstio haberetur, Antiochenses fratres ubi cognoverunt nos ad hujus quæstionis disquisitionem convenisse, miserunt ad nos viros fideles, & scripturæ sanctæ peritos, ut de hac quæstione intelligerent, qui cum Hierosolymam perveniissent, nunciaverunt nobis ea de quibus quærebatur etiam in Antiochensi ecclesia, quod nonnulli ajebant, oportere circumcidi, & omnes alias purificationes servare: de quo cum alii aliud dicerent, surrexi ego Petrus, & dixi: *Viri fratres, vos scitis, quia ab antiquis*

Act. 1.

Psal. 108.

Act. 15.

diebus Deus in vobis elegit per os meum audire gentes verbum evangelii, & credere, & qui novit corda Deus, testimonium perhibuit ipsis: Cornelio enim antea Romani exercitus centurioni apparuit angelus, & dixit ei, ut me accerseret, & ex me verbum vitæ audiret: ille vero accersivit me ex Joppe in Cæsaream Stratonis: cum vero egressus eram, volui cibum capere, & dum parabatur, cum facerem in cœnaculo precationem, ecce video cœlum apertum, & vas quoddam quatuor initiis alligatum, velut linteum splendidum, & dimissum in terram, in quo erant omnes quadrupedes, & serpentes terræ, & volucres cœli: & edita est vox e cœlo quæ ajebat, *Surge, Petre, macta, & manduca:* Respondi ego, *nequaquam, domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum:* ac rursus edita est vox e cœlo, quæ ajebat, *quæ Deus mundavit, tu ne communia dixeris.* Hoc autem factum est ter, & receptum est vas in cœlum. Dum autem dubitarem quid hoc visum esset, dixit mihi spiritus: *ecce viri quærunt te, sed surge, proficiscere cum eis, nihil hæsitans, quia ego misi eos;* erant autem ii, quos centurio miserat. Atque ita mecum, quod acciderat, revolvens, intellexi verbum domini, quod scriptum erat, *omnis qui invocaverit nomen domini, salvus erit,* & rursus; *recordabuntur, & convertentur ad dominum omnes fines terræ, & adorabunt coram eo omnes familiæ Gentium, &c.* Ac cum ubique de vocatione Gentium scriptum esse considerassem, surrexi, & ivi cum eis, & ingressus sum domum viri illius, & cum adhuc sermonem exponerem, cecidit Spiritus sanctus in eum, & in omnes qui cum eo erant, sicut & in nos in principio, nihilque distinxit inter nos, & illos, fide purificante corda illorum: Atque ita comperi, *quod non est acceptor personarum Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur justitiam, acceptus est ei.* Hoc autem demirati sunt etiam ii, qui ex Judæis crediderant. *Nunc igitur quid tentatis Deum imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam domini Jesu Christi credimus salvari sicut & illi:* Solvit enim nos dominus vinculis, & onus nostrum leve effecit, ac jugum grave lenitate a nobis excussit. Cum vero hæc dixissem, conticuit omnis multitudo. Respondit autem Jacobus frater Domini: *Viri fratres, audite me: Simon narravit, quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo: & his concordant verba prophetarum, sicut scriptum est; post hac revertar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit, & diruta ejus reædificabo, & erigam illud, ut requirant reliqui hominum dominum, & omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum super eos, dicit Dominus faciens hæc, nota sunt a sæculo Deo omnia opera sua. Propter quod ego judico, non inquietare eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, ut abstineant se a contaminationibus gentium, idolothyto, & sanguine, &*

Act. 10.

Joel. 2.
Psal. 21.

Act. 15.

Amos 9.

A στόματος μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελίου καὶ πιστεῦσαι· καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς· Κορνηλίῳ γάρ ποτε ἑκατοντάρχῃ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ὤφθη ἄγγελος κυρίου καὶ περὶ ἐμοῦ εἶπεν αὐτῷ, ὅπως μεταστείληταί με καὶ ἀκούσῃ ῥῆμα ζωῆς ἐκ τοῦ στόματός μου· ὁ δὲ, μετεπέμψατό με ἀπὸ Ἰόππης εἰς Καισάρειαν τὴν Στρατώνος· ὁπότε δὲ ἔμελλον πρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαι, ἐβουλήθην τροφῆς μεταλαβεῖν καὶ παρασκευαζόντων, ἤμην ἐν τῷ ὑπερώῳ προσευχόμενος· καὶ θεωρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα καὶ τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην λαμπρὰν, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς· ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα καὶ ἑρπετὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρός με λέ-
B γουσα· ἀναστὰς Πέτρε, θύσον, καὶ φάγε· κἀγὼ εἶπον, μηδαμῶς κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον· καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ δευτέρου λέγουσα· ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου· τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν· ὡς δὲ διηπόρουν τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα, εἶπέ μοι τὸ πνεῦμα· ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσίσε, ἀλλὰ ἀναστὰς πορεύθητι σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ ἀπέστειλα αὐτούς· οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ παρὰ τοῦ ἑκατοντάρχου· καὶ οὕτως ἀναλογισάμενος ἔγνων τὸ ῥῆμα κυρίου τὸ γεγραμμένον, ὅτι πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται· καὶ πάλιν· μνησθήσεται καὶ ἐπιστραφήσεται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν
C ἐθνῶν, ὅτι τοῦ κυρίου ἡ βασιλεία καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν· καὶ ὡς πανταχοῦ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν εἴρηται, ἐννοήσας, ἀναστὰς ἐπορεύθην σὺν αὐτοῖς· καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός· καὶ ἔτι μου διαγγέλλοντος τὸν λόγον, ἔπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοὺς παρόντας σὺν αὐτῷ, καθὼς καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ οὐθὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν· καὶ ἔγνων ἐγὼ ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἔσται· ἐξέστησαν δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί· νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν ἐπιθεῖναι ζυγὸν βαρὺν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν
D ἰσχύσαμεν βαστάσαι· ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ κυρίου πιστεύομεν σωθῆναι καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι· ἔλυσε γὰρ ἡμᾶς ὁ κύριος ἐκ τῶν δεσμῶν καὶ ἠλάφρυνε τὸ φορτίον ἡμῶν· καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ βάρους πραότητι ἔλυσεν ἀφ' ἡμῶν· ταῦτα δέ μου εἰπόντος ἐσίγησεν ἅπαν τὸ πλῆθος· ἀπεκρίθη δὲ Ἰάκωβος ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς λέγων, ἄνδρες ἀδελφοὶ ἀκούσατέ μου· Συμεὼν ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ· καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, καθὼς γέγραπται· μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν· καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω· καὶ ἀνωρθώσω αὐτὴν, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν
E κύριον καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα· γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, διὸ ἐγὼ ἔκρινα μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν· ἀλλ' ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν ἐθνῶν, εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι νενομοθέτητο τοῖς πρὸ τοῦ νόμου φυσικοῖς· Ἐνώς· Ἐνώχ· Νῶε· Μελχισεδέκ· Ἰώβ· καὶ εἴ τις τοιοῦτος ἐγεγόνει· τότε ἐδο-

ξεν

ξον ἡμῖν τοῖς ἀποστόλοις καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰακώ- A
βῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ
ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ ἡμῶν αὐτοῖς πέμψαι σὺν
τοῖς περὶ Βαρνάβαν καὶ Παῦλον τὸν τῷ ἐθνῶν
ἀπόστολον, τὸν Ταρσέα, καὶ Ἰούδαν τὸν καλού-
μενον Βαρσαββᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγου-
μένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, γράψαντες διὰ χει-
ρὸς αὐτῶν τάδε· οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτε-
ροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῖς κατὰ πόλιν Ἀντιόχειαν
καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοις ἐξ ἐθ-
νῶν χαίρειν· ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ὑ-
μῶν ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς
ψυχὰς ὑμῶν, οἷς οὐ διεστειλάμεθα· ἔδοξεν ἡμῶν
γενομένοις ὁμοθυμαδὸν ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐκπέμ- B
ψαι πρὸς ὑμᾶς σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρ-
ναβᾶ καὶ Παύλῳ, ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς
ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, δι' ὧν ἐπεστείλατε· ἀπεστάλκαμεν δὲ μετ'
αὐτῶν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λό-
γου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά· ἔδοξε γὰρ τῷ ἁ-
γίῳ πνεύματι καὶ ἡμῖν μηθὲν πλέον ἐπιτίθε-
σθαι ὑμῖν βάρος πλὴν τούτων τῶν ἐπ' ἀνάγκαις,
ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων καὶ αἵματος καὶ πνικτοῦ, καὶ
πορνείας· ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτούς, εὖ πράξετε,
ἔρρωσθε· τὴν μὲν οὖν ἐπιστολὴν ἐξαπεστείλαμεν·
αὐτοὶ δὲ ὑπ' ἐκείνοις ἡμέραις ὑπ' Ἱεροσολύμοις ἐπε-
μείναμεν ἅμα συζητοῦντες πρὸς τὸ κοινωφελὲς εἰς C
διόρθωσιν.

suffocato & fornicatione, quæ quidem etiam antiquis ſancita fuerant, qui ante legem ſecundum naturam vivebant, ut Enos, Enoch, Melchiſedec, Job, & ſiquis alius ejuſmodi fuit. Tunc [a] viſum eſt nobis apoſtolis, & Jacobo epiſcopo, & ſenioribus cum tota eccleſia, mittere viros ex nobis electos cum Barnaba, & Paulo Tarſenſi Gentium apoſtolo, & Juda cognomento Barſaba, & Sila viris præcipuis in fratribus, & ſcribere per manus eorum: *Apoſtoli, & ſeniores, & fratres iis, qui ſunt Antiochiæ, & in Syria, ac Cilicia fratribus ex Gentibus ſalutem. Quoniam* Act. 15. *audivimus, quod quidam ex nobis turbaverunt vos verbis, evertentes animas veſtras, quibus non mandavimus, placuit nobis collectis in unum eligere viros, & mittere ad vos cum cariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuper iis, de quibus ſcripſiſtis: Miſimus cum ipſis Judam & Silam, qui & ipſi verbo referent eadem. Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc neceſſaria, ut abſtineatis vos ab idolothytis, & ſanguine, & ſuffocato, ac fornicatione, a quibus cuſtodientes vos bene agetis. Valete.* His igitur literis miſſis remanſimus nos pluribus diebus Hieroſolymis conquirentes una, quæ in communem utilitatem ad correctionem ſpectabant.

[a] Hoc concilium anno Chriſti 49. peractum eſt Claudii Imp. 9.

Ὅπως χρὴ χωρίζεσθαι τῶν αἱρετικῶν.

Quomodo oportet ſeparari ab hæreticis.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

ΜΕτὰ δὲ χρόνον ἱκανὸν ἐπισκεψάμενοι τοὺς ἀ-
δελφοὺς καὶ στηρίξαντες αὐτοὺς τῷ λόγῳ τῆς
ἀσεβείας, καὶ παρεγγυησάμενοι φεύγειν αὐτοὺς τοὺς
ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ Μωσέως, πολεμοῦσι Χρι-
στῷ καὶ Μωσεῖ, καὶ ὃν ὁρᾷ προβατῶν τὸν λύκον
καταικρύπτουσιν· ὅτοι γάρ εἰσι ψευδόχριστοι καὶ ψευ- D
δοπροφῆται, καὶ ψευδαπόστολοι· πλάνοι καὶ φθο-
ρεῖς, ἀλωπέκων μερίδες καὶ χαμαιζήλων ἀμπελώ-
νων ἀφανισαί· οἱ δὲ ὃς ψυχθήσεται ἡ τῶν πολλῶν
ἀγάπη. ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος ἀδιάστροφος,
οὗτος σωθήσεται· περὶ ὧν ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ὁ
κύριος παρήγγειλεν, ἐλεύσονται λέγων πρὸς ὑ-
μᾶς ἄνθρωποι ἐν ἐνδύμασι προβάτων· ἔσωθεν
δὲ εἰσι λύκοι ἅρπαγες, ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐ-
πιγνώσεσθε αὐτούς· προσέχετε ἀπ' αὐτῶν, ἀνασή-
σονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ
πλανήσουσι πολλούς·

POſt vero multos dies viſitavimus fratres, & confirmavimus eos verbo veritatis obteſtantes, ut ab eis fugerent, qui nomine Chriſti & Moyſis, Chriſtum & Moyſem oppugnarent, & pelle ovis lupum tegerent. Hi enim ſunt pſeudochriſti, pſeudoapoſtoli, & pſeudoprophetæ, ſeductores & corruptores, partes vulpium, & vinearum, quæ vites depreſſas, & in terram ſparſas habent, devaſtatores, quorum opera & ſtudio *multorum caritas refrigeſcet. Qui* Matth. 24. *vero uſque ad extremum ſuſtinuerit, non deflectens de via recta, hic ſalvus erit:* de his præmuniendi cauſſa ſic nos dominus admonebat: *venient*, inquit, *ad vos homines* Matth. 7. *in indumentis ovium, intus vero ſunt lupi rapaces, a fructibus enim eorum cognoſcetis eos, cavete ab eis, ſurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ, & decipient multos.*

Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι' αὐτῆς παραγγέλματα. E

Qui prædicarunt catholicam doctrinam, & quæ ejus præcepta.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

ΔΙ' ὃς καὶ ἡμῖν νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνόμενοι Πέ-
τρος καὶ Ἀνδρέας, * Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ
Ζεβεδαίου· Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος. Θωμᾶς,
καὶ Ματθαῖος· Ἰάκωβος Ἀλφαίου, καὶ Λεββαῖος ὁ
ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος· καὶ Σίμων ὁ Καναναῖτης· καὶ
Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα καταψηφισθεὶς ἡμῶν· Ἰά-

CAPUT XIII.

PRopter quæ & ipſi nunc in unum congregati, Petrus, Andreas, [b] Jacobus, & Joannes filii Zebedæi, Philippus, Bartholomæus, Thomas, & Matthæus, Jacobus Alphæi, & Lebbæus cognomento Thaddæus, Simon Chananæus, & Matthias, qui loco Judæ in numerum noſtrum electus eſt, & Jaco-

[b] Hic juſſu Herodis cæſus eſt anno Chriſti 42. Imp. Claudii primo, unde patet *ἀνεξεπτο-ία* auctoris hujuſce libri

Jacobus frater Domini, [a] idemque Hierosolymitanus episcopus, item Paulus Doctor Gentium, ac vas electionis, omnes, inquam, in unum congregati scripsimus vobis catholicam hanc doctrinam ad sulciendum, ac confirmandum vos, quibus universalis episcopatus creditus est. In qua doctrina hæc vobis exponimus: Deum omnipotentem unum tantum esse, ac præter hunc neminem alium esse, oportereque hunc solummodo colere ac venerari per Jesum Christum Dominum nostrum in sancto Spiritu: item uti scripturis sacris, lege & prophetis, honorare parentes, omnem actionem pravam fugere, resurrectionem, & judicium credere, remunerationem expectare, omnibus creaturis in cibo uti cum gratiarum actione, utpote a Deo factis, & quibus in earum natura nihil vitii inest, uxorem ducere legitime, hujusmodi enim nuptiæ reprehensione carent, quoniam a Domino aptatur uxor viro, & Dominus ait, *qui fecit a principio, masculum, & fœminam fecit eos, & dixit: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam.* Itaque uxorem non ream post matrimonium ejicere tas ne sit: *custodies*, inquit, *spiritui tuo: & uxorem adolescentiæ tuæ ne derelinque, quoniam ipsa particeps vitæ tuæ, & reliquiæ spiritus tui, & ego feci, & non alius:* ait enim Dominus, *Quæ Deus conjunxit, homo non separet:* uxor enim consors vitæ est ex duobus in unum corpus a Deo copulata: qui autem unum rursus in duo dirimit, inimicus est operis Dei, & providentiæ ejus adversarius: similiter qui retinet eam, quæ [b] legem naturæ violavit, legis violator est, sicut scriptum est, *qui adulteram retinet, stultus, & impius. Abscinde eam*, inquit, *a carnibus tuis, quia non est auxiliatrix, sed insidiatrix, quæ mentem ad alium declinavit:* Neque carnem circumcidere, sed satis esse fidelibus circumcisionem cordis in spiritu, *circumcidimini*, inquit, *Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri.*

[a] Hunc alii non distinguunt a Jacobo Alphæi, vide superioris libri cap. 7. ubi mortuus jam perhibetur. Cæsus est an. Neronis 8. Chr. 62.

Matth. 19. *Gen.* 2.

Mal. 2.

Matth. 19.

[b] corrupta est, naturæ legem violat.

Eccl. 23.

Jerem. 4.

Quod oporteat non rebaptizare, neque ab impiis baptismum [c] recipere.

[c] De valore baptismi ab hæreticis collati contenderunt Africani episcopi cum quibusdam Asianis adversus Stephanum papam, ut dicemus infra. *Matth.* 28.

CAPUT XV.

SImiliter docemus oportere contentos esse uno baptismo, qui in mortem Domini datus est, non illo baptismo, qui ab hæreticis infamibus, sed qui a probatis sacerdotibus tribuitur *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Itaque neque illorum impiorum baptismus vobis probetur, neque horum sanctorum baptismus per secundum irritus fiat: ut enim unus Deus, unus Christus, unus item paracletus, una vero etiam mors Domini in corpore, sic item unum sit baptisma, quod in eam datur: Qui autem ab illis impiis accipiunt inquinamentum, erunt quoque participes animi eorum, non enim illi sacerdotes sunt, sicut Dominus de ipsis ait: *Quoniam ejecisti cognitionem, & ego ejiciam te, ne fungaris mihi sacerdotio.* Quare qui ab istis baptizati sunt, non baptis-

Osee 4.

Καὶ ὁ τοῦ κυρίου ἀδελφὸς, καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος· καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς ἅμα πάντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν εἰς ἐπισημασμὸν ὑμῶν τῆς τοῦ καθόλου ἐπισκοπῆς πεπιστευμένων· ἐν ᾗ δηλοῦμεν ὑμῖν Θεὸν παντοκράτορα εἶναι μόνον ὑπάρχειν, παρ' ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι· καὶ αὐτὸν μόνον σέβειν καὶ προσκυνεῖν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐν τῷ παναγίῳ πνεύματι· καὶ ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς χρῆσθαι, νόμῳ καὶ προφήταις· γονεῖς τιμᾶν· ἅπασαν ἔκθεσμον πρᾶξιν φεύγειν· ἀνάστασιν προσδέχειν καὶ κρίσιν· καὶ ἀνταπόδοσιν προσδοκᾶν· καὶ τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ πᾶσιν εὐχαρίστως προσέρχεσθαι ὡς Θεοῦ ἔργοις καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι φαῦλον· καὶ γαμεῖν νομίμως· ἄμεμπτος γὰρ ὁ τοιοῦτος γάμος· ὅτι καὶ παρὰ κυρίῳ ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· καὶ ὁ κύριος λέγει, ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· μήτε μιᾷ μὴ γάμον ἐκβάλλειν ἀκατάγνωστον ἐξέσω· φυλάξῃ γάρ, φησὶ, τῷ πνεύματί σου· καὶ γυναῖκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπῃς, ὅτι αὕτη κοινωνός βίου σου, καὶ ὑπόλειμμα πνεύματός σου· καὶ ἐγὼ ἐποίησα καὶ οὐκ ἄλλος· φάσκει γὰρ ὁ κύριος, ὅτι ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω· ἡ γὰρ γυνὴ κοινωνός ἐστι βίου συζυγοῦσα εἰς σὺν σῶμα ἐκ δύο παρὰ Θεοῦ· ὁ δὲ τὸ εἰς ἀνάπαλιν διαιρῶν εἰς δύο, ἐχθρὸς δημιουργίας Θεοῦ καὶ προνοίας τῆς ἐκείνου ἀντίπαλος· ὡσαύτως ὁ κατέχων τὴν παραφθαρεῖσαν, φύσεως θεσμοῦ παράνομος, ἐπείπερ ὁ κατέχων μοιχαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. ἀπότεμε γὰρ αὐτὴν φησιν ἀπὸ τῆς σαρκῶν σου· οὐ γάρ ἐστι βοηθὸς, ἀλλ' ἐπίβουλος πρὸς ἄλλον ἀποκλίνασα τὴν διάνοιαν· μήτε δὲ περιτέμνεσθαι τὴν σάρκα· ἀρκεῖσθαι δὲ πιστοῖς τὴν τῆς καρδίας περιτομὴν ἐν πνεύματι· περιτμήθητε γάρ φησι, τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.

Ὅτι ὅτε ἀναβαπτίζειν χρὴ, ὅτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῆς ἀσεβῶν βάπτισμα δοθὲν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα,

ΚΕΦΑΛ. ιέ.

ΟΜοίως καὶ βαπτίσματι οἰκεῖσθαι μόνῳ τῷ εἰς τὸν τοῦ κυρίου θάνατον δεδομένῳ, ὃ τῷ παρὰ τῆς δυσωνύμων αἱρετικῶν, ἀλλὰ τῷ παρὰ τῆς ἀμέμπτων ἱερέων δεδομένῳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· μήτε δὲ τὸ παρὰ τῆς ἀσεβῶν δεκτὸν ὑμῖν ἔσω· μήτε τὸ παρὰ τῆς ὁσίων ἀχυρόω διὰ δευτέρου· ὡς γὰρ εἷς ὁ Θεὸς, εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ εἷς ὁ παράκλητος, εἷς δὲ καὶ ὁ τοῦ κυρίου ἐν σώματι θάνατος, ὕτως οὖν ἔσω καὶ τὸ εἰς αὐτὸν δεδόμενον βάπτισμα· οἱ δὲ παρὰ ἀσεβῶν δεχόμενοι μόλυσμα κοινωνοὶ τῆς γνώμης αὐτῆς γίνονται· οὐ γὰρ εἰσὶν ἐκεῖνοι ἱερεῖς· λέγει γὰρ πρὸς αὐτὸς ὁ Θεός· ἐπεὶ καὶ σὺ ἀπώσω γνῶσιν· ἀπώσομαί σε καγὼ τοῦ ἱερατεύειν μοι· ὅτε μὴν οἱ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτῆς μεμύλωνται, ἀλλὰ μεμολυσμένοι ὑπάρχουσιν,

οὐκ

ἐκ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνοντες, ἀλλὰ δεσμὸν ἀσεβείας· οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεμυημένους ἐκ δευτέρου βαπτίζειν πειρώμενοι ἀναστανροῦσι τὸν κύριον· ἀναιροῦσιν αὐτὸν ἐκ δευτέρου· γελῶσι τὰ θεῖα· μυκτηρίζουσι τὰ ἅγια· ὑβρίζουσι τὸ πνεῦμα· τὸ αἷμα τὸ ἅγιου ὡς κοινὸν ἀτιμάζουσιν· ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν ἀποστείλαντα· εἰς τὸν παθόντα· εἰς τὸν μαρτυρήσαντα· ἀλλ' ὁ ἐκ καταφρονήσεως μὴ βουλόμενος βαπτισθῆναι, ὡς ἄπιστος κατακριθήσεται, καὶ ὀνειδισθήσεται ὡς ἀχάριστος καὶ ἀγνώμων· λέγει γὰρ ὁ κύριος· ἐὰν μή τις * βαπτισθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· καὶ πάλιν, ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται· ὁ δὲ λέγων, ὅτι ὅταν τελεσθῶ, βαπτίζομαι, ἵνα μὴ ἁμαρτήσω καὶ ῥυπανῶ τὸ βάπτισμα, ὅτος ἄγνοιαν ἔχει θεοῦ καὶ τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐπιλήσιμον τυγχάνει· μὴ ἀναβάλλου γὰρ ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον· ἀ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια· καὶ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ θεοῦ· ἄφετε γάρ φησι, τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά.

A mo initiati, ſed inquinati ſunt, [a] qui non veniam peccatorum, ſed vinculum iniquitatis accipiunt. Neque hoc ſolum, immo qui myſterio baptiſmi initiatos, iterum baptizare aggrediuntur, iterum agunt in crucem Dominum, iterumque eum interficiunt, irrident divina, ludibrio habent ſancta, contumelia afficiunt Spiritum ſanctum, & ſanguinem illum ſanctum ut communem parvipendunt, impii ſunt in eum, qui miſit, in eum, qui paſſus eſt, in eum, qui teſtimonium præbuit: Quin potius qui baptiſmum propter contemptum recuſaverit, tanquam infidelis condemnabitur, & ei ut ingrato, & immemori exprobrabitur quod ait B Dominus: *Niſi quis baptizatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non ingredietur in regnum cœlorum*: & rurſus: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur*. Qui vero ait, cum moriar, accipiam baptiſmum, ne peccem, & baptiſmum inquinem, hic quidem Deum ignorat, & naturæ ſuæ oblitus eſt: *Ne differas*, inquit, *converti ad Dominum, non enim ſcis quid pariet poſterus dies*. Baptizate autem veſtros pueros infantes, & educate eos in diſciplina, & monitione Dei: *Sinite* enim, ait Dominus, *pueros venire ad me, & ne prohibete eos*.

[a] ista sæculo Christi tertio in quibusdam Orientis provinciis jactata, ut in Africa.

Joan. 3.

Mar. ult.

Prov. 3.

Matth. 19.

Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων.

KEΦA'Λ. ις'.

ΤΑῦτα πάντα ἐπεστείλαμεν ὑμῖν, ἵνα εἰδῆναι ἔχοιτε τὴν ἡμετέραν γνώμην, οἵα τίς ἐστι. καὶ τὰ ἐπ' ὀνόματι ἡμῶν παρὰ τῶν ἀσεβῶν κρατυθέντα βιβλία μὴ παραδέχεσθαι· ἃ γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρὴ ὑμᾶς προσέχειν τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ γνώμῃ τῇ ἀδιαστρόφῳ· οἴδαμεν γὰρ ὅτι οἱ περὶ Σίμωνα & Κλεόβιον ἰῶδη συντάξαντες βιβλία ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιλημένων Χριστὸν καὶ ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους· καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωσέως, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Ἀδὰμ, Ἡσαΐου τε καὶ Δαβὶδ, & Ἠλίου, καὶ τῶν τριῶν πατριαρχῶν, φθοροποιά, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρά. τοιαῦτα καὶ νῦν ἐποίησαν οἱ δυσώνυμοι διαβάλλοντες δημιουργίαν· γάμον· τροφὴν· τεκνογονίαν· νόμον· προφήτας· βαρβαρότινα ὀνόματα ἐγγράφοντες, καὶ, ὡς αὐτοί φασιν, ἀγγέλων· τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν δαιμόνων τῶν αὐτοῖς ὑπηχόντων· ὧν ἀποφεύγετε τὴν διδασκαλίαν· ἵνα μὴ μετάσχητε τῆς τιμωρίας τῶν αὐτὰ συγγραψαμένων ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν πιστῶν καὶ ἀμέμπτων τοῦ κυρίου Ἰησοῦ μαθητῶν.

C *De libris falſo inſcriptis.*

CAPUT XVI.

HÆC omnia ſcripſimus vobis, ut ſcire poſſitis, qualis ſit noſtra ſcientia, & ne libros quos impii noſtri inſcriptione munierunt, approbetis, neque enim nomina apoſtolorum attendere debetis, ſed naturam rerum, & ſententiam nunquam a recto deflexam. Scimus enim Simonem, & Cleobium venenatos libros nomine Chriſti & diſcipulorum ejus compoſuiſſe, quos ad decipiendum eos, qui Chriſtum & nos ſervos ejus dilexerunt, circumferunt. Atque D etiam priſcis temporibus quidam libros apocryphos ſcripſerunt Moyſis, Enoch, Adam, Eſaiæ, David, Eliæ, & trium [b] patriarcharum, libros dico peſtiferos, & veritatis inimicos: Tales nunc libros ediderunt infames hæretici, quibus calumniantur creationem mundi, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, legem, prophetas: ſcribuntque in his ipſis nomina quædam barbara, ut illi quidem ajunt angelorum, ut autem verum fateamur, dæmonum potius, quorum inſtinctu & afflatu iſta ſcripſerunt: fugite ergo horum doctrinam, ne ſupplicii eorum, qui iſta ad fallendum fideles & probos Domini Je- E ſu diſcipulos ſcripſerunt, participes efficiamini.

[b] Abraham, Iſaac, & Jacob.

Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα.

KEΦA'Λ. ιζ'.

ΕΠίσκοπον καὶ πρεσβύτερον καὶ διάκονον ἐπομβν μονογάμους καθίσασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταὶ, κἂν τεθνᾶσι· μὴ ἐξεῖναι δὲ

Conjugalia præcepta de clericis.

CAPUT XVII.

EPiſcopum, & presbyterum, ac diaconum ordinari præcipimus, qui ſint monogami, id eſt, unius uxoris viri, ſive uxores eorum ſuperſtites ſint, ſive non: poſt ordinatio-

nationem tamen, si uxores non habent, præcipimus, ut non liceat amplius ducere. aut si antea duxerant, non alias in matrimonium accipere, sed potius, * quod cum haberent, ad ordinationem venerunt, contentos esse: Item ministros, cantores, lectores, & janitores monogamos, id est unumquemque eorum unius uxoris virum esse præcipimus: sin vero ante conjugium ad clerum accesserint, permittimus eis, ut uxores ducant, si eis cordi est: ne cum deliquerint, pœnas pendant. Jubemus vero, ut nullus ex clero in matrimonium accipiat meretricem, aut ancillam, aut viduam, aut repudiatam, sicut etiam lex sancit: Diaconissa vero eligatur virgo pudica: Sin autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quæ uni nupserit, & fidelis, atque honorata sit.

* ea quam haberent, cum ad ord. venerunt. De his sure Turrianus in explanationibus suis

Levit. 21.

Αὐτοῖς μὴ χειροτονίαν ἀγάμοις οὖσιν ἔτι ἐκ γάμου ἔρχεσθαι· ἢ γεγαμηκόσιν, ἑταίρας συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι, * ἢ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν· ὑπηρέτας δὲ καὶ ψαλτῳδὸς καὶ ἀναγνώστας καὶ πυλωροὺς καὶ αὐτὸς μονογάμους εἶναι κελεύομεν· εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν, ἵνα πρὸς τοῦτο πρόθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες χολάσεως τύχωσιν· οὐδενὶ δὲ ἔξὸν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει· διακόνισσα δὲ γινέσθω παρθένος ἁγνή· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία.

* alii: ἀφ' οὗ ἔχουσι θεόν

Admonitio de fugienda hæreticorum communione.

CAPUT XVIII.

POEnitentes suscipite, hæc est enim Dei voluntas in Christo. Post tradita catechumenis elementa Christianæ religionis baptizate eos. Impios hæreticos non pœnitentes discludite, & semovete a fidelibus, & eis ecclesiam Dei interdicite: ut omnibus modis ab eis declinent, neque ulla cum eis sit sermonis, aut precationis communitas: hi enim sunt adversarii, & insidiatores ecclesiæ, qui corrumpunt gregem, & fœdant hæreditatem, sapientiæ simulatores, & toti improbi, de quibus ajebat Salomon: Qui impii sunt, simulant se pios esse, *est* enim, inquit, *via quæ quibusdam videtur recta, extrema vero ejus spectant ad profundum inferni*. Hi sunt, de quibus Dominus acerbe & rigide pronunciavit esse pseudochristos, & falsos magistros, qui in spiritum gratiæ blasphemi fuerunt, & donum ejus post gratiam contumelioše aspernati sunt: quibus neque in hoc sæculo, neque in futuro remittetur: qui magis impii sunt, quam Judæi, & magis sine Deo quam Gentiles: qui summum Deum universi præsidem blasphemiis infectantur, & filium ejus conculcant, ac in doctrinam Spiritus sancti despuunt: qui sermones Dei negant, aut approbare se simulant in contumeliam Dei, & ad decipiendum eos qui ipsos adeunt, quique scripturis sanctis contumeliam inferunt, & quidnam sit justitia, ignorant: qui ecclesiam devastant, ut parvæ vulpes vineam, quas ut devitetis hortamur, ne animis vestris laqueos injiciatis. *Qui ambulat*, inquit, *cum sapientibus, sapiens erit, qui vero ambulat cum insipientibus, cognoscetur*: neque enim licet cum fure currere, neque cum adultero portionem ponere, siquidem & sanctus David ait, *odientes te oderam, & super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi*. Atque etiam Deus exprobrabat Josaphat, quod esset amicus, atque auxiliator Achab, & Ochoziæ, sic enim ait per Jonam prophetam. *tibi cum peccatore amicitia est, vel ei auxilium fers, quem Deus odit; propter hoc repente ira Domini*

Prov. 14.

Eccl. 9.

Psal. 138.

2. *Par.* 19.

Παραίνεσις κελεύσα φεύγειν τὴν τῆς ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν.

ΚΕΦΑΛ. ιή.

ΤΟὺς δὲ μετανοοῦντας προσδέχεσθε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ· τοὺς κατηχουμένους στοιχειώσαντες βαπτίσατε· τοὺς ἀθέους αἱρεσιώτας ἀμετανοήτως ἔχοντας ἀφορίσατε ἀπὸ τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐκκηρύκτους ποιήσατε· καὶ παραγγείλατε τοῖς πιστοῖς παντοίως αὐτῆς ἀπέχεσθαι· καὶ μήτε λόγοις, μήτε προσευχαῖς κοινωνεῖν αὐτοῖς ὅτι γάρ εἰσιν ἀντίδικοι καὶ ἐπίβουλοι τῆς ἐκκλησίας οἱ διαφθείροντες τὸ ποίμνιον, καὶ μολύνοντες τὴν κληρονομίαν· οἱ δοξόσοφοι, καὶ πανοῦργοι· περὶ ὧν ἔλεγε Σολομὼν ὁ σοφός, ὅτι δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσεβεῖν· ἔστι γάρ φησιν, ὁδὸς ἣ δοκεῖ τισιν ὀρθὴ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῆς βλέπει εἰς συμφύρα ᾅδου· ὅτοι εἰσὶ περὶ ὧν ὁ κύριος πικρῶς καὶ ἀποτόμως ἀπεφήνατο λέγων, ὅτι εἰσὶ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι· οἱ βλασφημήσαντες τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος καὶ ἀποπτύσαντες τὴν παράκλησιν τῆς δωρεᾶς μὴ τὴν χάριν· οἷς οὐκ ἀφεθήσεται ὅτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ὅτε ἐν τῷ μέλλοντι. οἱ καὶ Ἰουδαίων δυσσεβέστεροι· καὶ ἑλλήνων ἀθεώτεροι· οἱ Θεὸν ὅλων ἐπὶ πάντων βλασφημοῦντες· καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καταπατοῦντες· καὶ τὴν διδασκαλίαν τοῦ πνεύματος διαπτύοντες· οἱ τοὺς θείους λόγους ἀρνούμενοι, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως προσποιούμενοι δέχεσθαι ἐφ' ὕβρει Θεοῦ καὶ ἀπάτῃ τῶν αὐτοῖς προσιόντων· οἱ τὰς ἱερὰς γραφὰς συγχέοντες, καὶ τὴν δικαιοσύνην ὅτι ποτέ ἐστιν ἀγνοοῦντες· οἱ τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ διαφθείροντες, ὡς ἀλώπεκες μικραὶ ἀμπελῶνα· ὃς φεύγειν ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, ἵνα μὴ λάβητε βρόχους ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς· ὁ συμπορευόμενος μὴ σοφοῖς, σοφὸς ἔσται ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι, γνωσθήσεται· ὅτε γὰρ κλέπτῃ δεῖ συντρέχειν· οὐδὲ μὴν μοιχῷ τὴν μερίδα τίθεσθαι· ἐπείπερ καὶ ὁ ὅσιος φησι Δαβίδ· τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα· καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην· τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι· καὶ τῷ Ἰωσαφὰτ ὁ Θεὸς ὠνείδιζε διὰ τὴν πρὸς Ἀχαὰβ φιλίαν καὶ συμμαχείαν καὶ τὴν πρὸς Ὀχοζίαν, λέγων διὰ Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου· εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ φιλιάζεις, ἢ μισουμένῳ ὑπὸ κυρίου βοηθεῖς· διὰ τοῦ

τὸ ὑξαίφνης ὀργὴ κυρίυ ἐγρύετο ἐπί σε, εἰ μὴ ὅτι κατ-
ρέθη ἡ καρδία συ τελεία ἐνώπιον κυρίου· διὰ τοῦτο ἐ-
φείσατό συ κύριος, πλὴν ὅτι διεκόπη τὰ ἔργα συ καὶ
συνετρίβησαν αἱ νῆές συ· φύγετε οὖν τῆς κοινωνίας
αὐτῶν καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης ἀλλότριοι τυγχάνε-
τε· περὶ αὐτῶν γὰρ ὁ προφήτης ἀπεφήνατο λέγων·
ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει κύριος· ἕτοι
γάρ εἰσιν οἱ κρύφιοι λύκοι· οἱ ἄνεοὶ κυνες· οἱ οὐ
δυνάμενοι ὑλακτεῖν· οἱ νῦν μυθεῖσιν ὀλίγοι, προ-
κόψαντος δὲ τοῦ χρόνυ, καὶ τῆς συντελείας ἐγγιζού-
σης, πλείονες καὶ χαλεπώτεροι ἔσονται· περὶ ὧν ὁ κύ-
ριος ἔλεγεν ὅτι ἆρα ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπυ ἐλθὼν ἐ-
ρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆ-
ναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· (B)
ἐλεύσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται· καὶ δώ-
συσι σημεῖα ἐν οὐρανῷ, ὥστε εἰ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐκ-
λεκτοὺς ἀπατῆσαι· ὧν τῆς ἀπάτης ῥύσεται ἡμᾶς ὁ
Θεὸς διὰ Ἰησυ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· καὶ γὰρ
καὶ ἡμεῖς διερχόμενοι τὰ ἔθνη καὶ ἐπιστηρίζοντες τὰς ἐκ-
κλησίας, τοὺς μὲν ἐν πολλῇ νυθεσίᾳ καὶ λόγῳ ἰατι-
κῷ ὑγιάσαντες, ἐπανηγάγομεν μέλλοντας ὅσον οὐ-
δέπω θνήσκειν ἀπάτῃ· τοὺς δὲ ἀνιάτως ἔχοντας ἐ-
ξεβάλομεν ἀπὸ τῆς ποίμνης, ἵνα μὴ ψωραλέας
νόσου μεταδῶσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀρνίοις ἀλλὰ
καθαρὰ καὶ ἄχραντα, ὑγιᾶ καὶ ἄσπιλα διαμείνῃ
κυρίῳ τῷ Θεῷ. καὶ ταῦτα κατὰ πόλιν παντοχοῦ
εἰς ὅλην τὴν οἰκυμένην τοῦ κόσμυ πεποιήκαμεν, (C)
καταλιπόντες ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ λοιποῖς ἱε-
ρεῦσι τὴν δὲ τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν ἀξίως καὶ
δικαίως εἰς μνημόσυνον ἐπιστηριγμοῦ τοῖς πεπιστευ-
κόσι Θεῷ, διαπεμψάμενοι διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ
ἡμῶν Κλήμεντος τοῦ πιστοτάτυ καὶ ὁμοψύχου τέκ-
νου ἡμῶν ἐν κυρίῳ, ἅμα καὶ Βαρνάβᾳ καὶ Τιμο-
θέῳ τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ, καὶ Μάρκῳ τῷ γνησίῳ,
σὺν οἷς καὶ Τίτον ὑμῖν γνωρίζομεν, καὶ Λυκᾶν,
Ἰάσονά τε, καὶ Λύκιον, καὶ Σωσίπατρον· δι' ὧν καὶ
DIe resurrectionis domini, quem Dominicum dicimus, cavete sine ulla conventus intermissione ad agendum gratias Deo, & profitendum beneficia, quibus nos Deus per Christum affecit, cum liberavit nos ignorantia, errore, vinculis: ut sic sacrificium vestrum reprehensione careat: sitque Deo acceptum, & gratum, qui de ecclesia sua œcumenica dixit: *In omni loco offeretur mihi thymiama, & sacrificium mundum, quia ego sum Rex magnus, dominus omnipotens, & nomen meum admirabile in gentibus.* Mal. 1.

Qui-

Quales esse oporteat, qui eliguntur ad ministerium ecclesiæ.

CAPUT XXXII.

ELigite episcopos dignos domino, item presbyteros & diaconos viros pios, justos, mansuetos, non cupidos habendi, veraces, probatos, sanctos, liberos a vitio acceptionis personæ, idoneos ad docendum verbum pietatis, & qui domini dogmata recte tractent. Vos vero habete his honorem, ut patribus, ut dominis, ut beneficis, ut auctoribus boni status vestri. Præterea reprehendite inter vos mutuo non irate, sed magna cum tolerantia, cum benignitate, & pace: Servate omnia præcepta domini vobis data, *Vigilate pro vita vestra: sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando veniet, vespere an mane, an ad galli cantum, an media nocte; qua enim hora non expectant, veniet dominus, etsi ei apparuerint, beati servi illi, quia inventi sunt vigilantes. Quia scilicet præcinget se; & faciet eos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Sobrii igitur estote, ac vigilantes, & orate, ne dormiatis in mortem, neque enim juvabunt vos superiora recte facta, si ad extremum vitæ vestræ a fide vera aberrabitis.

Luc. 19. Luc. 12.

Mar. 13.

Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους.

ΚΕΦΑ'Λ. λβ'.

ΠΡοχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ κυρίου καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἄνδρας εὐσεβεῖς· δικαίους· πραεῖς· ἀφιλαργύρους· φιλαλήθεις· δεδοκιμασμένους· ὁσίους· ἀπροσωπολήπτους· δυναμένους διδάσκειν τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας· ὀρθοτομοῦντας ἐν τοῖς τοῦ κυρίου δόγμασιν· ὑμεῖς δὲ τιμᾶτε τούτους ὡς πατέρας ὡς κυρίους· ὡς εὐεργέτας· ὡς τοῦ εὖ εἶναι αἰτίους· ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους μὴ ἐν ὀργῇ ἀλλ' ἐν μακροθυμίᾳ μετὰ χρηστότητος καὶ εἰρήνης· πάντα τὰ προσεταγμένα ὑμῖν ἀπὸ τοῦ κυρίου φυλάξατε· γρηγορεῖτε ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν· ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἥξει· ἑσπέρας, ἢ πρωί· ἢ ἀλεκτοροφωνίας, ἢ μεσονυκτίου· ἢ γὰρ ὥρα ἃ προσδοκῶσιν, ἐλεύσεται ὁ κύριος· ὡς ἐὰν αὐτῷ ἀνοίξωσι, μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, ὅτι ἀρέθησαν γρηγοροῦντες· ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτούς, καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς· νήφετε οὖν, καὶ προσέχεσθε μὴ ὑπνώσαι εἰς θάνατον· ἃ γὰρ ὠνήσει ὑμᾶς τὰ πρότερα κατορθώματα· ἐὰν εἰς τὰ ἔσχατα ὑμῶν ἀποπλανηθῆτε τῆς πίστεως τῆς ἀληθοῦς.

A B C

Præditio futurorum.

CAPUT XXXIII.

ULtimis enim diebus multiplicabuntur falsi prophetæ, corruptores verbi, & mutabuntur oves in lupos, & caritas in odium: *abundante enim iniquitate frigescet caritas multorum*; erit enim hominum mutuum in se odium, insectatio, & proditio. Ac tunc prodibit deceptor orbis, & inimicus veritatis, mendaciique defensor, *quem dominus Spiritu oris sui interficiet*, qui labiis impium delet, ac multi in eo scandalum incurrent, *qui vero perseveraverint usque in finem, hi salvi erunt, & tunc apparebit signum filii hominis in cœlo*: deinde vox tubæ inflante Archangelo, & interea mortuorum suscitatio, ac tunc veniet dominus in terræ motu cum omnibus sanctis suis super nubes, comitatus angelis virtutis suæ in solio regni ad judicandum diabolum mundi deceptorem, & ad retribuendum cuique pro meritis: Tunc abibunt scelerati *in æternum supplicium*, justi vero proficiscentur *ad vitam immortalem*, & ea possidebunt, *quæ oculus non vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus eum*, & gaudebunt in regno Dei gaudio, supra quam dici potest, magno in Christo Jesu. Tot igitur ac tantis bonis ab eo dignati eundem supplices crebris precibus imploremus dicentes.

2. Tim. 3. Matth. 24.

2. Thes. 2.

Matth. 10. & 24.

Matth. 25.

1. Cor. 2.

D E

Πρόρρησις περὶ τῶν μελλόντων.

ΚΕΦΑ'Λ. λγ'.

ΕΝ γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται· καὶ οἱ φθορεῖς τὸν λόγον· καὶ στραφήσονται τὰ πρόβατα εἰς λύκους· καὶ ἡ ἀγάπη εἰς μῖσος· πληθυνθείσης γὰρ τῆς ἀνομίας ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· μισήσουσι γὰρ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι, καὶ διώξουσι καὶ προδώσουσι· καὶ τότε φανήσεται ὁ κοσμοπλάνος ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρός· ὁ τῷ ψεύδει προσάτης· ὃν ὁ κύριος Ἰησοῦς ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ· ὁ δι' ὀλίγων χειλέων ἀναιρῶν ἀσεβῆ· καὶ πολλοὶ σκανδαλισθήσονται ἐπ' αὐτῷ· οἱ δὲ ὑπομείναντες εἰς τέλος οὗτοι σωθήσονται· καὶ τότε φανήσεται τὸ σημεῖον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ οὐρανῷ· εἶτα φωνὴ σάλπιγγος ἔσαι δι' ἀρχαγγέλου· καὶ μετὰ ξὺ ἀναβίωσις τῶν κεκοιμημένων· καὶ τότε ἥξει ὁ κύριος καὶ πάντες οἱ ἅγιοι μετ' αὐτοῦ· ἐν συσεισμῷ ἐπάνω τῶν νεφελῶν μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ ἐπὶ θρόνου βασιλείας κατακεῖναι τὸν κοσμοπλάνον διάβολον· καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· τότε ἀπελεύσονται οἱ μὲν πονηροὶ εἰς αἰώνιον κόλασιν· οἱ δὲ δίκαιοι πορεύσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον· κληρονομοῦντες ἐκεῖνα ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε· καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε· καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· καὶ χαρήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· τοσούτων δὲ ἠξιωμένοι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀγαθῶν γενώμεθα αὐτοῦ ἱκέται, ἐπικαλούμενοι αὐτὸν διὰ συνεχοῦς δεήσεως, καὶ λέγοντες.

Προ-

Προσδχὴ ἐξαγγελτικὴ προνοίας διαφόρυ.

ΚΕΦΑ Λ. λδ'.

Α Ἰ'ώνιε σῶτερ ἡμῶν ὁ βασιλδὺς τῆ Θεῶν· ὁ ὢν μόνος παντοκράτωρ κ) κύριος· ὁ Θεὸς πάντων τῆ ὄντων, κ) Θεὸς τῆ ἁγίων κ) ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν κ) τῆ προ ἡμῶν· ὁ Θεὸς Α'βραὰμ κ) Ἰ'σαὰκ κ) Ἰ'ακώβ· ὁ ἐλεήμων κ) οἰκτίρμων· ὁ μακρόθυμος κ) πολυέλεος· ᾧ πᾶσα γυμνοφανὴς βλέπεται καρδία· κ) πᾶν κρύφιον ἐνθύμημα ἀποκαλύπτεται· πρός σε βοῶσι ψυχαὶ δικαίων· ἐπὶ σοὶ πεποίθασιν ἐλπίδες ὁσίων· ὁ τῆ ἀμέμπτων πατὴρ, ὁ τῆ μετ' δδύτητος ἐπικαλυμβάνων σε ἐπήκοος· ὁ κ) σιωπωμένας ἐπισάμενος ἐντάξεις· χωρεῖ γὰρ μέχει σπλάγχνων ἀνθρωπίνων ἡ σὴ πρόνοια· κ) διὰ συνειδήσεως ἐρευνᾷς ἑκάστυ τλὺ γνώμλυ· κ) κατὰ πᾶν κλίμα τῆς οἰκυμένης τὸ διὰ προσδχῆς κ) λόγων ἀναπέμπεται σοι θυμίαμα· ὁ τὸν παρόντα αἰῶνα σάδιον δικαιοσύνης ἐνισάμβων· πᾶσι δὲ ἀνοίξας πύλλν ἐλεημοσύνης, ὑποδείξας δὲ ἑκάστῳ τῆ ἀνθρώπων διὰ τῆς ἐμφύτυ γνώσεως, καὶ φυσικῆς κρίσεως, καὶ ἐκ τῆς τῦ νόμυ ὑποφωνήσεως, ὡς πλάστυ μὲν οὐκ ἀίδιον τὸ κτῆμα· δλαπερείας ἐκ ἀνάγκαν τὸ κάλλος· δυνάμεως δδιάλυτος ἡ ἰσχύς· κ) ἀτμὸς μὲν κ) ματαιότης τὰ σώλα· μόνη δὲ συνείδησις πίστεως ἀνύπκλος διαβαίνει· διὰ μέσον ὀρανῶν μετ' ἀληθείας ἀνερχομένη· τῆς μελλύσης ζοφῆς δεξιὰν ἀπολαμβάνει· ἅμα κ) προ τῦ παρασλῶαι ὑπόχεσιν τῆς παλιγγενεσίας, αὐτὴ ἡ ψυχὴ τῆ ἐλπίδι γαυρωμένη δλφραίνεται· ἐξ * ὑπαρχῆς γὰρ τῦ προπάτορος ἡμῶν Α'βραὰμ μετιπονεμένυ τλὺ ὁδὸν τῆς ἀληθείας, ὁραματισμῷ ὡδήγησας, διδάξας ὅτι ποτέ ἐσιν ὁ αἰὼν ὅτος· κ) τῆς μὲν πίστεως αὐτῦ προώδδσεν ἡ γνῶσις· τῆς δὲ γνώσεως ἀκόλυθος γέγονεν ἡ πίστις· τῆς δὲ πίστεως λῶ ἐπακολύθημα ἡ συνθήκη· εἶπας γὰρ, ποιήσω τὸ σπέρμα συ ὡς τὰς ἀστέρας τῦ ὐρανῦ, κ) ὡς τλὺ ἄμμον τλὺ παρὰ τὸ χείλος τῆς θαλάσσης· ἀλλὰ μλὺ κ) τὸν Ἰ'σαὰκ αὐτῷ δωρησάμβνος κ) ὅμοιον αὐτὸν εἰδὼς ἐκείνῳ τῷ τρόπῳ, κ) αὐτῦ ἐπεκλήθης Θεός· εἰπὼν, ἔσομαί συ Θεός· κ) τῦ σπέρματός συ μετέσε· ☾ τῦ παιδὸς ἡμῶν Ἰ'ακὼβ ἐπὶ Μεσοποταμίαν σελλομένυ, δείξας τὸν Χριστὸν δι' αὐτῦ, ἐλάλησας εἰπὼν, ἰδὺ ἐγώ εἰμι μετά συ, κ) αὐξανῶ σε, κ) πληθυνῶ σε σφόδρα· κ) ὅπως εἶπας πρὸς Μωϋσλῆ τὸν πιστὸν κ) ἅγιόν συ θεράποντα ἐπὶ τῆς ὀπτασίας τῆς βάτυ, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· τῦτό μοι ὄνομά ἐστιν αἰώνιον· κ) μνημόσυνον γενεαῖς γενεῶν· ὑπέρμαχε γένυς Α'βραὰμ δλογητὸς εἶ εἰς τὸς αἰῶνας.

Oratio variam Dei providentium prædicans.

CAPUT XXXIV.

ÆTerne Salvator noſter rex deorum, qui ſolus es omnipotens, & dominus omnium, idemque Deus ſanctorum, & laudatorum patrum noſtrorum, noſtrorumque majorum, Deus Abraham, Iſaac, & Jacob, qui es miſericors, & commiſerator, longanimis, & multa miſericordia, cui omne cor patet, nudumque eſt, & omnis occulta cogitatio aperta: ad te clamant animæ juſtorum, in te ſunt collocatæ ſpes ſanctorum, qui es pater reprehenſione carentium, & eorum, qui te recte invocant, auditor, qui tacitas etiam ſermocinationes percipis, ſiquidem in viſcera uſque humana providentia tua pervadit, & per conſcientiam voluntatem cujuſque ſcrutaris. Tibi per omnes partes orbis habitabilis thymiama precationis, & ſermonum adhibetur, qui hoc præſens ſæculum, curriculum juſtitiæ inſtituiſti, omnibuſque januam miſericordiæ aperuiſti, ac ſingulos homines cognitione quadam nobis inſita, & naturali judicio, ac tacita quadam legis naturæ voce docuiſti, opum quidem non eſſe perpetuam poſſeſſionem, venuſtatis vero pulchritudinem non eſſe perennem, firmitatem virium fragilem, eſſeque univerſa vaporem, & vanitatem; ſolam vero conſcientiam fidei non fictæ per medios cœlos pervadere cum veritate aſcendentem, & dexteram futuri cibi recipere, ſimul etiam antequam promiſſum reviviſcendi præſtetur, ipſa anima ſpe exultans, lætitia perfunditur. Abraham enim progenitorem noſtrum, viam veritatis ex ipſa naturæ facultate capeſſentem, cum ei appareres, tanquam dux deduxiſti, eumque, quid tandem eſſet hoc ſæculum, docuiſti, ac fidem ejus antegreſſa eſt cognitio, cognitioni vero conſequens fuit fides, fidem autem inſecuta pactio: dixiſti enim, *faciam ſemen tuum ſicut ſtellas cœli*, Gen. 15. *& ſicut arenam, quæ eſt in littore maris*. Quin etiam docuiſti filium ejus Iſaac, quem ei dediſti, quem cum vidiſſes moribus patri ſimilem, appellatus es Deus ejus, dicens, *Ero Deus tuus, & ſeminis tui poſt te*. Atque etiam cum pater noſter Jacob in Meſopotamiam profectus eſſet, oſtendiſſeſque Chriſtum per eum, item dixiſti: *Ecce ego tecum ſum, & augebo te, & multiplicabo te valde*. Sic item dixiſti Moyſi famulo tuo fideli ac ſancto in illo viſo rubi: *Ego ſum qui ſum, hoc mihi nomen æternum, & monimentum generationibus generationum: propugnator generis Abraham benedictus es in ſæcula*. Gen. 28. Gen. 29. Exod. 3.

Προσδχὴ ἐξαγγελτικὴ δημιργίας διαφόρυ.

ΚΕΦΑ Λ λέ.

ΕΥ'λογητὸς εἶ κύριε βασιλεῦ τῆ αἰώνων· ὁ διὰ Χριστῦ ποιήσας τὰ ὅλα· κ) δι' αὐτῦ ἐν ἀρχῇ κοσμήσας τὰ ἀκατασκάλασα· ὁ διαχωρίσας ὕδατα ὑδάτων στερεώματι, κ) πνεῦμα ζωτικὸν τύτοις ἐμβα-

Oratio variam creationem prædicans.

CAPUT XXXV.

BEnedictus es Domine rex ſæculorum, qui per Chriſtum univerſa condidiſti: qui per eum initio diſpoſuiſti, & ornaſti incondita, qui aquas ab aquis medio firmamento ſeparaſti ac diſcluſiſti, vitalemque eis ſpiritum

tum indidisti: qui terram stabilisti, & cœlum tetendisti, & singula perfecta dispositione ornasti: tua enim potestate factum est, ut mundus luceret: cœlum instar cameræ exædificatum ad dandum in tenebris solatium, astris splenderet, lumen & sol dies efficerent, & fructus gignerent: luna in mutationem temporum creisceret, & decresceret; & nox diceretur, & dies appellaretur: tum etiam, ut firmamentum in medio aquarum fieret, qui jussisti ut congregarentur aquæ, & apparuit arida. Mare vero ipsum quis sermone explicare queat, quemadmodum a pelago feratur furens, & ab arena jussu tuo coercente reciprocetur: dixisti enim, in ipso confringentur fluctus ejus: animalibus vero exiguis & magnis, ac naviliis pervium fecisti. Deinde terra herbescit omni genere florum, & varietate arborum multiplicium depicta: luminaria vero horum nutricii perpetua lege spatium conficiunt nihil mandatum tuum variantia, quin potius quacumque regione jubeas, ac oriuntur, & occidunt in signa temporum, & annorum, & ministeria hominum alterna vicissitudine commutant. Præterea effecta sunt variarum animantium genera terrenarum, aquatilium, volucrum, & eorum quæ in terra, & aqua vivunt, quæ dicuntur amphibia, tuæque providentiæ artificiosa sapientia providentiam ad cujusque earum naturam accommodat: ut enim non fuit infirma ad multiplices animantium species efficiendas, sic etiam non neglexit cujusque earum variam ac diversam procurationem: ad hæc, finem fabricationis animantem rationis participem, mundi civem sapientiæ tuæ moderatione fecisti, cum diceres, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*, fecisti, inquam, ut esset homo κόσμα κόσμος, id est, ornati ornatus, cujus corpus ex quatuor elementis primis corporibus formasti, animam vero ex nihilo, ac sensus quinque ad certamen virtutis dedisti, & mentem ipsius animæ tanquam aurigam sensibus perfecisti. Jam ad hæc omnia dominator domine, quis pro dignitate explicabit nubium imbribus gravidarum fluxionem, fulguris splendorem, tonitruumque fragorem ad suppeditandum alimentum cuique generi animantium conveniens, tum etiam ad aptissimam aeris temperationem. Hominem vero, quia tibi non paruit, vita, quæ fuerat ei proposita merces, privasti, non quod ex toto eum deleviſſes, quin potius brevi morte affectum tanquam somno quodam captum, interposito jurejurando, ad renascendum vocasti, & edictum mortis rescidisti, qui mortuis vitam tribuis per Christum spem nostram.

Gen. 2.

λών· ὁ γῆν ἐδράσας, καὶ οὐρανὸν ἐκτείνας, καὶ τῇ ἑκάστῃ τῶν κτισμάτων ἀκριβῆ διάταξιν κοσμήσας· σὴ γὰρ * διώρισε δέσποτα κόσμος πεφαίδρυται· ὁρανὸς δὲ ὡς καμάρα πεπηγμένος ἠγλάϊσαι ἄστροις εἶχεν παραμυθίας τὸ σκότος· φῶς δὲ καὶ ἥλιος εἰς ἡμέρας καὶ καρπῶν γονὰς γεγόνωσιν· σελήνη δὲ εἰς καιρῶν ἔοπλον αὔξουσα καὶ μειουμένη· καὶ νὺξ ὠνομάζετο· καὶ ἡμέρα προσηγορεύετο· στερέωμα δὲ διὰ μέσου τῶν ὑδάτων ἐδείκνυτο· καὶ ἔπας συναχθῆναι τὰ ὕδατα καὶ ὀφθῆναι τὴν ξηράν· αὐτῶν δὲ τὴν θάλασσαν πῶς ἄν τις ἐκφράσειεν; ἥτις ἔρχεται μὲν ἀπὸ πελάγους μαινομένη· παλινδρομεῖ δὲ ἀπὸ ψάμμε τῇ σῇ προσαγῇ κωλυομένη· εἶπες γάρ, ἐν αὐτῇ συντριβήσεσθαι αὐτῆς τὰ κύματα· ζώοις δὲ μικροῖς καὶ μεγάλοις καὶ πλοίοις πορευτὴν αὐτὴν ἐποίησας· εἶτ' ἐχλοάινετο γῆ παντοίοις ἄνθεσι κατηγραφομένη· καὶ ποικιλίᾳ δένδρων διαφόρων· παμφαεῖς τε φωστῆρες τούτων τιθηνοὶ ἀπαράβατον σώζοντες τὸν δολιχόν· καὶ κατ' ὁδὸν παραλλάσσοντες τῆς σῆς προσαγῆς· ἀλλ' ὅση ἂν κελεύσῃς, ταύτῃ ἀνίσχουσι καὶ δύουσιν εἰς σημεῖα καιρῶν καὶ ἐνιαυτῶν, ἀμειβόμενοι τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπηρεσίαν· ἔπειτα διαφόρων ζώων κατεσκεύαζετο γένη· χερσαίων· ἐνύδρων· ἀεροπόρων· ἀμφιβίων· καὶ τῆς σῆς προνοίας ἡ ἔντεχνος σοφία τῷ κατὰλληλον ἑκάστῳ πρόνοιαν δωρεῖται· ὥσπερ γὰρ διάφορα ζῷα οὐκ ἠτένησε παραγαγεῖν, οὕτως οὐδὲ διάφορον πρόνοιαν ἑκάστου ποιήσασθαι κατωλιγώρησε· καὶ τέλος τῆς δημιουργίας τὸ λογικὸν ζῶον τὸν κοσμοπολίτην τῇ σῇ σοφίᾳ διατυπώσας εἶπας, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν, κόσμου κόσμον αὐτὸν ἀναδείξας, ἐκ μὲν τῶν τεσσάρων στοιχείων πρώτων σωμάτων διαπλάσας αὐτῷ σῶμα, κατασκευάσας δ' αὐτῷ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, αἰσθησιν δ' αὐτῷ πεντάθλον χαλκεύσας καὶ νοῦν τὸν τῆς ψυχῆς ἡνίοχον τοῖς αἰσθήσεσιν ἐπιστήσας· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δέσποτα κύριε τίς ἐπαξίως διηγήσεται νεφῶν ὀμβροτόκων φοράν· ἀστραπῆς ἔκλαμψιν· βροντῆς πάταγον εἰς τροφῆς καταλλήλου χορηγίαν· καὶ κρᾶσιν ἀέρων παναρμόνιον· παρακούσαντι δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐμμίσθου ζωῆς ἐστέρησας οὐκ εἰς τὸ παντελὲς ἀφανίσας, ἀλλὰ χρόνῳ πρὸς ὀλίγον κοιμίσας, ὅρκῳ εἰς παλιγγενεσίαν ἐκάλεσας· ὅρον θανάτου ἔλυσας ὁ ζωοποιὸς τῶν νεκρῶν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν.

Oratio prædicans cum gratiarum actione divinam procurationem rerum.

CAPUT XXXVI.

MAgnus es Domine omnipotens, & magna virtus tua, sapientiæque tuæ non est numerus, creator, salvator, dives gratiis, longanimis, & misericordiæ largi-

Προσευχὴ μετ' εὐχαριστίας ἐξαγγέλλουσα τοῦ Θεοῦ τὴν περὶ τὰ ὄντα κηδεμονίαν.

ΚΕΦΑΛ. λϛ'.

ΜΕγας εἶ κύριε παντοκράτωρ, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχύς σου καὶ τῆς σοφίας σου οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κτίστα, σωτὴρ, πλούσιε ἐν χάρισι· μακρόθυμε

με καὶ ἐλέους χορηγὲ, ὁ μὴ ἀφιεὶς τῶν σῶν A
κτισμάτων τελὼ σωτηρίαν· φύσει γὰρ ἀγαθὸς
ὑπάρχεις· φείδῃ δὲ ἁμαρτανόντων, εἰς μετάνοιαν
προσκαλούμενος· οἰκτίρμων γάρ σου ἡ νουθέτη-
ω σις· πῶς γὰρ ἂν * ὑπέσημεν ἐπιγομένως ἀ-
παιτούμενοι χρόνιν, ὁπόταν μακροθυμούμενοι,
μόλις ἀναβλύσωμεν τῆς ἀθυρίας, σοῦ τὸ κρά-
τος ἀνήγγειλαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ γῆ κραδαινο-
μένη, τελὼ ἀσφάλειαν ἐπ' ὕδατος κρεμαμένη·
θάλασσα κυμαινομένη καὶ μυρίαν βόσκουσα ζώων
ἀγέλαν, πεπέδηται ἄμμῳ, τελὼ σελὼ βέλησιν
περιεκτῇ· καὶ πάντας ἀναγκάζει βοᾷν, ὡς ἐ-
μεγαλειώθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σο-
φίᾳ ἐποίησας· ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς B
σου· καὶ στρατὸς ἀγγέλων φλεγόμενος· ᾧ πνεύ-
ματι νοεραὶ λέγουσιν, εἷς ἅγιος τῷ φελμονεί·
καὶ σεραφὶμ ἅγια ἅμα τοῖς χερουβὶμ τοῖς ἐξα-
πτερύγοις σοι τελὼ ἐπινίκιον ᾠδὴν ψάλλοντα, ἀ-
σιγήτοις φωναῖς βοῶσιν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος
κύριος σαβαὼθ πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς
δόξης σου· ᾧ τὰ ἕτερα τῶν πνευμάτων πλήθη,
ἄγγελοι· ἀρχάγγελοι· θρόνοι· κυριότητες· ἀρ-
χαὶ· ἐξουσίαι· δυνάμεις· ἐπιβοῶντι λέγου-
σιν, εὐλογημένη ἡ δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου
αὐτοῦ· * Ἰσραὴλ δὲ ἡ ἐπιγείός σου ἐκκλησία ἡ
ἐξ ἐθνῶν τοῖς κατ' οὐρανὸν δυνάμεσιν ἀμιλ-
λωμένη νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐν καρδίᾳ πλήρει ᾧ C
ψυχῇ θελούσῃ ψάλλει, τὸ ἅρμα τοῦ Θεοῦ
μυριοπλάσιον, χιλιάδες εὐθυωμένων, κύριος ἐν
αὐτοῖς ἐν Σινᾶϊ ἐν τῷ ἁγίῳ· οἶδεν οὐρα-
νὸς τὸν ἐπ' μηδενὸς αὐτὸν καμαρώσαντα ὡς λι-
θόκυβον· καὶ γῆν καὶ ὕδωρ ἑαυτοῖς συνώσαν-
τα· καὶ ἀέρα συνεχέαντα ζωοτόκον· καὶ τού-
τῳ πῦρ συμπλέξαντα εἰς θάλπος, καὶ σκό-
τους παραμυθίαν· ἐκπλήσσει χορὸς ἀστέρων τὸν
ἀριθμήσαντα σημαίνων, καὶ τὸν ὀνομάσαντα
δεικνύων· ζῶα τὸν ψυχώσαντα· δένδρα τὸν
ἐκφύσαντα· ἅπερ ἅπαντα τῷ σῷ λόγῳ γε-
νόμενα παρεῖχε τῆς σῆς δυνάμεως τὸ κράτος·
διὸ καὶ ὀφείλει πᾶς ἄνθρωπος ἐξ αὐτῆς στέ- D
γων σοι δόξαν χρεστὴ τῆς ὑπὲρ πάντων ὕμνον ἀ-
ναπέμπειν διά σε τῆς ἁπάντων κρατῆς· σὺ γὰρ
εἶ ὁ χρηστὸς ἐν εὐεργεσίαις, καὶ φιλόδωρος
ἐν οἰκτιρμοῖς· ὁ μόνος παντοκράτωρ· ὅτε γὰρ
θέλεις, πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι· τὸ γὰρ σὸν
αἰώνιον κράτος καὶ φλόγα κατευψύχει· καὶ λέοντας
φιμοῖ· καὶ κήτη κατευθραύνει· ἐ νοσοῦντας ἐγείρει·
καὶ δυνάμεις μετεξέπει· καὶ στρατὸν ἐχθρῶν, καὶ
λαὸν ἀριθμούμενον ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι κα-
τεστρώννυσι· σὺ εἶ ὁ ἐν οὐρανῷ· ὁ ἐπὶ γῆς·
ὁ ἐν θαλάσσῃ· ὁ ἐν περατυμένοις ὑπὸ μηδε-
νὸς περατούμενος· τῆς γὰρ μεγαλοσύνης σε οὐκ
ἔστι πέρας· μὴ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο δέσποτα· E
τοῦ θεραπόντος σε ἐστὶ λόγιον φάσκοντος· καὶ γνώ-
σῃ τῇ καρδίᾳ σε, ὅτι κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς
ἐν οὐρανῷ ἄνω καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω· καὶ
οὐκ ἔστιν ἔτι πλὴν αὐτοῦ· οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς
πλὴν σοῦ μόνου· ἅγιος ἐκ ἔστι πλὴν σοῦ κύ-
ριος Θεὸς γνώσεων, Θεὸς ἁγίων· ἅγιος ὑπὲρ
πάντας ἁγίους· οἱ γὰρ ἡγιασμένοι ὑπὸ τὰς
χεῖρας σου εἰσίν· εὔδοξος καὶ ὑπερυψούμενος·

tor, qui ea, quæ a te condita ſunt, non deſtituis, ſed conſervas: natura enim bonus es, parcis vero peccantibus, eos ad pœnitentiam provocans: ex tuis enim miſerationibus exiſtit admonitio. Quomodo namque ſuſtineremus, ſi pœnas celeriter a nobis expeteres? qui diu multumque a te toleranter expectati, vix ex peccato emergimus, potentiam tuam enarrant cœli, & terra mota, firmitatem habens in nihilo pendentem: mare etiam quod fluctibus agitatum, innumerabilium animalium copias paſtu alit, atque arena tenetur conſtrictum metu voluntatis tuæ, cogit omnes ut clament, *quam magnificata ſunt opera* *Pſal. 103.*
tua, domine, omnia in ſapientia feciſti, plena eſt terra creatura tua; item exercitus angelorum ardens, & ſpiritus intelligentes dicunt phelmoni, id eſt, certo cuipiam, *unus* *Dan. 8.*
ſanctus. Sancti quoque ſeraphim una cum cherubinis, qui ſenis alis præditi ſunt, canticum victoriæ tibi canentes perpetuis vocibus clamant, dicentes, *Sanctus, ſanctus,* *Iſa. 6.*
ſanctus dominus ſabaoth, pleni ſunt cœli & terra gloria tua: atque etiam permulti alii ordines archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum, ac virtutum clamantes dicunt, *benedicta domini* *Ezech. 3.*
gloria ex loco ſuo. Hieruſalem vero tua in terris, eccleſia ex gentibus collecta, cum copiis cœlitum, certans nocte & die, in corde pleno, & anima volente canit, *currus Dei decem millium millia lætantium, do-* *Pſal. 67.*
minus in eis in Sina, in ſancto. Novit cœlum eum a quo factum eſt in modum cameræ, inſtar quadrati lapidis ſtabile, alioqui nihilo nitens, quique terram, & aquam inter ſe colligavit, & aerem diffudit, animantes alentem, cum quo etiam ignem ad teporem, & lucem commiſcuit. Obſtupe- *Job. 38.*
facit admiratione chorus ſtellarum, qui illum ſignificat, qui ipſas numerat, & illum qui ipſas nominat, oſtendit, ut item animantes eum, a quo animatæ ſunt, demonſtrant, & arbores, a quo ſatæ, & editæ. Quæ quidem omnia verbo tuo effecta, vim poteſtatis tuæ declarant. Quare debent omnes homines laudes tibi pro cunctis bonis per Chriſtum toto pectore tribuere, qui, te auctore, facti ſunt omnium domini. Tu enim es benignus in beneficentiis, & liberalis in commiſerationibus, qui ſolus es omnipotens, adeſt enim tibi cum volueris, poſſe; tuum namque robur æternum, & flammam refrigerat, & leones cohibet, & cetos mitigat, & ægrotantes erigit, & facultates naturæ convertit in alias, exercitumque hoſtium, & populum ſuperbe numeratum proſternit: Tu es in cœlo, & in terra, & in mari, in terminatis nullo termino circumſcriptus: *magnitudinis* *Pſal. 144.*
enim tuæ nullus eſt finis: non enim domine noſtrum eſt hoc dictum, immo vero famuli tui, qui ait, *& cognoſces corde tuo*, quod *Deut. 4.*
dominus Deus tuus, Deus in cœlo ſurſum, & in terra deorſum, & non eſt amplius præter eum, neque enim eſt Deus præter te ſolum, ſanctus non eſt præter te, dominus Deus ſcientiarum, Deus ſanctorum, ſanctus ſupra ſanctos omnes, ſanctificati enim ſub manu tua ſunt: glorioſus, ſupra omnia excelſus, natura inaſpectabilis,

cujus judicia investigari non possunt. cujus vita nullius est indigens, duratio neque mutabilis, neque deficiens: operatio sine defatigatione: magnitudo infinita, perennis decor, inhabitatio sine ullius accessu, & appulsu, mansio sine migratione, cognitio sine ullo initio, veritas immutabilis, cujus opus sine intermedio, potentia nullis insidiis exposita, monarchia, id est, principatus unius, sine successore, regnum perpetuum, robur invictum, cujus exercitus valde copiosus. Tu enim es sapientiæ pater, idemque instaurationis per mediatorem factæ auctor, ut caussa, providentiæ largitor, lator legum, indigentiæ expletor, impiorum vindex, justorum remunerator, Christi Deus, & pater, & eorum, qui in eum pii sunt, dominus: cujus promissio minime fallax, judicium incorruptum, sententia immutabilis, cui cultus sine intermissione, gratiarum actio perpetua, per quem tibi veneratio digna ab omni natura rationis participe, ac sancta debetur.

A ἀόρατος τῇ φύσει· ἀνεξιχνίαστος κρίμασιν· ἧς ἀνενδεὴς ἡ ζωή· ἄῤῥεπτος καὶ ἀνελλειπὴς ἡ ὀζαμονή· ἀκάματος ἡ ἐνέργεια· ἀπερίγραπτος ἡ μεγαλειότης· ἀσύγκριτος ἡ διαφέρεια· ἀπρόσιτος ἡ κατοικία· ἀμεταναστάτως ἡ κατασκήνωσις· ἄναρχος ἡ γνῶσις· ἀναλλοίωτος ἡ ἀλήθεια· ἀμεσίτευτον τὸ ἔργον· ἀνεπιβούλευτον τὸ κράτος· ἀδιάδοχος ἡ μοναρχία· ἀπελεύτητος ἡ βασιλεία· ἀνανταγώνιστος ἡ ἰσχύς· πολυάριθμος ἡ στρατιά· σὺ γὰρ εἶ ὁ σοφίας πατήρ· ὁ δημιουργίας τῆς ὀζὰ μεσίτου κτίσης, ὡς αἴτιος, ὁ προνοίας χορηγός· ὁ νόμων δοτήρ· ὁ ἐνδείας πληρωτής, ὁ τῶν ἀσεβῶν τιμωρός· ὁ τῶν B δικαίων μισθαποδότης· ὁ τοῦ Χριστοῦ θεὸς καὶ πατήρ· καὶ τῶν εἰς αὐτὸν διαβούντων κύριος· οὗ ἀδιάψευστος ἡ ἐπαγγελία· ἀδωροδόκητος ἡ κρίσις· ἀμετάπτωτος ἡ γνώμη· ἄπαυστος ἡ εὐσέβεια· ἀίδιος ἡ ὑχαριστία· δι' ὅσου καὶ ἡ ἐπάξιος προσκύνησις ὀφείλεται παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως.

Oratio commemorans incarnationem Christi, & variam providentiam de sanctis.

Προσδοχὴ ὑπομιμνήσκουσα τὴν ἐνσάρκωσιν Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ τὴν εἰς τοὺς ἁγίους διάφορον πρόνοιαν.

CAPUT XXXVII.

C

ΚΕΦΑΛ. κθ'.

DOmine omnipotens, tu mundum per Christum fabricatus es, & sabbatum hujus fabricationis memoriæ dedicasti, quia in eo ab operibus faciendis requiescere fecisti, ad leges tuas meditandas: item festos dies ad capiendam animis nostris lætitiam constituisti, ut in mentem veniret sapientiæ a te conditæ, quemadmodum nostra caussa, quod ortum est ex muliere, in se subsistere fecit: apparuitque in vita, declarans se in baptismo Deum & hominem: & propter nos permissu tuo passus, & mortuus est, ac potestate tua a mortuis suscitatus. Quare diem festum resurrectionis dominico die celebrantes, in eo lætamur, qui vicit quidem mortem, illuminavit vero vitam, & immortalitatem: per ipsum enim gentes tibi adjunxisti, ut fierent populus acquisitionis verus Israel, Deo carus, Deumque videns. Tu enim domine etiam patres nostros ex terra Ægypti eduxisti, & fornace ferrea, atque ex luto, & fingendorum laterum labore eripuisti; liberasti a manu Pharaonis, & populi ejus, ac per mare tanquam itinere terrestri trajecisti, & mores eorum in solitudine omni genere bonorum sustinuisti; legem decalogi voce tua pronunciatam, & manu tua scriptam dedisti; diem sabbati festum agitare jussisti, non ut esset illis occasio otii & vacationis, sed adjumentum pietatis ad cognitionem potentiæ tuæ, ut prohiberentur mala, tanquam in circo quodam sacro docendi gratia cohibitis, & ut esset exultatio hebdomadis. Hinc una hebdomas, & septem hebdomades, item mensis septimus, & annus septimus rursus jubileus, id est, annus quinquagesimus ad remissionem, qui ex septena conversione, & reditu anni septimi existit, ut nullam haberent homines occasionem falso excusan-

D

E

Κύριε παντοκράτωρ, κόσμον ἔκτισας διὰ Χριστοῦ· καὶ σάββατον ὥρισας εἰς μνήμην τούτου· ὅτι ἐν αὐτῷ κατέπαυσας ἀπὸ τῶν ἔργων εἰς μελέτην τῶν σῶν νόμων· καὶ ἑορτὰς διετάξω εἰς διαφροσύνην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· ὅπως εἰς μνήμην ἐρχόμεθα τῆς ὑπὸ σοῦ κτισθείσης σοφίας· ὡς δὲ ἡμᾶς γένεσιν ὑπέστη διὰ γυναικός· ἐπεφάνη τῷ βίῳ ἀναδεικνὺς ἑαυτὸν ἐν τῷ βαπτίσματι· ὡς θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ὁ φανείς· ἔπαθε δὲ ἡμᾶς σῇ συγχωρήσει· καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη σῷ κράτει· διὸ καὶ τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν πανηγυρίζοντες τῇ κυριακῇ, χαίρομεν ἐπὶ τῷ νικήσαντι μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντι δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν· δι' αὐτοῦ γὰρ προσηγάγου τὰ ἔθνη ἑαυτῷ εἰς λαὸν περιούσιον τὸν ἀληθινὸν Ἰσραὴλ τὸν θεοφιλῆ τὸν ὁρῶντα θεόν· σὺ γὰρ κύριε καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου· καὶ ἐῤῥύσω ἐκ καμίνου σιδηρᾶς καὶ ἐκ πηλοῦ καὶ πλινθουργίας· ἐλυτρώσω ἐκ χειρὸς Φαραὼ καὶ τῆς ὑπ' αὐτόν· καὶ διὰ θαλάσσης ὡς διὰ ξηρᾶς αὐτοὺς παρήγαγες· καὶ ἐξεποφόρησας αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ παντοίοις ἀγαθοῖς· νόμον αὐτοῖς ἐδωρήσω ἐκ δεκαλόγου σῇ φωνῇ φθεγχθέντα· καὶ χειρὶ κατιγραφόντα· σαββατίζειν ἐνετείλω οὐ πρόφασιν ἀργίας διδοὺς, ἀλλ' ἀφορμὴν εὐσεβείας εἰς γνῶσιν τῆς σῆς δυνάμεως, εἰς κώλυσιν κακῶν ὡς ἐν ἱερῷ καθείρξας περιβόλῳ διδασκαλίας χάριν, εἰς ἀγαλλίαμα ἑβδομάδος· διὰ τοῦτο ἑβδομὰς μία καὶ ἑβδομάδες ἑπτὰ· καὶ μὴν ἔβδομος· καὶ ἐνιαυτὸς ἕβδομος· καὶ τούτου ἀντανακύκλησις ἰωβηλαῖος, ὅ ἐστιν ἔτος πεντηκοστὸν εἰς ἄφεσιν, ὅπως μηδεμίαν ἔχωσι πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἀγνοίαν

ἄγνοιαν σκήψασθαι· τούτου χάριν πᾶν σάββα- A di ignorantiam, hac de cauſſa omni ſabbato
τον ἐπέταξεν ἀργεῖν· ὅπως μηδὲ λόγον τις ὀν ὀργῇ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ προέσθαι θελήσῃ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς σαββάτων· σάββατον γάρ ἐστι κατάπαυσις δημιουργίας· τελείωσις κόσμου· νόμων ζητησις· αἴνος εἰς Θεὸν ἐπὶ εὐεργεσίαις, ὑπὲρ ὧν ἀνθρώποις ἐδωρήσατο· ὧν ἁπάντων ἡ κυριακὴ προέχουσα αὐτὸν τὸν μεσίτην, τὸν προνοητήν, τὸν νομοθέτην, τὸν ἀναστάσεως αἴτιον, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν Θεὸν λόγον, καὶ ἄνθρωπον, τὸν ἐκ Μαρίας γενόμενον μόνον δίχα ἀνδρὸς, τὸν πολιτευσάμενον ὁσίως, τὸν σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ ἀποθανόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν ὑποδεικνύουσα, ὡς κυριακὴ παρακελεύεται, σοὶ δέσποτα τῷ ὑπὲρ πάντων εὐχαριστίαν προσφέ- B ρειν· αὕτη γὰρ ἡ ὑπὸ σοῦ παραχεθεῖσα χάρις· ἥτις εὐθὺ μεγέθει πᾶσαν εὐεργεσίαν ἐκάλυψεν.

di ignorantiam, hac de cauſſa omni ſabbato feriari juſſit, ut ſcilicet nemo ne verbum quidem irate ex ore ſuo in die ſabbati vel let emittere: ſabbatum enim eſt requies a fabricatione mundi, perfectio univerſi, legum inquiſitio, laus grati animi pro beneficiis in homines collatis Deo adhibita. Dominicus vero dies his omnibus præſtantior, ut qui repræſentet ipſum mediatorem, providentem, legislatorem, auctorem reſurrectionis, primogenitum omnis creaturæ, Deum verbum, eundemque hominem ex Maria natum ſolum, ſine conjunctione viri, ſancte in vita verſatum, cruci affixum ſub Pontio Pilato, & mortuum, atque a mortuis ſuſcitatum. Hic, inquam, dies dominicus tibi, domine, euchariſtiam pro univerſis offerre hortatur, & jubet: Hæc eſt enim gratia, quam tu præbuiſti, quæ ſua magnitudine omne beneficium operuit.

Προσδοχὴ περιέχουσα μνήμην προνοίας καὶ ἀπαρίθμησιν εὐεργεσιῶν διαφόρων τῆς προνοίας Θεοῦ διὰ Χριστοῦ παραχεθεισῶν τοῖς ἁγίοις.

Oratio continens memoriam providentiæ, & enumerationem beneficiorum, quæ Dei providentia per Chriſtum ſanctis collata ſunt.

ΚΕΦΑΛ. λή.

Ὁ τὰς ἐπαγγελίας τὰς διὰ τῆς προφητῆς πληρώσας καὶ ἐλεήσας τὴν Σιὼν καὶ οἰκτειρήσας τὴν Ἱερουσαλὴμ τῷ τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ παιδός σου ἀνυψῶ- C σαι ἐν μέσῳ αὐτῆς τῇ χρίσει τοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκ σπέρματος αὐτοῦ τοῦ κατὰ σάρκα γεννηθέντος ἐκ μόνης παρθένου· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ὁ Θεὸς, πρόσδεξαι τὰς διὰ χειλέων δεήσεις τοῦ λαοῦ σου τοῦ ἐξ ἐθνῶν τῆς ἐπικαλουμένων σε ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς προσεδέξω τὰ δῶρα τῆς δικαίων ἐν ταῖς χρείαις αὐτῆς· Ἄβελ ἐν πρώτοις τὴν θυσίαν ἐπεῖδες καὶ προσεδέξω· Νῶε ἐξελθόντος τῆς κιβωτοῦ· Ἀβραὰμ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκ γῆς Χαλδαίων· Ἰσαὰκ ἐν τῷ φρέατι τοῦ ὅρκου· Ἰακὼβ ἐν Βηθλεέμ· Μωσέως ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἀαρὼν ἀνὰ μέσον τῆς ζώντων καὶ D τῆς τεθνεώτων· Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ ἐν Γαλγάλοις· Γεδεὼν ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ τῆς πόκων πρὸ τῆς ἁμαρτίας· Μανωὲ καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς ἐν τῷ πεδίῳ· Σαμψὼν ἐν τῷ δίψει πρὸ τῆς πλημμελείας· Ἰεφθαὲ ἐν τῷ πολέμῳ πρὸ τῆς ἀκρίτου ἐπαγγελίας· Βαρὰκ καὶ Δεββώρας ἐπὶ τοῦ Σισάρα· Σαμουὴλ ἐν Μασηφᾶ· Δαβὶδ ἐν ἄλῳ Ὀρνᾶ τοῦ Ἰεβουσαίου· Σολομῶνος ἐν Γαβαὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ· Ἠλίου ἐν τῷ ὄρει τῷ Καρμηλίῳ· Ἐλισαίου ἐπὶ τῆς ἀτεκνώσης πηγῆς· Ἰωσαφὰτ ἐν πολέμῳ· Ἐζεκίου ἐν ἀῤῥωστίᾳ καὶ ἐπὶ τοῦ Σενναχηρείμ· Μανασσῆ, ἐν γῇ Χαλδαίων μετὰ τὴν πλημμέλειαν· Ἰωσίου ἐν τῷ Φασεκ· Ἔσδρα ἐν τῇ ἐπανόδῳ· Δανιὴλ ἐν τῷ λάκκῳ τῶν λεόντων· Ἰωνᾶ ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους· τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρός· Ἄννης ἐν τῇ σκιωῇ ἐνώπιον τῆς κιβωτοῦ· Νεεμίου ἐπὶ τῇ ἀνεγέρσει τῶν τειχῶν ἐπὶ τοῦ Ζοροβάβελ. Ματταθίου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἐν τῷ ζήλῳ σου· Ἰαβὴλ, ἐν εὐλογίαις· καὶ νῦν δὲ πρόσδεξαι τὰς τοῦ λαοῦ σου προσευχὰς μετ' ἐπιγνώσεως σοι διὰ Χριστοῦ προσφερομένας ἐν τῷ πνεύματι.

CAPUT XXXVIII.

QUi promiſſa per prophetas facta præſtitiſti, & Sion miſertus es, Hieruſalem miſeratus extollendo in medio ejus C thronum David pueri tui, nato Chriſto ex ſemine David ex ſola virgine: tu, inquam, domine Deus nunc etiam accipe preces labiorum populi tui ex gentibus, quæ te in veritate invocant, ſicut accepiſti munera juſtorum eorum temporibus: in primis ſacrificium Abel reſpexiſti, & Noe ſacrificium ex arca egreſſi probaſti, item Abrahæ poſt egreſſum ex terra Chaldæorum, Iſaac in puteo juramenti, Jacob in Bethleem, Moyſis in ſolitudine, Aaron inter viventes, & mortuos, Jeſu Nave in Galgalis, Gedeonis in petra, & velleribus ante peccatum commiſſum, Manoes, & uxoris ejus in agro, Samſonis in ſiti ante delictum, Jephthis in bello ante promiſſionem illam inconſultam, Barac, & Deboræ in Siſara, Samuelis in Maſpha, David in area Ornæ Jebuſæi, Salomonis in Gabaon, & Hieruſalem, Eliæ in monte Carmelo, Eliſæi in fonte ſterili, Joſaphat in bello, Ezechiæ in ægritudine, & in Senacherim, Manaſſis in terra Chaldæorum poſt peccatum, Joſiæ in Sappha, Eſdræ in ritu, Danielis in lacu leonum, Jonæ in ventre ceti, trium puerorum in fornace ignis, Annæ in tabernaculo coram arca, Neemiæ, & Zorobabelis in ædificatione murorum, Mathathiæ, & filiorum ejus in zelo tuo, Jael in benedictionibus: & nunc accipe preces populi tui tibi in ſpiritu per Chriſtum nobis agnitum adhibitas.

Oratio gratiarum actionis pro auxilio ſanctis allato.

CAPUT XXXIX.

AGimus tibi gratias, domine, omnipotens, quod nunquam miſericordias tuas, tuaſque miſerationes adhibere nobis deſtitiſti, immo per ſingulas ætates ſervas, eripis, auxilium fers, protegis. Auxilio enim fuiſti temporibus Enos, & Enoch, temporibus Moyſis, & Jeſu, temporibus Judicum, temporibus Samuelis, & Eliæ ac prophetarum, temporibus David, & regum, temporibus Eſther, & Mardochæi, temporibus Judith, temporibus Judæ Machabæi, & fratrum ejus, atque etiam temporibus noſtris opem nobis tuliſti per magnum pontificem Jeſum Chriſtum filium tuum: ex gladio enim eripuit, & alendo a fame ſervavit, ex morbo ſanavit, a lingua mala defendit: Gratias tibi de omnibus per Chriſtum agimus. Qui vocem quoque diſtinctam, & preſſam ad confeſſionem dediſti: linguam aptam plectri ſimilem tanquam inſtrumentum ſubjeciſti, feciſti nobis guſtatum commodum, tactum accommodatum, viſum ad ſpectandum, auditum ad percipiendum vocem, odoratum ad ſentiendum afflatus, manus ad opus, pedes ad ambulandum. Atque hæc omnia ex gutta exigua in utero formas, & poſtquam formata ſunt, animam immortalem donas, & in lucem edis, animal rationis particeps, hominem dico, legibus inſtituiſti, officiis juſtitiæ illuſtraſti, & diſſolutionem inducens ad breve tempus, reſurrectionem promiſiſti. Quæ igitur vita, aut quæ ſæculorum diuturnitas hominibus ad agendas gratias ſuffecerit? Equidem ſi pro dignitate non poſſumus, at pro viribus hoc agere ſanctum eſt: Siquidem ab impietate multitudinem deorum colentium liberaſti, a ſecta Judæorum, qui Chriſtum interfecerunt, eripuiſti, ab errore ignorantiæ expediſti, Chriſtum utpote hominem, Deum unigenitum, ad homines miſiſti: a te factum eſt, ut paracletus in nobis habitaret: Angelos nobis præfeciſti, diabolum dedecore affeciſti. Qui non eramus, ut eſſemus feciſti, factos conſervas, vitam nobis commetiris: cibum ſuppeditas: pœnitentiam promiſiſti. Pro omnibus gloria tibi, & veneratio per Chriſtum nunc, & ſemper, & in ſæcula, Amen. Hæc, fratres, meditamini, & ſit dominus vobiſcum in terra, & in regno patris ejus, qui eum miſit, & nos per eundem ex ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ eripuit, ac vitam promiſit iis, qui in Deum univerſi per eum crediderunt. Quemadmodum igitur vivendum ſit iis, qui Chriſtiani ſunt, & quas gratiarum actiones Deo per Chriſtum agere oportet, dictum eſt hactenus. Æquum vero eſt, ut nec eos, qui non ſunt baptizati, prætermittamus, quin eos quoque adjuvemus.

Προσαχὴ ἀντιλήψεως δικαίων.

ΚΕΦΑΛ. λθ'.

ΕΥ'χαριστῶμέν σοι περὶ πάντων δέσποτα παντοκράτωρ, ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τὸ ἐλέησόν σου καὶ τὰς οἰκτιρμούς σου ἀφ' ἡμῶν· ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν καὶ ἡλικίαν σώζεις· ῥύῃ· ἀντιλαμβάνῃ· σκεπάζεις· ἀντελάβου γὰρ ἐν ἡμέραις Ἐνώς, καὶ Ἐνὼχ, ἐν ἡμέραις Μωσῆ, καὶ Ἰησοῦ· ἐν ἡμέραις τῆς κριτῶν· ἐν ἡμέραις Σαμουὴλ, καὶ Ἠλίου, καὶ τῶν προφητῶν· ἐν ἡμέραις Δαβὶδ καὶ τῶν βασιλέων· ἐν ἡμέραις Ἐσθὴρ καὶ Μαρδοχαίου· ἐν ἡμέραις Ἰουδείθ· ἐν ἡμέραις Ἰούδα Μακκαβαίου καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ· καὶ ἐν παῖς ἡμέραις ἡμῶν ἀντελάβου ἡμῶν διὰ τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ παιδός σου· καὶ ἀπὸ μαχαίρας γὰρ ἐρρύσατο, καὶ ἐκ λιμοῦ ἐξείλατο διαθρέψας· ἐκ νόσου ἴασατο· ἐκ γλώσσης πονηρᾶς ἐσκέπασε· περὶ πάντων σοι διὰ Χριστοῦ εὐχαριστοῦμεν· ὁ καὶ φωνὴν διάρθρον εἰς ἐξομολόγησιν δωρησάμενος· καὶ γλῶσσαν εὔκαρμον δίκην πλήκτρου ὡς ὄργανον ὑποθείς· καὶ γεῦσιν πρόσφορον· καὶ ἀφὴν καταίλλητον· καὶ ὅρασιν θείας· καὶ ἀκοὴν φωνῆς· καὶ ὄσφρησιν ἀτμῶν· καὶ χεῖρας εἰς ἔργον· καὶ πόδας πρὸς ὁδοιπορίαν· καὶ πᾶσι πάντα ἐκ μικρᾶς σταγόνος διαπλάττεις ἐν μήτρᾳ· καὶ ψυχὴν ἀθάνατον μετὰ τὴν μόρφωσιν χαρίζῃ· καὶ προάγεις εἰς φῶς· τὸ λογικὸν ζῶον τὸν ἄνθρωπον νόμοις ἐπαίδευσας· δικαιώμασιν ἐφαίδρυνας· πρὸς ὀλίγον ἐπάγων διάλυσιν, τὴν ἀνάστασιν ἐπηγγείλω· ποῖος τοιγαροῦν αὐτάρκης βίος; αἰώνων δὲ μῆκος πόσον διαρκέσει ἀνθρώποις πρὸς εὐχαριστίαν; ἢ τὸ μὲν πρὸς ἀξίαν ἀδύνατον, τὸ δὲ κατὰ δύναμιν εὐαγές· ἐῤῥύσω γὰρ ἀσεβείας πολυθέων, καὶ χειροκτόνων αἱρέσεως ἐξείλω· πεπλανημένης ἀγνοίας ἠλευθέρωσας· τὸν Χριστὸν ἀπέστειλας εἰς ἀνθρώπους ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα μονογενῆ· τὸν παράκλητον ἐνῴκισας ἡμῖν· ἀγγέλους ἐπέστησας· τὸν διάβολον ἤχμασας· οὐκ ὄντας ἐποίησας· ῥυομένους φυλάττεις· ζωὴν ἐπιμετρεῖς. χορηγεῖς τροφήν· μετάνοιαν ἐπηγγείλω· ὑπὲρ ἁπάντων σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν· ταῦτα μελετᾶτε ἀδελφοί· καὶ ἔστω ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν ἐπὶ γῆς καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, τοῦ καὶ αὐτὸν ἀποστείλαντος, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ἐλευθερώσαντος ἐκ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης· καὶ ζωὴν ἐπαγγειλαμένου τοῖς δι' αὐτοῦ πιστεύσασιν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ὅπως μὴ οὖν ὀφείλουσι ζῶσι οἱ κατὰ Χριστὸν μεμνημένοι, καὶ οἷας εὐχαριστίας ἀναπέμπειν τῷ Θεῷ διὰ Χριστοῦ ἔρρηται διὰ τῶν προλαβόντων· δίκαιον δὲ, μηδὲ τοὺς ἀμυήτους καταλιπεῖν ἀβοηθήτους.

Ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους στοιχειοῦσθαι.

ΚΕΦΑ΄Λ. μ΄.

Ὁ Μέλλων τοίνυν κατηχεῖσθαι τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, παιδευέσθω πρὸ τοῦ βαπτίσματος τὴν περὶ τοῦ ἀγενήτου γνῶσιν· τὴν περὶ υἱοῦ μονογενοῦς ἐπίγνωσιν· τὴν περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος πληροφορίαν· μανθανέτω δημιουργίας διαφόρου τάξιν· προνοίας εἱρμόν· νομοθεσίας διαφόρου δικαιωτήρια παιδευέσθω διατὶ κόσμος γέγονε· καὶ δι' ὃ κοσμοπολίτης ὁ ἄνθρωπος κατέστη· ἐπιγινωσκέτω τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οἵα τις ὑπάρχει· παιδευέσθω ὅπως ὁ Θεὸς τοὺς πονηροὺς ἐκόλασεν ὕδατι καὶ πυρί· τοὺς δ' ἁγίους ἐδόξασε καθ' ἑκάστην γενεάν· λέγω δὴ τὸν Σήθ· τὸν Ἐνώς· τὸν Ἐνώχ· τὸν Νῶε· τὸν Ἀβραὰμ καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ· τὸν Μελχισεδέκ· καὶ τὸν Ἰώβ· καὶ τὸν Μωσέα· Ἰησοῦν τε, καὶ Χαλέβ· καὶ Φινεὲς τὸν ἱερέα· καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ὁσίους· ὅπως τε προνοούμενος οὐκ ἀπεστράφη ὁ Θεὸς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ἀλλὰ ἀπὸ πλάνης καὶ ματαιότητος εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐκάλει κατὰ διαφόρους καιροὺς, ἀπὸ τῆς δουλείας καὶ ἀσεβείας εἰς ἐλευθερίαν καὶ εὐσέβειαν ἐπανάγων· ἀπὸ ἀδικίας εἰς δικαιοσύνην· ἀπὸ θανάτου αἰωνίου εἰς ζωὴν ἀΐδιον· ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα μανθανέτω ἐν τῇ κατηχήσει ὁ προσιών· προσκυνείτω δὲ ὁ χειροθετῶν αὐτὸν τὸν Θεὸν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, εὐχαριστῶν ὑπὲρ τοῦ πλάσματος· ὅτι κατέπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ Χριστόν· ἵνα σώσῃ τὸν ἄνθρωπον ἐξαλείψας τὰς ἀνομίας· καὶ ἵνα ἀφῇ τὰς ἀσεβείας καὶ τὰς ἁμαρτίας· καὶ καθαρίσῃ ἀπὸ πάντος μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος· ἁγιάσῃ δὲ τὸν ἄνθρωπον κατ' εὐδοκίαν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ· συνετίσῃ δὲ τὸ θέλημα αὐτοῦ· καὶ φωτίσῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας αὐτοῦ εἰς κατανόησιν τῶν θαυμασίων αὐτοῦ· γνωρίσῃ αὐτῷ· τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης· ὅπως ἂν μισήσῃ πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίας· πορεύηται δὲ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας εἰς τὸ καταξιωθῆναι αὐτὸν τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας εἰς υἱοθεσίαν τὴν ἐν Χριστῷ· ἵνα σύμφυτος γενόμενος τῇ ὁμοιότητι τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐνδόξου κοινωνίας, νεκρωθῇ μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζήσῃ δὲ τῷ Θεῷ κατά τε νοῦν καὶ λόγον καὶ πρᾶξιν· καὶ ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν ζώντων συναριθμηθῇ· καὶ μετὰ τὴν εὐχαριστίαν ταύτην παιδευσάτω αὐτὸν τὰ περὶ τῆς τοῦ κυρίου ἐνανθρωπήσεως· τά τε περὶ τοῦ πάθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ ἀναλήψεως.

Διάταξις ὅπως χρὴ τοὺς κατηχουμένους ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐν τῇ μυήσει εὐλογεῖσθαι, καὶ τίνα διδάσκεσθαι αὐτούς·

ΚΕΦΑ΄Λ. μά.

Καὶ ὅταν ᾖ πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ βαπτισθῆναι ὁ κατηχηθεὶς, μανθανέτω τὰ περὶ τῆς ἀποταγῆς τοῦ διαβόλου· καὶ τὰ περὶ τῆς συνταγῆς τοῦ Χριστοῦ· δεῖ γὰρ αὐτὸν πρῶτον μὲν ἀποσχέσθαι τῶν ἐναντίων, καὶ τότε ἐντὸς γενέσθαι τῶν μυστηρίων, προκαθάραντα ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν πάσης κακοηθείας, σπίλου τε καὶ ῥυτίδος· καὶ τότε τῶν ἁγίων μεταλαχεῖν· ὡς γὰρ γεωργὸς ἄριστος ἐκκαθαίρει τὴν ἄρουραν πρότερον τῶν * ὑπερφυουσῶν ἐν αὐτῇ ἀκανθῶν, καὶ τότε σπείρει

Quomodo oporteat catechizare catechumenos.

CAPUT XL.

IGitur qui initiis atque elementis Christianæ religionis imbuendus est, doceatur ante baptismum, ut noscat Deum ingenitum, agnoscat filium unigenitum, habeat certum plene de Spiritu sancto. Discat ordinem diversæ creationis, discat seriem providentiæ, diversæ legis tribunalia: erudiatur cur mundus factus, quare civis mundi, qui est homo, constitutus est, agnoscat naturam suam qualis sit, doceatur quemadmodum aqua, & igne scelestos punierit, sanctos vero per singulas ætates honore & gloria affecerit, Seth dico, Enos, Enoch, Noe, Abraham, & posteros ejus, tum Melchisedec, Job, Moysem, Jesum, & Caleb, Phineem illum zelotem, ac sacerdotes, & uniuscujusque sæculi sanctos: deinde quemadmodum providentia Dei factum sit, ut genus hominum non repulerit, sed potius ab errore & vanitate ad agnoscendam veritatem diversis temporibus revocarit traducens a servitute, & impietate ad libertatem, & pietatem, ab injustitia ad justitiam, a morte ad vitam immortalem. Hæc & alia consequentia discat in catechesi, qui accedit. Qui vero manus admovet catechumeno, adhibeat Deo venerationem, gratias agens omnium rerum domino pro creatura ejus, quod miserit filium suum unigenitum Christum, ut salvet hominem deletis iniquitatibus, & remittat impietates, ac peccata, & mundet ab omni inquinamento carnis, & spiritus, sanctificetque hominem secundum beneplacitum bonitatis suæ, doceatque voluntatem suam, & illuminet oculos cordis ejus ad intelligenda admirabilia ejus, patefaciatque judicia justitiæ, ut omnem viam iniquitatis odio habeat, ambulet vero viam veritatis, ut lavacro regenerationis in adoptionem, quæ in Christo fit, dignus habeatur, ut complantatus similitudini mortis ejus in spe gloriosæ societatis, mortificetur quidem peccato, vivat autem Deo mente, sermone, & actione, & in libro viventium adnumeretur. Post hanc actionem gratiarum doceat catechumenum de incarnatione domini, de passione ejus, de resurrectione ex mortuis, & de assumptione.

Constitutio, quomodo debent catechumeni in ipso tempore baptismi benedici, & quæ sint docendi.

CAPUT XLI.

CUM fuerit deinde in ipso tempore baptismi, qui catechizatus est, discat quæ de [a] renunciando diabolo, & ascribendo se Christo. Oportet enim primum quidem abstinere a contrariis, deinde vero ad mysteria ingredi; prius, inquam, cor suum repurgare ejecta omni malevolentia, macula, & ruga, & postea participem fieri sacramentorum: ut enim optimus agricola prius arvum repurgat, vulsis spinis supra natis, & deinde

a Tertull. c. 3. de Cor. militis, Basilius cap. 27. de spiritu sancto.

deinde triticum serit; ad hunc modum oportet prius vos omnem impietatem ab eis extrahere, & postea pietatem in eisdem seminare, ac baptismum tribuere: Sic enim dominus noster nos admonet, cum dixit, *Docete omnes gentes*, deinde subjungit, *baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*: ergo qui baptizatur cum renunciat, recitet hæc:

Matth. 28

τὸν πυρόν, οὕτω δεῖ καὶ ὑμᾶς πρότερον πᾶσαν ἀσέβειαν ἐξελόντας ἀπ' αὐτῶν, τότε τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς ἐγκαταβάλλεσθαι· καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀξιῶσαι· καὶ γὰρ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν οὕτως ἡμῖν παρῄνεσεν εἰπών, μαθητεύσατε πρότερον πάντα τὰ ἔθνη· καὶ τότε ἐπήγαγε, τό, καὶ βαπτίσατε αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἀπαγγελλέτω οὖν ὁ βαπτιζόμενος ἐν τῷ ἀποτάσσεσθαι.

De renunciatione in diabolum, & de ascriptione ad Christum.

Ἀποταγὴ πρὸς τὸν ἐναντίον καὶ συνταγὴ πρὸς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ.

CAPUT XLII.

a Tert. Basilius II. supra citati.

Renuncio [a] Satanæ, & operibus ejus, & pompis ejus, & cultui ejus, & angelis ejus, & inventis ejus, & omnibus quæ sub eo sunt: post renunciationem vero, cum ascribitur Christo, dicat: Ascribor, & credo & baptizor in unum ingenitum, solum verum Deum omnipotentem, patrem Christi, conditorem, & opificem omnium, ex quo omnia, & in dominum Jesum Christum unigenitum ejus filium, primogenitum omnis creaturæ, & ante sæcula volente patre genitum, non factum, per quem omnia facta sunt in cœlis, & in terra, quæ cernuntur, & quæ cerni non possunt. Qui ultimis diebus descendit e cœlis, & carnem sumpsit ex sancta virgine Maria, sancte in mundo vixit secundum leges Dei, & patris sui: Qui crucifixus est sub Pontio Pilato, & mortuus pro nobis, & post passionem tertio die pro nobis a mortuis suscitatus, & ascendit in cœlos, & sedet ad dexteram patris, & iterum venturus est in consummatione sæculi cum gloria ad judicandos vivos, & mortuos: cujus regni non erit finis. Baptizor etiam in Spiritum sanctum, id est, paracletum, qui operatus est in omnibus a sæculo condito, postea vero missus est apostolis secundum promissionem servatoris nostri, & domini Jesu Christi, & post apostolos, omnibus qui credunt in sancta & catholica ecclesia in carnis resurrectionem, & in remissionem peccatorum, & in regnum cœlorum, & in vitam futuri sæculi. Post hanc professionem venit ordine ad unctionem olei.

ΚΕΦΑΛ. μβ.

Ἀποτάσσομαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καὶ ταῖς πομπαῖς αὐτοῦ· καὶ ταῖς λατρείαις αὐτοῦ· καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· καὶ ταῖς ἐφευρέσεσιν αὐτοῦ· καὶ πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτόν· μετὰ δὲ τὴν ἀποταγὴν συντασσόμενος λεγέτω, ὅτι καὶ συντάσσομαι τῷ Χριστῷ· καὶ πιστεύω· καὶ βαπτίζομαι εἰς ἕνα ἀγέννητον μόνον ἀληθινὸν Θεὸν παντοκράτορα τὸν πατέρα τοῦ Χριστοῦ· κτίστην καὶ δημιουργὸν τῶν ἁπάντων· ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱόν, τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως, τὸν πρὸ αἰώνων εὐδοκίᾳ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα οὐ κτισθέντα· δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα· τὸν ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν, καὶ σάρκα ἀναλαβόντα· καὶ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας γεννηθέντα· καὶ πολιτευσάμενον ὁσίως κατὰ τοὺς νόμους τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ σταυρωθέντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου καὶ ἀποθανόντα ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν μετὰ τὸ παθεῖν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς καὶ καθεσθέντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· βαπτίζομαι καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τουτέστι τὸν παράκλητον, τὸ ἐνεργῆσαν ἐν πᾶσιν τοῖς ἀπ' αἰῶνος ἁγίοις, ὕστερον δὲ ἀποσταλὲν καὶ τοῖς ἀποστόλοις * παρὰ τοῦ πατρὸς κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ μετὰ τοὺς ἀποστόλους δὲ πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ εἰς σαρκὸς ἀνάστασιν· καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν· καὶ εἰς ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· καὶ μετὰ τὴν ἐπαγγελίαν ταύτην κατ' ἀκολουθίαν ἔρχεται καὶ εἰς τὴν τοῦ ἐλαίου χρίσιν.

De unctione olei mystici gratiarum actio

Περὶ χρίσματος τοῦ μυστικοῦ ἐλαίου εὐχαριστία.

CAPUT XLIII.

b S. Basil mox citatus.

Benedicitur [b] autem hoc ab episcopo in remissionem peccatorum, ac præparationem baptismi. Sic enim invocat ingenitum Deum patrem Jesu Christi regem omnis naturæ corporeæ, & spiritualis, ut sanctificet oleum nomine domini Jesu, tribuatque gratiam spiritualem, ut vim efficientem, & remissionem peccatorum, ac præparationem confessionis baptismi, ut is, qui ungitur, remissa omni impietate, dignus baptismo secundum unigeniti præceptum efficiatur.

ΚΕΦΑΛ. μγ.

Εὐλογεῖται δὲ τοῦτο παρὰ τοῦ ἀρχιερέως εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ προκατασκευὴν τοῦ βαπτίσματος· ἐπικαλεῖται γὰρ οὕτω τὸν ἀγέννητον Θεόν· τὸν πατέρα τοῦ Χριστοῦ· τὸν βασιλέα πάσης αἰσθητῆς καὶ νοητῆς φύσεως, ἵνα ἁγιάσῃ τὸ ἔλαιον τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ· καὶ δώσῃ χάριν πνευματικὴν καὶ δύναμιν ἐνεργητικήν· ἄφεσίν τε ἁμαρτιῶν· καὶ προπαρασκευὴν ὁμολογίας βαπτίσματος, ὥστε τὸν χριόμενον ἀπολυθέντα πάσης ἀσεβείας, ἄξιον γενέσθαι τῆς μυήσεως κατ' ἐντολὴν τοῦ μονογενοῦς.

Περὶ

A

Περὶ τῆ μυστικῆ ὕδατος ἁγιασίᾳ.

ΚΕΦΑ'Λ. μδ'.

ΕΪτα ἔρχεται εἰς τὸ ὕδωρ· εὐλογεῖ καὶ δοξάζει τὸν δεσπότην Θεὸν τὸν παντοκράτορα, τὸν πατέρα τῆ μονογενοῦς Θεοῦ εὐχαριστῶν ὁ ἱερεὺς· ὅτι ἀπέστειλεν ἀνθρωπῆσαι τὸν υἱὸν αὐτῆ δι' ἡμᾶς, ἵνα ἡμᾶς σώσῃ· ὅτι ἠνέσχετο τῆς ἀνθρωπήσεως ὑπήκοον αὐτὸν γενέσθαι ἐν πᾶσι· κηρύξαι βασιλείαν οὐρανῶν· ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· νεκρῶν ἀνάστασιν· ἐπὶ τούτοις προσκυνεῖ αὐτὸν τὸν μονογενῆ Θεὸν μετ' αὐτὸν καὶ δι' αὐτὸν εὐχαριστῶν αὐτῷ τῷ ἀναδέξασθαι αὐτὸν τὸν ὑπὲρ πάντων θάνατον ὑφ' τοῦ σταυροῦ, ὃ τύπον ἔδωκε τὸ βάπτισμα τῆς παλιγγενεσίας· δοξάζειτε ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι τῆ Χριστῆ Θεὸς ὁ τῶν ὅλων κύριος ἐν ἁγίῳ πνεύματι οὐκ ἀπέῤῥιψε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ἀλλὰ διαφόροις καιροῖς διαφόρως προνοίας ἐποιήσατο· τότε Ἀδὰμ αὐτῷ ἐν παραδείσῳ πρῶτον μὲν ξυφῆς λόγῳ τὸν παράδεισον οἰκητήριον δοὺς· ἔπειτα προνοίας λόγῳ ἐντολὴν ποιησάμενος· ἁμαρτῶντα δὲ δικαιοσύνῃ ἐξώσας· ἀγαθότητι δὲ μὴ ἀπορρίψας εἰς τὸ παντελές, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ κατὰ διαδοχὴν διαφόρως παιδεύσας· δι' οὗ ἐπὶ τὸ τέρμα τοῦ αἰῶνος ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἄνθρωπον γενέσθαι δι' ἀνθρώπους, καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπινα πάθη ἀναδέξασθαι χωρὶς ἁμαρτίας· αὐτὸν οὖν καὶ νῦν παρακαλείτω ὁ ἱερεὺς πρὸς τῷ βαπτίσματι· καὶ λεγέτω ὅτι, κάτιδε ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο· δὸς δὲ χάριν καὶ δύναμιν ὥστε τὸν βαπτιζόμενον, κατ' ἐντολὴν τῆ Χριστοῦ αὐτῷ συσταυρωθῆναι· καὶ συναποθανεῖν· καὶ συνταφῆναι· καὶ συναναστῆναι εἰς υἱοθεσίαν τινὰ ἐν αὐτῷ, τῷ νεκρωθῆναι μὲν τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῆσαι δὲ τῇ δικαιοσύνῃ· καὶ μὴ τοῦτο βαπτίσας αὐτὸν ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, χρισάτω μύρῳ ἐπιλέγων.

De myſtica aqua gratiarum actio.

CAPUT XLIV.

POſtea venit ad aquam, & [a] benedicit, ac laudat dominum Deum omnipotentem patrem unigeniti Dei gratias agens ſacerdos, quod filium ſuum miſerit, ut noſtra cauſſa fieret homo, ut nos ſalvaret, quod ſuſtinuit, ut homo factus, fieret per omnia obediens, prædicaret regnum cœlorum remiſſionem peccatorum, ex mortuis reſurrectionem. Adhuc venerationem adhibet ipſi unigenito Deo poſt ipſum, & per ipſum patrem gratias agens, quod mortem in cruce pro omnibus ſubire voluerit, cujus typum & imaginem dedit baptiſmum regenerationis: laudat etiam quod in nomine Chriſti Deus rerum omnium dominus in Spiritu ſancto non projecit genus humanum, quin potius diverſis temporibus diverſus fuit providentiæ ejus modus: tunc enim Adæ in paradiſo primum quidem ratione deliciarum dedit locum ipſum paradiſi ad habitandum; deinde vero ratione providentiæ mandatum dedit: poſtea delinquentem jure expulit, tametſi bonitate ſua non ex toto projecit, immo, & poſteros ejus variis modis erudivit, & caſtigavit. Ob hanc cauſſam in extremo ſæculi miſit filium ſuum, ut homo fieret propter homines, & humanas omnes paſſiones excepto peccato ſuſciperet: ipſum igitur, & nunc deprecetur ſacerdos inſtante baptiſmo, & dicat: Aſpice e cœlo, & ſanctifica hanc aquam: tribue autem gratiam, & vim, & qui baptizatur ſecundum mandatum Chriſti tui, cum eo crucifixus, commortuus, conſepultus, ac conſuſcitatus ſit in adoptionem, quæ in eo fit, ut mortuus quidem ſit peccato, vivat autem juſtitiæ. Poſtquam vero baptizaverit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ungat unguento chriſmatis inquiens·

[a] S. Baſilius eodem cap. 27 lib. de Spiritu ſancto.

B C D

Περὶ τοῦ μυστικοῦ μύρου ἁγιασία.

ΚΕΦΑ'Λ. με.

eorum furorem mitiges. Adhuc obsecramus
te pro catechumenis ecclesiæ, & pro iis qui
vexantur ab alieno spiritu, & pro iis qui
sunt in pœnitentia: ut catechumenos in fide
perficias, energumenos expulso actu mali
dæmonis repurges: pœnitentes recipias, &
delicta tum eis, tum nobis nostra remittas.
Adhuc offerimus tibi pro temperatione ae-
ris & frugum ubertate, ut bonis tuis sine
penuria fruentes, sine intermissione laude-
mus eum, qui dat pastum omnibus ani-
mantibus. Obsecramus te quoque pro iis
qui sunt absentes, qui scilicet habent absen-
tiæ suæ causam probabilem: ut nos om-
nes in pietate conserves & congreges in re-
gno Christi tui, qui est omnis naturæ, quæ
sub sensum cadit, & quæ sub intelligentiam,
Deus & rex noster; congreges, inquam,
immutabiles, extra querelam, & crimen:
quoniam tibi omnis gloria, veneratio, &
gratiarum actio, honor & adoratio Patri,
& Filio, & Spiritui sancto, & nunc, &
semper, & in infinita, & sempiterna sæcula
sæculorum. Et omnis populus respondeat,
Amen. Et dicat episcopus, Pax Dei sit cum
omnibus vobis. Et cunctus populus respon-
deat, Et cum spiritu tuo. Ac rursus dicat
diaconus.

σε· ὑπὲρ τῆς ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων, ὅπως
ἐπιστρέψῃς αὐτοὺς εἰς ἀγαθὸν, καὶ τὸν θυμὸν αὐ-
τῶν παραίνῃς· ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν κα-
τηχουμένων τῆς ἐκκλησίας· καὶ ὑπὲρ τῶν χειμαζο-
μένων ὑπὸ τοῦ ἀλλοτρίου· καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ
ἀδελφῶν ἡμῶν· ὅπως τοὺς μὲν τελειώσῃς ἐν τῇ
πίστει· τοὺς δὲ καθαρίσῃς ἐκ τῆς ἐνεργείας τοῦ
πονηροῦ· τῶν δὲ τὴν μετάνοιαν προσδέξῃ καὶ συγ-
χωρήσῃς καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν τὰ παραπτώματα ἡ-
μῶν· ἔτι προσφέρομέν σοι καὶ ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας
τοῦ ἀέρος καὶ τῆς εὐφορίας τῶν καρπῶν, ὅπως ἀνε-
λλειπῶς μεταλαμβάνοντες τῶν παρά σε ἀγαθῶν,
αἰνῶμέν σε ἀπαύστως τὸν διδόντα τροφὴν πάσῃ σαρ-
κί· ἔτι παρακαλοῦμέν σε καὶ ὑπὲρ τῶν δι' εὔλο-
γον αἰτίαν ἀπόντων· ὅπως ἅπαντας ἡμᾶς διατηρήσας ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἐπισυναγάγῃς ἐν τῇ
βασιλείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ Θεοῦ πάσης αἰσθη-
τῆς καὶ νοητῆς φύσεως, τοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀ-
ῤῥέπτους· ἀμέμπτους· ἀνεγκλήτους· ὅτι σοι πᾶ-
σα δόξα, σέβας καὶ εὐχαριστία, τιμὴ καὶ προσ-
κύνησις τῷ πατρὶ, καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύ-
ματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς ἀνελλειπεῖς καὶ ἀπε-
ράντους αἰῶνας τῶν αἰώνων· καὶ πᾶς ὁ λαὸς λε-
γέτω· ἀμήν· καὶ ὁ ἐπίσκοπος εἰπάτω· ἡ εἰρή-
νη τοῦ Θεοῦ εἴη μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ πᾶς ὁ
λαὸς λεγέτω· καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου· καὶ ὁ διά-
κονος κηρυσσέτω πάλιν.

Denunciatio obsecrationis pro fidelibus post oblationem hostiæ.

CAPUT XIII.

ETIAM atque etiam deprecemur Deum per Christum ejus pro munere obla-
to domino Deo: ut Deus qui bonus est,
suscipiat illud per mediatorem Christum
in cœleste suum altare in odorem suavita-
tis; item pro hac ecclesia, & populo;
item pro omni episcopatu, pro cunctis pres-
byteris, & pro omni ministerio cum Chri-
sto, & pro famulatu totius cœtus ecclesiæ:
ut universos conservet, ac custodiat domi-
nus; pro regibus, & iis qui in sublimita-
te sunt, ut sit illis nobiscum pax: ut quie-
tam & tranquillam vitam degentes, in om-
ni pietate & honestate vivamus. Memore-
mus martyres sanctos, ut mereamur certa-
minis eorum participes fieri. Precemur quo-
que pro iis qui fide requieverunt: item pro
cœli temperatione, & maturitate frugum.
Precemur etiam pro recenter baptizatis, ut
omnes in fide stabiliantur, cuncti se mutuo
hortentur; suscita nos Deus in gratia tua;
& suscitati per Christum ipsum commende-
mus nos Deo. Et dicat episcopus, Magne,
ac magni nominis, qui es consilio magnus,
& factis fortis, Deus, & pater sancti filii
tui Jesu Salvatoris nostri, respice nos, &
& hunc gregem tuum, quem per ipsum ele-
gisti ad gloriam nominis tui; & sanctificans
corpus, & animam nostram, præsta ut puri
ab omni inquinamento carnis & spiritus,
proposita bona adipiscamur, neminemque no-
strum indignum judices; immo sis adjutor no-
ster, opitulator, defensor per Christum tuum,
cum quo tibi gloria, honor, laus, cele-

Προσφώνησις ἐπὶ τῶν πιστῶν μετὰ τὴν θείαν
ἀναφοράν.

ΚΕΦΑΛ. ιγ'.

ΕΤι καὶ ἔτι δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ
αὐτοῦ, ὑπὲρ τοῦ δῶρα τοῦ προσκομισθέντος τυ-
χεῖν τῷ Θεῷ δεκθῶμεν· ὅπως ὁ ἀγαθὸς Θεὸς προσ-
δέξηται αὐτὸ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ
ἐπουράνιον αὐτοῦ θυσιαστήριον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας·
ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ταύτης καὶ τοῦ λαοῦ δεηθῶμεν·
ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς, παντὸς πρεσβυτερίου, πά-
σης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας, παν-
τὸς τοῦ πληρώματος τῆς ἐκκλησίας δεηθῶμεν· ὅ-
πως ὁ κύριος πάντας διατηρήσῃ καὶ διαφυλαξῇ· ὑ-
πὲρ βασιλέων καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ δεηθῶμεν· ἵνα
εἰρηνεύωσι τὰ πρὸς ἡμᾶς· ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύ-
χιον βίον ἔχοντες διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ
σεμνότητι· τῶν ἁγίων μαρτύρων μνημονεύσωμεν,
ὅπως κοινωνοὶ γενέσθαι τῆς ἀθλήσεως αὐτῶν κα-
τιξιωθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν πίστει ἀναπαυσαμένων
δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῆς εὐκρασίας τῶν ἀέρων καὶ τε-
λεσφορίας τῶν καρπῶν δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν νεω-
φωτίστων δεηθῶμεν· ὅπως βεβαιωθῶσιν ἐν τῇ πί-
στει· πάντες ὑπ' ἄλλων παρακαλέσθωσαν· ἀνάστησον
ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τῇ χάριτί σου· ἀνασάντες ἑαυτοὺς
τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα· καὶ ὁ
ἐπίσκοπος λεγέτω· ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ μεγαλώ-
νυμος· ὁ μέγας τῇ βουλῇ, καὶ κραταιὸς τοῖς ἔρ-
γοις· ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ ἁγίου παιδός σου Ἰησοῦ
τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἐπίβλεψον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸ
ποίμνιόν σου τοῦτο· ὃ δέ αὐτοῦ ἐξελέξω εἰς δόξαν
τοῦ ὀνόματός σου· καὶ ἁγίασον ἡμῶν τὸ σῶμα, καὶ τὴν
ψυχὴν καταξίωσον καθαρὰς ἡγιασμένας ἀπὸ παντὸς

μο-

μολυσμῦ σαρκὸς κ᾽ πνεύματος τυχεῖν τῶν προκειμένων ἀγαθῶν· ℭ μηδεία ἡμῶν ἀνάξιον κρίνης, ἀλλὰ βοηθὸς ἡμῶν γβυῦ· ἀντιλήπτωρ· ὑπερασπιστὴς διὰ τῦ Χριτῦσυ· μεθ᾽ ὧν σοι δόξα· τιμὴ· αἶνος· δοξολογία· εὐχαριστία κ᾽ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τὰς αἰῶνας· κ᾽ μ᾽ τὸ πάντας εἰπεῖν, ἀμήν· ὁ διάκονος λεγέτω· προσχωμεν· ℭ ὁ ἐπίσκοπος προσφωνησάτω τῷ λαῷ ὅτω· τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις· ℭ ὁλαὸς ὑπακέετω· εἷς ἅγιος, εἷς κύριος· εἷς Ἰησῦς Χριτὸς εἰς δόξαν Θεῦ παβὸς εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας· ἀμήν· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, κ᾽ ἐπὶ γῆς εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου Θεὸς, κύριος, κ᾽ ἐπέφανεν ἡμῖν· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· κ᾽ μ᾽ τῦτο μεταλαμβανέτω ὁ ἐπίσκοπος· ἔπειτα οἱ πρεσβύτεροι, κ᾽ οἱ διάκονοι, κ᾽ ὑποδιάκονοι, κ᾽ οἱ ἀναγνῶται, κ᾽ οἱ ψάλται, κ᾽ οἱ ἀσκηταὶ κ᾽ ἐν ταῖς γυναιξὶν αἱ διακόνισαι, κ᾽ αἱ παρθένοι, κ᾽ αἱ χῆραι· εἶτα τὰ παιδία, κ᾽ τότε πᾶς ὁλαὸς κατὰ τάξιν μ᾽ αἰδῦς κ᾽ εὐλαβείας ἄνευ θορύβυ· κ᾽ ὁ μὲν ἐπίσκοπος, διδότω τινὶ προσφορὰν λέγων· σῶμα Χριτῦ· κ᾽ ὁ δεχόμενος λεγέτω· ἀμήν· ὁ δὲ διάκονος κατεχέτω τὸ ποτήριον, κ᾽ ἐπιδιδῦς λεγέτω· αἷμα Χριτῦ ποτήριον ζωῆς· κ᾽ ὁ πίνων λεγέτω· ἀμήν· ψαλμὸς δὲ λεγέσθω ἑξακοσιοστὸς τρίτος ἐν τῷ μεταλαμβάνειν πάντας τὸς λοιπές· κ᾽ ὅταν πάντες μεταλάβωσι κ᾽ πᾶσαι, λαβόντες οἱ διάκονοι τὰ περισσεύσαντα εἰσφερέτωσαν εἰς τὰ πασοφόρια· κ᾽ ὁ διάκονος λεγέτω, παυσαμένυ τῦ ψάλλοντος.

A bratio, gratiarum actio, & Spiritui ſancto in ſæcula, Amen. Et poſtquam omnes reſponderint, Amen; diaconus dicat, Attendamus; & epiſcopus edicat populo in hunc modum, Sancta ſanctis. Et populus ſubaudiat, Unus ſanctus, unus Dominus, unus Chriſtus in gloriam Dei patris benedictus in ſæcula, Amen. *Gloria in altiſſimis Deo; & in terra pax: in hominibus bona voluntas: Oſanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus, dominus, & apparuit nobis: Oſanna in altiſſimis.* Et poſtea ſumat epiſcopus, deinde presbyteri, & diaconi, & hypodiaconi, & lectores, & cantores, & aſcetici, & ex fœminis diaconiſſæ, ac virgines, & viduæ: poſtea pueri, & deinde cunctus populus ordine, cum pudore & reverentia, ſine tumultu & ſtrepitu. Atque epiſcopus quidem tribuat oblationem dicens, *Corpus Chriſti:* & qui accipit dicat, *Amen.* Diaconus vero retineat calicem; & tribuens aliis, dicat, *Sanguis Chriſti calix vitæ:* & qui bibit, dicat, *Amen.* Recitetur vero pſalmus trigeſimus tertius, dum cæteri omnes communicant. Et poſt communionem omnium tum virorum, tum mulierum, ſumant diaconi reliquias, & inferant in tabernaculum, & diaconus, poſtquam finem fecerit qui pſallit, dicat:

Luc. 2. Matth. 21. Marci 11. Joan. 12. Pſal. 117.

Denunciatio obſecrationis & gratiarum actionis poſt communionem.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'.

ΜΕταλαβόντες τῦ τιμίυ σώματος κ᾽ τῦ τιμίυ αἵματος τῦ Χριτῦ εὐχαριτήσωμεν τῷ καταξιώσαντι ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων αὐτῦ μυτηρίων, κ᾽ παρακαλέσωμεν, μὴ εἰς κρίμα, ἀλλ᾽ εἰς σωτηρίαν ἡμῖν γένεσθαι, εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς κ᾽ σώματος, εἰς φυλακὴν εὐτεβείας, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν τῦ μέλλοντος αἰῶνος· ἐγειρώμεθα ἐν χάριτι Χριτῦ, ἑαυτὸς τῷ Θεῷ τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ, κ᾽ τῷ Χριτῷ αὐτῦ παραθώμεθα· κ᾽ ὁ ἐπίσκοπος εὐχαριτείτω.

QUI pretioſum corpus, & pretioſum ſanguinem Chriſti participavimus, agamus gratias, quia dignatus eſt nos communione ſanctorum ſuorum myſteriorum; & obſecremus, ut non fiat nobis in judicium, ſed in ſalutem, in utilitatem animæ, & corporis, in cuſtodiam pietatis, in remiſſionem peccatorum, in vitam ſæculi futuri. Surgamus in gratia Chriſti; & noſipſi Deo ſoli, ingenito Deo, & Chriſto ejus commendemus: & epiſcopus agit gratias.

Imploratio poſt communionem.

ΚΕΦΑΛ. ιέ.

ΔΕσποτα ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τῦ Χριτῦ συ τῦ εὐλογητῦ παιδὸς, ὁ τῶν μετ᾽ εὐτάτυτος ἐπικαλυμένων σε ἐπήκοος, ὁ κ᾽ τῶν σιωπώντων ἐπιστάμενος τὰς ἐντεύξεις, εὐχαριτῦμέν σοι, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων συ μυτηρίων, ἃ παρέχυ ἡμῖν εἰς πληροφορίαν τῶν καλῶς ἐγνωσμένων· εἰς φυλακὴν τῆς εὐτεβείας, εἰς ἄφεσιν πλημμεληματων· ὅτι τὸ ὄνομα τῦ Χριτῦ συ ἐπικέκληται ἐφ᾽ ἡμᾶς, ℭ σοὶ προσωκειώμεθα· ὁ χωρίσας ἡμᾶς τῆς τῶν ἀτεβῶν κοινωνίας, σῶσον ἡμᾶς μ᾽ τῶν καθωσιωμένων σοι· τήρισον ἡμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ τῦ ἁγίυ πνεύματος ἐπιφοιτήσει· τὰ ἀγνοήματα ἀποκάλυψον· τὰ λείποντα προσαναπλήρωσον· τὰ ἐγνωσμένα κράτυνον· τὸς ἱερεῖς ἡμῶν διαφύλαξον ἐν τῇ λατρείᾳ συ· τὸς βατιλεῖς διατήρησον ἐν εἰρήνῃ· τὸς ἄρχοντας ἐν δικαιοσύνῃ· τὸυς

DOmine Deus omnipotens, pater Chriſti tui, benedicti filii, qui exaudis eos qui te recto corde implorant, qui poſtulationes tacentium noſti, gratias agimus tibi, quod nos dignatus es participatione ſanctorum tuorum myſteriorum, quæ nobis præbuiſti, ut in iis, quæ bene nobis cognita ſunt, plenitudinem fidei habeamus; & ad cuſtodiam pietatis, & ad veniam peccatorum valeant: quoniam nomen Chriſti tui invocatum eſt ſuper nos; & in familiaritatem tuam recepti ſumus. Qui ſeparaſti nos a communione impiorum, conjunge nos cum iis, qui tibi conſecrati ſunt. Firma nos in virtute per Spiritus ſancti adventum, pateſac nobis, quæ ignoramus, & quæ deficiunt, ſupple. Quæ cognita habemus, fac firma, conſerva ſacerdotes extra omne vitium & maculam in cultu tuo. Reges cuſtodi in pace;

magiſtratus in iuſtitia: aerem in temperatione commoda: fructus in ubertate: mundum in providentia omnipotenti: Bellicoſas nationes manſuefac: Aberrantes in viam reduc: Populum tuum ſanctifica: virgines conſerva: Matrimonio junctos cuſtodi in fide: caſtos robora: infantes fac creſcere: novos Chriſtianos firma: catechumenos erudi, & fac ut exiſtant digni baptiſmo: Noſque omnes congrega in regno cœlorum, in Chriſto Jeſu domino noſtro: cum quo tibi gloria, honor, cultus, & ſancto Spiritui in ſæcula, Amen. Et dicat diaconus: Deo per Chriſtum ipſius inclinate, &, Accipite benedictionem, & epiſcopus precetur dicens: Deus omnipotens, qui verax es, & cum quo nihil conferri poteſt, qui in omni loco ades & omnibus præſens es, qui in nulla re exiſtis, tanquam res aliqua quæ contineatur, qui non es circumſcriptus locis, non ſeneſcens temporibus, non terminatus ſæculis, qui verbis non ſeduceris, non es ortui ſubjectus, neque cuſtodia indiges, qui non potes capere interitum neque mutationem, qui es natura immutabilis, qui lucem habitas inacceſſibilem, qui es natura inſpectabilis, qui cognoſci potes ab omnibus naturis ratione utentibus, quæ te benevole quærunt; quem intelligunt, qui in benevolentia inquirunt, Deus Iſrael vere videntis, populi, inquam, tui in Chriſtum credentis ſis clemens: & exaudi me per nomen tuum: & benedic iis qui tibi cervices ſuas inclinarunt: & da eis quæ eorum corda petunt, quæ eis conducunt: & neminem eorum ex regno tuo ejicias, ſed potius ſanctifica eos, cuſtodi, protege, opitulare, eripe ab alieno ſpiritu, & ab omni inimico: domos eorum defende; eorum introitus, & exitus tuos ſerva: quoniam tibi gloria, laus, magnificentia, veneratio, adoratio, & filio tuo Chriſto domino noſtro, & Deo, ac regi, ac ſancto ſpiritui, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorem, Amen. Et diaconus dicat, *Ite in pace*. Hæc de myſtico cultu nos apoſtoli vobis epiſcopis, & presbyteris, ac diaconis conſtituimus:

A ἀέρας ἐν ἀκρασίᾳ· τὰς καρπὰς ἐν ἀφορίᾳ· τὸν κόσμον ἐν παναλκεῖ προνοίᾳ· τὰ ἔθνη τὰ πολεμικὰ πρᾶον· τὰ πεπλανημένα ἐπίστρεψον· τὸν λαόν σε ἁγίασον· τὰς ἐν παρθενίᾳ διατήρησον· τὰς ἐν γάμῳ διαφύλαξον ἐν πίστει· τὰς ἐν ἁγνείᾳ ἐνδυνάμωσον· τὰ νήπια ἄδρυνον· τὰς νεοτελεῖς βεβαίωσον· τὰς ἐν κατηχήσει παίδευσον· καὶ τῆς μυήσεως ἀξίους ἀνάδειξον· καὶ πάντας ἡμᾶς ἐπισωάγαγε εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν· καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ κλίναπε τὰς αὐχένας ὑμῶν· καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω λέγων· ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ B ἀληθινὸς καὶ ἀσύγκριτος, ὁ παντιχοῦ ὢν καὶ τοῖς πᾶσι παρὼν, καὶ οὐδενὶ ὡς οὐδενὶ ὑπάρχων, ὁ τόποις μὴ περιγραφόμενος, ὁ χρόνοις μὴ παλαιούμενος, ὁ αἰῶσι μὴ περατούμενος, ὁ λόγοις μὴ παραγόμενος, ὁ γενέσει μὴ ὑποκείμενος, ὁ φυλακῆς μὴ δεόμενος, ὁ φθορᾶς ἀνώτερος, ὁ ἕξεως ἀνεπίδεκτος, ὁ φύσει ἀναλλοίωτος, ὁ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, ὁ τῇ φύσει ἀόρατος, ὁ γνωστὸς πάσαις ταῖς μετ' ἐννοίας ἐκζητούσαις σε λογικαῖς φύσεσιν, ὁ καταλαμβανόμενος ὑπὸ τῶν ἐν ἐννοίᾳ ἐπιζητούντων σε, ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ τοῦ ἀληθινῶς ὁρῶντος τὸ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντος λαόν σου, ἐμβυθὴς γενόμενος ἐπάκουσόν μου διὰ τὸ ὄνομά σου, καὶ εὐλόγησον τοῦ σοι κεκλικότας τὰς ἑαυτῶν αὐχένας· καὶ C δὸς αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν τὰ ἐπὶ συμφέροντι· καὶ μηδένα αὐτῶν ἀπόβλητον ποιήσῃς ἐκ τῆς βασιλείας σου· ἀλλὰ ἁγίασον αὐτούς· φρούρησον· σκέπασον· ἀντιλαβοῦ· ῥῦσαι τοῦ ἀλλοτρίου· καὶ παντὸς ἐχθροῦ, τοὺς οἴκους αὐτῶν φύλαξον· τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους φρούρησον· ὅτι σοι δόξα· αἶνος· μεγαλοπρέπεια· σέβας· προσκύνησις· καὶ τῷ σῷ παιδὶ Ἰησοῦ τῷ Χριστῷ σου τῷ κυρίῳ ἡμῶν καὶ Θεῷ καὶ βασιλεῖ· ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν· καὶ ὁ διάκονος ἐρεῖ· ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ· τύπτει περὶ τῆς μυστικῆς λατρείας διατασόμεθα ἡμεῖς οἱ ἀπόστολοι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ D τοῖς διακόνοις.

De ordinatione presbyterorum conſtitutio Joannis.

CAPUT XVI.

DE ordinatione presbyterorum ego dilectus a Domino conſtituo vobis epiſcopis: Cum presbyterum ordinas, epiſcope, impone ipſe manum capiti presbyteri, aſtantibus tibi presbyteris & diaconis, & faciendo precationem, dic: domine omnipotens Deus noſter, qui cuncta per Chriſtum condidiſti, & univerſa per ipſum providentia tua ut cuique naturæ convenit, curas: qui enim poteſt varia efficere, hic etiam poteſt variis modis providere: nam immortalibus quidem ſola conſervatione proſpicis, mortalibus vero ſucceſſione; animæ, cura & ſtudio legum; corpori, expletione indigentiæ: ipſe igitur & nunc reſpice eccleſiam tuam ſanctam, & auge eam, & multiplica eos qui in ea præſunt: & da virtutem, ut verbo, & opere ad ædifica-

Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων διάταξις Ἰωάννου τοῦ φιλουμένου ὑπὸ κυρίου.

ΚΕΦΑΛ. ιε'.

ΠΕρὶ δὲ χειροτονίας πρεσβυτέρων ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ κυρίου διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις· πρεσβύτερον χειροτονῶν ὦ ἐπίσκοπε· τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιτίθει αὐτὸς τοῦ πρεσβυτερίου παρεστῶτός σοι καὶ τῆς διακόνου· καὶ δεόμενος λέγε, κύριε παντοκράτωρ ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ διὰ E Χριστοῦ τὰ πάντα δημιουργήσας, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν ὅλων προνοῶν κατιλλήλως· ᾧ γὰρ δυνάμις διάφορα ποιῆσαι, τούτῳ δυνάμις καὶ διαφόρως προνοῆσαι· διὰ γὰρ τοῦτο ὁ Θεὸς προνοεῖς τὴν μὲν ἀθανάτων φυλακὴ μόνη· τὴν δὲ θνητὴν διαδοχὴ· τῆς ψυχῆς, φροντίδι νόμων· τοῦ σώματος, ἀναπληρώσει τῆς ἐνδείας· αὐτὸς ἔν καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν καὶ αὔξησον αὐτήν· καὶ πλήθυνον τοὺς ἐν αὐτῇ προεστῶτας· καὶ δὸς δυνάμιν

πρὸς

πρὸς τὸ κοπιᾶν αὐτὸς λόγῳ & ἔργῳ εἰς οἰκοδομὴν A
τῆ λαῆ σε· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σε τοῦτον τὸν ψήφῳ καὶ κρίσει τῆ κλήρε παντὸς εἰς πρεσβυτέριον ἐπιδοθέντα· καὶ ἔμπλησον αὐτὸν πνεύμα χάριτος καὶ συμβελίας τῆ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κυβερνᾶν τὸν λαόν σε ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ὃν τρόπον ἐπίδες ἐπὶ λαὸν ἐκλογῆς σε καὶ προσέταξας Μωϋσεῖ αἱρεῖσθαι πρεσβυτέρες ὃς ἔπλησας πνεύματος· καὶ νῦν κύριε παράσχε ἀνελλιπὲς τηρῶν ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τῆς χάριτός σε· ὅπως πληθεὶς ἐνεργημάτων ἰατικῶν καὶ λόγε διδακτικῆ ἐν πραότητι παιδεύῃ σε τὸν λαόν. καὶ δεκλίνῃ σοι εἰλικρινῶς ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ καὶ ψυχῆ θελούσῃ· καὶ τὰς ὑπὲρ τῆ λαῆ ἱερουργίας ἀμώμως ἐκτελῇ διὰ τῆ Χριστῆ σε· μεθ' ὃσοι δό- B
ξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τὲς αἰῶνας, ἀμήν.

tionem populi tui laborent: ipse etiam nunc respice hunc famulum tuum suffragio & judicio totius cleri ordini presbyterorum ascriptum, impleque eum spiritu gratiæ, & consiliis ad opitulandum populo tuo, ad eumque corde mundo gubernandum: sicut respexisti populum tuum electum, & sicut Moysi seniores eligere jussisti, quos spiritu implevisti. Et nunc, domine, præsta servans in nobis spiritum gratiæ tuæ non deficientem, ut plenus operationibus ad sanandum aptis, & sermone ad ducendum idoneo, populum tuum mansuete erudiat, & serviat tibi sincere, ac mente pura, & anima volente; ac pro populo tuo sacra rite sine vitio operetur per Christum tuum: cum quo tibi gloria, honor, cultus, & sancto Spiritui in sæcula, Amen.

Περὶ χειροτονίας διακόνων τῆ Φιλίππε διάταξις.

De ordinatione diaconorum constitutio Philippi.

ΚΕΦΑΛ. ιζ'.

CAPUT XVII.

ΠΕρὶ δὲ χειροτονίας διακόνων ἐγὼ Φίλιππος διατάσσομαι· διάκονον καταστήσεις ὃν ἐπίσκοπε ἐπιθεὶς αὐτῷ τὰς χεῖρας· παρεστῶτός σοι παντὸς τοῦ πρεσβυτερίε καὶ τῆ διακόνων, καὶ ἐπιλέξαμένος ἐρεῖς.

DE ordinatione vero diaconorum ego Philippus constituo, ut diaconum ordines, episcope, imponendo ei manus præsentibus omnibus presbyteris, & diaconis; & precando eis dices:

Ἐπίκλησις χειροτονίας διακόνε. C

Imploratio in ordinatione diaconi.

ΚΕΦΑΛ. ιή.

CAPUT XVIII.

Ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδὴς, ὁ πλετῆς εἰς πάντας τὲς ἐπικαλεμβύας σε ἐν ἀληθείᾳ, ὁ φοβερὸς ἐν βελαῖς, ὁ σοφὸς διανοίᾳ, ὁ κρατεὸς καὶ μέγας, εἰσάκεσον προσεχῆς ἡμῶν κύριε, καὶ ἐνώτισαι τινὶ δέησιν ἡμῶν, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σε τόνδε τὸν προχειριζόμενόν σοι εἰς διακονίαν· καὶ πλῆσον αὐτὸν πνεύματος ἁγίε καὶ δυνάμεως· ὡς ἔπλησας Στέφανον τὸν μάρτυρα καὶ μιμητὴν τῆ παθημάτων τῆ Χριστῆ σε· καὶ καταξίωσον αὐτὸν ἀπαρέσως λειτουργήσαντα τινὶ ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ διακονίαν ἀβέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, μείζονος ἀξιωθῆναι βαθμῆ διὰ τῆς μεσιτείας τῆ μονογενῆς σε υἱῆ· μεθ' ὃσοι δόξα τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τὲς αἰῶνας, ἀμήν.

DEus omnipotens, qui verax es, qui non mentiris, qui dives omnibus qui te invocant in veritate; qui pertimescendus in consiliis, qui sapiens cogitatione, qui validus & magnus: exaudi orationem nostram, & auribus percipe preces nostras, domine, & ostende faciem tuam super hunc servum tuum electum tibi ad ministerium; & imple eum Spiritu sancto, & virtute, sicut implevisti Stephanum protomartyrem, & *Act. 6.* imitatorem passionis Christi tui, & con- D
cede ei, ut ministerio sibi commisso, ad voluntatem tuam constanter, extra querelam, & crimen administrato, majore deinceps gradu dignus habeatur per mediatorem Christum tuum eundemque unigenitum filium, cum quo tibi gloria, honor, & veneratio, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Περὶ διακονίσσης Βαρθολομαίε διάταξις.

De diaconissa constitutio Bartholomæi.

ΚΕΦΑΛ. ιθ'.

CAPUT XIX.

ΠΕρὶ δὲ διακονίσσης Βαρθολομαῖος διατάσσομαι· ὃν ἐπίσκοπε ἐπιθήσεις αὐτῆ τὰς χεῖρας, παρεστῶτος τῆ πρεσβυτερίε καὶ τῆ διακόνων καὶ τῆ διακονισσῶν, καὶ ἐρεῖς.

DE diaconissa vero ego Bartholomæus constituo, ut manus ei, episcope, impo- E
nas præsentibus presbyteris, & diaconis, ac diaconissis. Et dices.

Im-

Imploratio in ordinatione diaconiſſæ.

CAPUT XX.

DEus æterne, pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui viri, & mulieris auctor es, qui Mariam, Deboram, Annam, & Oldam Spiritu ſancto impleviſti; qui non duxiſti indignum, ut filius tuus unigenitus ex muliere naſceretur, qui in tabernaculo teſtimonii, & in templo cuſtodes fœminas januis tuis ſanctis præfeciſti: ipſe etiam nunc reſpice hanc ancillam electam ad miniſterium; & da ei Spiritum ſanctum: & mundam effice ab omni inquinatione carnis, & ſpiritus, ut opus ſibi impoſitum digne perficiat ad gloriam tuam, & laudem Chriſti tui. Cum quo tibi gloria, & adoratio, & ſancto ſpiritui in ſæcula, Amen.

De hypodiaconis conſtitutio Thomæ.

CAPUT XXI.

DE hypodiaconis vero ego Thomas conſtituo epiſcopis, ut cum hypodiaconum ordinas, epiſcope, imponas ei manus, & dicas: Domine Deus effector cœli & terræ & omnium, quæ cœlo terraque continentur, qui in tabernaculo teſtimonii ædituos feciſti ſanctorum vaſorum tuorum cuſtodes, & ipſe nunc reſpice hunc famulum tuum, qui ad miniſterium hypodiaconi electus eſt: & tribue ei Spiritum ſanctum; ut vaſa ad miniſtrandum tibi facta digne attrectet, pareatque voluntati tuæ ſemper per Chriſtum, cum quo tibi gloria, honor, & cultus ac ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

De lectoribus conſtitutio Matthæi.

CAPUT XXII.

DE lectoribus vero ego Matthæus Levi, qui antea fui publicanus, conſtituo, ut lectorem eligas, cui manu impoſita, & preces Deo adhibens dicas: Deus æterne, multus in miſericordia, & miſerationibus, qui mundi fabricam per ea, quæ fiunt, patefeciſti, & qui numerum electorum tuorum conſervas: & ipſe nunc reſpice hunc famulum tuum, cui ſcripturæ tuæ ſanctæ ad legendum eas populo tuo committuntur; da ei Spiritum ſanctum, ſpiritum propheticum. Qui Eſdram famulum tuum ſapientem feciſti ad recitandum leges tuas tuo populo, & nunc obſecratus a nobis trade ſervo tuo ſapientiam: & da ei, ut opus ſibi injunctum recte perficiendo, dignus appareat majore gradu per Chriſtum: Cum quo tibi gloria, & veneratio, ac ſancto Spiritui in ſæcula, Amen.

Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης.

ΚΕΦΑΛ. κ'.

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργός, ὁ πληρώσας πνεύματος Μαριὰμ, καὶ Δεβόρραν, καὶ Ἄνναν, καὶ Ὀλδὰν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν γενηθῆναι ἐκ γυναικός· ὁ καὶ ἐν τῇ σκιωῇ τῆς μαρτυρίας καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουρὰς τῇ ἁγίᾳ σου πύλῃ, αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τὴνδε τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν· καὶ δὸς αὐτῇ πνεῦμα ἅγιον· καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον εἰς δόξαν σὴν καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Περὶ ὑποδιακόνων διάταξις τοῦ Θωμᾶ.

ΚΕΦΑΛ. κά.

Περὶ δὲ ὑποδιακόνων ἐγὼ Θωμᾶς διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις· ὑποδιάκονον χειροτονῶν ὦ ἐπίσκοπε ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῷ τὰς χεῖρας καὶ ἐρεῖς· δέσποτα Θεὲ, ἐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὲ καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκιωῇ τοῦ μαρτυρίου τοὺς νεωκόρους ἀναδείξας τῶν ἁγίων σου σκευῶν φύλακας, αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε τὸν προχειριζόμενον ὑποδιάκονον· καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐφάπτεσθαι τῆς λειτουργικῶν σου σκευῶν, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Περὶ ἀναγνωστῶν τοῦ Ματθαίου διάταξις.

ΚΕΦΑΛ. κβ'.

Περὶ δὲ ἀναγνωστῶν ἐγὼ Ματθαῖος ὁ καὶ Λεβὶς ὁ ποτὲ τελώνης διατάσσομαι· ἀναγνώστην προχειρίσαι, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα· καὶ ἐπευξάμενος πρὸς τὸν Θεὸν λέγε· ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὁ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῆς ἐνεργουμένων φανεροποιήσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῆς ἐκλεκτῆς σου διαφυλάττων, αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐγχειριζόμενον τὰς ἁγίας σου γραφὰς ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ σου· καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον· πνεῦμα προφητικόν· ὁ σοφίσας Ἔσδραν τὸν θεράποντά σου ἐπὶ τὸ ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους σου τῷ λαῷ σου· καὶ νῦν παρακαλούμενος ὑφ' ἡμῶν, σόφισον τὸν δοῦλόν σου· καὶ δὸς αὐτῷ ἔργον ἀκατάγνωστον διανύσαντα τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ ἄξιον ἀναδειχθῆναι μείζονος βαθμοῦ διὰ χειρός· μεθ' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας· καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου περὶ ὁμολογητῶν διάταξις.

De confessoribus constitutio Jacobi Alphæi.

ΚΕΦΑΛ. κγ'.

CAPUT XXIII.

ΙΑκωβος δὲ ὁ Ἀλφαίου κἀγὼ διατάσσομαι περὶ ὁμολογητῶν· ὁμολογητὴς οὐ χειροτονεῖται· γνώμης γὰρ τοῦτο καὶ ὑπομονῆς· τιμῆς δὲ μεγάλης ἐπάξιος ὡς ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων· ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ ᾖ εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονεῖται· εἰ δέ τις ὁμολογητὴς μὴ χειροτονηθεὶς ἁρπάσῃ ἑαυτῷ ἀξίωμά τι τοιοῦτον ὡς διὰ τὴν ὁμολογίαν, ἔστω καθαιρείσθω· καὶ ἀποβαλλέσθω· ὁ γάρ ἐστιν· ἐπείκερ ἤρνηται τὴν Χριστοῦ διάταξιν, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

DE confessoribus autem ego Jacobus Alphæi constituo: Confessor non fit ordinatione; hoc enim voluntatis est, & tolerantiæ; magno autem honore dignus est, ut qui nomen Dei coram gentibus, & regibus confessus sit. Si autem opus eo fuerit, episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatur. Si quis vero confessor non ordinatus, aliquam hujusmodi dignitatem sibi propter confessionem vendicaverit, deponatur iste, & ejiciatur: non enim est confessor, qui constitutionem Christi negavit: estque infideli deterior.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ παρθένων.

Ejusdem constitutio de virginibus.

ΚΕΦΑΛ. κδ'.

CAPUT XXIV.

Ὁ Αὐτὸς περὶ παρθένων διατάσσομαι· παρθένος οὐ χειροτονεῖται· ἐπιταγὴν γὰρ κυρίου οὐκ ἔχομεν· γνώμης γάρ ἐστι τὸ ἔπαθλον, οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

IDem ipse Jacobus de virginibus statuo: Virgo non fit ordinatione: mandatum enim domini non habemus: certare enim pro præmio virginitatis voluntatis est, non ad criminationem conjugii, sed ad otium cultus Dei. 1. Cor. 11.

Λεββαίου τοῦ ἐπικληθέντος Θαδδαίου περὶ χηρῶν διάταξις.

Lebbæi cognomento Thaddæi constitutio de viduis.

ΚΕΦΑΛ. κε.

CAPUT XXV.

ΚΑγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος τάδε περὶ χηρῶν διατάσσομαι· χήρα οὐ χειροτονεῖται· ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλε τὸν ἄνδρα καὶ σωφρόνως καὶ ἀκατηγορήτως ἔζησε, καὶ τοῦ οἰκείου ἄρεσα ἐπεμελήθη, ὡς Ἰουδὶθ, καὶ Ἄννα αἱ σεμνότατοι, καταπιστεύεσθω εἰς τὸ χηρικόν· εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλε τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστεύεσθω· ἀλλὰ χρόνῳ νεότης κρινέσθω· τὰ γὰρ πάθη ἔοθ' ὅτε συγγηρᾷ ἀνθρώποις, εἰ μὴ ὑπὸ χρείττονος χαλινοῦ εἴργόμεθα.

ET ego Lebbæus cognomento Thaddæus hæc de viduis constituo: Vidua non ordinatur, sed si jamdiu virum amisit, & caste & laudate vixit, & domesticorum diligentem curam habuit, ut honestissimæ illæ, ac gravissimæ fœminæ Judith & Anna, cooptetur in gradum vidualem: Sin vero paulo ante maritum amisit, ne ei credatur, sed potius adolescentia tempore exploretur, aliquando enim passiones cum hominibus consenescunt, nisi fortiori fræno cohibeantur. Judith 8. Luc. 2.

Ὁ αὐτὸς περὶ ἐξορκιστοῦ.

Idem de exorcista.

ΚΕΦΑΛ. κς'.

CAPUT XXVI.

Ὁ Αὐτὸς περὶ ἐξορκιστοῦ διατάσσομαι· ἐξορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται· δύναμις γὰρ ἐκδίδοται τοῦ ἔπαθλον καὶ χάριτος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων, δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ Θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερὰς ὅσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος· ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ γένηται εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον χειροτονεῖται.

IDem de exorcista. Exorcista non fit ordinatione; certare enim pro præmio exorcistæ, liberæ voluntatis est, ac Dei gratiæ per Christum, & adventum Spiritus sancti. Siquidem qui gratiam sanitatum accepit, per revelationem declaratur a Deo, cum gratia, quæ in eo est, omnibus est manifesta. Si vero necessitas postulet, ut fiat episcopus, aut presbyter, tunc ordinatur.

A quot ordinari debeat episcopus, constitutio Simonis Cananæi.

CAPUT XXVII.

EGO Simon Cananæus constituo a quot episcopis debeat ordinari episcopus, scilicet a duobus, aut tribus episcopis: Sin vero aliquis ab uno episcopo ordinatus fuerit, tum is qui ordinatus est, tum is qui eum ordinavit, deponatur. Quod si necessitas coegerit, ab uno ordinari, quod propter persecutionem, aut aliam causſam plures adesse non possint, afferatur decretum commissionis plurium episcoporum.

Ejusdem canones de episcopis, presbyteris, diaconis, & reliquis clericis.

CAPUT XXVIII.

IDEM de canonibus: episcopus benedicit, & non benedicitur; manum imponit, ordinat, offert, benedictionem ab episcopis accipit: a presbytero autem non accipit. Deponit omnem clericum, qui dignus sit, ut deponatur, præter episcopum. Episcopus enim solus episcopum deponere non potest. Presbyter benedicit; non benedicitur. Benedictionem accipit ab episcopo, aut compresbytero: item dat compresbytero; manum imponit, sed non ordinat, neque deponit, excommunicat autem eos, quos habet infra se, si hujusmodi pœna teneantur. Diaconus non benedicit, neque dat benedictionem; accipit vero ab episcopo, & presbytero. Non baptizat, non offert; oblatione vero ab episcopo, aut presbytero facta, ipse diaconus dat populo, non tanquam sacerdos, sed tanquam qui ministrat presbyteris. Nulli ex reliquis clericis licet facere opus diaconi. Diaconissa non benedicit, neque facit aliquid eorum quæ presbyteri aut diaconi faciunt, nisi quod januas custodit, & presbyteris ministrat, cum mulieres baptizantur; idque propter decorem, & honestatem. Diaconus excommunicat hypodiaconum, lectorem, & cantorem, & diaconissam, si hoc facere opus sit absente presbytero: hypodiacono non licet excommunicare lectorem, aut cantorem, aut diaconissam, aut clericum, aut laicum: ministri enim sunt diaconorum.

De benedictione aquæ & olei constitutio Matthæi.

CAPUT XXIX.

DE aqua & oleo ego Matthæus constituo, ut benedicat episcopus aquam, aut oleum: Si vero non aderit, benedicat presbyter præsente diacono. Cum vero episcopus aderit, assistant presbyter, & diaconus. Dicat autem in hunc modum: domine sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & largitor olei, miserator, & amator hominum, qui dedisti aquam ad bibendum, & abluendum,

Σίμων ὁ Καναίτης περὶ τοῦ ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος.

ΚΕΦΑ΄Λ. κζ΄.

ΣΊμων δὲ ὁ Καναίτης κἀγὼ διατάσσομαι ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος· ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονείσθω· ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν· ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγίνεσθαι διωγμοῦ ὄντος, ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέσθω τῆς ἐπιξοωῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

Τοῦ αὐτοῦ κανόνες περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν.

ΚΕΦΑ΄Λ. κή.

Ο΄ Αὐτὸς διατάσσομαι περὶ κανόνων· ἐπίσκοπος εὐλογεῖ οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, χειροτονεῖ προσφέρει, εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει· παρὰ δὲ πρεσβυτέρων ἐδαμῶς· ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως, πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε· πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου καὶ συμπρεσβυτέρου· ὡσαύτως ἐπιδίδωσι συμπρεσβυτέρῳ, χειροτεθεῖ· οὐ χειροτονεῖ· οὐ καθαίρει· ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ ταυτὴ τιμωρίᾳ· διάκονος οὐκ εὐλογεῖ· οὐ δίδωσιν εὐλογίαν· λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· οὐ βαπτίζει· οὐ προσφέρει· τῷ δὲ ἐπισκόπῳ προσενεγκόντος ἢ τῷ πρεσβυτέρῳ, αὐτὸς ἐπιδίδωσι τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεύς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσι· τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι ἑκόντι ἐξόν· διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ· ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι, ἐπιτελεῖ· ἀλλ' ἢ πυλωρεῖν τὰς θύρας, καὶ ὑπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ εὐπρεπές· διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον· ἀναγνώστην· ψάλτην· διακόνισσαν· ἐὰν ᾖ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου· ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, ἔστε μὴν ἀναγνώστην, ἔστε ψάλτην, ἔστε διακόνισσαν, οὐ κληρικόν, οὐ λαϊκόν· ὑπηρέται γάρ εἰσι διακόνων.

Περὶ εὐλογίας ὕδατος καὶ ἐλαίου τοῦ Ματθαίου διάταξις.

ΚΕΦΑ΄Λ. κθ΄.

ΠΕρὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐγὼ Ματθαῖος διατάσσομαι· εὐλογείτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, εὐλογείτω ὁ πρεσβύτερος παρεσῶτος τοῦ διακόνου· ἐὰν δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρῇ, παρισάτω ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ διάκονος· λεγέτω δὲ ἕτως· κύριε σαβαὼθ ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, κτίσας τὸν ὑδάτων καὶ χορηγὲ τοῦ ἐλαίου, οἰκτίρμων καὶ φιλάνθρωπε, ὁ δοὺς τὸ ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν,

σιν, καὶ ἔλαιον τοῦ ἱλαρύναι, πρόσωπον εἰς ἀγαλλίαμα εὐφροσύνης, αὐτὸς καὶ νῦν διὰ Χριστοῦ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο καὶ τὸ ἔλαιον ἐπ' ὀνόματι τοῦ προσκομίσαντος, ἢ τῆς προσκομισάσης· καὶ δὸς δύναμιν ὑγείας ἐμποιητικὴν νόσων ἀπελαστικήν· δαιμόνων φυγαδευτικήν· πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικὴν διὰ Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ, καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A oleum ad exhilarandum, faciem in exultationem lætitiæ; ipse etiam nunc sanctifica per Christum hanc aquam & oleum ex nomine ejus qui obtulit, vel quæ obtulit, & tribue ei vim sanandi, & depellendi morbum, fugandi dæmones, expellendi insidias per Christum spem nostram. Cum quo tibi gloria, honor, & cultus, & sancto Spiritui in sæcula, Amen.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν.

Ejusdem de primitiis & decimis.

ΚΕΦΑ'Λ. λ'.

Ὁ Αὐτὸς περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν· ἔτι προστάσσω, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ B καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις εἰς διατροφὴν αὐτῶν· πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι εἰς διατροφὴν τῶν λοιπῶν κληρικῶν· καὶ τῶν παρθένων· καὶ τῶν χηρῶν· καὶ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων· αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶ καὶ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων διακόνων.

CAPUT XXX.

IDEM ipse de primitiis, & decimis constituo, ut omnes primitiæ offerantur episcopo, & presbyteris, ac diaconis ad eos alendos: omnis vero decima offeratur ad alendos reliquos clericos, & virgines ac viduas, & pauperes: primitiæ enim sace dotum sunt, & diaconorum qui sacerdotibus ministrant.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ περισσευμάτων.

Ejusdem de reliquiis eucharistiæ.

ΚΕΦΑΛ. λά.

Ὁ Αὐτὸς περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι, τὰς περισσεύουσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ· τῷ ἐπισκόπῳ μέρη C τέσσαρα· πρεσβυτέρῳ μέρη τρία· διακόνῳ μέρη δύο· τοῖς δὲ ἄλλοις ὑποδιακόνοις, ἢ ἀναγνώσαις, ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις μέρος ἕν· τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν· ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλεῖον.

CAPUT XXXI.

IDEM de reliquiis constituo, ut benedictiones, quæ in mysticis superant, de sententia episcopi, aut presbyterorum diaconi distribuant clero, episcopo partes quatuor, presbytero tres, diacono duas; reliquis vero hypodiaconis, aut lectoribus, aut cantoribus, aut diaconissis partem unam: pulchrum enim & gratum Deo est, ut quisque convenienter dignitati suæ & gradui honoretur: Siquidem in ecclesia compositio ordinis, non perturbatio docetur.

Κανόνες διάφοροι Παύλου τοῦ ἀποστόλου· περὶ τῶν προσιόντων τῷ βαπτίσματι, τίνας δεῖ προσδέχεσθαι, καὶ τίνας ἀποβάλλεσθαι.

Varii canones Pauli apostoli de iis qui accedunt ad baptismum, qui sint admittendi, & qui repellendi.

ΚΕΦΑ'Λ. λβ'.

Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος, τάδε διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις περὶ κανόνων· οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τῶν διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις· καὶ τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν, οὗ χάριν προσῆλθον τῷ κυριακῷ λόγῳ· οἵτε προσενεγκόντες μαρτυρείτωσαν αὐτοῖς ἀκριβόσαντες τὰ κατ' αὐτούς· ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι· καὶ ὁ βίος· καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν ἢ ἐλεύθεροι· καὶ ἐὰν πιστοῦ δοῦλος ᾖ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω· εἰ δὲ ἐθνικοῦ ἢ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ· ἵνα μὴ E βλασφημῆται ὁ λόγος· εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα, ἢ ἡ γυνὴ ἄνδρα, διδασκέσθωσαν, ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς· εἰ δ' ἄγαμοί εἰσι, μανθανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν νόμῳ· εἰ δ' ὁ δεσπότης αὐτοῦ πιστὸς ὤν, καὶ εἰδὼς ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα, ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέζω· ἐὰν δέ τις δαίμονα ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν· μὴ προσδεχέσθω δὲ εἰς κοινωνίαν πρὶν ἂν καθαρισθῇ· εἰ δὲ

CAPUT XXXII.

ET ego Paulus minimus apostolorum, hæc vobis episcopis, & presbyteris de canonibus constituo: Qui primo ad mysterium pietatis adveniunt, adducant eos diaconi ad episcopum, aut ad presbyteros: & caussas exquirant; cur ad verbum domini accesserunt: & qui adduxerunt eos, tribuant eis testimonium, excussis & examinatis diligenter iis omnibus quæ ad eos pertinent. Inquiratur in eorum mores & vitam: & utrum servi sint, an liberi. Et si fuerit servus Christiani, interrogetur dominus ejus, ac præbeat ei testimonium: si non præbeat, repellatur, quoad se probet domino: E Si vero præbeat, suscipiatur. Si fuerit famulus Ethnici, doceatur placere domino, ne evangelium infametur. Si uxorem habet, aut mulier si virum, doceantur suis maritis uxores, & suis uxoribus mariti contenti esse. Si cælibes sunt, doceantur non scortari, sed potius lege matrimonii jungi. Si autem dominus ejus Christianus est, & scit illum scortari, neque dat famulo uxorem, aut ancillæ maritum, excommunicetur. Si quis vero dæmonem habeat, doceatur pietatem:

tatem: neque admittatur ad communionem, priusquam mundetur: si tamen mors instet, admittatur. Si quis est leno, aut desinat lenonem agere, aut repellatur. Meretrix si accedat, aut desinat esse meretrix, aut repellatur: idolorum opifex si accedat, aut desistat, aut repellatur. Si quis scenicus accedat, sive vir, sive fœmina, aut auriga, aut gladiator, aut cursor stadii, aut ludorum apparator, qui munerarius dicitur, aut Olympicus, aut tibicen, aut citharedus, aut lyricen, aut saltator, aut caupo, vel cessent, vel repellantur. Si miles accesserit, doceatur, *ne cui injuriam faciat, neve calumnietur, contentus vero sit suis stipendiis*: si obtemperet, admittatur, si repugnet, repellatur. Patrator infandæ libidinis, cinædus, mente captus sive stolidus, magus, incantator, astrologus, divinus, qui magicas cantiones bestiis adhibet, voluptuarius, circulator, qui facit amuletorum alligationes, qui facit superstitiosas expiationes, augur, ex signis conjector, palpitationum interpres, qui in occursu, & congressu offensiones observat ex aspectu, ex pedibus, ex avibus, ex mustelis, ex vocibus hominum, quæ vocantur omnia ex auditionibus symbolicis, probentur spatio temporis: est enim vitiositas difficilis ad eluendum. Si igitur desierint, admittantur: sin vero non paruerint, repellantur. [a] Amica cujusquam infidelis mancipium, quæ cum eo tantum rem habuerit, admittatur; sin vero cum aliis quoque impudica fuit, repellatur. Fidelis, qui habet amicam, si ancilla est mancipium, desinat, & ducat uxorem lege conjugii: si libera est, accipiat eam in matrimonium legitimum, sin vero noluerit, repellatur. Qui sectatur mores Gentilium, aut Judaicas fabulas, mutet vitam, aut repellatur. Qui est deditus theatri spectaculis, venationibus, curriculis equestribus, certaminibus, aut desinat, aut repellatur. Cui tradenda est catechesis, sit tribus annis catechumenus. Si quis vero sit virtutis studiosus, & desiderio baptismi tenetur, admittatur: non enim tempus, sed mores judicantur. Qui docet scilicet catechumenos, etsi laicus sit, modo sit peritus in verbo, & honestis moribus, doceat: *Erunt* enim, inquit, *omnes docibiles Dei*: omnis fidelis, sive vir, sive mulier, ubi e lecto surrexerint, & laverint, priusquam facere opus aggrediantur, faciant precationem. Si vero traditur catechesis aliqua verbi Dei, sermo pietatis anteponendus est operi; Fidelis sive fœmina prospiciant famulis benevole, sicut tum antea constituimus, tum in epistolis docuimus.

Luc. 3.

[a] Id intelligendum de concubina infideli quam a baptismo repellendam monent, si pluribus fuerit obsecuta, ob infamiam scilicet ac periculum intemperantiæ etiam post baptismum periclitantis. Sic enim intelligendus locus ille ut dicemus in notis.

Psal. 54.

A θάνατος κατεπείγοι, προσδεχέσθω· εἴ τις πορνοβοσκός· ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν, ἢ ἀποβαλλέσθω· πόρνη προσιοῦσα, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω· εἰδωλοποιὸς προσιὼν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω· τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ, ἢ γυνὴ, ἢ ἡνίοχος, ἢ μονομάχος, ἢ σταδιοδρόμος, ἢ λουδεμπιστὴς, ἢ Ὀλυμπικὸς, ἢ χοραύλης, ἢ κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς, ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. Στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν· μὴ συκοφαντεῖν· ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος προσδεχέσθω· B ἀντιλέγων δὲ ἀποβαλλέσθω· ἀρρητοποιὸ· κίναιδος· βλάξ· μάγος· ἐπαοιδός· ἀστρολόγος· μάντις· θηρεπῳδός· λώπιξ· ὀχλαγωγός· περιάμματα ποιῶν· περικαθαίρων· οἰωνιστής· συμβολοδείκτης· παλμῶν ἑρμηνευτής· φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως, ἢ ποδῶν· ἢ ὀρνίθων· ἢ γαλῶν· ἢ ἐπιφωνήσεων· ἢ παρακροαμάτων συμβολικῶν, χρόνῳ δοκιμαζέσθωσαν· δυσέκνιπτος γὰρ ἡ κακία· παυσάμενοι οὖν προσδεχέσθωσαν, μὴ πειθόμενοι δὲ ἀποβαλλέσθωσαν· παλλακή τινος ἀπίστου δούλη ἐκείνῳ μόνῳ σχολάζουσα προσδεχέσθω· εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ἀσελγαίνει, ἀποβαλλέσθω· C πιστὸς ἐὰν ἔχῃ παλλακὴν, εἰ μὲν δούλην, παυσάσθω, * καὶ νόμῳ γαμείτω· εἰ δὲ ἐλευθέραν, ἐκγαμείτω αὐτὴν νόμῳ· εἰ δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω· Ἑλληνικοῖς τις ἔθεσιν ἐξακολουθῶν, ἢ Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, ἢ μετατιθέσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω· θεατρομανίᾳ εἴ τις πρόσκειται, ἢ κυνηγίοις, ἢ ἱπποδρομίοις, ἢ ἀγῶσιν, ἢ παυσάσθω. ἢ ἀποβαλλέσθω· ὁ μέλλων κατηχεῖσθαι τρία ἔτη κατηχείσθω· εἰ δὲ σπουδαῖός τις ᾖ, καὶ εὔνοιαν ἔχει περὶ τὸ πρᾶγμα, προσδεχέσθω· ὅτι οὐχ ὁ Χρόνος, ἀλλ' ὁ τρόπος κρίνεται· ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς ᾖ, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸν τρόπον D σεμνὸς, διδασκέτω· ἔσονται γὰρ πάντες διδακτοὶ Θεοῦ· πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου πρὸ τοῦ ἔργον ἐπιτελέσαι, νιψάμενοι, προσευχέσθωσαν· εἰ δέ τις λόγου κατήχησις γίνηται, προτιμησάτω τοῦ ἔργου τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας· ὁ πιστὸς, ἢ ἡ πιστὴ, τοῖς οἰκέταις εὐμενῶς προσεχέτωσαν. καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διεταξάμεθα. καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν.

Quibus diebus feriandum sit famulis.

CAPUT XXXIII.

EGO Petrus, & ego Paulus constituimus, ut servi quinque diebus opus faciant, sabbato autem, [b] & dominico die vacent in ecclesia propter doctrinam religionis; diximus enim habere quidem sabbatum rationem creationis mundi, dominicum vero resurrectionis. Tota magna hebdomada, & proxima sequenti vacent servi, quia il-

[b] Supra lib. VIII. 24.

E

Οἵας ἡμέρας δεῖ ἀργεῖν τοὺς οἰκέτας.

ΚΕΦΑΛ. λγ΄.

ΕΓὼ Πέτρος καὶ ἐγὼ Παῦλος διατασσόμεθα· ἐργαζέσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας· σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν· τὴν δὲ κυριακὴν ἀναστάσεως· τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν καὶ τὴν μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι, ὅτι ἡ μὲν πα-

θους

θυς ἐστὶν, ἡ δὲ ἀνασάσεως· καὶ χρεία διδασκαλίας. τίς ὁ παθὼν καὶ ἀνασάς· ἢ τίς ὁ συγχωρήσας. ἢ καὶ ἀνασήσας· τλὼ ἀνάληψιν ἀργεῖτωσαν ὅλα τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας· τλὼ πεντηκοστλὼ ἀργεῖτωσαν ὅλα· τλὼ παρουσίαν τὸ ἁγίου πνεύματος τλὼ δωρηθεῖσαν τοῖς πιστεύσασιν εἰς Χριστόν· τλὼ τῆς γενεθλίων ἑορτλὼ ἀργεῖτωσαν ὅλα· τὸ ἐν αὐτῇ τλὼ ἀπροσδόκητον χάριν δεδόσθαι ἀνθρώποις γεγενῆσθαι τὸν τὸ Θεὸ λόγον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρίᾳ τὸ κόσμου· τλὼ τῆς ἐπιφανίων ἑορτλὼ ἀργεῖτωσαν ὅλα· τὸ ἐν αὐτῇ ἀναδεῖξιν γεγενῆσθαι τῆς τὸ Χριστὸ θεότητος μαρτυρήσαντος αὐτῷ τὸ πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι καὶ τὸ παρακλήτου ἐν εἴδει περιστερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παρεσῶσι τὸν μαρτυρηθέντα· τὰς ἡμέρας τῆς ἀποστόλων ἀργεῖτωσαν· διδάσκαλοι γὰρ ὑμῶν εἰς Χριστὸν κατέστησαν καὶ πνεύματος ὑμᾶς ἠξίωσαν· τλὼ ἡμέραν Στεφάνου τὸ πρωτομάρτυρος ἀργεῖτωσαν καὶ τῆς λοιπῶν ἁγίων μαρτύρων τῆς προτιμησάντων Χριστὸν τῆς ἑαυτῆς ζωῆς.

Ποίας ὥρας καὶ ὅλατι ἐν τούτοις δεῖ προσεύχεσθαι.

ΚΕΦΑ΄Λ. λδ΄.

ΕΥ΄χὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου καὶ τρίτῃ ὥρᾳ, καὶ ἕκτῃ καὶ ἐννάτῃ· καὶ ἑσπέρας καὶ ἀλεκτοροφωνίας· ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες ὅτι ἐφώτισεν ὑμῖν ὁ κύριος παραγαγὼν τλὼ νύκτα· καὶ ἐπαγαγὼν τλὼ ἡμέραν· τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ κύριος. ἕκτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη· ἐννάτῃ δὲ, ὅτι πάντα κεκίνητο τὸ δεσπότου ἐσαλευμένα φέροντα τλὼ τόλμαν τῆς δυσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τὸ κυρίου τλὼ ὕβριν· ἑσπέρας δὲ, εὐχαριστοῦντες ὅτι ὑμῖν ἀνάπαυσιν ἔδωκε τῆς μεθημερινῶν κόπων τλὼ νύκτα· ἀλεκτοροφωνίας δὲ χαιρῇ, διὰ τὸ τλὼ ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας εἰς ἐργασίαν τῆς τὸ φωτὸς ἔργων. εἰ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ προελθεῖν διὰ τὰς ἀπίστους, κατ' οἶκον συνάξεις ὦ ἐπίσκοπε· ἵνα μὴ εἰσέρχηται δυσεβὴς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν· οὐ γὰρ ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον· ἐὰν δὲ ἀσεβεῖς κατέχωσι τὸν τόπον, φυκτεῖός σοι ἔσω διὰ τὸ βεβηλῶσθαι ὑπ' αὐτῆς· ὡς γὰρ οἱ ὅσιοι ἱερεῖς ἁγιάζουσιν, ἅτως οἱ ἀναγεῖς μιαίνουσιν· εἰ μήτε ἐν οἴκῳ, μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατὸν, ἕκαστος παρ' ἑαυτῷ ψαλλέτω· ἀναγινωσκέτω· προσευχέσθω· ἢ καὶ ἅμα δύο, ἢ τρεῖς· ὅπου γάρ εἰσι δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ, εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν· πιστὸς μὴ κατηχημένου μήτε κατ' οἶκον προσευχέσθω· ἁγὰρ δίκαιον τὸν μεμυημένον μὴ τὸ ἀμύητα συμπολιτεύεσθαι· δυσεβὴς μὴ αἱρετικὸς, μήτε κατ' οἶκον συμπροσευχέσθω· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος· πιστὸς ἢ πιστὴ δόλοι σκαφθέντες, ἢ ἀφισάθωσαν, ἢ ἀποβαλλέθωσαν.

Ἰακώβου τὸ ἀδελφὸ Χριστὸ διάταξις περὶ ἑσπερινοῦ.

ΚΕΦΑ΄Λ. λέ.

ΚΑ΄γὼ Ἰάκωβος ἀδελφὸς μὲν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ, δοῦλος δὲ ὡς Θεοῦ μονογενοῦς, ἐπίσκοπος δὲ ὑπ' αὐτὸ τὸ κυρίου, καὶ τῆς ἀποστόλων Ἱεροσολύ-

la passionis est, hæc resurrectionis: & opus est docere, quis ille sit qui mortuus est, & qui resurrexit, quis item ille sit qui mori permisit, & suscitavit eum a mortuis. Die [a] assumptionis vacent, quod tunc fuerit impositus finis œconomiæ Christi. In [b] pentecoste vacent propter adventum Spiritus sancti, qui datus est iis qui in Christum crediderunt. In die festo natalis vacent, quod eo die præter omnem expectationem tributa sit hominibus tanta lætitia, & Deus verbum, Dei filius ex Maria virgine ad salutem mundi natus fuerit. In die autem festo epiphaniæ vacent, quod eo die declarata sit divinitas Christi testimonio patris in baptismo, & Spiritus sancti, qui in specie columbæ ostendit astantibus eum cui tributum erat testimonium. In diebus [c] apostolorum vacent: magistri enim vestri fuerunt ad docendum vos de Christo, vobisque Spiritum sanctum dederunt. In die Stephani protomartyris item vacent, ac reliquis diebus sanctorum martyrum, qui Christum vitæ suæ antepositerunt.

a Ascensionis Christi in cœlum.
b Inepte quisquis hac voce toros 50. dies includi censuerit.
c Eos certe intelligere debet hic author, qui ante annum Christi 67. fuerant cæsi pro Christo. Errant qui de omnibus hæc verba putant accipienda.

Quibus horis, & quare in eis precandum est.

CAPUT XXXIV.

PRecationes facite mane, tertia hora, ac sexta, & nona, & vespere, atque ad galli cantum. Mane gratias agentes, quod illuminarit nos nocte sublata, & reddito die: Tertia, quod ea hora Pilatus judicium adversus dominum pronunciavit: Sexta, quod ea hora in crucem actus est: Nona, quod tum omnia mota, & tremefacta sunt domino crucifixo: quia horrerent audaciam impiorum Judæorum, & contumeliam domini ferre non possent: Vespere quod noctem dederit ad requiescendum a diurnis laboribus: Ad galli cantum, quod ea hora nunciet adventum diei ad facienda opera lucis. Quod si ad ecclesiam prodire non licuerit propter infideles, congregabis, episcope, in domo aliqua, ne ingrediatur pius in ecclesiam impiorum: non enim locus hominem sanctificat, sed homo locum. Si vero impii locum occuparint, vitandus est tibi, quod sit ab eis pollutus: ut enim sacerdotes sancti sanctificant, sic impuri fœdant. Quod si neque in domo, neque in ecclesia congregari poterunt, psallat sibi unusquisque, canat, oret, saltem duo simul, aut tres: *ubi enim fuerint*, iniquit dominus, *duo, aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Fidelis ne in domo quidem precetur cum catechumeno: non enim æquum est, ut baptizatus cum non baptizato pariter inquinetur, pius cum hæretico; neque in domo quidem precationem faciat, *quæ enim societas luci* [d] *cum tenebris?* Fidelis vir, aut fœmina servi copulati, vel separentur, vel ejiciantur.

Matth. 18.

2. *Cor.* 6.
d ad tenebras

Jacobi fratris domini constitutio de vespertina oratione.

CAPUT XXXV.

ET ego Jacobus frater quidem Christi secundum carnem, servus vero ejus ut Dei unigeniti, episcopus vero Hierosolymita-

nus ab ipso Christo, & ab apostolis ordinatus A hæc dico: Congregabis, episcope, ecclesiam ad vesperam, & post recitatum psalmum vespertinum edicat diaconus, quæ precaturi sunt pro catechumenis, energumenis, baptizatis, & pro pœnitentibus, ut antea diximus. Postquam vero dimissi fuerint, dicat diaconus: Omnes fideles oremus dominum: & postquam edixerit illa quæ in primis precibus, dicet tunc;

Denunciatio obsecrationis nocturnæ post incensa lumina.

CAPUT XXXVI.

SAlva, & suscita nos, Deus, per Christum B tuum, surgentes imploremus misericordias domini, & miserationes ejus, angelum pacis præsidem, quæ honesta & utilia sunt, finire vitam Christiane, vesperam, & noctem quietam, & a peccatis vacuam, & universum vitæ nostræ tempus a crimine liberum: ac nosipsi, & alios vicissim Deo per Christum ejus commendemus, & episcopus precationem faciens dicat:

Nocturna gratiarum actio post incensa lumina.

CAPUT XXXVII.

C DEus sine origine, & immortalis, auctor omnium per Christum, & procurator, & ante omnia ipsius Deus, & pater, dominus spiritus, & cadentium sub intelligentiam, & cadentium sub sensum rex, qui fecisti diem ad opera lucis, & noctem ad infirmitatis nostræ requiem: tuus est enim dies, & tua nox; tu perfecisti lucem, &
sunt recte sapere & operari, & non regulas nascentis ecclesiæ confundere, aut fidem, aut doctrinam apostolorum variis maculare doctrinis, nec fratres infestare (*a*). Si autem omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent. [a] Supervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat faculis adjuvare. Ideo si aliquis putat, se Deo in hoc placere, quod servos suos accusat; & ut meliores fiant, dicit se hoc agere; in vanum laborat, & plus invidiæ stimulis agitatur, quam caritatis: quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. [b] Erigit ergo doctores conscientia sua, & si quando incertis temporum flatibus opponuntur, sustinent mala, quæ sæculis magis sunt adscribenda, quam meritis. [c] Datam enim scimus satanæ potestatem, ut servos Christi cribraret: ut quod de tritico inveniri posset, horreis ingereretur: & quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dari vobis regnum?* Venit inter vos gladius perfidorum, ut marcida ecclesiæ membra resecaret, & ad cœlestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit: qui triumphum mereantur, per bella [d] cognoscuntur. Scimus autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant, & propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) a recta æmulatione & bona intentione recedere debent, scientes, quia *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam*. Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere lupis & gregibus ovium potest. [e] Perdit enim laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus. [f] Sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia. Nullus ergo præjudicium alteri faciat, neque quod sibi fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inveniat, [g] quod in ejus actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam non solum quietem meam, sed & salutem, inimicorum valetudine & rumorum procellis agnosco. Potens est divinitas immensa [h], tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Et quid aliud, si Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, & apostoli passi sunt, sequentes ejus exemplum, & reliqui patres, nisi ut sequamur tam doctrinam eorum, quam exemplum, & patiamur adversa pro Christo, & cum patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit: *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*, & reliqua? [i] Præsumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim, quod plus creditur filii vocabulum valere, quam obsequium, & non quæritur, quid in amoris lance promoveas, sed quale ad præjudicium æstimanti nomen apponas, cum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibeat quod A vocatur? Ego vero nolo errore meo alienas culpas asserere, [a] ut factum, quod doleo, admisisse convincar. *Odisti*, inquit dominus per prophetam, *omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adoraboque in templo sancto tuo in timore tuo. Domine, deduc me in justitia tua propter inimicos meos, dirige ante faciem meam viam tuam. Non est enim in ore eorum rectum, [b] interiora eorum insidiæ. Sepulcrum patens guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos Deus, decidant a consiliis suis: juxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam provocaverunt te. Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum laudabunt. Et protege eos, & lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices justo. Domine, ut [c] hasta placabilitatis coronabis eum.* Deo enim sacrificantes perfecte, non debent vexari, sed portari, [d] consolari, atque ab omnibus venerari.

a *ut quod factum doleo*, habet editio Sirmondi, p. 122. atque hæc vel sola ex Ennodio furta imposturam cuivis cordato detegunt. *Psal.* 5.

b Ex vers. Hieronymi qui posterior Anacleto trecentis annis.

c scuto

d Quam absunt hæc a præcedentibus Ennodii laciniis!

II.

[e] Ipsi autem, quando domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ: *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus*. Episcopus Deo sacrificans, testes (ut præfixum est) secum habeat, & plures quam alius sacerdos. Sicut enim majoris honoris gradu fruitur, sic majoris testimonii incremento indiget. In solennioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui ejus oculi dicuntur, & subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte & a tergo, & presbyteri e regione dextra lævaque, contrito corde & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum a malevolis hominibus, & consensum ejus præbeant sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. *f* Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. *Servite*, inquit dominus per prophetam David, *in timore, & exultate ei cum tremore*. [e] *Adorate pure, ne forte irascatur, & pereatis de via*. Ille enim non perit de via, qui recte graditur, & præcepta custodit majorum.

Deut. 12.

De consecr. dist. 1. episcopus Deo sacrificans.

Psal. 2.

e ex Hieronymiana versione.

Doceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, ut & ceteros instruant, & sibi proficiant. Scriptum est autem: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*. Et alibi: *Populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos*. Ipsa enim veritas per se infert & dicit: *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me*. Ille procul dubio scandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem. Impie namque agentes, sunt impii, neque intelligent omnes impii: porro docti intelligent. *Omnes enim invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Dan. 12.

Dan. 11.

Matth. 11. *Luc.* 7.

Distin. 93. Ile proculdubio.

1. *Petr.* 5.

(*a*) *Luc.* Cod. inserit hic hunc titulum: *Item de ea re Anacletus in prima epistola ita ait: Si &c.*

1. Joan. 4. *tiam. Nolite*, inquit Joannes apostolus, *omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt, quoniam pseudoprophetæ exierunt in mundum.* Et idem ipse alibi ait: 1. Joan. 2. *Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit quod ab initio audistis, & vos in Filio & Patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est* * *vobis vitam æternam.* (* nobis, vitam æternam.) *Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et unctio quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, ut cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus. Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam & omnis qui facit justitiam, ex ipso natus est.* 1. Joan. 3. *Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Carissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est.* (Isa. 53. 1. Petr. 2.) *Omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est, sicut & ille justus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum: quoniam hæc est annunciatio, quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem justa. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & in conspectu ejus suademus cordi nostro. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, & novit omnia. Carissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum ejus: Ut credamus in nomine filii ejus Jesu Christi, ut diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui servat mandata ejus, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis.* [a] Et sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creavit, est caritas, est bonus, justus, patiens, atque mitis, & misericors, & cetera sanctarum virtutum insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est, ut caritatem haberet, ut bonus esset & justus, ut patiens atque mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo, & major est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per devia vitiorum, & divortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener aberret, tunc fiet de eo quod scriptum est: *Et homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.* (Psalm. 48.) Qui major honor potuit homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur: *Dominus regnavit, decorem indutus est*, (Psal. 92.) id est omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod majus homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum jumentorumque similitudinem delabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, ut venerandam sanctæ Trinitatis in se ipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ, ad quam creatus est, [b] nobilitatem morum, executionem virtutum, dignitatem meritorum habere contendat; ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit.

Omnis ergo homo, qui ad imaginem Dei factus est, illum debet imitari, cujus ad imaginem conditus est: illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum pretioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedignatus. Quem procul dubio inveniet, si in eum totam spem suam, juxta Psalmistæ vocem, projecerit. Ait namque [c] *Projice super dominum caritatem tuam, & ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem justo.* (Psal. 54.) [d] Omnis enim homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consiliis, quærit sibi amicum fidelem, in cujus consiliis confidat, qui in suis diffidebat: & talem fiduciam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris ei pandat & aperiat. Quid dulcius est, quam [1] ut habeas illum, cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum, qui omnes vult salvos fieri, & neminem perire? (1. Tim.) Nam si veraciter Deum credimus, eumque diligimus ut debemus, & proximos sicut nosmetipsos, in eum quoque totam spem projecerimus nostram; ipse nos eripiet & consolabitur. Et sicut per (Dan.) an-

1 MS. quam habere illum.

angelum suum, Abacuc prophetam cum prandio in lacum leonum ad Danielem vatem misit, & Philippum, unum de septem diaconibus, ad eunuchum, ita dabit nobis consolationem & liberationem. Hæc sectamini, carissimi, & nulli unquam nocete. Fratres estis, invicem vos diligite, ut veri domini discipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda * virorum inficit, malitiam inter homines spargit: & qui detrahit fratri suo, homicida est. [a] Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: mater vero nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias & ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. [b] Privilegia enim ecclesiarum & sacerdotum, sancti apostoli, jussu Salvatoris, intemerata & inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.

III.

Leges ecclesiæ apostolicæ firmamus auctoritate, & *g* peregrina judicia submovemus. Unde & dominus mentionem faciens Lot, per Mosen loquitur, dicens: *ingressus es quidem, inquiunt, ut advena, numquid ut judices?* Unaquæque provincia tam juxta Ecclesiæ quam juxta sæculi leges, suos debet justos, & non iniquos habere judices, & non externos, nisi apostolicæ sedis hujus decreverit auctoritas, quatenus quicumque causam habuerit, apud suos [c] judices judicetur: & non ad alienos, causa vagandi, stimulante protervia, suam despiciens patriam, transeat, sed ad [d] duodecim ejusdem provinciæ judices, ad quorum judicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum apud episcopos, (interveniente primate) siquidem major causa fuerit: si vero minor, metropolitano: si vero fuerit sæculare, apud ejusdem ordinis viros, judicio tamen episcoporum; cum apostolus privatorum Christianorum causas magis ecclesiis deferri, & ibidem sacerdotali judicio terminari voluit.

IV.

Omnis enim oppressus, [e] libere sacerdotum (si voluerit) appellet judicium, & a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterunt, aut juste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio, *h* quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet; juste & Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastico, & coram [f] patricio [x] sæculari judicentur negotia in commune. Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut episcoporum vel majorum judicia, aut *i* majores causæ fuerint; [g] ad sedem apostolicam (si appellatum fuerit) referantur: & quoniam apostoli hoc statuerunt jussione salvatoris, ut majores & difficiliores quæstiones, semper ad sedem deferantur apostolicam, super quam Christus universam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum: *Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*: & reliqua. Sit ergo, fratres, constantia vestra adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt, & non quæ Dei sunt sapiunt, & erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est: *Ne timueritis ab his, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere, & mittere in gehennam. *Fratres mei in carne ambulantes, non secundum carnem militamus, Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei, & in captivitatem redigentes omnem cogitationem, & in obsequium Christo perducentes. De cetero, fratres, confortamini in domino, & in potentia fortitudinis ejus*, ut pax vobis multa & gratia a Deo & domino nostro Jesu Christo ministretur. Amplectimur & osculamur, ac si præsentes, caritatem vestram, in unitate spiritus, in vinculo pacis & caritatis Christi. *Propter quod, carissimi, expectantes, satagite immaculati & inviolati inveniri in pace, & domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini,* [a] *sicut & carissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & ceteras scripturas, ad suam perditionem. Vos ergo, fratres, præscientes custodite: ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia & cognitione domini nostri Jesu Christi & salvatoris. Vos autem, carissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes eam quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli Deo salvatori nostro per Jesum Christum dominum nostrum, gloria & magnificentia, imperium & potestas, ante omnia sæcula, & nunc & in omnia sæcula sæculorum. Amen.*

Matth. 16.

Luc. 12.

Matth. 10.

2. Cor. 10.

Ephes. 6.

2. Petr. 3.

a Hæ similesque passim occurrentes laciniæ e bibilis descriptæ longe absunt a stylo Anacleti, alteriusve Romani pontificis.

Jude 2.

No-

x. MS. *sæcularia*.

A

Notæ Severini Binii.

EPISTOLA II.

ANACLETI PAPÆ

De ordinatione archiepiſcoporum & reliquorum epiſcoporum atque ſacerdotum & de fide ceteriſque cauſis.

I. *De ordinationibus epiſcoporum, & omnium clericorum.*
II. *De accuſationibus epiſcoporum.*
III. *Quod minus quam a tribus epiſcopis epiſcopus non debeat ordinari.*
B IV. *In quibus civitatibus primates, in quibus metropolitani eſſe debeant.*

Anacletus epiſcopus univerſis epiſcopis in Italia conſtitutis.

QUoniam [a] apoſtolicæ ſedis debitam reverentiam erga me caritas veſtra diſtribuit, & quia plurimum venerationis, cariſſimi filii, præbuiſtis; (nam licet eccleſiæ, in qua ſanctus apoſtolus reſidens docuit, quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore & ſanctitate minores eſſe, & propterea omnino feſtinamus, ut ad gloriam ejus beatitudinis pervenire poſſimus) igitur conſultationibus veſtris plenius reſpondiſſemus, ſi licuiſſet; ſed infirmitatis ac reliquarum oppreſſionum onere preſſi, breviter (prout dominus tribuit, & ut a beato Petro principe apoſtolorum ſumus inſtructi, a quo & presbyter ſum ordinatus) ſcribere vobis (ſicut petiiſtis) non denegavimus.

I.

a Ordinationes epiſcoporum, auctoritate apoſtolica, ab omnibus qui in eadem fuerint provincia epiſcopis ſunt [b] celebrandæ. Qui ſimul convenientes, ſcrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus cum ſanctis evangeliis, quæ prædicaturi D ſunt, imponentes dominica die, hora tertia orantes, ſacraque unctione, exemplo prophetarum & regum, capita eorum (more apoſtolorum & Moſis) ungentes, quia omnis ſanctificatio conſtat in Spiritu ſancto, cujus virtus inviſibilis ſancto chriſmati eſt permixta, & hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem. Quod ſi ſimul omnes convenire minime poterunt, aſſenſum tamen ſuis precibus præbeant, ut ab ipſa ordinatione animo non deſint. Porro & Hieroſolymitarum primus archiepiſcopus beatus Jacobus, qui juſtus dicebatur, & ſecundum carnem, Domini nuncupatus eſt frater, a Petro, Jacobo & Joanne apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus videlicet dantibus formam eorum, E ut non minus quam a tribus epiſcopis, reliquiſque omnibus aſſenſum præbentibus, ullatenus epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Reliqui vero ſacerdotes a proprio ordinentur epiſcopo, ita ut cives & alii ſacerdotes aſſenſum præbeant, & jejunantes ordinationem celebrent: ſimiliter & diaconi ordinentur: Ceterorum autem graduum diſtributioni, trium veracium teſtimonium, cum epiſcopi ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt.

II. Ac-

a Epiſtola.) Anacletum duas decretales epiſtolas, omni ſapientia plenas conſcripſiſſe, vetuſtum quoddam exemplar manuſcriptum libri pontificalis teſtatur: quod ubi ſit, & unde acceptum fuerit, vide Turrianum cap. 20. lib. 5. contra Magdeburgenſes: a novatoribus magna cum injuria redargui, ideo quod Clementem anteceſſorem ſuum nominet, patet ex iis quæ de numero ac ordine pontificum ſibi ſuccedentium diximus ſupra in notis ad vitam Clementis.

b Tribulationes veſtras audivimus.) Nota contra novatores quod Anacletus de rebus horum temporum, verbi gratia, de perſecutionibus patienter exemplo Chriſti ferendis, ſcribat: adeoque hæ epiſtolæ decretales immerito reprehendantur ac rejiciantur, quaſi in his nulla mentio fiat rerum hoc tempore geſtarum.

Olim ſolenni ſacro miniſtrantes communicare debebant.

c Accuſationibus non oportet labefactari primates eccleſiæ.) Vide quæ ſupra diximus in notis ad canon. apoſtol. 74.

d Apoſtolorum regulis informari.) Canones apoſtolorum, 54. 73. & 74. intelligit.

e Ipſi autem quando domino ſacrificant.) Confirmatur apoſtolica conſtitutio iſta, qua præcipitur, ut epiſcopi ſolennioribus diebus cum miniſterio multorum altari aſtantium & inſervientium ſolenne ſacrificium Deo offerant, ipſique miniſtri omnes poſt abſolutum ſacrificium communicent, niſi ex rationali & juſta cauſa excuſentur. Vide quæ diximus in notis ad canones apoſtolorum 9. & 10.

f Sic enim apoſtoli ſtatuerunt.) Canone 9. & 10.

Judicium eccleſiaſticum a quo inſtitutum

g Peregrina judicia ſubmovemus.) Chriſtus dominus, qui fuit rex & ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, in eccleſia regale ſacerdotium inſtituit, apoſtolis eorumque ſucceſſoribus epiſcopis regendi & judicandi poteſtatem contulit: ideoque hac epiſtola ſua Anacletus pontifex, doctrinam S. Pauli 1. ad Corinth. cap. 6. ſecutus, recte decernit, ne Chriſtiani ethnici alicujus aut C infidelis judicis tribunal adeant, litiumque ſuarum diſcuſſionem, judicium ac definitionem petant. Qua lege

An tollat politicum Imperium.

politicum imperium a Leo bene inſtitutum non tollitur, ſed eccleſiæ dominio ac poteſtati ſubjicitur. Vide Baron. anno 57. num. 24. & ſeqq. uſque ad 42. Bellarm. de Rom. pont. lib. 5. c. 4. & ſeqq.

h Quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet.) juxta apoſtolorum legem ac conſuetudinem: de qua vide canon. apoſtol. 38.

Romanus pontifex ſummus judex, a quo nulla conceditur appellatio.

i Majores cauſæ ad ſedem apoſtolicam referantur.) Hoc Anacleti decretum bene & juſte latum eſſe ex eo patet, quod univerſale & legitimum Sardicenſe concilium canone 4. & 7. plane idem conſtituerit: quodque Gelaſius in epiſtolis ad Fauſtum & ad epiſcopos Dardaniæ ſcribat, ſecundum canones fieri, quod totius eccleſiæ appellationes ad Romanæ ſedis examen deferantur, ab ipſa autem appellare nemini permittatur. Hanc appellandi conſuetudinem antiquiſſimam eſſe S. Leo epiſtola 89. teſtatur, & antiquiſſimorum ad ſedem Romanam appellantium exempla confirmant. Marcion enim ab epiſcopo in Ponto excommunicatus, ut a Romano pontifice abſolveretur, Romam venit. Epiphanius hæreſi 42. Fortunatus & Felix in Africa a Cypriano, Baſilides in Hiſpania depoſiti, ad Cornelium & Stephanum Romanæ eccleſiæ pontifices appellarunt. Cyprianus libro primo, epiſtola 3. & 4. Athanaſius ab orientalibus depoſitus, ad pontificem appellavit, & ab eo reſtitutus eſt. Sozomenus lib. 3. cap. 7. Plura vide apud Bellarm. lib. 2. de Roman. Pontif. cap. 21.

exempla epiſcoporum ad Roman. ſedem appellantium.

Clementis teſtimonium.

k Quoniam apoſtoli hoc ſtatuerunt.) Hanc apoſtolorum conſtitutionem Clemens l. 2. conſtit. c. 45. ex interpretatione Turriani, ex Bovii interpretatione autem c. 49. recenſet his verbis. *Præclara Chriſtiani laus eſt, cum nullo habere negotium.* "*Quod ſi ex aliqua vexatione & tentatione alicui lis oriatur, curet ut ea tranſigatur, etiamſi detrimentum pati debeat; nec ad ethnicum judicium accedat, ſed nec patiatur mundanos magiſtratus de nobis jus dicere: nam per illos diabolus ſervos Dei vexat, & nobis notam inuris, quaſi non habeamus nos unum ſapientem, qui poſſit inter partes jus adminiſtrare & controverſias componere.*

Vide ſup. pag. 285. B.

II.

Accusatio quoque eorum, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis, & [a] probatissimis viris, & qui suspicionibus & sceleribus careant, fieri debet: quia dominus sacri sui corporis tractatores, a vilibus & reprobis ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo ejecit. Unde liquet, quod summi sacerdotes, id est episcopi, [b] a Deo sunt judicandi, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed potius ab [c] omnibus fidelibus portandi, ipso domino exemplum dante, quando per seipsum, & non per alium, vendentes, & ementes ejecit de templo, & mensas nummulariorum & cathedras vendentium proprio evertit flagello, & ejecit de templo. Et sicut alibi ait, *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos* * *decernit*: & alibi, *Ego dixi: Dii estis, & filii excelsi omnes*. Nullus enim (ut reor) invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio, quam a se, judicari. Quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eum. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus Deorum, & dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre servorum? Unde & ipse per prophetam loquitur, dicens: *Deus ultionum dominus, Deus ultionum libere egit*: & reliqua. Et apostolus inquit: *Tu quis es, qui judicas servum alienum? Suo enim domino stat aut cadit*. Et ipse, *Nolite judicare invicem, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum*. Et dominus per prophetam inquit: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*. Nam si aliquis nunc in malum oculos alicujus [d] principis incipit tractare, manifeste reus majestatis judicatur, & infamis efficitur. aut potius capitali sententiæ subjacet. Hæc, fratres, valde cavenda sunt, & quod homines nolunt sibi fieri, Deo deorum non debent inferre, ne forte irascatur dominus, & faciat vindictam eorum, etiam in eos qui non peccaverunt, quia perit sæpissime justus pro impio. Imitandus est etiam prophe- * ta, per quem dominus ait: *Perambulabam in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ: Non* [e] *po-* n *nam coram* [1] *oculis meis verbum Belial. Loquentem* [f] *in abscondito contra* [g] *proximum suum, hunc inter-* a *ficiam* [2]. Et hi cavendi sunt, de quibus Salomon ait: *Sicut noxius est qui mittit lanceas, & sagittas in mortem, sic vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa proveniunt ad intima* * *ventris*. Et si detractores quorumcumque graviter judicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores & detractores atque accusatores memoratorum Dei famulorum atque persecutorum damnantur, & in barathrum, nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cavere, & non solum non facere, sed nec facientibus consentire: quia non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus & his similibus ipsa veritas ait: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet*, id est, in talibus non habitat dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens: *Qui fodit foveam, incidet in eam: & qui volvit lapidem, revertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Grave est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti, utroque gravior. Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui se jactat & dilatat, jurgia concitat. Qui sperat in domino, salvabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui provocat iras, producit discordias*. Hæc & alia periculosa considerantes apostoli, statuerunt, ne facile commoverentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnæ sanctæ Dei ecclesiæ, quæ apostoli & successores eorum non immerito dicuntur. [a] Sed si quis adversus eos vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit; prius ad eos recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sananda sunt, & caritative emendent, quæ juste emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absolvantur, antequam per satisfactionem (ut jam dictum est) condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, [b] cujus legatione funguntur. Nec hoc mirum, quia si quisque nostrum cuidam * servorum legationem injungeret, & a quoquam impediretur. aut ab aliquo subditorum suorum despiceretur; mox indignatus irascetur, aut talia (prout posset) vindicaret, & ad injuriam ac contumeliam suam hoc factum reputaret, & talionem (si in præsenti non posset) futuris temporibus redderet. Nam si in hominis causa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixerit? Unde & dominus per Nahum prophetam loquitur, dicens: *Deus æmulator, & ulciscens dominus, & habens furorem, ulciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis: ante faciem indignationis ejus quis stabit? & quis resistet in ira furoris ejus? Indignatio ejus effusa est sicut ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus est dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se*: & reliqua. Quædam autem ex his, jam aliis fratribus scripsimus, quæ toties sunt replicanda, quoties fuerint necessaria. Ejectionem quoque (ut supra memoratum est) summorum sacerdotum sibi dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus & spiritualibus populis concessisset. Electionem enim illorum taliter apostolus fieri jubet: Si quis sine crimine est, unius uxoris virum, filios habentem fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos & re-

a Aurel. v. 17.

b S. Greg. ep. 12. lib. 13.

* suorum

Luc. 21.

Nahum. 1.

Distin. 79. Ejectionem vero.

Tit. 1.

1. Ex citato MS. Collegii Soc. Jesu has variantes lectiones decerpsit Harduinus. MS. *coram oculis verbum oris Belial.*
2 MS. *Detrahentem in abscondito sodalem suum hunc interficiebam.*

& reliqua. Si enim fine crimine facerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus, criminibus irretitis, accufari aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam ab his qui fine crimine funt, & [a] juxta electionem, fi neceffitas fuerit, aut ipfi volendo domino fervire elegerint, [b] facerdotefque fine crimine fieri & ordinari poffint, & tales per omnia fuerint, quales eligi facerdotes jubentur. Porro & Mofi præcipitur, ut eligat presbyteros. [c] Unde & in Proverbiis dicitur: *Gloria fenum canities*. Hæc vero canities fapientiam defignat, de qua fcriptum eft: *Canities hominum prudentia eft*. Cumque nongentos & amplius annos ab Adam ufque ad Abraham vixiffe homines legerimus, nullus alius prius appellatus eft presbyter, id eft fenior, nifi Abraham, qui multo paucioribus vixiffe annis convincitur. Non ergo propter decrepitam fenectutem, fed propter fapientiam presbyteri nominantur. [d] Initium enim facerdotii Aaron fuit, licet Melchifedec prior obtulerit facrificium, & poft hunc Abraham, Ifaac, & Jacob: fed hi fpontanea voluntate, non facerdotali auctoritate, ifta fecerunt. [e] Ceterum Aaron primus in lege facerdotale nomen accepit, primufque pontificali ftola indutus victimas obtulit, jubente domino ac loquente ad Mofen: *Accipe*, inquit, *Aaron & filios ejus, & applicabis ad oftium tabernaculi teftimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron veftimentis fuis, id eft, lineam & tunicam, & fuperhumerale, & rationale, quod conftringes balteo: & pones tiaram in capite ejus, & laminam fanctam fuper tiaram, & oleum unctionis fundes fuper caput ejus, atque hoc ritu confecrabitur. Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingefque balteo Aaron & liberos ejus, & impones mitras eis, eruntque facerdotes mihi religione perpetua*. Quo loco contemplari oportet, Aaron fummum facerdotem, id eft, epifcopum fuiffe, porro filios ejus presbyterorum demonftraffe figuram. Hoc enim fuit inter Aaron fummum facerdotem, & filios ejus qui facerdotes erant, quod Aaron fuper tunicam accipiebat poderem, ftolam fanctam, & coronam auream, mitram, & zonam auream, & fuperhumerale, & reliqua quæ præfixa funt: Filii autem Aaron, fuper tunicas lineas cincti tantummodo & tiarati, affiftebant facrificio domini. In novo autem teftamento, poft Chriftum dominum, a Petro facerdotalis cœpit ordo, quia ipfi primo pontificatus in ecclefia Chrifti datus eft, dicente domino ad eum: *Tu es*, inquit, *Petrus & fuper hanc petram ædificabo ecclefiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adverfus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum*. Hic ergo ligandi atque folvendi poteftatem primus accepit a domino, primufque ad fidem populum virtute fuæ prædicationis adduxit. Ceteri vero apoftoli cum eodem pari confortio honorem & poteftatem acceperunt, ipfumque principem eorum effe voluerunt. Qui etiam jubente domino, in toto orbe difperfi evangelium prædicaverunt: ipfis quoque decedentibus, *b* in locum eorum fuccefferunt epifcopi, quorum ordinatio [f] prætacto fieri debet ordine & modo: quos qui recipit & verba eorum, Deum recipit: qui autem eos fpernit, eum a quo miffi funt, & cujus funguntur legatione, fpernit, & ipfe indubitanter fpernetur a domino. Videntes autem ipfi apoftoli meffem effe multam, & operarios paucos, rogaverunt dominum meffis, ut mitteret operarios in meffem fuam. Inde electi funt ab eis *c* feptuagintaduo (*a*) difcipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum funt conftituti in ecclefia, de quorum ordinatione & reliquorum miniftrorum, dixiffe fupra fufficiat.

ɑ. quæft. 1. Si facerdos fine. — a jufta electione. — b Ifidor. coll. c. 19. — Diftin. 84. Porro Mofi — c Ifid. de off. 11. 7. — Proverb. 20. — Job. 12. & Sapient. 4. — Presbyter qui primum dictus. — d Idem Ifid. cap. — Pontifex primus quis in lege. — e Clem. Conft. VI. 20. fupra pag. 400. — Exod. 29. — 21. dift. In novo teft. Et in Decr. Ivo. lib. 3. — Matth. 16. — f prætaxato. — Matth. 9. Luc. 10.

III.

[a] Porro quod epifcopus non ab uno, fed a cunctis, confenfu aut præfentia comprovincialium, eft ordinandus, & nullatenus minus quam a tribus, ceteris confentientibus cunctis: idcirco, inftituente domino fieri jubetur, ne aliquid contra fidem ecclefiæ unius tyrannica auctoritas moliretur, & regula vel fides confunderetur credentium.

IV.

Provinciæ autem multo ante Chrifti adventum tempore divifæ funt maxima ex parte, & poftea ab apoftolis & beato Clemente prædeceffore noftro ipfa divifio eft renovata. [b] Et in capite provinciarum, ubi dudum primates legis [c] fæculi erant, ac prima judiciaria poteftas, ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis neceffe erat, qui ad aulam imperatoris vel regum confugere non poterant, vel quibus permiffum non erat, confugiebant pro oppreffionibus vel injuftitiis fuis, ipfofque appellabant, quoties opus erat, ficut in lege eorum præceptum erat: ipfis quoque in civitatibus vel locis noftris, patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diverfa fint nomina, leges divinæ & ecclefiafticæ poni & effe jufferunt, ad quos epifcopi (fi neceffe fuerit) confugerent, eofque appellarent, & ipfi primatum nomine fruerentur, & non alii. Reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant, (licet majores comitibus effent) haberent metropolitanos fuos, qui prædictis [*] jufte obedirent primatibus, ficut & in legibus fæculi olim ordinatum erat, qui non primatum, fed aut metropolitanorum aut archiepifcoporum nomine fruerentur. Et licet fingulæ metropoles civitates fuas provincias habeant, & fuos metropolitanos judices habere debeant epifcopos, ficut prius metropolitanos judices habebant fæculares, primates tamen (ut præfixum eft) & tunc & nunc habere juffæ funt, ad quos poft fedem apoftolicam fumma negotia conveniant, ut ibidem, quibus neceffe fuerit, releventur & jufte reftituantur, & hi qui injufte opprimuntur, jufte reformentur atque fulciantur, epifcoporumque caufæ, & fummorum negotiorum judicia (falva apoftolicæ fedis auctoritate) juftiffime terminentur. Hæc ab antiquis, [d] hæc ab apoftolis, hæc a fanctis patribus accepimus, vobifque (ut poftulaftis) rimanda, & futuris tenenda temporibus mittimus, & reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda

a Ifid. ... & fuperius. — Diftin. Provinciæ multo. — Et in de... — b Hinc... lib. ... pitum. — c πρωτοτ... — * jure. — d A m... S. Petri dum eo... cum hæc ... Anacleti.

(*a*) Luc. Cod. conftanter legit *feptuaginta*.

da mandamus, ne pastorum imperitia, [a] qui sequuntur, deteriores fiant, dicente domino per prophetam: *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam*. Quos rursus dominus detestatur, dicens: *Et tenentes legem, nescierunt me*. Nesciri ergo veritas se ab eis conqueritur, & nescire se principatum nescientium protestatur: quia profecto hi qui ea, quæ sunt domini, nesciunt, a domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait; *Si quis ignorat ignorabitur* Hinc & psalmista, non optantis animo, sed prophetantis mysterio denunciat, dicens: *Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurva* Obscuratis ergo oculis, dorsum flectitur: quoniam cum lumen scientiæ perdunt qui præeunt, sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinantur sequentes. [b] Hic ergo inter manus latronum & dentes furentium luporum utcumque versamur. Ideo & docere alios, & nos ipsos (prout dominus dederit) providere debemus. Sane percussor ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam [c] percutit infirmorum. Ideo tenere vos & omnes fideles oportet *eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere*, & recte viventes, atque rectam fidem tenentes consolidare. Illis ergo qui dicunt, quod filius in eo minor est, quia propheta inquit: *Verbum faciet dominus breviatum universo orbi:* ita respondendum est divinis testimoniis: [d] Verbum breviatum quod dominus faciet super terram, non minutionem deitatis in filio Dei significat, sed dispensationem susceptæ carnis annunciat; in quali dispensatione non solum patre hominis filium, sed etiam angelis legimus minoratum, Paulo attestante apostolo: *Eum autem*, inquit, *modice minus ab angelis minoratum vidimus Jesum, propter passionem mortis gloria & honore coronatum*; & infra; *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens: Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te*. Et propheta inquit: *Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum*. Et ut verbum Dei patris breviatum in filio non esse doceamus, hanc Isaiæ prophetæ volumine approbamus sententiam. *Numquid* [1] *abbreviatus factus est sermo meus, aut ita parvus est, ut non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum, dicit dominus omnipotens:* Et iterum: *Hæc dicit dominus omnipotens: Numquid abbreviata est manus mea, ut salvare non possit? Aut non potest vivificare cor humilium & spiritum contritorum?* Et ut brachium patris, quæ manus est, filium esse doceret, intulit, dicens: *Paravit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terræ salutare ejus*. Nam & in novissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari; in quo tempore dominus [e] ex cœlesti aula ac empyreo domicilio pessimi dæmonis jam ferre dedignans tyrannidem, in creaturas suas crudelissime sævientem, plasmati condolens, ac suæ immensæ caritatis thesaurum referare volens, in castissimæ virginis purissimum uterum, omnis tori virilis nescium, inenarrabili mysterio, pro redemptione nostra carnem [2] susci-

piens, advenit, ut & illum qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, & eos, quos in tenebris & umbra mortis captivos subegerat, virtutis suæ potentia in ipso parvo & exigui temporis spatio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem cum adhuc tempus haberent) incedere præmonebat: *Adhuc modicum*, inquit, *in vobis lumen est. Dum lucem habetis, ambulate in lute, ne vos tenebræ comprehendant*. Et in [a] canonicis apostolorum legitur epistolis: *Filioli, novissima hora quia multi pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum*. Et Paulus apostolus: *Tempus enim breve est*. Et iterum: *Præterit enim figura hujus mundi*. Et iterum: *Omnia hæc ad correctionem nostram facta sunt, in quos* [3] *fines sæculorum obvenerunt*. Nam dominus in ipsa oratione [4] dominica breviavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens, pauca loqui docuerit, quæ [5] pertinent ad salutem. *Cum oratis*, inquit, *nolite multum loqui*. Et infra: *Vos autem cum oratis, dicite: Pater noster, qui es in cœlis*, &c. Non enim propheta filium Dei in hoc capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per apostolos & apostolicos viros novissimo tempore loquitur: *Ego*, inquit, *qui loquebar in servos meos prophetas, ecce adsum*. Et alius propheta: *Sicut est ab initio usque in sæculum, neque adjectum est ei, neque minuetur illi, quoniam ipse est dominus creaturæ suæ*. Ecce quale verbum breviatum fecit dominus in orbe terrarum. Non quia (ut illi putant) inferiorem [6] patre intimaret hominibus filium, sed quia novissimum ejus annunciaret adventum. [b] Si ergo (ut prædictum est) [7] Aaron filii, presbyterorum figuram gestabant, & Aaron summi sacerdotis, id est episcopi, Moses indubitanter Christi tenebat formam: quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum & hominem Jesus Christus, qui est verus dux populorum, & verus princeps sacerdotum, & dominus pontificum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[a] verba Ithacii notanda quæ impostoram arguunt Mercatoris.

[b] Isid. II. de Off. 5. succedit Ithacio, cujus sæpe integra fere capita descripsit pseudo-Isidorus.

Joan. 12.

1. *Joan.* 2.
1. *Cor.* 7.
Ibidem.
[*] *correptionem*
1. *Cor.* 10.

Matth. 6.
Ibidem.

Isa. 52.
Eccles. 42.
Eccles. 36.

Notæ Severini Binii.

a Ordinationes Episcoporum.) De episcoporum ordinatione, vide quæ diximus supra in notis ad canon. apost. 1.

An & quomodo apostolis episcopi succedant.

b In locum eorum successerunt episcopi.) Hoc est quod psal. 44. propheta David prædixerat: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*. Nam Augustino prædicti loci interprete, patres apostoli sunt, filii pro patribus nati, apostolorum successores episcopi. Concilium Florentinum in instructione Armenorum & Concil. Tridentin. sess. 23. cap. 4. idem asserunt. Dicuntur autem episcopi apostolis succedere, non proprie eo modo quo episcopus episcopo, rex regi succedit, sed duplici alia ratione. Primo, ratione sacri episcopalis ordinis. Secundo, per quamdam similitudinem & proportionem: quia nimirum sicut Christo in terris viventi, primi sub Christo erant apostoli duodecim, deinde septuaginta duo discipuli: ita nunc primi sub Romano pontifice sunt episcopi, post eos presbyteri, inde diaconi, &c. Non aliter autem episcopos apostolis succedere, inde patet, quod episcopi nullam veræ apostolicæ auctoritatis partem habeant: Apostoli enim, ut constat Matth. & Marc. cap. ultimo toto terrarum orbe prædicare, alias atque alias ecclesias fundare, canonicos libros scribere poterant: nihil horum episcopi potuerunt. Præterea, donum linguæ & miraculorum habuerunt apostoli, non autem omnes episcopi. Apostolis omnibus immediate a Christo universam ecclesiam gubernandi potestas ac jurisdictio collata est, Joan. cap. 20. his verbis: *Sicut misit*

1 MS. *abbreviatus*. 2 MS. *suscipiendo*. 3 MS. *fines sæculorum obvenit*. 4 In MS. abest ea vox. *Dominicæ*. 5 MS. *pertinant*. 6 MS. *patri*. 7 In MS. hæc verba quinque non leguntur, *Aaron filii &c.*

misit me vivens pater, & ego mitto vos: (quamquam ordinaria jurisdictio, quæ in posteros per successionem transferretur, soli Petro, extraordinaria reliquis apostolis concessa sit) omnes autem episcopi a Petri successore Romano pontifice, cui dictum est, *Pasce ovas meas, pasce agnos meos*, immediate suam jurisdictionem certis limitibus definitam consequuntur. Denique, non succeditur proprie nisi præcedenti; at simul cum apostolis fuerunt in ecclesia Timotheus, Titus, Evodius, aliique plures episcopi. Si igitur episcopi apostolis succedunt, cui episcopo Titus? cui Timotheus successit? Patet igitur non aliter hæc Anacleti verba intelligi debere, quam duplici illa ratione, de qua supra. Vide Bellarm. lib. 4. de Rom. Pontif. c. 23. 24. & 25.

Quomodo 72. discipulis domini, presbyteri succedere dicantur.

c *Septuaginta duo discipuli, quorum typum gerunt presbyteri*.) Presbyteri septuaginta duobus discipulis domini non aliter quam per similitudinem quamdam succedere dicuntur, sicut apostolis episcopi. Quod autem non aliter succedant, hæc ratio evidenter probat: Septuaginta duo discipuli non fuerunt presbyteri, nec ullum ordinem aut jurisdictionem a Christo susceperunt: siquidem Philippus & Stephanus, & alii quinque diaconi ab apostolis Actor. 6. ordinati erant ex 72. discipulis domini, ut docet Epiphan. hæresi 20. non fuissent autem diaconi ordinati, si jam ante ordinem presbyterii habuissent. Vide Bellarmin. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 25.

EPISTOLA III.

ANACLETI PAPÆ

De patriarchis & primatibus ac reliquis episcopis; & quod Romana Ecclesia cardo sit & caput omnium ecclesiarum.

I. *De bipartito ordine sacerdotum.*
II. *De constitutione seu ordinatione episcoporum ac presbyterorum.*
III. *De discretione Episcoporum & civitatum.*
IV. *Ut difficiliores causæ ad sedem apostolicam referantur.*
V. *Non admittendos ad accusationem sive ad testimonium, qui antea inimici fuerunt, & de extraneo judicio.*

Anacletus servus Christi Jesu, in apostolica sede a domino constitutus, & a sancto Petro apostolorum principe presbyter ordinatus, omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus salutem.

Ephes. 1.

Benedictus *Deus & Pater domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam forte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus nos in laudem gloriæ ejus,*

A *qui ante speravimus in Christo*. De primatibus, [a] carissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt, & apostolicæ auctoritatis (qua, licet indigni, domino dispensante, fungimur) decretum postulaverunt, aut si esse deberent, aut non, quantum hactenus de his a beato Petro apostolo, & a reliquis apostolis, ac beato Clemente nostro sancto prædecessore, & martyre, novimus statutum, denegare vobis minime possumus. [b] Et quis est, qui quærentibus fratribus denegare possit dubitationes vel necessitates eorum?

I.

B Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem a domino apostolos esse electos & constitutos, & postea per diversas provincias ad prædicandum dispersos. Cum vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adjumentum septuaginta (*a*) duos eligi præcepit discipulos. Episcopi vero, domini apostolorum; presbyteri quoque, septuaginta duorum discipulorum locum tenent.

II.

Episcopi autem non in castellis aut modicis civitatibus debent constitui; sed presbyteri per C castella & modicas civitates atque villas debent ab episcopis ordinari & poni; singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab uno, sed a pluribus debet episcopis ordinari: & (ut dictum est) non ad modicam civitatem, [c] ne vilescat nomen episcopi, aut alicubi, sed ad honorabilem urbem titulandus & denominandus est. Presbyter vero ad quemcumque locum vel ecclesiam in eo constitutam, est præficiendus, atque in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius quam isti duo [1] ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt.

III.

D Episcoporum vero ordo unus est, licet sint primates illi qui primas civitates tenent, qui & in quibusdam locis patriarchæ a nonnullis vocantur. Illi autem qui in metropoli a beato Petro apostolo, ordinante domino, & a prædecessore nostro prædicto sancto Clemente, seu a nobis constituti sunt, non omnes primates vel patriarchæ esse possunt: sed illæ urbes, quæ præfatis & priscis temporibus [2] primatum tenuere, [d] patriarcharum aut primatum nomine fruantur: reliquæ vero metropoles, archiepiscoporum aut metropolitanorum, & non patriarcharum aut primatum utantur nominibus; quia hæc eadem & leges sæculi in suis continent E principibus: [e] aliæ autem primæ civitates quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis, & a beato Clemente, sive a nobis, primates prædicatores acceperunt. Hæc vero sacrosancta Romana & apostolica ecclesia, non ab apostolis, sed ab ipso domino salvatore nostro [f] primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super universas ecclesias ac totum Chri-

(*a*) septuaginta: *& sic semper*. Luc. 1 Hæ quoque ex eodem MS. ab Harduino collectæ sunt. MS. addit *non sunt ordines*.
2 MS. *primatem* Hard.

Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse B. Petro apostolo dixit: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum. Et quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlo.* Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui uno die, uno quoque tempore, gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone agonizans, coronatus est, & ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrarunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo eam sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. [a] Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: *Testis enim est mihi Deus, cui servio in spiritu meo in evangelio filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.*

(*a*) [b] Prima ergo sedes est cœlesti beneficio [1] Romanæ ecclesiæ, quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrarunt. Roma quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater [c] & altrix, excussis tenebris, & vanis superstitionum ritibus abjectis, filiorum Dei, exorto sole justitiæ, facta est copiosa propagatrix.

[d] Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, a Marco ejus discipulo atque evangelista consecrata est: quia ipse & in Egypto primum verbum veritatis, directus a Petro, prædicavit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit * Abilius.

[e] Tertia autem sedes apud Antiochiam, ejusdem (id est beati Petri) apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, & * Ignatium episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Reliquas vero (ut prædiximus) in quodam tomo, prolixitatem vitantes epistolæ, vobis conscriptas direximus. Inde namque & beati apostoli inter se statuerunt, ut episcopi singularum scirent gentium, [f] quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. [g] Nam & inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licet * omnes essent apostoli, Petro tamen a domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, ut reliquis omnibus præesset apostolis, & Cephas, id est, caput & [h] principium teneret apostolatus: qui & eamdem formam suis successoribus, & reliqui apostoli episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Unde scriptum est, *Moses & Aaron in sacerdotibus ejus*, id est, primi inter eos fuerunt. Et quamvis ita ordinatum fuerit, nemo tamen quod suum est, quærat, sed quod alterius. Unde ait beatus apostolus Paulus: *Unusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem.* Et sicut ipse salvator suis ait discipulis: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Et licet super his aliqua dicta fuerint, repetentes tamen sæpius, admonemus, ut semper in omnibus & ab omnibus vitentur elationes mentis & corporis. Et quanto major unusquisque videtur esse, tanto sit humilior, sicut dominus salvator noster *non venit ministrari, sed ministrare.* Et, *si frater aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite eum in spiritu lenitatis.* Matth. 20.

IV.

Si quæ vero causæ difficiliores [a] inter vos sortæ fuerint, ad hujus sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, ut apostolico terminentur judicio: quia sic dominum velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimoniis declaratur. Hæc vero apostolica sedes cardo & caput (ut [b] prætactum [2] est) omnium ecclesiarum, a domino, & non ab alio, est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, domino disponente, reguntur. Dist. 22. Sacrosancta Ro. a S. Leo. ep 84. Vigil. ep. 2. b fatum.

V.

Accusatores autem & testes esse non possunt, qui ante hesternum diem aut nudiustertius inimici fuerunt, ne irati, nocere cupiant, vel læsi, se ulcisci velint. [c] Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus quærendus est, & non suspectus. Causam enim vestram alieno nolite committere judicio: valde enim iniquum est, ut omissis suis, alii quilibet aliorum se causis immiscent; quoniam nullis in locis spiritualis [d] cura deficit, sed se per omnia, quocumque nomen Dei prædicatur, extendit. Studendum est omnibus, [3] ne (ut sunt) æmulationes malæ, sed piæ sint inter vos dilectiones: quia in hoc vos omnes *domini discipulos* esse veros noveritis, *si dilectionem habueritis adinvicem*. Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos [e] erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii caritatis suæ, & de vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Unde nobis summopere studendum est, ut cooperatores simus gratiæ Dei: quia ad hoc vocati sumus, ejusque familiari colloquio sociati, & sacerdotes sacrati, ut fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia ejus. [f] Necesse est enim, [g] ut rectores a subditis timeantur, ab ipsisque corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque [g] diripiunt. Ipsi [4] enim ea quæ extra nos, licet nostra sunt, auferunt: nostri [5] autem detractores, & morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nos ipsos [h] decerpunt. Et ideo juste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. [i] Pro meritis ergo plebis, sæpe pastores depravantur ecclesiæ, ut proclivius corruant qui sequuntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, ut scriptum est: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens: A planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo sanitas.* Quapropter manifestum est, diabolum (*qui sicut leo rugiens circuit*

3. q. 5. Accusatores autem & testes. Et in decr. Ivo. lib. 4. c S. Ambr. ep. 64.

d S. Cæl. ep. 2.

e Idem ep. I. c. 11.

f S. Greg. Past. p. 11. c. 6.

6. q. 1. Deteriores sunt.

g S. Isid. Sent. III. 38.

h decipiunt.

i *alias*, diripiunt.

i Idem Isid.

Isai. 1

1. *Petr.* 5.

(*a*) ab his verbis usque ad *Secunda autem* desunt *omnia in Luc.* 1 MS. *Romana Ecclesia*. Hard. *1 MS. *factum*, forte *fatum*, & ab eo absunt duæ sequentes voces *omnium Ecclesiarum*. 3 MS. *ut non æmulat*. 4 MS. *autem*. 5 MS. *quoque*.

cuit quærent quem possit devorare) cordibus plebium suadere, ut doctores atque pastores suos detractionibus [a] accusent, ut (plebibus [b] languescentibus, vel mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciviant, atque in ima ruant. [c] Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis Sententia quoque Cham filii Noe damnantur qui suorum doctorum vel præpositorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit. Doctor autem vel pastor ecclesiæ, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus: sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam distringendus, quia [d] rectores ecclesiæ a Deo judicandi sunt, sicut ait propheta: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat*. Unde oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes adversus pastorem suum tumescere, aut contra clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudenterque corrigere satagat. Nec eis in quibuscumque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, præsumat: quoniam tam [e] sacerdotes, quam reliqui fideles omnes, summam curam habere debent de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur.

[f] Ita ergo beatus princeps apostolorum Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente plebibus prædicando, quando docebat eas qualiter ei obedire deberent, eumque observare, inter cetera [g] ait: *Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum: sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt:* & reliqua. His, aliisque quam plurimis documentis, facile unusquisq; advertere potest, qualiter obedire & obtemperare debet præpositis suis, & qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non observaverit, hostis est animæ suæ: & non tantum infamis, sed & excommunicatus, atque alienus ab ecclesia efficiatur; quoniam necesse est ea vitia ferro abscindere, quæ aliis medicaminibus non sanantur. Parcat unusquisque a laceratione vel [f] detractione linguæ suæ, caveatque ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est, ne aut aliis deroget, detrahatque quibuscunque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes: custodiatque quisque sermones suos, & sciat, quia quicumque de aliis loquitur, sua sententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne derogando quod in domo cujusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorum domos quasi proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert. Sitque uniuscujusque studium, non solum oculos castos servare, sed & linguam. Vos autem, carissimi, qui estis sub domini disciplina constituti, sic vos exhibete, ut veri ministri & [g] dispensatores mysteriorum ejus, ut non vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, sicuti scriptum est: *Et erit sicut populus, sic sacerdos*. Sic enim vos, vestrosque, & cunctos corripite, ut nemini noceatis, quatenus & ab hominibus bonam acquiratis famam, & a Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid adversi de unitate ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, ut Dei ecclesia, fructusque servorum ejus maneant inconcussa. *Propter quod, carissimi, expectantes satagite, immaculati ei inveniri in pace, & domini nostri Jesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudentes, & vigilate in orationibus: ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes: quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, sicut sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, per Jesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

a Irrogent vel b languentibus

c Idem Isid.

2. q. 7. Sententia Cham. *Genes. 9.*

In decr. Ivo. lib. 4.

d Idem Isid. *Psalm. 81.*

24. q. 3. Tam sacerdotes.

e Isid Sent. III. 46.

Epist. 1. ad Jacobum, *ex interpretatione Ruffini*, & dist 93. Si inimicus, & in decret. Leonis Papæ.

f In ep. 2. D. Hieron. ad Nepotianum, cujus verba mire deformata mangonio nostri Mercatoris.

Notæ Severini Binii.

a Epistola tertia.) Hæc epistola, quod trium patriarchalium sedium ordinem, ipsumque patriarcharum nomen a Judæis & a gentibus usurpatum, & ab iis cum multis aliis in ecclesiam feliciter translatum contineat, novatoribus displicet. Vide Baron. anno 112. num. 2. Tres ecclesiæ, Romana, Alexandrina, & Antiochena, eo quod a Petro apostolorum principe fundatæ sint, solæ ac semper patriarchales habitæ sunt, ut patet etiam ex conc. Nicæn. canon. 6. Chalced. act. 16. item ex epistola 53. Leonis ad Anatolium: ex epistola Gregorii ad Eulogium, quæ est lib. 6. cap. 37. Hierosolymitana per annos fere quingentos, non re sed nomine, non potestate sed honore dumtaxat, quarta patriarchalis habita est; ut patet ex Nicæn. concil. canon. 7. ubi decernitur ut Hierosolymitanus, quartum quidem patriarchalis sessionis locum ac honorem habeat; non tamen propterea a subjectione Cæsarienſis, quæ metropolitana erat, eximeretur. Unde beatus Hieronymus in epist. ad Pammachium, contra Joannem episcopum Hierosolymitanum, sic eum alloquitur: *Tu*, inquit, *qui regulas quæris ecclesiasticas, & Nicæni concilii canonibus uteris, responde mihi; ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? ni fallor hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, & totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Cesarienſem archiepiscopum referre debueras, cui spreta communione tua communicare non noveras, aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius literas dirigenda. Sed novi cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum metropolitano tuo honorem reddere.* Patriarchatus Constantinopolitanus (quia tempore Nicæni concilii Constantinopolis urbs nondum dedicata fuit) hisce postea tempore Justiniani, post annum Domini quingentesimum, opera imperatoris, & Romanorum pontificum permissione accessit. In concilio quidem Constantinopolitano primo, ac postea in Chalcedonensi, Constantinopolitanus non modo patriarchatum, verum etiam secundum locum obtinere conatus est: sed (pontifice reliquisque reclamantibus primatibus) frustra. Cur tres tantum prædictæ sedes patriarchales isto ordine collocatæ fuerint; solius Petri apostolorum principis prærogativa, dignitas & primatus, velut propria & immediata causa honoris & potestatis, effecit: quamquam Petrum in his sedibus eligendis, quod

Cur hæc epistola non ribus cu ceat.

Hierosoly tam sedes & quom patriarch

Constanti politanus triarchæ

Quare tantum chales se sint.

1. Cor

2 Zach

3. pr interpo

Isa 42

2. Tim

1. Tim

1 MS. *Aut ergo.* 2 MS. *ita.*

quod S. Leo in epistola 84. ad Anastasium docet, quamdam rationem magnitudinis & nobilitatis urbium habuisse, negari non possit. Romana sedes primam dignitatem patriarchalem obtinet, quia Petrus apostolus in hac quam fundavit, ut inquit S. Gregorius lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexand. quiescere & vitam finire dignatus est. Alexandrinam sede patriarchali decoravit (verba Gregorii sunt) in quam evangelistam Marcum discipulum misit. Tertio, sedem in qua ipse septem annis sedit, Antiochenam nimirum firmavit, & sedis patriarchalis honore condecoravit; ita Gregorius prædicta epistola, S. Leo epistola 53. ad Anatolium. Sicut ergo major est Petrus apostolus Marco evangelista, & Marcus evangelista Evodio, qui neque apostolus neque evangelista fuit, ita quoque Romana ecclesia Alexandrinam, & Alexandrina Antiochenam auctoritate & dignitate superat. Vide Bellarm. de Rom. pontif. lib. 1. c. 14.

A

DUO DECRETA ANACLETI PAPÆ

EX GRATIANO.

Quare laici in accusatione episcoporum non audiuntur.

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quidam infesti sunt. Et indignum est ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

2. quæst. 7. Laici in episcoporum. Eadem fere verba habentur in epistola 1. Eusebii P.

B *Singulis annis apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus apostolicis subjacent.*

Juxta sanctorum patrum & canonum instituta, omnes episcopi, qui hujus apostolicæ sedis ordinationi subjacent, & qui propinqui sunt, annue circa Idus Maii sanctorum principum Petri & Pauli liminibus præsententur, omni occasione sepositā. Qui vero de longinquo sunt, juxta chirographum suum impleant. Qui autem hujusmodi constitutionis contemptor extiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subjacere sententiis.

93. distinct. Juxta sanctorum patrum. Et in decr. Zachariepapæ.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA EVARISTI PAPÆ.

ANNO CHRISTI 112. " 119.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a EVaristus natione Græcus [a], ex patre Judæo nomine Juda, de civitate Bethlehem, *b* sedit annos novem, menses decem, dies duos. *c* Fuit autem temporibus Domitiani & Nervæ Trajani, a consulatu Valentis & Veteris, usque ad Gallum & Braduam consules. Martyrio coronatur. *d* Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris. Et *e* septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum prædicantem, propter stylum veritatis. *f* Hic fecit ordinationes * tres per mensem Decembrem, presbyteros * sex, diaconos * duos, episcopos per diversa loca * quinque. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano * sexto Kalendas Novembres. Et cessavit episcopatus [b] (*a*) dies XVIII.

C est novem annorum, trium mensium, & tredecim dierum: a quibus si interregni pontificii tredecim dies deduxeris, quibus idem auctor in vita Anacleti sedem pontificiam post Anacleti martyrium vacasse scribit, supersunt anni 9. & menses 3. quibus Evaristus sedit. Eusebius in chronico annos novem tantum Evaristo tribuit, quod non consueverit ipse menses & dies, quibus Romani pontifices supervixissent, addere. Quod vero omnes annos ejus sub Trajano recenset, inde accidit, quod Cletum una cum Anacleto conflans, unum Romanum pontificem prætermiserit, in quo ipsum ipsiusque sectatores omnes errasse certum est. Baron. anno 121. num. 1.

Error Eusebii.

c Fuit autem temporibus &c.) In chronologia imperatorum & consulum viciſſim auctor pontificalis errat. Nam 13. anno Trajani, qui est Christi " 112. pontificatum ingressus, sedit usque ad annum Christi " 121. & " Hadriani imperatoris II.

Error libri Pontificalis " 110. " 119.

D *d Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris.*) Per titulos intellige domos divino cultui mancipatas, in quibus Christiani synaxes agere consueverant. Expositio patet ex epistolis duabus plane aureis Pii pontificis ad Justum Viennensem, in quarum priore hæc de nuper erecto titulo: *Antequam Roma existeres, soror nostra Euprepia (sicut bene recordaris) titulum domus suæ pauperibus assignavit, ubi nunc cum pauperibus nostris commorantes, missas agimus.* Cum igitur religio Christiana in dies majoribus incrementis augeretur, pluresque domos sacras, sive titulos requireret, plures instituti, & inter presbyteros certos, certis titulis adscriptis, divisi sunt. Causa autem ob quam domus Deo consecratæ, Tituli appellentur, duplex a Baronio affertur: una, quod sicut fiscus impositione alicujus tituli, puta veli, imaginis, aut nominis imperatorii, (de quibus l. si quando de bonis vacant. lib. 11. Augustinus in

Ecclesiæ cur dicantur tituli.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Evaristus.) Hujus Evaristi pontificis, Irenæus lib. 2. cap. 3. Optat. contra Parm. lib. 2. Epiphan. hæresi 26. Augustinus epist. 165. meminerunt.

b Sedit annos novem, menses decem, dies duos.) Annos novem, menses tres habet alia lectio libri pontificalis, quam Baron. anno Dom. 112. num. 4. & 121. num. 1. recte sequitur. Nam secundum tabulas ecclesiasticas, Anacletus, Evaristi prædecessor, 13. Julii, Evaristus autem secundum easdem tabulas 26. Octobris martyrio coronati sunt. Itaque tempus intermedium

in pſalm. 21. expoſit. 2. Ambroſius epiſtola ad Marcellinam ; Gregor. lib. 5. epiſt. 44.) rem aliquam ſibi vendicare & principi conſecrare ſolebat ; ita epiſcopi domum aliquam divino cultui mancipantes, illam titulo & vexillo crucis inſignirent , & conſecrarent. Unde eſt quod Theodoſius Imperator lege ultima de Paganis, cod. Theodoſ. præceperit , ut delubra gentilium Chriſtianæ religionis cultui manciparentur , *collocato in eis* , ut ait , *veneranda Chriſtianæ religionis ſigno*. Altera cauſa eſt, quod qui illi presbyter adſcriberetur , ab ea nomen titulumque acciperet , ut illius loci presbyter diceretur . Baron. anno domini 112. num. 4. 5. 6.

e Septem diaconos ordinavit , qui cuſtodirent epiſcopum prædicantem.) Conſtituit Evariſtus , ut diaconi , qui ſunt eccleſiæ ſacri miniſtri , non tantum ſacrificium (quod ab ipſa prima ipſorum inſtitutione factum eſt) offerenti epiſcopo aſſiſtant , verum etiam inſtar ſeptem angelorum in circuitu throni Deo aſſiſtentium , ſeptem diaconi eumdem evangelium prædicantem ob munetis majeſtatem, & functionis amplitudinem, quaſi circumvallarent . De hac eccleſiaſticæ cum cœleſti hierarchia conformatione , Ignatius epiſt. 5. ad Trallianos ſcribens , ait : *Quid vero diaconi , quam imitatores angelicarum virtutum ? qui purum & inculpatum miniſterium illis exhibent , ut S. Stephanus B. Jacobo , Timotheus & Linus Paulo , Anacletus & Clemens Petro* . Hinc eſt , quod ſicut apoſtolica inſtitutione & auctoritate Timotheum Paulus monet , ne adverſus presbyterum accuſationem abſque teſtibus recipiat , ne videlicet detrahendi atque calumniandi aditus impiis pateret ; ita pariter S. Ignatius , ut quantæ æſtimationis & reverentiæ diaconi in eccleſia apud omnes eſſe debeant , innoteſcat , terribili conteſtatione , ne quis diaconos accuſet ; prædicta epiſtola exterret . *Cavendum itaque* , inquit , *non ſecus atque ignem ardentem fugitis , ne quis eos accuſet* Regionarii diaconi qui ſint , infra in vita Fabiani dicemus . Vide Baron. anno domini 112. n. 7. 8. 9. & 10.

f Hic fecit ordinationes.) Baronius antiquiſſimi codicis lectionem ſecutus , ſic legendum ſcribit : *Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem , creavitque presbyteros decem & ſeptem , diaconos duos , & epiſcopos per diverſa loca quindecim.*

---

a Suppoſititiæ Contio aliiſque eruditis catholicis.

[a] EPISTOLA I.

[1] EVARISTI PAPÆ

AD OMNES EPISCOPOS AFRICANOS

De ordine diaconorum & legitimo conjugio , atque de fide, (2) & non injuriandis epiſcopis aut lacerandis.

I. *Quot in civitate diaconi eſſe debeant.*
II. *De uxore ducenda.*

Dilectiſſimis fratribus univerſis Africæ regionis Epiſcopis Evariſtus.

b Inn. ep. 3. 4. 22.

COnſulentibus vobis, fratres cariſſimi, [b] quid ſuper his quæ in veſtris continebantur ſcriptis viſum nobis eſſet , vel quid docilis ratio perſuaderet, aut quid a beatis apoſtolis nobis traditum aut cuſtoditum remaneret, optantes (ut retuliſtis) noſtris [c] inſtitui documentis, hæc vero reſcribimus: ſiquidem dilectio veſtra normam ſecuta prudentium, ad ſedem apoſtolicam referre maluit , quaſi ad caput , quid deberet de rebus dubiis cuſtodire, potius quam uſurpatione præſumere.

c inſtrui.

I.

93. diſtinct. diaconi qui quaſi oculi.

a Diaconi (qui quaſi oculi videntur eſſe epiſcopi) in unaquaque civitate, juxta apoſtolorum conſtituta ſeptem debent eſſe , [d] qui cuſtodiant epiſcopum prædicantem , ne aut ipſe ab inſidiatoribus quoquo modo infeſtetur, aut lædatur a ſuis , aut verba divina , detrahendo aut inſidiando, polluantur vel deſpiciantur, ſed veritas ſpirituali redoleat fervore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate concordet.

d Neocæſ. 14. ex verſione Dionyſii.

II.

Similiter cuſtoditum & traditum habemus , ut uxor [2] legitime viro jungatur. *b* Aliter enim legitimum (ut a patribus accepimus, & a ſanctis apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus traditum invenimus) non ſit conjugium [3] , niſi ab his qui ſuper ipſam feminam dominationem videntur habere , & a quibus cuſtoditur , uxor petatur, & a parentibus aut propinquioribus ſponſetur, & legibus [b] dotetur, & ſuo tempore ſacerdotaliter (ut mos eſt) cum precibus & oblationibus a ſacerdote benedicatur, & a paranymphis (ut conſuetudo docet) cuſtodita & conſociata a proximis , tempore congruo petita , legibus [c] dotetur , & ſolenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent , & caſtitatem cuſtodiant, ut bonæ ſoboles generentur, & domino in actibus ſuis placeant. Taliter enim & domino placebunt , & filios non ſpurios , ſed legitimos atque hæreditabiles [4] generabunt. Quapropter, filii cariſſimi & merito illuſtres , fide catholica ſuffragante ita peracta [5] legitima ſcitote eſſe connubia. Aliter vero præſumpta, non conjugia, ſed aut adulteria, aut contubernia, aut ſtupra, vel fornicationes, potiuſquam legitima conjugia eſſe non [6] dubitate, [7] niſi voluntas propria [8] ſuffragata fuerit, & vota ſuccurrerint legitima . Nam fructus divinus eſt, præcepta divina cuſtodire. Ea quoque deſerere, præſumptionem fieri , nulli dubium eſt. Cur ergo indignum eſt, unitatem eccleſiæ cuſtodire? Idemque omnes pariter & ſentiamus, & pronunciemus . Si enim aliter præſumpta fuerint , perdunt profecto ipſi tranſgreſſores ſeipſos, qui ſemetipſos decipiunt. Hæc cunctis recitanda per omnes eccleſias Africanas , ſcripta dirigite, & iſtis connectite quas adjunximus literas [d] præfectorum, [9] ut de his quæ inique laudantur, (ſi quid tale probari poterit) judicium fiat, & inhibita coerceantur, & præterita mala & illicita conjugia, ſi doceantur admiſſa, digna ſeveritate corripiantur . De cetero vero caveantur talia per omnes eccleſias , ne eccleſiæ ſanctitas , per noſtram fatigata negligentiam, perdat privilegia quæ eſt per viros venerabiles conſecuta.

b Ita.

De his vero , quibus ab inſidiatoribus fatigamini, unde & nos conſulere, & a nobis edoceri inter cetera voluiſtis, eo [c] quod ſint quidam qui arbitrantur de Patre ſolo dictum eſſe, *quia ipſe ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem;* ita eos apoſtolicis percutite ferulis, & divinis redarguite præceptis . Non enim ſolus Pater ſine Filio lucem inacceſſibilem habitat: quia ubi Pater eſt, ibi etiam Filium eſſe indubitabili fide credendum eſt. Nam ſi ſolus Pater ſine Filio (quod dicere nefas eſt) lucem habitat inacceſſibilem, neceſſe eſt,

c Ita.

---

1 In pleriſque libris Græcis, & Latinis eſt *Evareſtus*, etiam optime. *Harduinus* , cujus etiam ſunt quæ ſequuntur.
2 In MS. collectionis Iſidori Pariſ. Soc. Jeſu deſunt, quæ ſequuntur; *& de non &c.* 3 MS. *legitime*. 4 MS. *generantur*.
5 MS. *legitime*. 6 MS. *dubitantur*. 7 Ita libri omnes MSS. & editi, cum Gratiano, Magiſtro Sentent. 4. diſt. 28. Ivone I. Decr. & Pannom. aliiſque. Nec Contio credimus ad edictum Henrici II. pag. 14. & alibi, legi dicenti in ſuo MS. *etiamſi voluntas ..... vel vota &c.* Harduinus. 8 MS. *ſuffragaverit*. 9 MS. *unde his*.

se est, ut sequestratam Pater a Filio habeat A mansionem. Quod si ita est, quonam modo idem Filius, ad dexteram Patris adstans, a beato martyre Stephano dicitur conspici, si Pater secundum eos solus dicitur sedibus lucis contineri. Absit hoc a sensu fidelium, Christo in unitate fidei adhærentium: quoniam sicut non obest Filio, cum solus dicitur Pater lucem inaccessibilem habitare, ita non obest Patri, cum sapientia, quæ est Filius, dicitur gyrum cœli sola circuire. Pater itaque, cum sit invisibilis & ingenitus in se, in Filio visus apostoli testimonio comprobatur, & in Filio, a se inenarrabiliter genito, mansisse ac requievisse monstratur, ipso Filio in propheta loquente: *Qui me genuit, requievit in tabernaculo meo.* B Et in evangelio: *Pater in me manens, facit opera hæc.* Et, *Deum nemo vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Si enim in sinu Patris erat Filius ab initio, & ex corde Patris verbum bonum eructatum est, quomodo non in corde paterno consistens, lucem cum eodem inaccessibilem habitasse credendus est? Numquid Pater absque ulla luce in Filio potuit commanere, aut in tabernaculo Filii sine eadem potuit requiescere, cum idem Filius *candor sit æternæ lucis, & speculum sine macula deitatis*, Salomon superquam salutem suam dilexisse se dicit, in cujus specie semper delectari gestivit? *Super salutem & speciem*, inquit, *dilexi illam, & pro luce proposui habere eam, quoniam* C *inestinguibile est lumen ejus.* Hanc ergo David propheta lucem desiderans, anxius proclamat, dicens: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* Iterum: *In lumine tuo videbimus lumen.* In hujus igitur luminis claritate Filius seipsum in monte tribus discipulis præostendit: qui metu mortis perterriti, prostratique in faciem, sibi vitæ finem adesse senserunt. Hanc (inquam) lucem in se fuisse demonstrans Filius proclamabat, &, ut in eadem incederent, discipulos præmonebat: *Cum lucem habetis*, inquit, *ambulate in luce.* Et iterum: *Ego sum lux hujus mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ æternæ.* Et evangelista: *Erat lux vera*, ait, *quæ illuminat omnem hominem ve-* D *nientem in hunc mundum.* Si hæc lux, quæ credentibus promittitur, in Filio esse probatur, & cum æterno æterna esse dicitur, quomodo a vobis ab inaccessibili luce Patris Filius separatur? Si enim Filius, *Deus verus & vita æterna est*, sine dubio in hac luce simul cum Patre habitare credendus est, quam nullus modo nostrum, in hoc mortali corpore constitutus, potest aliquatenus contueri: sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit sicuti est, qui ejus conspectibus fuerit dignus coaptari. Et non sicut Moses, ceterique prophetæ per ænigmata & figuram, sed ipsam veraciter in Filio, secundum apostolum, contuebitur deitatis imaginem. Nam si hunc eumdemque prophetæ sub testimonio, sub- E sequente sereno mentis intuitu, investigare volueris, invenies Filium non posse ab hac luce Patris penitus separari: quoniam cum solum Filium dixerit in terra cum hominibus conversatum, Patrem ab illo, non est credendum, fieri alienum. [a] *Si testimonium enim hominum Dei accipimus, testimonium Dei majus est. Quoniam hoc est testimonium Dei quod majus est, quia testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit in Filium, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita est in Filio ejus. Qui habet Filium, habet vitam. qui non habet Filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciatis, quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos. Et scimus quia audit nos, quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est* B *peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est, & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Hæc, fratres, prædicate, hæc omnibus nunciate. Vos vero invicem exhortamini, perfecti estote, semperque gaudete: pacem autem sectamini in omnes, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Deo autem & Patri nostro gloria in sæcula sæ- C culorum. Amen. Data IX. Kalendas Aprilis, [a] Valente & Vetere viris clarissimis coss.

Arianum, cui fabricator hujus epistolæ laciniam pro more adtexit ex ep. 1. *Joan.* 5.

[a] Coss. fuerunt anno Christi 96. quo nondum obierat S. Clemens.

Notæ Severini Binii.

a Diaconi.) Vide quæ diximus in notis ad vitam Evaristi, verbo *Septem diaconos.*

b Aliter enim legitimum non fit conjugium nisi ab his.) Qua ratione Evaristus hac epistola sequentibus verbis, ad legitimum matrimonium requirit, ut sponsa a paranymphis ad ecclesiam deducatur, uxor cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & ut postea biduo aut triduo vacent orationi &c. eadem ratione consensum parentum ad legitimum & verum connubium exigit; scilicet, quod in foro externo licitum ac validum esse non debeat præsumi, sed potius pro adulterio haberi, nisi cum prædictis conditionibus sit contractum. Cum igitur ipsis hæreticis testantibus certum sit, in foro conscientiæ, ad veritatem & essentiam matrimonii duas prædictas conditiones non requiri; etiam certum esse fateri debent, quod consensus parentum ad verum matrimonium contrahendum non sit ita necessarius, quasi sine hoc, matrimonium inter duas personas habiles contractum, in foro conscientiæ nullum sit. Evaristus igitur hoc decreto hujus epistolæ non voluit significare prædictas omnes conditiones esse necessarias; ita ut si una vel altera desit, irritum sit matrimonium; sed ita legitimum esse conjugium, si illa omnia adhibentur: contra autem, si nulla earum adhibita sit, & conjugium occulte sine testibus, & sine illa celebritate contrahatur, legitimum haberi non possit, non quidem in conscientia, sed in foro externo, & apud ecclesiam, quæ de occultis non judicat. Contracturi itaque matrimonium, non ex necessitate sacramenti, sed tantum ex honestate & pietate, qua per legem Dei parentibus suis obstringuntur, parentum suorum consensum requirant. Ita Bellarminus de sacramento matrimonii lib. 1. c. 20. & communiter omnes scholastici, hunc locum Evaristi interpretantur.

De hoc loco, qui certe lubricus est, vide decr. Concil. Trid. de reformatione matrimonii

c Quod sint quidam qui arbitrantur de Patre solo dictum esse.) Basilidem, Saturninum, aliosque ejus sectatores intelligit: de quibus Baronius anno domini 120. num. 5. & sequentibus, ubi impura & scelestissima eorum dogmata recenset.

EPISTOLA II.

EVARISTI PAPÆ.

De episcopis ejectis, & aliis loco eorum substitutis, *vel ut habet MS. Just.* Quod Christus sit caput & sponsus ecclesiæ, & sacerdotes qui ejus vice legatione funguntur, similiter sint ecclesiis suis: & qualiter sacerdotes suas ecclesias & eorum ecclesiæ eos debeant diligere.

Evaristus urbis Romæ episcopus, omnibus per Ægyptum domino conglutinatis fratribus in domino salutem.

a S. Leo ep. 18.

UNum nos, fratres, [a] sentire oportet & agere, ut (sicut legimus) in nobis unum cor & una anima esse probetur. Scimus namque, sicut & a patribus accepimus, Christum esse caput, cujus & membra sumus. Ipse enim est sponsus, & ecclesia sponsa, cujus filii nos sumus: & ideo unum Patrem habemus Deum in cœlis. Sacerdotes vero vice Christi legatione [b] funguntur in Ecclesia. Et sicut ei sua conjuncta est sponsa, id est, ecclesia [c] (si) episcopis junguntur ecclesiæ, unicuique pro portione sua. Et sicut vir non debet negligere uxorem suam, sed diligere & caste custodire & amare atque prudenter regere: sic episcopus & multo magis custodire & amare atque prudenter regere debet ecclesiam. Et velut uxor, quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumque diligere & amare: ita potius etiam ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere & amare ut animam suam debet, quia illud fit carnaliter, istud spiritualiter. Et sicut vir non debet adulterare uxorem suam, ita nec episcopus ecclesiam suam; id est, ut illam dimittat, ad quam sacratus est absque inevitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa conjungat. Et sicut uxori non licet dimittere virum suum, ut alteri se (vivente eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir ejus, sed juxta apostolum, *aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta:* ita ecclesiæ non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare ut alterum (vivente eo) accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, alterum episcopum (suo vivente) non accipiat, ne fornicationis aut adulterii crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo junxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desideraverit; per acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. Unde & dominus loquitur in evangelio, dicens: *Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Episcopum vero oportet opportune & importune atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere & amare, ut a vitiis se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reverentia ejus doctrinam debet suscipere, eumque amare & diligere, ut legatum Dei, & præconem veritatis: quia testante veritate, *quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlo.* Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, & prævidendum vobis, ne offendatis eos qui tantam a domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summopere venerandi sunt, non detrahendi, vel lacerandi, aut ejiciendi, sed portandi & amandi, ipso dicente domino: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus scribimus, fratres, ut ab his vos caveatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis; quoniam injuria episcoporum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. Audivimus enim quosdam a vobis infamatos & dilaceratos episcopos, ac e civitatibus propriis pulsos, quia alibi episcopi constitui non possunt, nisi in civitatibus non minimis: & alios in eis, ipsis viventibus, constitutos. Ideo hæc vobis scribimus, ut sciatis hoc fieri non licere, sed proprios revocari, & integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate sponsas suas, quas & uxores eorum (præfixo tenore) esse intelligimus, tenent; ejici ut adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri jubemus. Si autem adversus eos aliquam querelam habueritis, his peractis, inquirendum erit, & auctoritate hujus sanctæ sedis terminandum. [a] Et ne omnia nunc singulatim dicamus, omne bonum, si ipsa per se in vobis fuerit, caritas facere docebit, sicut & e contrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet. Unde & vos, qui veri Dei estis discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Verumtamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus: quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes summopere laborare pro eo debetis, intantum, ut (si etiam necesse fuerit) animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animam suam pro vobis (si necesse fuerit) ponere debet, ipso dicente salvatore: *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Vos vero obedite eis, & vigilate pro eis, quia ipsi pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.* Non est itaque a plebe aut vulgaribus hominibus arguendus vel accusandus episcopus, licet sit [b] inordinatus; quia pro meritis subditorum, disponitur a Deo vita rectorum, exemplo David peccantis, ac comparatione principum, qui ex merito plebis prævaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine unumquemque probare, juxta testimonium domini ad Jeremiam loquentis: *Probatorem*, inquit, *dedi te populo meo robustum, & scies, & probabis viam eorum.* Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet convertere in malum, & in electis ponit maculam. Unde si qui sunt vituperatores aut accusatores episcoporum vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos judicibus ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio vel opinio, qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conscientia, quove merito, si pro Deo, aut pro vana gloria aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista præsumpserint, necne.

Hæc omnia fideliter sunt perscrutanda, & diligenter pertractanda. Nam sunt nonnulli, qui præpositos suos perverse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint. Idcirco rest

ocu-

b S. Greg. XII. 32.

c S. Ambr. de dignit. sacerd. 4.

7. q. 1. Sicut vir non.

1. Cor. 7.

Matth. 5. 7. q. 1. Sicut vir. §. episcopum vero. Et in epist. 1. Clementis ad Jacobum.

Matth. 16. & 18.

oculo primates ecclesiarum utiliter prævideant, ne quisquam eorum innocens vexetur aut scandalizetur, intendentes sententiæ domini, qua ait: *Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris*, &c. Deus autem omnipotens, ut nos a præcipitatæ sententiæ prolatione compesceret, (cum omnia nuda & aperta sint oculis ejus) mala tamen Sodomæ noluit audita [a] judicare, priusquam manifeste agnosceret quæ dicebantur. Unde ipse ait: *Descendam, & videbo, utrum clamorem qui venit ad me, opere compleverint: an non est ita, ut sciam*. Deus omnipotens, cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequam fiant, non ob aliud hæc & alia multa (quæ hic, prolixitatem vitantes, non inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi ut nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis & judicandis negotiis essemus, & ne mala quorumdam prius præsumamus credere, quam probare. Cujus exemplo monemur, [b] ne ad proferendam sententiam unquam præcipites simus, aut temere indiligenterque indiscussa quæque quoquo modo judicemus, dicente veritatis voce: *Nolite judicare, ut non judicemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini*: & reliqua. Nam mala audita nullum moveant, nec passim dicta, absque certa probatione, quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat. Si enim dominus [c] omnium Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlum usque pervenerat, omnia sciens, prius nec credere nec judicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans [d], quæ audierat, opere [e] veraciter cognosceret: multo magis nos humani & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta judicia Dei, hæc præcavere, & nullum ante veram justamque probationem judicare aut damnare debemus, manifeste apostolo dicente Paulo, qui ait, *Tu quis es, qui judicas servum alienum? Suo enim domino stat, aut cadit*. Unde & per prophetam David dominus loquitur, dicens: [f] *Nolite extollere in excelsum cornu vestrum, loquentes in cervice veteri: quia neque ab oriente, neque occidente, neque a solitudine montium, sed Deus judex hunc humiliabit, & hunc exaltabit, quia calix in manu domini est, vino meraco ad plenum mixtus, & propinabit ex eo. Verumtamen fæces ejus potabunt bibentes omnes impii terræ. Ego autem annunciabo in sempiternum, psallam Deo Jacob*. Et alibi idem ait propheta: *Ab increpatione tua, Deus Jacob, consopitus est & currus & equus. Tu terribilis es, & quis stabit adversum te? Ex tunc ira tua. De cœlo annunciabis judicium, terra timens tacebit, cum surrexerit ad judicandum Deus, ut salvos faciat omnes mites terræ*. Et apostolus ait: *Mihi vindictam, ego retribuam*. Et alibi inquit idem apostolus: *Sufficit unicuique objurgatio, quæ fit a pluribus, ita ut magis donetis, & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur is qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illo caritatem*. Et dominus in evangelio ait: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Dilectio enim proximi, malum non operatur. Propter quod*, juxta apostolum, *inexcusabilis es, o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum, teipsum condemnas, eadem agens quæ judicas. Scimus enim, quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis, qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: his quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quærentibus vitam æternam: his autem qui ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio: tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum*. Et alibi idem ait apostolus: *Causati enim sumus, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est: Quia non est justus quisquam, non est intelligens, non est requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt, & non est timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: quoniam ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus, & justificans eum, qui ex fide est Jesu Christi*. Item idem: *Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat? Quis est qui condemnet? Christus Jesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu domino nostro. Debemus autem nos*, ut ait idem apostolus, *firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & [a] nobis placere: Unusquisque [*] vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, improperia improperan-*

[a] non [*] nostrum

rantium tibi, ceciderunt ſuper me. Benedictus Deus A
& Pater domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericor-
6. Cor. 1. *diarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur*
nos in omni tribulatione noſtra, ut poſſimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi a Deo: quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Sive autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſive exhortamur pro veſtra exhortatione, quæ operatur tolerantiam earumdem paſſionum, quas & nos patimur, & ſpes noſtra firma eſt pro vobis, ſcientes quoniam ſicut ſocii paſſionum eſtis, ſic eritis, & conſolationis. Fi-
2. Cor. 10. *delis autem Deus, qui non patietur vos tentari*
1. Cor. 14. *ſuper id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione* B
a Clem. ep. 4. ſupra pag. 142. D. *etiam proventum, ut poſſitis ſuſtinere.* [a] Propter quod, cariſſimi, ſectamini caritatem, & æmulamini meliora & ſpiritualia, & adjuvate vos invicem, ut Deo ſemper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis ſit cum omnibus
b an. Chriſti 108. adhuc vivente Anacleto. vobis. Amen. Data Kalend. Novemb. [b] Gallo & Bradua viris clariſſimis coſſ.

EX DECRETIS
EVARISTI PAPÆ,

Secundum codicem, [a] librorum quinque, lib. C
5. c. 8. Tamen ſecundum decretum Gratiani, eſt conſtitutio Hyginii papæ.

Ut ſine miſſa eccleſia dedicari non debeat.

Omnes baſilicæ cum miſſa ſemper debent conſecrari, altaria vero placuit non ſolum unctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari. Si vero altaria non fuerint lapidea, ad celebranda divina officia non conſecrentur. Ubi etiam eccleſia eſt, de cujus ambigitur conſecratione, a vicinis presbyteris & parochianis fideliter requiratur. Hi ergo cum ceteris omnibus in ſynodali concilio ab epiſcopo pro ſuo ſunt conteſtandi ſacerdotio, ſi illorum temporibus vel anteceſſorum ſuorum, ſciant eccleſiæ illius dedicationem, die vel officio unquam fuiſſe celebrem. Quod ſi affirmando in hoc concordant, non fiat injuria eccleſiæ legitimæ vel ſuo defenſori: ſin autem, in arbitrio ſit epiſcopi, claudere ſeu aperire eam.

Nota Severini Binii.

Uſque ad verbum *conſecrari* apud pleroſque collectores citatur ex Evariſto: reliqua aliter habentur apud Grat. de conſecr. diſt. 1. cap. Omnes baſilicæ. cap. Altaria. cap. Altaria placuit. ex diverſis conciliis.

Ex Decretis Evariſti Cap. 5.

UT presbyteri de occultis peccatis juſſione Epiſcopi pœnitentes reconcilient: & ſicut ſupra ſcripſimus infirmantes abſolvant, & communicent. ☞

---

1 Vetus collectio MS. librorum quinque cap. 8. tribuit præterea Evariſto decretum, quod conſarcinatum eſt ex cap. 3. de conſecrat. diſtinc. 1. *Omnes Baſilicæ*. Quod Hygino Gratianus aſſerit: ex cap. 32. *Altaria placuit*; ex Concil. Agathenſi anni 566. can. 14. & ex cap. 31. *Altaria ſi*; ex Concil. Epaunenſi anni 517. cap. 26. & 27. *Harduin.*

2 Duæ ſunt adhuc ineditæ collectiones canonum; quarum altera in quinque libros, & altera in ſexdecim digeſtæ ſunt. Hos binos Codices MSS. paſſim citant, & ex illis Canones quoſdam referunt Conciliorum Collectores. Verum ſero tandem intellectum eſt hos Codices ſexdecim, quatuordecim, & quinque librorum nihil eſſe aliud, quam varios Codicis Canonici a Burchardo editi MSS. Codices mutilos, prout in nonnullis Bibliothecis hodie pariter viſuntur. *Manſi.*

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ALEXANDRI PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

ANNO CHRISTI 121. " 119.

[a] ALexander natione Romanus, ex patre Alexandro, [b] de regione Caput tauri, [c] sedit annos 10. menses 7. dies 2. [d] Fuit autem temporibus Trajani usque ad Ælianum & Veterem consules. [e] Hic passionem domini miscuit in [a] precatione sacerdotum [b] quando missæ celebrantur. [f] Martyrio coronatur, & cum eo Eventius presbyter & Theodulus diaconus. [g] Hic constituit aquam [c] asperſionis cum sale benedici in habitaculis hominum. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diversa loca quinque. Qui (*a*) & sepultus est via Numentana, *b* ubi decollatus est, ab urbe Roma non longe, milliario 7. quinto Nonas Maias. Et cessavit episcopatus dies * xxv.

Notæ Severini Binii.

a Alexander.) Anno domini 121. Alexandrum post martyrium Evaristi pontificiam sedem obtinuisse, index Romanorum pontificum ab Honorio papa tertio collectus, qui extat Romæ in Vaticana bibliotheca, habet. Baron. prædicto anno.

b De regione Caput tauri.) Cum nulla apud antiquos e quatuordecim regionibus eo nomine dicta habeatur, Baron. prædicto anno 121. num. 2. existimat locum illum circumscriptum esse juxta Palatium, quem Svetonius in Octavio cap. 5. nominat, *capita bubula*, ubi Octavium natum fuisse tradit. Baronius prædicto anno 121.

c Sedit annos 10. menses 7. dies 2.) Ultra decennium, menses quinque, & dies 20. non sedisse cum interregno, Evaristi & Alexandri dies natalis in ecclesia celebris simul ostendunt. Evaristus 26. Octobris anno 121. Alexander vero tertia Maii, anno domini 132. mortuus habetur: a quibus si octodecim dies, quibus sedes vacavit, subtrahas, relinquuntur anni decem, menses 5. dies 20.

d Fuit temporibus Trajani.) In chronologia imperatorum & consulum erratur. Sub Hadriano enim pontificatum ingressus, ejusdem imperatoris Hadriani anno 13. qui est Christi " 132. una cum sociis Eventio ac Theodulo presbyteris post dira tormenta martyrio coronatus est tertia die Maii, ut patet ex actis Alexandri, quæ extant apud Surium tom. 3. die 3. Maii. Baron. anno 132.

e Hic passionem domini miscuit in precatione sacerdotum.) Hæc ab Alexandro potius scriptis mandata, ac decreto roborata, quam recens statuta dici debent. Nam præcepto Christi, quod extat Luc. 22. apostolis eorumque successoribus demandatum fuit, ut quotiescumque sacrificarent, in ejus memoriam id agerent. Nec aliud Paulus 1. ad Cor. 11. significasse voluit, cum dixit: *Quotiescumque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat.* Baron. prædicto anno 132. num. 3.

f Martyrio coronatur.) Quamquam edicto Hadriani ad Fundanum rescripto, quod extat apud Baron. anno 128. num. 4. persecutio in Christianos aliqua ex parte sedata videri possit, tamen Romæ ab horum nece persecutores non abstinuisse, vel ex eo accidit, quod edictum principis forte in Asia tantum a Fundano proconsule, cui id rescriptum erat, non autem Romæ promulgatum fuerit, vel etiam ex eo quod superstitionis gentilitiæ summi pontifices ac ceteri magistratus judicaverint, non esse ferendum Alexandrum, quod ut habent illius acta (complures senatores & præfectum urbis Hermetem una cum omni familia, aliosque Romanos cives ad Christi religionem perduxisset. Baron. prædicto anno 132.

g Hic constituit aquam asperſionis cum sale benedici.) Exemplo Christi qui Matth. cap. 14. Luc. cap. 9. panem turbæ daturus, antea illis benedixit, & juxta doctrinam Pauli 1. ad Timoth. cap. 4. (ubi tradit, omnem creaturam per verbum Dei & orationem sanctificari) aquæ, salis, aliarumque rerum consecrandarum ceremoniam ab apostolis institutam, & per traditionem ad posteros derivatam, deinceps in ecclesia frequentari Alexander pontifex sequente decretali epistola constituit ac præcepit, ac deinceps in ecclesia semper omnibus temporibus, ut ex diversorum sæculorum diversis patribus & conciliis Bellarm. lib. 3. cap. 7. de cultu sanctorum probat, velut pia, sacra & ab apostolis institutа ceremonia, non superstitiose, sed pie & salubriter usurpata, & variis miraculis frequenter confirmata est. Vide Baron. anno domini 132. num. 3. 4. & 5. & anno domini 57. num. 109. & sequentibus. Bellarm. prædicto loco. Consecratio aquæ & salis unde instituta.

b Ubi decollatus est.) Cum Deus multa miracula per Alexandrum Romæ edidisset, (ut ex actis illius constat) & Quirinum tribunum, apud quem Hermes præfectus custodiebatur in carcere, ejusque filiam Balbinam virginem sanitati redditam, catenarum, quibus vinctus erat, contactu ad Christi fidem adduxisset, multis dirisque cruciatibus affectus, creberrimis punctis confossus, tandem cum sociis Eventio & Theodulo decollatus est. Alexander martyr.

---

[a] EPISTOLA I.

a Hæc & duæ sequentes viris apprime Catholicis *vοθείας* suspecta sunt.

ALEXANDRI PAPÆ I.

AD OMNES ORTHODOXOS.

[1] De sacerdotibus non vexandis, &c.

I. *De iis qui sacerdotes accusant, vel persequuntur.*

II. *De scriptura vel confessione per vim extorta.*

III. *Si quis adversus episcopum, vel actores ecclesiæ querelam habuit.*

IV. *Ut in oblatione sacramentorum commemoretur passio Christi, & ut panis tantum & vinum aqua mixtum offeratur.*

V. *De benedictione salis & aquæ, sive ceterorum elementorum.*

VI. *De trinitate & unitate deitatis.*

Alexander episcopus, omnibus orthodoxis per diversas provincias Christo domino famulantibus.

COgitantibus [b] nobis metum divini judicii, fratres carissimi, & post vitam hanc unum-

b Idem initium ep. 3. Siricii papæ., ut suo loco reddemus.

1 Titulus Integer: *De Sacerdotibus non vexandis, nec scriptis ab eis per metum, aut aliquam fraudem exigendis: & de passione Domini in consecratione corporis ejus miscenda, & de aqua cum sale populis benedicenda; & de fide Sanctæ Trinitatis.*

unumquemque, prout gesserit, recepturum, quid A veniat in querelam, tacere non licuit; sed nobis, vobis loqui, necessitas imperavit, dicente
Isa. 58. propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam.* Et cui omnium ecclesiarum commissa est cura, si dis-
Marc. 7. simulem, audiam domino dicente: *Rejecistis mandatum Dei, ut statuatis traditiones vestras.* Quid enim aliud est rejicere mandatum Dei, quam privato consilio, judicio humano, novis rebus constituendis liberius delectari? Unde &
Prov. 22. alibi scriptum est: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum
a Perlatum est. postponit atque confundit. Pervenit [a] namque ad conscientiam apostolicæ sedis, quod nonnulli sunt tam stolidi, qui dominica præcepta, B & apostolorum, eorumque successorum statuta minime observant, & eos de quibus do-
Zach. 2. minus ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*: non solum tangere minime dubitant, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequantur, quia nec nos sine illis, nec illos
1. Joan. 3. sine nobis persequi possunt, quoniam illius sumus discipuli, qui animas pro fratribus præcepit ponere; tamen eis pericula & perditiones eorum non sumus ausi celare, ne prophetica
Exsib. 3. (quod absit) damnemur sententia, quæ ait: *Si annunciaveris iniquo iniquitatem suam, animam tuam liberasti: si autem non annunciaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram.* Est e-
15. quæst. 6. quandoquidem a sacerdotibus. tiam & hoc ad hanc sanctam sedem perlatum, C (quod pudet dicere, & non solum sacerdotali sed etiam omni Christiano nomini est inimicum) id est, quod * nonnullos episcopos vel
* nonnulli sacerdotes, aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alteram partem quam debeant, aut
* causarum, pro suarum non requisitione * rerum, aut (quod deterius est) pro alieni erroris secta scripturas facere, & propriis manibus roborare, & coram populis recitare atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, ut saltem his territi insidiis, devient domini sacerdotes, & suis faveant * voluntatibus. Rela-
* voluptatibus. *11. quæst. 1. Relatum est.* tum insuper est ad hujus sanctæ & apostolicæ sedis apicem, cui summarum dispositiones cau- D sarum, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso di-
Matth. 16. cente principi apostolorum Petro: *Tu es Petrus, & super hanc petram ecclesiam meam ædificabo*: quod quidam æmuli Christi, ejusque
1. Corinth. 6. 6. sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad judices publicos accusare præsumant, cum ma-
b Concil. Carth. III. 9. gis apostolus Christianorum causas [b] ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter prævaricantes, prævaricati sunt in Deum suum, & non obediunt præceptis ejus. De quibus dominus per prophetam Osee loquitur,
Osee 4. dicens: *Quasi vaccæ lascivientes declinaverunt, & dilexerunt afferre ignominiam protectoribus suis.*
Osee 7. Et idem: *Væ eis, quoniam recesserunt a me. Vastabuntur, quia prævaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum & vinum ruminabant, & recesserunt a me. Et ego erudivi, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam. Reversi sunt, ut essent absque jugo) facti sunt quasi arcus dolosus. Abjiciet eos*
Osee 9. *dominus*, ait idem propheta, *quia non audierunt eum, & erunt vagi in nationibus.*

I.

De his enim clericis & laicis, qui episcopos vel reliquos sacerdotes, tam ad primates eorum quam ad reliquos accusant judices, prius quam auribus eorum, a quibus se læsos æstimant, inculcent, ut ab eis aut jus suum, aut justam recipiant apologiam, item per eumdem ait dominus prophetam: *Audi domus Israel, & domus regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobis judicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor, victimasque declinastis in profundum: & ego eruditor omnium vestrum.* Et alibi: *Omnes calefacti estis quasi clibanus, quia devoratis judices vestros, ipsi autem declinant victimas domini in profundum*, qui eos devorant vel injuste lacerant qui oculi domini dicuntur. Nam si modo quisquam principis sæcularis oculos laceraret aut amoveret, esset reus criminis majestatis, an non? Profecto aut morti traderetur, aut perpetua notaretur infamia. Si pro sæculi potestatibus talia ab hominibus fiunt, quid pro his fieri putatis, de quibus dominus ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei?* Procul dubio hi qui eos persequuntur, & amovere nituntur injuste contra apostolicam auctoritatem, etsi a morte prohibentur, dicente domino: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat*: perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni judicantur finitimo. De quibus, a temporibus apostolorum, & infra, ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi episcopos, vel testificandi in eos, vocem obstruimus, quos non humanis, sed divinis actibus mortuos esse scimus. De quibus dominus loquitur per eumdem prophetam: *Calumniam patiens Ephraim, fractus est judicio, quoniam cœpit abire post sordem. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Juda. Et vidit Ephraim languorem suum, & Judas vinculum suum: Et abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regem ultorem: & ipse non poterit sanare vos, nec solvere poterit a vobis vinculum.* Qui enim sacrilega persequuntur persuasione & lacerare nituntur episcopos, vel eos qui domino recte sacrificant, indubitanter eum persequuntur & dilaniant, cujus vice funguntur. Unde ait dominus per Joel prophetam: *Numquid ultionem reddidistis mihi? Et si ulciscimini vos contra me, cito, velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.* Et per Osee prophetam dominus inquit: *Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet ea? Quia rectæ viæ domini, & justi ambulabunt in eis, prævaricatores vero corruent in eis.* Et ipsa per se veritas ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.* His & aliis fulti quamplurimis dominicis præceptis, vitantes hominum perditiones, E cum omnibus hujus sanctæ sedis, quam dominus caput totius ecclesiæ constituit, membris, talia fieri prohibemus, ne confundatur populus domini in æternum. Nam & a prædecessoribus nostris inhibitum legimus, ut nemo contristet doctores, neque accusationem adversus eos suscipiat. Ipse namque apostolorum princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens, ait; Quicumque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum, propter quod & vi-

ta

ta carebit. Et Doctor gentium inquit: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Has considerantes pietates & pericula vitantes animarum, una cum omnibus domini sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram convenerunt urbem, & cum omnibus hujus capitis membris, sicut a beatis apostolis, & a reliquis sanctis patribus, & a successoribus eorum accepimus, statuentes decernimus, omnes qui sanctos patres persequuntur, aut amovere vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse & alienos a liminibus ecclesiæ usque ad satisfactionem fieri: quia sic odit Deus eos qui adversus [a] patres armantur, ut patrum invasores vel destructores. Qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequuntur. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos episcopos vocamus) propter eorum scelera adversantur: quanto magis eis qui eos infestant, nec consentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inveniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus, rei sunt? Unde & beatus princeps apostolorum Petrus, qui in ordinatione sancti prædecessoris nostri Clementis, instruens clerum & populum, ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum: [b] sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum omnium vestrum cupit amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis qui exterminare ecclesiam Dei volunt: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & eviden-ter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat.

II.

Similiter si hujusmodi personis quædam scripturæ quoquo modo per metum, aut fraudem, aut per vim extortæ fuerint, vel ut se liberare possint, quocumque ab eis conscriptæ vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullum eis præjudicium aut nocumentum * pervenire censemus, neque ullam eis infamiam vel calumniam, aut a suis sequestrationem bonis, unquam, auctore Deo, & sanctis apostolis eorumque successoribus, sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso attestante qui ait: *Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiæ*, & cetera quæ sunt ad hæc pertinentia. Nec tantum attendenda sunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant, quorum exempla si omnia scribere cœperimus, ante dies quam exempla deficient. Unde & illud est, quod dominus ad munera Abel respexit, & non ad Cain: quia magis intendit ad offerentis animum, quam ad ea quæ offeruntur. Inde & dominus per prophetam inquit: *Dominus scit cogitationes hominum.* Et per Osee ait: *In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum domini*, & reliqua. Et dominus ait in evangelio: *Tu autem cum oraveris, intra cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum.* Omnis enim confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est. Et apostolus ait: *Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Amplius autem respicit Deus ad cogitationes & spontaneas voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt. Confessio ergo in talibus non extorqueri debet, sed potius sponte profiteri. Pessimum est enim de suspicione aut extorta confessione quemquam judicare, cum magis inspector cordis sit dominus, quam operis: & potius requirit dominus cogitationes puras & voluntates bonas, quam labia mendacia. Unde & dominus per prophetam loquens, ait: *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Pejus malum fore non æstimo, quam Christianos suis invidere sacerdotibus. Novit enim dominus qui sunt ejus. [a] Non potest autem humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit judicio. Si omnia namque in hoc sæculo vindicata essent, [b] locum divina non haberent judicia.

III.

Quod autem ad alios judices prius non debeant, quam *a* ad sacerdotes vel * auditores ecclesiæ accusari, ita a tempore apostolorum & infra, observatum & diffinitum invenimus. Si quis erga episcopum, [x] aut [c] auctores ecclesiæ, quamlibet querelam vel actionem juste se habere crediderit, ipse redemptoris sui (cujus actio nostra est institutio) viarum non immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceretur, non maledicebat, sed tamquam ovis coram tondente se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens, apud patrem intercessit, non prius primates aut alios judices adeat, quam ipsos a quibus se læsum æstimat, conveniat familiariter, & non semel, sed sæpissime, ut ab eis aut suam justitiam accipiat, aut justam excusationem. Boni nempe & vere Christiani hominis est, rem ipsam omnibus amicitiæ ac pacis legibus prius tentare, quam in judicio (ubi frequenter amarissimus animæ rancor innascitur) suum jus pertinaciter experiri. Si quis enim cum Deo, qui pacis est auctor, habitare cupiat, ei necesse est, ut pacem inquirat. Si autem secus egerit, & ab ipsis & ab aliis communione privetur, tanquam apostolorum, patrumque aliorum contemptor. De quibus ait propheta: *Erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt vobis.*

IV.

In sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur, *b* passio

---

[a] Const. imp. ad patres Nicænos. Vide coll. Hard. 41.

[b] Enn. II. ep. 19.

* actores

[c] actores 2. q. 7. Si quis erga. Et in decr. episc. Sixti II. Et in decr. Julii papæ. Et in decr. Ivon lib. 4.

1. Petr. 2, Isa. 53. Luc. 22.

Isa. 41.

De consecr. dist. 2. in sacramentorum.

x MS. Paris. Collegii Soc. Jesu, a quo & sequentes variæ lectiones; *quam ad se sacerdotes, vel actores Ecclesiæ accusare.*

passio domini miscenda est, ut ejus, cujus cor- A
pus & sanguis conficitur, passio celebretur, ita
ut, repulsis opinionibus superstitionum, panis
tantum & vinum aqua permixtum in sacrificio
offerantur. Non debet enim (ut a patribus
accepimus, & ipsa ratio docet) in calice do-
mini aut vinum solum, aut aqua sola offerri,
sed *e* utrumque permixtum, quia utrumque ex
latere ejus in passione sua profluxisse legitur. Ip-
sa vero veritas nos instruit calicem & panem
Matth. 26. in sacramento offerre, quando ait : *Accepit Je-
sus panem, & benedixit, deditque discipulis suis,
dicens: Accipite & manducate, hoc est* [1] *enim cor-
pus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter,
postquam cœnavit, accepit calicem, deditque disci-
pulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo om- B
nes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vo-*
[2] *Concil. Bracar. III. c. 1.* *bis fundetur in remissionem peccatorum.* [2] Crimina
enim atque peccata, oblatis his domino sacri-
ficiis delentur. Idcirco & passio ejus in his com-
memoranda est, qua redempti sumus, & sæ-
pius recitanda, atque hæc domino offerenda.
Talibus hostiis delectabitur & placabitur domi-
De consecr. dist. 2. Nihil in sacrificiis. nus, & peccata [3] dimittet ingentia. Nihil enim
in sacrificiis majus esse potest quam corpus &
& sanguis Christi. Nec ulla oblatio hac potior
est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura con-
scientia domino offerenda est, & pura mente
sumenda, atque ab omnibus veneranda. Et si-
cut potior est ceteris, ita potius excoli & ve-
nerari debet. C

V.

De consecr. dist. 3 Aquam sale conspersam Hebr. 9. *d* Aquam enim sale conspersam populis be-
nedicimus, ut ea cuncti aspersi, sanctificentur
ac purificentur; quod & omnibus sacerdotibus
faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ
aspersus sanguine populum sanctificabat atque
mundabat: multo magis aqua sale aspersa, divi-
nisque precibus sacrata, populum sanctificat
4. Reg. 2. atque mundat. Et si sale aspersо per Elisæum
prophetam, sterilitas aquæ sanata est: quanto
b Sacramentarium S. Gregorii aliique rituales ecclesiæ libri. magis divinis precibus sacratus, [b] sterilitatem
rerum aufert humanarum, & coinquinatos san-
ctificat, atque mundat, & expurgat, & cetera D
bona multiplicat, & insidias diaboli avertit, &
a phantasmatis versutiis homines defendit? Nam
e 1astione si tactu [c] fimbriæ vestimenti Salvatoris, salva-
tos infirmos esse non dubitamus, quanto ma-
gis virtute sacrorum ejus verborum divinitus
sacrantur elementa, quibus sanitatem corporis
& animæ humana percipit fragilitas? His ergo
& aliis instructi documentis, vota singulorum
domini sacerdotes respicite, & in virtute Spiri-
tus Sancti divinis precibus, per ministerium vo-
bis divinitus collatum, perficere certate. Ele-
menta quoque, tam ea quæ prædiximus, quam
cetera divinis apta usibus, & humanis necessa-
ria infirmitatibus, sacrate: infirmos curate, & E
cetera quæ ad vos pertinent, diligenter perficite.
Ipse enim salvator, tribuendo nobis exemplum,
Matth. 10. discipulis suis ait: *In nomine meo dæmonia ejicite,
infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate,*
Marc. 16. &c. *Super infirmos etiam manus imponite, & be-
ne habebunt.*

VI.

e Fidem quoque sanctæ Trinitatis sic docen-
dam a patribus accepimus, vobisque traden-
dam subditis destinamus. Isaias namque pro-
pheta ait: *Vidi dominum sabaoth sedentem su-
per thronum excelsum, & seraphim stabant in*
Isa. 6 *circuitu ejus: sex alæ uni, & sex alæ alteri.
Duabus velabant faciem ejus, & duabus vela-
bant pedes ejus, duabus volabant, & clamabant
ad alterutrum, dicentes: Sanctus, sanctus, san-
ctus, dominus Deus sabaoth.* [2] Si Trinitas non [2] Ibi
est, quare tertio, *sanctus*, dixerunt? Aut si
unitas non est, quare sub trina repetitione u-
num Deum ac dominum intimaverunt? Si Tri-
nitas non est, cur in Geneseos libro dicitur:
Dixit Deus, fecit Deus, & benedixit Deus? Si
unitas non est, quare tertio dixit, *Deus*, &
Deos plurali numero non commendavit? Si
Trinitas non est, quare in Exodo dictum est
tertio, *domine, domine, domine, miserator &
misericors?* Si unitas non est, quare dum ter-
tio, *domine*, diceret, postea singulariter, *Mi-
serator*, dixit, & non, Miseratores, ut plures
ostenderet, intimavit? Si Trinitas non est, cur
Abraham ad ilicem Mambre sedens tribusque
occurrens, [3] uni, *domine*, dixit, & non (ut
viderat) tribus salutationis obsequium reddi-
dit? Si unitas non est, cur cum Mosi *Deus
Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob* ter-
tio [4] doceret, unitatem ostendens, *Hoc mihi
nomen est, dixit*, & non, Hæc sunt nomina
nostra, designavit? Si Trinitas non est, quare
David tertio dixit, *Benedicat nos Deus, Deus
noster, benedicat nos Deus?* Si unitas non
est, quare cum tertio Deum nominasset,
Benedicat, dixit, & non, Benedicant, adjun-
xit? Si Trinitas non est, cur & Isaias de-
nuo dixit, *dominus Deus sabaoth, Deus I-* *Ise*
srael qui sedes super cherubim? Si unitas non
est cur, *Qui sedes*, dixit, & non, Qui sedetis,
adstruxit? Si Trinitas non est, cur in libro
Regnorum dicitur, *domine Deus omnipotens,*
Deus Israel, sermones tui fideles sunt? Si uni-
tas non est, cur *Tui*, dicitur, & non, Vestri,
potius intimatur? Si Trinitas non est, cur in
psalmo [5] 58. cantatur, *domine Deus virtutum,
Deus Israel, intende ad visitandas omnes gentes?*
Si unitas non est, cur, *Intende*, posuit, &
non, Intendite, ut [6] prædicatus est, intimavit?
Si Trinitas non est, cur in Apocalypsi tertio
dixit: *Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus*
omnipotens, qui est, & qui erat, &c. Si unitas
non est, quare, *Qui est*, & non, Qui sunt,
pluraliter designatur? Si Trinitas non est, qua-
re in Deuteronomio dictum est, *dominus, Deus*
tuus misericors est, & audiet vocem tuam? Si
unitas non est, quare posuit, *Audiet*, & non,
Audient, intimavit? Si Trinitas non est, qua-
re in Jesu [7] Nave dicitur libro, *dominus Deus*
[8] *deorum est?* Si unitas non est, quare *Est?*
dixit, & non, Sunt, more locutionis induxit?
Si Trinitas non est, quare Elias loquendo in
oratione, *domine domine Deus Israel, ostende
quia tu es Deus meus*, dixit? Si unitas non est,
quare *Ostende*, posuit, & non, Ostendite? Si

Tri-

1 in MS. deest *enim*. 2 MS. *dimittit indulgentia*. 3 MS. *uno*. 4 MS. *dicetur*. 5 in MS. *59*. 6 MS. *precatus*
7 in MS. deest *Nave*. 8 MS. *eorum*.

Trinitas non eſt, cur Mardochæus orando, *domine domine Deus omnipotens, omnia in poteſtate tua ſunt*, dixit? Si unitas non eſt, quare *In tua*, poſuit, & non, In veſtra, ſignavit? Si Trinitas non eſt, cur etiam Judith orando dixit, *domine domine Deus omnium virtutum, reſpice in orationem meam*? Si unitas non eſt, quare, *Reſpice*, & non, Reſpicite, deſignavit? Si Trinitas non eſt, quare in Jeremia dicitur *dominus Deus veſter verax eſt*? Si unitas non eſt quare, *Verax eſt*, dixit, & non, Veraces, potius intimavit? Si Trinitas non eſt quare in Apocalypſi [1] ſcriptum eſt, *dominus Deus & ſpiritus prophetarum, miſit angelum ſuum oſtendere ſervis ſuis, quæ oportet fieri cito*? Si unitas non eſt, cur cum Patrem & Filium & Spiritum ſanctum nominaſſet, *Miſit*, dixit, & non, Miſerunt, ſub prætaxato trium perſonarum & nominum numero introduxit? Si Trinitas non eſt, quare in Deuteronomio dixit, *dominus Deus veſter hic eſt Deus*? Si unitas non eſt, quare, *Hic eſt*, dixit, & non, Hi ſunt, plurali numero deſignavit? Si Trinitas non eſt, quare in eodem dicitur libro, *dominus Deus tuus, Deus magnus & potens*? Si unitas non eſt, quare, *Magnus & potens*, pluraliter non nominatur? Si Trinitas non eſt, cur Tobias, cum filium ſuum in Rages civitatem cum Raphaele archangelo mitteret, benedicens eos, ita dixiſſe docetur: *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, ipſe impleat benedictionem ſuam in vobis*? Si unitas non eſt, quare, *Ipſe impleat*, dixit, & non, Ipſi impleant, intimavit? Poſtremo, ſi Trinitas non eſt, quare dominus diſcipulos ſuos *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, univerſas gentes miſit baptizare? Si unitas non eſt, quare, *In nomine*, dixit, & non, In nominibus, præcipiendo perdocuit? Si Trinitas non eſt, quare Paulus apoſtolus ait, *Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia*? Si unitas non eſt, quare, *Ex ipſo*, poſuit, & non, Ex ipſis, adſtruxit? Si enim certo certius volueritis unitatem Trinitatis agnoſcere, a ſæpe dicto doctore gentium apoſtolo poteſtis univerſa condiſcere, & ſequi catholicam fidem, & [a] horum reſpuere pravitatem. *Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti*, inquit, *& caritas Dei, & communicatio ſancti Spiritus, ipſa eſt Patris, & Filii*, [b] *& Spiritus ſancti gratia*: & ſic fidem ſanctæ Trinitatis & intelligere, & docere, domino adjuvante, pleniter poteſtis.

Idcirco igitur, cariſſimi, fidei regulas juxta I. hujus epiſtolæ finem poſuimus, ut in ejus confeſſione fideliter perſeveremus, & domino [c] auxiliante, bonam fidem habere mereamur. *Quicumque voluerit eſſe amicus ſæculi hujus, inimicus Dei conſtituitur. An* [d] *putatis, quia inaniter ſcriptura dicit: Ad invidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis, majorem autem dat gratiam? Propter quod dicitur: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* [2] *Emundate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus veſter in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. Humiliamini in conſpectu domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, fratres: quia qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem ſuum, detrahit legi, & judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, ſed judex: unus enim eſt legislator & judex, qui poteſt perdere & liberare. Tu autem quis es, qui judicas proximum? Agite nunc* Jacob. 5. *divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis. Divitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurum & argentum veſtrum æruginavit, & ærugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis iram in noviſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt a vobis, clamat, vindictam poſcens retenti laboris, & clamor eorum in aures domini ſabaoth introivit. Epulati eſtis ſuper terram, & in luxuriis enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Addixiſtis & occidiſtis juſtum, & non reſtitit vobis.* [a] Væ fratres, his qui tribulant vos. Vos vero quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, ſi tamen ipſa tribulatio patienter fuerit ſupportata. Unde ipſa veritas per ſe dixit: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam;* Et alibi: *Beati eritis cum vos oderint homines, & perſecuti vos fuerint, & ejecerint nomen veſtrum tamquam malum. Gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlo.* Data 9. Kalend. Auguſti, *f* Trajano & * [b] Æliano viris clariſſimis [c] conſulibus.

[a] Clemens ep. 2. ſup. pag. 129. A. & inde Felix I. ep. 1. quæ pariter γοᾶϑε τοὺς Matth. 5, Luc. 6.

* Julio Africano
b Heliano
c mendoſa ſubſcriptio

Notæ Severini Binii.

a Ad ſacerdotes.) Turrianus cap. 22. lib. 1. adverſus Magdeburgenſes in vetuſto exemplari Vaticano, ſic legi ſcribit. *Quod autem ad alios judices prius non debeant quam ad ſe, ſacerdotes, vel actores eccleſiæ (id eſt epiſcopi) accuſari, ita a tempore apoſtolorum, & infra, obſervatum & definitum invenimus. Si quis ergo epiſcopum, vel actores eccleſiæ quamlibet querelam vel actionem juſte ſe habere crediderit*, &c. Dicuntur autem epiſcopi eccleſiæ actores, quia ipſis lege apoſtolica (de qua ſupra in canonibus apoſtolorum) rerum eccleſiaſticarum cura ac diſpenſatio commiſſa eſt. Nam ut ex collatione Greci & Latini contextus ſacri, Lucæ c. 12. & Pauli ad Galatas cap. 4. patet, qui Græcis dicitur οἰκονόμος, eum Latini interpretantur diſpenſatorem, & actorem. *Quanto tempore hæres parvulus eſt*, habet Latina interpretatio, *ſub tutoribus, & actoribus eſt*, Græce eſt οἰκονόμους.

Epiſcopi cur actores appellentur.

b Paſſio domini miſcenda eſt.) Vide quæ diximus in notis ad vitam Alexandri.

c Utrumque permixtum.) Hanc myſticam & ſacram vinum cum aqua miſcendi ceremoniam a Chriſto domino in ultima cœna (ut ex liturgia S. Jacobi, Clemente lib. 8. conſtitut. cap. 12. alias 17. Irenæo lib. 4. cap. 57. Cypriano lib. 2. epiſt. 3. alias 63. conſtat) myſtice uſurpatam apoſtolica eccleſia exemplum Chriſti imitata, apoſtolica lege deinceps ſemper obſervari præcepit: Ideoque certiſſimum eſt Alexandrum pontificem non fuiſſe hujus præcepti auctorem, ſed id potius ab apoſtolorum temporibus manaſſe. Quod non modo ex liturgia S. Jacobi apoſtoli, conciliorum ac patrum teſtimoniis, verum etiam ex hac ipſa Alexandri epiſtola aperte colligitur. Dicit enim infra ſe *traderes, quod a patribus acceperat*: & alibi dicitur Romanam eccleſiam hoc ab Apoſtolis didiciſſe, ac perpetuo obſervaſſe. Reſtat igitur ut credamus hanc ceremoniam a Chriſto uſurpatam, ab apoſtolis obſervari præceptam, ab Alexandro pontifice ſcripto & promulgato decreto corroboratam eſſe. Cyprianus prælallegata epiſtola hunc ritum appellat divinum mandatum, quia a Chriſti domini facto & exemplo, tamquam a cauſa exemplari, & ab aqua quæ ex latere ejus manavit, tanquam a cauſa finali, originem duxit. Vide Baron. anno Chriſti 57. num. 143. & anno Chriſti 132. num. 7. Bellarm. de ſacram. euchar. lib. 4. cap. 10. & 11. Suarez tom. 2. diſp. 45. ſectione ſecunda.

Apoſtolica lege ad exemplum Chriſti in ſacrificio vinum aqua miſceri debet.

1 Ubi Vulgata: *Dominus Deus ſpirituum Prophetarum.* 2 MS. *emendate vobis manus.*

d Aquam ſale conſperſum populis benediximus.) Vide quæ diximus in notis ad vitam Alexandri, verbis hiſce: *Hic conſtituit aquam* &c.

Hæretici cur hanc epiſtolam calumnientur.

e Fidem quoque ſanctæ Trinitatis.) Quod hoc loco tam diſtincte Trinitatis unitatem hæc epiſtola prædicet, quaſi in eccleſia hoc novum fuerit, a novatoribus noſtri temporis injuſtam calumniam patitur. Nam antiquitus in catechizandis fidelibus myſterium glorioſiſſimæ Trinitatis, quantum homini licuit, a catechiſtis inſinuatum eſſe adeo certum eſt, ut idem impius Lucianus, ſcriptor gentilis in Philopatre, aperte confiteatur. Ut autem orthodoxi epiſcopi, ac potiſſimum Romanus pontifex, ſummo conatu id præſtarent, divinitas Chriſti, ab hujus ſæculi hæreticis impugnata, flagitabat. Unde S. Athanaſius ad epiſcopos Africanos ſcribens, hæc ait: *Priſci epiſcopi abhinc annis centum & triginta, qui tum Romæ, tum in noſtra civitate epiſcopatum geſſerunt, accuſaverunt eos, qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum conſubſtantialem Patri*, &c. Et quamquam hæc intelligi velit de duobus illis Dionyſiis Romano & Alexandrino epiſcopis, qui hoc ipſum egregie præſtiterunt, tamen non niſi majorum exemplo, traditione atque doctrina eos hæc operatos eſſe, nemo jure dubitare poterit. Baron. prædicto anno num. 6.

Cur tam diſtincte S. Trinitas hic prædicata?

Conſules epiſtolis Pontificiis ſuperadditi ſurreptitii ſunt.

f Trajano & Æliano viris clariſſimis coſſ.) Scias, lector, ipſos pontifices nullos conſules in fine epiſtolarum ſubjunxiſſe, ſed potius aliunde ſubrepſiſſe. Itaque ſi a chronologia imperatorum ſuperiorum, vel etiam poſteriorum pontificum epiſtolis ſuperadditos conſulatus diſcrepare deprehendas, ne mireris.

EPISTOLA II.

ALEXANDRI PAPÆ I.

De cauſis & gravaminibus ſacerdotum.

Dilectiſſimis fratribus omnibus epiſcopis, per diverſas conſtitutis regiones, Alexander epiſcopus.

3. quæſt. 1. Nulli dubium.

NUlli, fratres, dubium eſt, quia boni a malis ſemper perſecutionem patiuntur & tribulantur. Propter quod humiliemur [a] ſub potenti manu Dei, ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam ſicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret, ſic diabolus non ceſſat circuire, & quærere quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in ſervitio ſalvatoris, eique familiariores invenerit: familiariores dico eos, quos ſibi ſacrari, & in ordine apoſtolatus conſtitui voluit. *Ipſi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt.* Qui quanto digniores fuerint, tanto facilius pro neceſſitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. *Multum enim*, ut ait beatus Jacobus apoſtolus, *valet deprecatio juſti aſſidua*: Qui enim vos perſequitur, ipſum, cujus [b] legatione fungimini, perſequitur: quia ſicut ipſe Filius Dei mediator fuit Dei & hominum, ita & vos ejus vice in eccleſia eſtis conſtituti, ut inter Deum & homines legatione fungamini. Si quis autem legationem veſtram impedit, non unius, ſed multorum profectum avertit. Et ſicut multis nocet, ita a multis arguendus eſt, & bonorum ſocietate arcendus. Et quia Dei cauſam impedit, & ſtatum conturbat eccleſiæ, ideoque ab ejus liminibus arceatur. Ab omnibus quoque talis eſt cavendus, & non in communionem fidelium uſque ad ſatisfactionem recipiendus. Eſt enim ſtatutum olim, ut qui ſtatum conturbat eccleſiæ, ab ejus liminibus arceatur: nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona avertit. Vos ergo ſi dilectionem habueritis ad invicem, & unanimes fueritis, facile tales ſuperare poteritis. Si vero (quod abſit) diſcordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non ſolum eos non ſuperabitis, ſed & vobis ipſis nocebitis, atque ab eis ſuperabimini, & innocenter forte peribitis. Qui autem ex veſtro collegio fuerit, & ab auxilio veſtro ſe ſubtraxerit, magis ſchiſmaticus quam ſacerdos eſſe probabitur. *Ecce*, inquit propheta, *quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Illi vero in unum non habitant, qui fratrum ſolatio ſe ſubtrahunt, aut (quod deterius eſt) fratribus inſidias præparant, aut laqueos ponunt. De his enim & eorum ſimilibus dominus per Oſeam prophetam loquitur, dicens: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cœli: ſed & piſces maris congregabuntur. Verum tamen unuſquiſque non judicet, & non arguatur vir: populus enim tuus, ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuit ſcientiam. Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliviſcar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum ſic peccaverunt mihi. Gloriam eorum ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum. Et erit, ſicut populus, ſic ſacerdos. Et viſitabo ſuper eum vias ejus, & cogitationes ejus reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſaverunt, quoniam dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.* Hæc cavete, fratres, & bona ſemper agere feſtinate: *Quia in hoc cognoſcent omnes*, dicit dominus, *quoniam mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinvicem.* [a] Bonum namque eſt procul dubio & omnibus timentibus Deum deſiderabile, cohibere diſſenſiones & altercationes, fratribuſque ſubvenire, & invicem non invidere, ſed adjuvare. Nos ergo, qui diſcipuli domini & dici & eſſe cupimus, portare crucem Chriſti & compati fratribus debemus, & non quaſcumque eis inſidias aut foveas præparare, quia talionem meretur, quia fratribus foveam præparat. *Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur.* Hujus rei gratia dominus vobis commiſit eccleſiam ſuam, ut pro omnibus laboretis, & cunctis oppreſſis opem ferre non negligatis. Unde & Dominus per prophetam loquitur, dicens: *Hæc dicit dominus: Judicate mane judicium, & eruite vi oppreſſum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quaſi ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat.* Vos ergo, qui in ſumma ſpecula a domino conſtituti eſtis, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres ſeditiones & ſcandala excitant, ne ſimul cum eis pereatis. Salutate omnes qui recte laborant in evangelio Chriſti, & juſte gubernant navem ejus, ne cohabitantes in ea, demergantur aut ſuffocentur. Salutat vos omnis apoſtolica eccleſia in domino. Amen. Data * ſeptimo [x] Kalend. Novembris, [b] Trajano & * Æliano viris clariſſimis [c] conſulibus.

2 oportet nos humiliari

1. Petr. 5.

Oſee 4. 1. q. 1. Ipſi ſacerdotes.

Jac. 5.

b vice

Diſt. 94. Si quis autem legationem

In

---

x MS. XVIII. neque eſt in faſtis ſequens par Conſulum.

In fine hujus epistolæ hæc addita reperi in Cod. Lucensi, quæ interpolatoris alicujus esse non dubito, sed tamen danda erant.

Præceptum Domini est, ut excepta causa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat; & ideo quicumque citra culpam criminis suprascripti uxorem suam quacumque occasione dimiserit, quia quod Deus conjunxit, ille separare dispositi, tamdiu ecclesiastica communione privatur, & cœtu omnium christianorum maneat alienus, quamdiu & ad societatem relictæ conjugis redeat, & partem sui corporis honesta lege conjugii sinceriter amplectatur, & foveat. Hi tamen qui jam ante moniti a sacerdote semel, & bis, tertioque, ut corrigantur, ad carum suæ conjugis redire noluerint consortium, ipsi se suis meritis, & a Palatinæ dignitatis officio separabunt, & insuper generosæ dignitatis testimonium, quamdiu in culpa fuerint amissuri, quia carnem suam dissidii jugulo tradiderunt.

EPISTOLA III.

ALEXANDRI PAPÆ I.

Ut vitentur detractiones & injustæ pulsationes

Alexander episcopus, omnibus divino sacerdotio fungentibus pax & misericordia multiplicetur, & sapientia atque bona voluntas in omnibus augeatur & fructificetur in domino.

GRatia *Dei sumus, fratres carissimi, id quod sumus*. Idcirco nobis providendum est, & oppido decertandum, ne in ea vacui inveniamur, sed (eadem nobis cooperante gratia) fructum domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam * sectando, ejusque præcepta lectionibus & hymnis meditando, atque eo adminiculante implendo, orando, vigilando, voluntatem ejus (inquantum ipse largitus fuerit) perficere studeamus. Nec enim negligendam gratiam nobis dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim sine simulatione in nobis esse & apparere debet: quia *omnis qui* [a] *odit fratrem suum, homicida est: qui vero diligit eum, in Deo manet, & Deus in eo*. Unde & apostolus ait: *Nolite judicare fratres invicem, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum*. Et dominus inquit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias*. Et alibi: *In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem*. Et Salomon ait: *Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate*. Summa enim iniquitas est, fratres, detrahere, & accusare. Unde scriptum est: *Omnis qui detrahit fratri suo, homicida est:* & omnis homicida non habet partem aut hæreditatem in regno Dei. Et alibi: *Cavete vos, fratres carissimi, ne participes efficiamini* (*quod absit*) *malis eorum*. Et non solum vos cavete a talibus, sed & cavere alios ab eis & avertere docete. De his enim dominus ait per pro-

Aphetam Michæam: [a] *Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, & calumniabantur virum & domum ejus, virum & hæreditatem ejus. Idcirco dicit dominus hæc: Ecce ego cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla vestra; & ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suavitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus, pars populi mei commutata est. Quomodo recedis a me, cum revertatur, qui regiones nostras dividat? propter quod, non erit tibi mittens funiculum, fortis in cœtu domini. Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet confusio, dicit dominus, Jacob. Numquid abbreviatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes ejus? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur? & e contrario; populus meus in adversarium consurrexit. Desuper tunica pallium sustulistis, & eos qui transibant simpliciter, convertistis in bellum*. Et e contra, de his qui accusantur vel tribulantur, per Nahum prophetam confortans eos, sic loquitur dominus: *Bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et in diluvio prætereunte consummationem faciet loci ejus, & inimicos ejus persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio: quia sicut spinæ se invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium: consumentur quasi stipula aridite plena. Ex te exibit cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans prævaricationem. Hæc dicit dominus: Si perfecti fuerint, & ita pluves: sic quoque attondentur, & pertransibit. Afflixi te, & non affligam te ultra*. Facile est, fratres, verbo fallere hominem, [b] sed non Deum. Sapiens non est qui nocet, nec vir linguosus in malum se diriget in terra. Nihil vero mali vult, qui fidelis est. Malo enim & pravo ingenio, fides aliena est. [c] Ait enim apostolus de infidelium ignorantia: *Si enim cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent*. Crucifigunt enim dominum, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum sustinet, qui vim patitur. Sed tamen, *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam. Ecce*, ait [d] Judas apostolus, *veniet dominus in millibus suis facere judicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem, de omnibus operibus impietatis eorum*. Hæc, fratres, valde timenda sunt & perpendenda, ne veniens unusquisque ad judicium, pœnas cum impiis recipiat, sed cum justis gloriam. [e] Quod pius dominus præstare dignetur, qui vivit & regnat per sæcula cuncta. Data Kalend. Maii, [f] Æliano & Vetere viris clarissimis consulibus.

[a] *Mich.* 2. ex inter. S. Hier.

Nahum. 4. S. Hier. inter.

[b] Vide sent. Sixti Pythag. ex Ruffini interpr.

[c] Conc. Hisp. II. c. 13. 1. *Cor.* 2.

3. q. 1. Nullum dubium

[d] *Matth.* 5. [d] Henoch apud Judam.

[e] Clausula sermonum S. Augustini.

[f] Ann. 116. vivente adhuc Evaristo consules fuerunt.

EX DECRETIS
ALEXANDRI PAPÆ I.

secundum Gratianum.

Ut nemo simul sit accusator & testis.

DECRETUM ALEXANDRI PAPÆ I.

ex codice quinque librorum, lib. 2 cap. C.

Ut presbyter ab incestuosis xenium non accipiat, ut eorum scelera reticeat.

Ut nullus presbyter xenium, vel quodcumque emolumentum temporale, imo detrimentum spirituale, a quocumque publico vel incestuoso accipiat, ut nobis vel ministris nostris peccatum illius reticeat: nec profecto cujuscumque personæ, aut consanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc nobis vel ministris nostris innotescere detrectet, nec a quoquam pœnitente gratiam, aut favorem, vel munus suscipere præsumat, ut minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat, & quocumque livore alium quemlibet dignius pœnitentem a reconciliatione removeat: quia hoc Simoniacum, & Deo & bonis hominibus abominabile est.

B

ANNO CHRISTI 125.

CONCILIUM SICULUM

Habitum circa annum Christi CXXV.

Ex nova collectione Baluzii.

CURA & negotium apostolicis viris semper fuit, *inquit Hilarius in fragmentis*, constanti & publica perfectæ fidei prædicatione conatus omnes ablatrantis hæresis comprimere & expositа evangeliorum veritate perversitatem doctrinæ errantis extinguere, ne audientium mentes quadam labe contaminans contagium vitii adhærentis infligeret. *Itaque prima semper veterum Conciliorum cura fuit adversus emergentes hæreses, ne quid sancta religio caperet detrimenti. Raro ob disciplinam constituendam convenieban, quia sancta tum erat omnium de Deo recte sentientium vita, nullus pravis moribus locus. At frequentes erant controversiæ de fidei capitibus. Itaque frequentes oportuit esse Episcoporum conventus, in quibus & hæreticorum audacia reprimeretur, & quæ vera essent dogmata demonstrarentur. Cum ergo tempore Alexandri Romani Pontificis Heracleon quidam ex schola Valentini in Sicilia docere cœpisset pravam ac nefariam doctrinam de baptismo, convenientes Episcopi, inter quos fuere Eustachius Lilybæorum & Panormeorum Theodorus, eum audivere in synodo, ac deinde universas assertiones ejus miserunt ad eundem Alexandrum, rogantes ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Ita gestam esse rem docet vetus auctor de hæresibus a Sirmondo editus lib. 1. cap.* XVI. Sextadecima hæresis Heracleonitarum, ab Heracleone adinventa est; quæ baptizatum hominem, sive justum, sive peccatorem, loco sancti computari docebat; nihilque obesse baptizatis peccata memorabat, dicens: Sicut non in se recipit natura ignis gelu, ita baptizatus non in se recipit peccatum. Sicut enim ignis resolvit aspectu suo nives, quantæcunque juxta sint, sic semel baptizatus non recipit peccatorum reatum, etiam quantavis fuerint operibus ejus peccata permixta. Hic in partibus Siciliæ inchoavit docere. Contra hunc susceperunt Episcopi Siculorum, Eustachius Lilybæorum, & Panormenorum Theodorus. Quique omnium qui per Siciliam erant, Episcoporum synodum exorantes, gestis eum audire decreverunt; & universas adsertiones ejus dirigentes ad sanctum Alexandrum Urbis Episcopum, rogaverunt ut ad eum confutandum aliquid ordinaret. Tunc sanctus Alexander ad singula quæque capita hydri singulos gladios Dei verbi de vagina divinæ legis ejiciens, librum contra Heracleonem ordinans, ferventissimum in ingenio Sabinianum Presbyterum destinavit, qui & scriptis Episcopi & adsertione sua ita eum confutaret, ut nocte media navis præsidio fugeret, & ultra ubinam devenisset penitus nullus sciret.

VI.

x Hoc commentitium videtur Jo. Pearsono Opp. postum. pag. 230. seq. Neque Auctor Prædestinati tanti visus fuit Labbeo vel Harduino, ut ejus rationem haberent.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA SIXTI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

ANNO CHRISTI 132. " 130.

a SIxtus [a] natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata, *b* sedit annos decem, menses tres, (*a*) dies 21. Fuit autem temporibus Hadriani, usque ad Verum (*b*) & [b] Anniculum: *c* martyrio coronatur. *d* Hic constituit, ut * ministeria sacrata non tangerentur, nisi a ministris [c] sacratis. Hic constituit, ut quicumque episcopus (*c*) evocatus fuerit (*d*) ad sedem Romanam apostolicam, rediens ad parochiam suam, *e* non susciperetur, nisi cum (*e*) formatis salutationis ad plebem a sede apostolica. (Et *f* constituit, ut missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth, &c.) Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros undecim, diaconos (*f*) tres, *g* episcopos per diversa loca quatuor. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano, (*g*) [d] 8. Idus Aprilis Et cessavit episcopatus [e] dies 2.

Notæ Severini Binii.

a Sixtus,) Sixtus anno Christi " 132. Hadriani imperatoris 13. post Alexandrum ecclesiæ gubernacula suscepit.

b Sedit annos decem, menses tres, dies 21.) In annorum numero Eusebius, & qui eum sequuntur, consentiunt. Si vero tempora quibus sedere cœpit & desiit computentur, uno mense & viginti duobus diebus minus quam decennium, sedisse invenitur.

c Martyrio coronatur.) Anno Antonini imperatoris 3. qui est Christi nati " 142. Si qui alii sub Hadriano, vel aliis imperatoribus obitum Sixti ponant, ut Eusebius ejusque sectatores, falluntur; vel quod Eusebium, Cletum ex Romanis pontificibus prætermittentem, vel quod hos addititios nec sibi constantes consules hic positos, sequuntur.

d Hic constituit ut vasa sacra.) Extat decretum hoc epistola Sixti secunda, quo decernitur, ne vasa quæ ad dispensationem sacramentorum & sacrificii incruenti necessaria sunt, ac ceremoniali & episcopali consecratione, quæ per unctionem chrismatis & specialem benedictionem fit, divino cultui dicata sunt, calix nimirum & patina, (juxta cap. unicum, de sacra unctione §. ult.) a laicis attingantur. Idem habetur in cap. in sancta de consecrat. d. 1. & in cap. sanctas, & cap. non liceat, cap. non oportet. distinct. 23. Ideoque in cap. ult. de celebrat. missar. sacerdos deponitur, qui sine sacro calice consecraverit. Causa cur ab horum attactu cavere debeant, est ipsorum consecratio. Si enim tanta observantia sacratis vasis Judæorum, quæ futurorum umbra erant, lege Dei debebatur, ut ea non nisi tecta filiis Caath portare liceret, ut constat num. 4. cap. quomodo non religiosissimo cultu tractabuntur ea, quibus sacrificium omnium præstantissimum exhibetur? Hoc præceptum diversis temporibus alibi limitatum, alibi ampliatum fuisse per multa capitula distinct. 23. constat. Nam cap. sacratas, feminæ, cap. non oportet, etiam subdiaconi sacra vasa contingere prohibentur, contra vero cap. non oportet 2. item capit. non licet. 1. & 2. non modo subdiaconis, verum etiam acolythis contactus sacrorum conceditur. Secundum consuetudinem igitur decidimus, quod calix vacuus a subdiacono tangi & portari potest: quando autem continet corpus & sanguinem domini, id non liceat. De corporalibus, quæ in hoc calici æquiparantur, idem statuendum est. Vide Suarez tom. 3. disp. 83. sect. 8.

e Non susciperetur nisi cum formatis.) Statuitur ut episcopi ad Romanam sedem vocati a suis non recipiantur, nisi formatas salutationis literas exhibuerint. Erant autem formatæ literæ, per quas unitas fidei, ac mutuus amor inter caput & membra monstrabatur, ac fovebatur. Ideoque alias canonicæ, communicatoriæ, ecclesiasticæ, & pacificæ vocabantur. Harum literarum formula a Nicæno concilio præscripta extat canone 18. istius concilii. Optatus Milevitanus, qui Romanorum pontificum catalogum usque ad Siricium contexuit, de eis sic ait: *Cum quo nobis totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat*. Augustinus epistola 136. ad Eleusium & socios, de his: *Hic primo asserere*, inquit, *conatus est, ubique terrarum esse communionem suam. Quærebam utrum epistolas communicatorias, quas formatas dicimus, possent quo vellent dare: & affirmabam, quod manifestum erat omnibus, hoc modo illam facillime terminari posse quæstionem*. Vide Baron. anno Christi 142. num. 6. & 7.

f Constituit ut missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, &c.) Temporibus apostolorum hoc in usu fuisse, non tantum testimonio Clementis, lib. 8. constit. cap. 16. sed etiam inde aperte demonstratur, quod in antiqua liturgia Jacobi apostoli eadem antiphona extet. Itaque quæ communi usu recepta erant, ut sanctius ab unoquoque custoditentur, per Sixtum apostolica auctoritate literis confirmata sunt. Extat etiam in antiquis liturgiis Basilii & Chrysostomi, & in concilio Vasensi can. 4. alias can. 6. Baron. prædicto anno num. 12. Bellarminus de missa lib. 2. cap. 17.

g Episcopos per diversa loca quatuor.) Ex his unus fuit S. Peregrinus episcopus Antisiodorensis creatus. In tabulis ecclesiasticis, & in Romano martyrologio die 16. Maii, hæc de eo scripta habentur: *Antisiodori passio S. Peregrini episcopi, qui a B. Sixto papa in Gallias cum aliis clericis missus, evangelicæ prædicationis munere impleto, capitali sententia damnatus, coronam meruit sempiternam*.

---

a EPISTOLA I. SIXTI [a] PAPÆ I.

a Hæc & sequens νοθεύονται

AD OMNES CHRISTI FIDELES.

De fide & accusatione episcopi.

Omnibus in Deo Patre & domino nostro Jesu Christo dilectis fratribus, in caritate domini nostri Jesu Christi, Sixtus Romanæ ecclesiæ archiepiscopus salutem.

CArissimi, fideliter agite in omnibus, ut fideles & non infideles, inveniamini. Nolite

Contra Hæresiarchas hujus temporis Christum filium Dei esse.

(*a*) *Luc.* duos, dies 1. (*b*) *Luc.* Veronem. (*c*) *Luc.* episcoporum. (*d*) *Luc.* fuisset ad sedem Apostolicam.
(*e*) *Luc.* literis sedis apostolicæ salutationis plebi, quod est formatam. (*f*) *Luc.* quatuor. (*g*) *Luc.* III. Non.

A quo institutum, ut ante consecrationem in missa, Sanctus cantetur.

Peregrinus episcopus Antisiodorensis a Sixto ordinatus.

Formatæ literæ quæ?

Quæ sit earum formula

lite imitari malum, ſed quod bonum eſt agite: quia qui ex Deo eſt, bene facit: qui autem male, non ex Deo, ſed ex diabolo eſt. Fidem enim rectam vos tenere oportet, ut diſſentientes ab apoſtolica non ſitis doctrina. [a] Unum enim verum Deum Patrem & Filium, a prophetis & apoſtolis oſtendimus prædicatum, a quibus etiam Spiritum ſanctum credimus non eſſe diſcretum, Iſaia propheta dicente: *Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. Et per me ipſum juro, quia exivit ex ore meo veritas, & ſermo meus non revertetur, quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua jurabit per dominum, dicens: Juſtitia & gloria ad eum veniet.* Et ut in hoc teſtimonio Patrem & Filium ſimul fuiſſe cognoſcatis, Paulum apoſtolum audite dicentem: *Ut in nomine*, inquit, *Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris omnipotentis.* Quod ſi (ſecundum aliquos) filius eſt minor patre ſuo, ergo minorata eſt & gloria Patris in Filio. Et ubi eſt, quod in Salomone ſcriptura loquitur, dicens: *Sicut enim in conſpectu eorum* (inquit) *magnificatus es in nobis, ita in conſpectu noſtro magnificaberis in illis, ut cognoſcant te, ſicut & nos cognovimus: quoniam non eſt Deus præter te domine?* Diligenter attende, & agnoſce Filium eſſe, qui magnificabitur in judicio, dum venerit vivos & mortuos judicare. Item Iſaias: *Audite domus Jacob, & reſidui domus Iſrael, qui egredimini ex utero, & erudimini a puero uſque ad ſenectutem. Ab initio ego ſum, & quouſque ſeneſcatis, ego ſum: ego vos feci, & ego ſuſtineo: ego remittam, ego ſuſcipiam, dicit dominus.* Et iterum: *Ego ſum dominus Deus, præter me non eſt alius Deus, annuncians noviſſima, priuſquam fiant, & ſtatim conſummata ſunt.* Item alibi: *Audi me Jacob & Iſrael, quoniam ego feci. Ego ſum dominus Deus primus, & ego noviſſimus: & in ea quæ ſuperventura ſunt in noviſſimis, ego ſum.* Item ibi: *ego ſum Deus, qui te creavi, qui te adjuvi, & communivi dextera mea.* Et unitatem Patris & Filii aſſignans loquitur, dicens: *Ego teſtis veſter, dicit dominus Deus, & puer meus tu, quem ego elegi, ut ſciatis & credatis quia ego ſum, & ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.* Unum hi, qui non ſane ſapiunt, eligant ex duobus: Aut fateantur Patrem & Filium Deum unum, aut ſi ſolum Patrem Deum eſſe contendunt, ergo illis dominus noſter Jeſus Chriſtus * Dei Filius non erit Deus, quia ſcriptum eſt, *Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.* Si ſecundum tales ita eſt, cur apoſtolus talia prædicat, & eumdem Filium, Deum ſuper omnia benedictum inſinuat? *Quorum patres*, inquit, *ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* Item Iſaias ait: *Dominus Deus Iſrael, qui liberavit eum de Ægypto. Ego ſum primus, & ego poſt hæc, & præter me non eſt Deus ſicut ego ſum, qui ſtet, & vocet, & præparet mihi, ex quo hominem feci in ſæculo.* Item alibi: *In te eſt Deus, & neſciebamus, & non eſt alius Deus præter te.* Tu es enim Deus, & neſciebamus, Deus Iſrael ſalvator. Unus Deus non ſunt Pater & Filius? Quis eſt hic Deus, in quo eſſe dicitur Deus, præter quem alium Deum non eſſe propheta ſæpenumero proteſtatur? Et Baruch, *Hic Deus noſter, ait, & non applicabitur alter ad eum, qui invenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* Et in Salomone habetur: *Miſerere nobis Deus omnium & oſtende nobis lumen miſerationis, & immitte timorem tuum ſuper gentes, quæ non exquiſierunt te, ut cognoſcant quia non eſt alius Deus, niſi tu.* Item alibi: *Domine Deus Iſrael, non eſt tibi ſimilis in cœlo ſurſum, neque in terra deorſum.* Et in pſalmo 17. *Quoniam quis Deus præter dominum, aut quis Deus præter Deum noſtrum?* Et in Geneſi: *Et pluit dominus a domino ignem & ſulfur ſuper Sodomam & Gomorrham, & evertit civitates illas.* Si ſolus Pater Deus eſt, quis pluit ignem & ſulfur a domino ſupra prædictas civitates, ut eas everteret? quæſo, reſponde. Et in Deuteronomio: *Dominus ſolus deducebat eos, & non fuit cum illis Deus alienus.* Et Paulus apoſtolus: *Unus Deus, qui juſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem:* Et ad Corinthios: *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi.* Et iterum: *Non eſt Deus, niſi unus.* Et ad Galatas: *Mediator autem unius non eſt, Deus autem unus eſt:* Et unitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti demonſtrans, Epheſiis ſcribens, ita confirmat: *Sufferentes invicem in caritate, ſolliciti ſervare unitatem ſpiritus in vinculo pacis. Unum corpus & unus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus.* [a] Si non ſane ſapientes unitatem fidei voluerint ſimplici corde recipere, ex hoc itaque teſtimonio, in uno Spiritu poterunt ſimul Patris & Filii unitatem condiſcere. Patrem igitur (ut ſuperius comprehenſum eſt) in divinis literis, ingenitum, proprie poſitum, nec legere poſſunt penitus, nec probare. Sed quia idipſum fides exigit Chriſtiana, abſque ulla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen ſecundum ſeriem ſcipturarum, in Filio a ſe genito viſus eſſe monſtratur. De cetero placuit, [b] propter malorum hominum infeſtationes, ut in accuſatione domini miniſtrorum, primo perſona, fides, vita, & convèrſatio blaſphemantium enucleatim perſcrutetur. Nam fides [c] omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis eſt. Nec eis omnino eſt credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ converſationis vitam ducunt: quoniam tales facile & indifferenter lacerant & criminantur recte & pie viventes. Idcirco ſuſpicio eorum diſcutienda eſt primum, & corrigenda, neque accuſatoribus ſuſpectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus, eſt credendum. Erant enim quidam, qui prius videbantur eſſe ex nobis, *ſed non erant ex nobis. Si vero fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum*, & non conturbaſſent fratres. *Exacuerunt* enim, ut ait propheta, *linguas ſuas ſicut ſerpentes, venenum aſpidum ſub labiis eorum.* Quapropter hi reſpuendi ſunt, ſi incorrigibiles apparuerint, & vitandi, ne domino famulantes decipiant. *State ergo, dilectiſſimi, ſuper vias, aſpicientes & interrogantes de ſemitis domini antiquis, & videte quæ eſt via domini bona & recta, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus veſtris.* Data [d] 16. Kalend. Maii, ſub [e] Hadriano & Vero.

[a] Ithacius contra Varim c. 2. De quo obiter pauca ſupra pag. 140. B.

Iſai. 45. *Philipp. 2.* *Eccleſ. 36.* *Iſai. 46.* *Ibidem.* *Iſai. 44. 45. intermixtim.* *Iſai. 41.* *Iſai. 43.* * Deus. *Iſai. 43.* *Rom. 9.* *Iſai. 43.* *Iſai. 45.* *Baruch. 3.*

No-

Notæ Severini Binii.

a Epistola I.) Epistolas duas scripsit, quarum postrema, qua universalis ecclesiæ apostolicæ episcopus inscribitur, novatoribus summopere displicet. Sub hujus Sixti papæ nomine, Sixti philosophi Pythagoræi, hominis ethnici ac infidelis, commentarium a se e græco latine translatum, Ruffinus Aquilejensis presbyter vulgavit: de quo illum suo merito S. Hieronymus frequentissime redarguit. Ita enim ad Ctesiphontem scribens ait: *Illam autem temeritatem, imo insaniam, quis digno poterit explicare sermone, quod librum Sixti Pythagoræi, hominis absque Christo atque ethnici, immutato nomine, Sixti martyris & Romanæ ecclesiæ episcopi, prænotavit? in quo juxta dogma Pythagoricorum, qui hominem exæquant Deo, & de ejus dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur; ut qui volumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine libant de aureo calice Babylonis. Denique in ipso volumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla fit Christi mentio, ut episcopum & martyrem fine fide Christi fuisse contendat.* Hæc ibi Hieronymus, qui alibi eadem ex causa in eumdem graviter invehitur. Baron. anno Christi 142. num. 5.

EPISTOLA II.

Sixti Papæ.

Universis Ecclesiis directa.

I. *De sacris vasis.*
II. *De appellanda sede apostolica.*
III. *De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis.*

Sixtus [a] *universalis apostolicæ ecclesiæ episcopus, omnibus episcopis in domino salutem.*

I.

COgnoscat vestra sapientia, carissimi fratres, quia in hac sancta sede apostolica a nobis & reliquis episcopis, ceterisque domini sacerdotibus statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quam a sacratis, dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, [b] ut sacra domini vasa, quæcumque sint, humanis usibus serviant, aut ab aliis quam a domino famulantibus eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus dominus, * plagam imponat populo suo, & hi etiam, qui non peccaverunt, mala patiantur, aut pereant, quia perit justus sæpissime pro impio. Attendite, fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex pretioso Christi sanguine redemptus, in præcipitium (quod absit) ruat. Propter quod *assumite armaturam Dei*, ut possitis resistere his qui contradicunt veritati: & *induite vos loricam justitiæ, calceati pedes in præparatione evangelii pacis.* (*a*)

II.

Si quis vero vestrum pulsatus fuerit in aliqua adversitate, licenter, hanc sanctam & apostolicam appellet sedem, & ad eam, quasi ad caput, suffugium habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem ei necesse [a] fuerit eamque appellare minime ausus fuerit, & vocatus tamen ab hac sancta sede fuerit, non renuat venire: sed confestim, ut ei nunciatum fuerit, venire festinet, & causas, pro quibus vocatus est, prudenter disponat, atque si necesse aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hic primos invenerit, corrigat. *c* Ad ecclesiam tamen suam non prius revertatur, quam literis apostolicis vel formatis pleniter instructus atque purgatus sit, si fuerit unde: ut postquam domum reversus fuerit, cognoscant vicini sui, qualiter hic sua aliorumque causa discussa fuerit, quatenus eam absque aliqua ambiguitate nunciare & prædicare omnibus possit: ab hac enim sancta sede, a sanctis apostolis, tueri, defendi & liberari episcopi jussi sunt, ut sicut eorum dispositione (ordinante domino) primitus sunt constituti, sic hujus sanctæ sedis (cujus dispositioni eorum causas & judicia servaverunt) protectione, futuris temporibus sint ab omnibus perversitatibus semper liberi. Unde culpantur hi, qui aliter circa fratres egerint, quam hujus sedis rectoribus placere cognoverint.

c 8. q. 5. Quilibet fratrum.

Et sententialiter in decr. Sixti II. & in decr. Julii papæ

III.

His taliter consideratis, atque cum reliquorum episcoporum decretis, tanquam [a] omnium curam gerentes, propter sedis propriæ apicem decernimus, ut nemo pontificum, aliquem suis rebus expoliatum episcopum, aut a sede pulsum, excommunicare aut judicare præsumat: quia non est privilegium, quo expoliari possit jam nudatus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram hujus sedis cum omnibus membris suis sibi venturam. Et sicut egerit, ita recipiet: si bene, bene: si grave, grave: si pessime, pessime: *quoniam dignus est operarius mercede sua.* Nos, fratres, nullum perdere volumus, sed ipse se perdit, qui pie considerata avertit, & qui apostolorum & hujus sanctæ sedis decreta libenter violat. [b] *Sed nunc, fratres, commendamus vos omnes domino, & verbo gratiæ ejus, qui potest perficere & dare hæreditatem vobis cum omnibus sanctis.* Ipse autem Deus pacis & consolationis, *det vobis idipsum sapere in alterutrum*, ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi, *ut unanimes, uno ore & uno corde honorificemus eum in concordia* & consolatione fratrum, *qui potens est confirmare secundum evangelium ejus, juxta revelationem mysterii* æterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis munera futurorum gaudiorum largienda sunt. Data 9. Kalend. Aprilis [c] Hadriano & Vero viris clarissimis consulibus.

a Verba Tripartitæ IV. 15. ex Soz. III. 7. Idem habetur infra in decr. Sixti II. cujus initium, Magno mun. Et in decr. Julii contra orientales.

Luc. 10.

b Martinus I. e syn. Lateranensi unde & finis præcedentis epistolæ. *Act.* 20. *Rom.* 15.

Rom. 16.

c Falsa itidem subscriptio.

Notæ Severini Binii.

a Universalis apostolicæ.) In hujus epistolæ titulo Sixtus pontifex, non, ut quidam novatores nostri temporis notarunt, fastu superbiæ, aut titulo inconvenienter usurpato se universalis ecclesiæ episcopum nominat, sed jure ac titulo successoribus Petri, propter legem & institutionem Christi, justissime debito. Cui enim universi gregis Christiani pastoralis cura demandata est, Joann. cap. 21. non inique titulum sibi de jure divino convenientem usurpat. Quid? quod Tertulliano libro de pudicitia capite primo attestante, Victor [“] papa se pontificem maximum, & episcopum episcoporum nominet? *Audio*, inquit Tertullianus, *etiam edictum propositum, & quidem peremptorium pontifex*, scilicet *maximus, & episcopus episcoporum dicit: Ego & mœchis & fornicationis delicta*, &c. Quæ verba sive Tertulliani, sive quod probabilius est, edicti sint, universæ ecclesiæ regimen ac titulum Romano pontifici soli convenire evidenter convincunt. Ut reliquis Christianæ religionis episcopis, qui omnes æque summi sacerdotes atque pontifi-

Quo jure Romanus episcopus pontifex maximus episcopus episcoporum appelletur.

[“] Zephyrinum potius intelligit.

Quare Romanus appelletur pontifex

maximus, & episcoporum episcopus.

tifices dicebantur, (ut Baron. multis exemplis in notis ad Rom. martyr. die 9. Aprilis declarat) Romanus pontifex, urbis & orbis totius episcopus, Petri in officiis & privilegiis successor, discerneretur, merito, propter prærogativas apostolorum principi a Christo concessas, pontifex maximus, episcopus episcoporum appellatus est. His titulis non omnibus in rebus uti consueverunt, sed tum demum cum quid publice in universali ecclesia edicendum esset, ut accidit tempore Tertulliani in promulgando decreto de recipiendis in ecclesiam fornicariis pœnitentibus: Vide Baronium anno Christi 142. n. 4. & 216. num. 4. & segq. usque ad 12.

b Ut sacra vasa.) Vide quæ supra in notis ad vitam Sixti, verbis: *Hic constituit.*

In formatis epistolis post nominationem S. Trinitatis etiam nomen Petri scribebatur

c Ad ecclesiam tamen suam, &c.) Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Sixti, verbo; *Non susciperatur nisi cum formatis*, &c. Item quæ habet Bellarm. lib. 1. de Rom. pont. cap. 24. ubi inter prærogativas Petri refert, quod in formata epistola, cujus formulam ibidem descriptam habent, post Patris, Filii & Spiritus sancti nomen Apostolorum principis Petri adjungebant.

DECRETUM SIXTI EX CODICE 16. librorum, lib. 4. cap. 5. dubium tamen, an primi, secundi, vel tertii,

De presbyteris, per quorum negligentiam sine baptismate aliquis mortuus fuerit.

Perpendant presbyteri, quanti discriminis sit, animas innocentum per eorum negligentiam a regno Dei excludi. Si enim gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente; quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit, qui per suam negligentiam januam paradisi innocentibus claudit? Et ideo presbyteri summa diligentia caveant, ne animæ, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a cœlesti beatitudine separentur: Sed si (quod absit) evenerit, gravi pœnitentiæ luctui se submittat, per cujus neglectum evenerit. *Luc.*

ANNO CHRISTI 142. *al.* 140.

A CH 141

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA TELESPHORI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

Ansulis inclusa desunt in *Luc.*

a TElesphorus, natione Græcus, ex anachoreta, *b* sedit annos 11. menses 3. dies 21. Fuit autem temporibus Antonini & Marci, *c* (Martyrio coronatur.) *d* Hic constituit, ut septem hebdomadas ante pascha jejunium celebraretur. *e* (*a*) Hic fecit, ut in natali domini nostri Jesu Christi (*b*) noctu missa celebraretur, [a] cum omni alio tempore ante horæ tertiæ cursum nullus præsumeret missas celebrare, quia ea hora dominus noster ascendit in crucem: & ut [b] ante sacrificium hymnus (*c*) diceretur angelicus, hoc est, Gloria in excelsis Deo. *f* (*d*) Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros 12. diaconos 8. episcopos per diversa loca 13. Qui etiam sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano (*e*) Nonis Januarii. Et cessavit episcopatus dies 7.

a absunt a C. H.

b ingressu sacrificii.

Notæ Severini Binii.

a Telesphorus natione Græcus.) Post interregnum duorum dierum, Thelesphorus Sixto succedit, anno Christi nati " 142. qui est Antonini Pii imperatoris 3. imperii. Hic quantumvis natura mitissimus atque a sanguine & cædibus maxime alienus foret; cum tamen in dies Christianæ religionis frequentia crescceret, hominesque paulatim a deorum superstitione deficerent; invidia moti sacerdotes, egerunt, ut nonnihil in Christianos sæviretur; id quod Sixti aliorumque mors non obscure indicat. Ecclesia igitur sub hoc imperatore, pace aliqua impetrata, a variis hæresiarchis, Valentino & Marcione Cerdonis discipulo multum exagitata est. Uterque, præter multa alia, Christi nativitatem negavit; ille carnem Christi non ex Virgine sumptam, sed e cœlo allatam esse docebat: hic totam Christi incarnationem & passionem negabat. Errores nefandos utriusque vide apud Baron. anno Christi 145. & 146.

140. Quoto anno Christi Telesphorus Sixto successerit?

An persecutio Christiana sub Antonino Pio cessarit?

Quæ hæreses sub pontificatu hujus exortæ.

b Sedit annos 11. menses 3. dies 21.) Baronius annos 11. menses 9. & dies 3. ab ejus creatione quæ octava Aprilis contigit, ad obitum ejusdem sc. ad 5. Januarii, ut ex omnibus martyrologiis patet, enumerat.

c Martyrio coronatur.) Telesphorum martyrio coronatum fuisse auctor est Irenæus lib. 3. cap. 3. ubi ait, *gloriosissime martyrium fecit*. Idem Tertullianus confirmat in carmine contra Marcionem lib. 3. in fine, his versibus:

Post expleta sui quæ lustri tempora tradit
Telesphoro: excellens hic erat, martyrque fidelis.

d Hic constituit ut septem.) Quadragesimale jejunium ab apostolis domini institutum atque universæ ecclesiæ traditum est, ut ex can. apostol. 68. constat; nam diu ante Telesphorum hujus jejunii quadragesimalis Ignatius in epistola sua ad Philippenses meminit hisce verbis: *Quadragesimale jejunium ne spernatis, continet enim exemplum conversationis dominicæ*: ideoque verissimum est, quod Hieronymus in epistola ad Marcellam scribit. *Nos unam quadragesimam secundum traditionem apostolorum, toto anno, tempore nobis congruo jejunamus*: & quod ait S. Leo serm. 6. de quadrag. *ut apostolica institutio quadraginta dierum jejuniis impleatur*. Telesphorus igitur jejunium quadragesimæ non recens instituit, sed quod usu quodam & pia traditione in ecclesia servabatur, placuit edito decreto stabilire. Vel secundo dici posset, Telesphorum, ut ex ejus sequenti epistola decretali constat, clericis dumtaxat mandasse, ut septem integras hebdomadas a carnibus abstinerent, cum laici septem hebdomadas non integras abstineant. Vide quæ diximus supra in notis ad can. apostol. 68. Bellarm. & Baron. locis ibidem allegatis. A Centuriatoribus ob hanc aliasque sequentes constitutiones Telesphorum calumniose reprehendi, Bellarminus lib. 4. de Rom. pontif. cap. 8. declarat.

e Hic fecit.) Sequentia duo decreta extant in epistola decretali sequente, de quibus ibidem.

f Hic fecit ordinationes quatuor.) In singulis Romanis pontificibus superioribus & sequentibus, non solum ordinationes clericorum, qui Romanæ ecclesiæ usui essent,

(*a*) *Luc.* & in natali. (*b*) *Luc.* per noctu missæ celebrarentur nam omni tempore. (*c*) *Luc.* celebraretur.
(*d*) *in Luc. additur* martyrio coronatur. (*e*) *Luc.* IV. Non.

sent, sed etiam episcoporum, qui in diversas orbis pro-
vincias mitterentur, enarrantur: ut ex his perspicuum
reddatur, fuisse muneris & officii Romanorum pontifi-
cum non solum urbis, sed & orbis totius ecclesiæ con-
sulere. Baron. anno 154. num. 2.

EPISTOLA

TELESPHORI PAPÆ

ad omnes universaliter Christi fideles.

De jejunio septem hebdomadarum ante pascha: de missarum celebratione in nocte natalis domini: quo tempore aliis diebus missæ celebrentur, & de episcoporum defensione.

I. *Ut septem hebdomadas ante pascha clerici a carne jejunent, nec admittant laicos in accusationibus suis.*

II. *De celebratione missarum, & hymno angelico recitando.*

III. *De episcopis honorandis, & non detrahendis.*

IV. *De accusatoribus non recipiendis.*

Carissimis fratribus & dilectissimis episcopis, Telesphorus Romanæ urbis archiepiscopus salutem in domino.

CRedimus [b] sanctam fidem vestram, in apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere, & hanc populis universis exponere, quæ videlicet a constitutis apostolorum, eorumque successorum, nulla ratione dissentit, per quos justum est ceteros erudiri.

I.

Quapropter cognoscite, a nobis & a cunctis episcopis in hac sancta & apostolica sede congregatis, statutum esse, *a* ut septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha, omnes clerici in [2] sortem domini vocati, a carne jejunent: quia sicut discreta esse debet vita clericorum a laicorum conversatione, ita & in jejunio debet fieri discretio. Et sicut laici & sæculares homines nolunt eos recipere in accusationibus & infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis; quoniam in omnibus discreta debet semper esse & segregata vita & conversatio clericorum, ac [3] sæcularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati divinis cultibus, & familiares domini dicuntur salvatoris, ita moribus & conversatione atque sanctitate debent esse distincti. Has ergo septem hebdomadas omnes clerici a carne & deliciis jejunent, & hymnis & vigiliis atque orationibus domino inhærere die noctuque studeant.

II.

b Nocte vero sancta nativitatis domini salvatoris, *c* missas celebrent, *d* & hymnum angeli-

A cum in eis solenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab angelo pastoribus nunciatus est, sicut ipsa veritas testatur, dicens: *Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus domini stetit juxta illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* [a] *e* Reliquis enim temporibus, missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia & eadem hora dominus crucifixus est, & super apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur. *Luc. 2.*

[a] in MS. Just. quem sequitur editio Merlini inseruntur multa ex psalmo 36. & 51. quæ Crabbus & alii submoverunt.

III.

f Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco missarum solenniis celebrandus est atque solenniter recitandus. *g* Ipsi enim, qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timendi, & non dilacerandi aut detrahendi: qui a quibus se domini populus benedici, salvari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est & corripiendus, non ipsi ab eo, quia *non est discipulus super magistrum*. Nullo modo igitur domini pontifices & reliqui sacerdotes, quibus domini commissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se cognoverint laqueo infestari. Unde justum est omnes in universo [b] orbe doctores legis, ea quæ legis sunt sapere, & non sacerdotes domini labiis suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum enim ipsos disponunt aut cupiunt maculare, potius seipsos maculant & vulnerant. Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur, sacerdotes accusat, vel damnari [c] cupit. A quibus se omnes fideles cavere debent, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt. Christus enim Dei filius, dominus noster, humano generi salutem condonans plenam, de nobis ait: *Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit*. Si ergo dominus in eis recipitur & rejicitur, procul dubio ipsius sunt, qui in eis rejicitur vel suscipitur. *Et tu quis es, qui judicas servum alienum?* Procul dubio transgressor es legis Dei & apostolorum atque prophetarum: & non solum harum, sed etiam legum humanarum. Omnes enim leges tam divinæ quam & humanæ, alienum servum judicare prohibent. Quid putas, erit de te, cum transgressores & conculcatores legis Dei damnabuntur? Profecto & tu damnaberis, quia postposuisti mandatum Dei, & tuam adimplesti voluntatem. Quoniam sicut digni sunt vita, qui mandatum Dei adimplent atque custodiunt, ita rei & perdigni sunt morte, qui ea postponunt, & in vanum ducunt. Est enim in apostolicis

f De consecr. dist. 1. Nocte sanct.

g Et in decr. Ivo. lib. 2. ubi additur Excepta nocte nativit. 6. quæst. 1. sacerdotes qui.

Luc. 6.

[b] Damasus citata ep. ad Illyricos inserit verb. Romanorum. 6. quæst. 1. Sacerdotes qui

[c] Ifid. III. 39. & ex eo Hadr. coll. c. 1. *Rom. 1.*

Matth. 10. Luc. 10.

Rom. 14.

1 MS. Ireuæi lib. 3. c. 3. *Telesphorus*. Harduinus, qui è sæpe citato Cod. Colleg. Paris. Soc. Jesu decerpsit sequentes varias lectiones. 2 MS. *in sorte*. 3 MS. *ac sæcularia*.

scriptum institutis: [a] *Alterius vitam nemo lacereret, & de malo alieno os suum non coinquinet.* Accusatores vero & accusationes, quas leges sæculi non admittunt, & nos submovemus.

a Isid. synonymorum ll. 2. Rom. 1. 2. Cor. 12. Jacob. 4. 1. Petr. 2.

IV.

Et accusatori omnino non credi decernimus, qui absente adversario, causam suggerit ante utriusque partis justam discussionem. [b] Nec hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem, & omnes, qui adversus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi aut * insidiandi [c]. Hi vero qui cum inimicis morantur, aut qui suspecti habentur, minime recipiantur: quia eorum æmulatio lacerat etiam innocentes. Hunc murum [d] firmissimum statuerunt patres nostri, & nos cum eis, contra persecutores [e] nostros, ut hoc remedio eorum pellantur machinamenta, & vos securiores & sanctiores famulari mereamini vestro salvatori. Ceterum, *considerat impius justum, & quærit ut occidat eum. Dominus non derelinquet eum in manus ejus, & non condemnabit eum, cum judicabitur illi. Expecta dominum, & custodi viam ejus: & exaltabit te, ut possideas terram: cum interibunt impii, videbis. Vidi impium robustum & fortissimum, sicut indigenam virentem. Et transivi, & ecce non erat: & quæsivi eum, & non est inventus. Custodi simplicitatem, & vide rectum, quia erit in extremum viro pax.* * *Prævaricatores autem interibunt pariter, & novissimum impiorum peribit. Salus autem justorum a domino, fortitudo eorum tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis dominus, & liberabit eos ab impiis, & eripiet eos ab impiis, & salvabit eos quia speraverunt in eo.* Et alibi: *Quid gloriaris in malitia potens? Misericordia Dei tota est die. Insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula tua acuta faciens dolum. Dilexisti malitiam magis quam bonum, mendacium magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum, terrebit te, & evellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viventium. Videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt. Ecce vir qui non posuit fortitudinem suam Deum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva virens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in sæculum & in * æternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniam feci & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu [1] sanctorum tuorum.* De talibus enim insidiatoribus & accusatoribus servorum suorum loquitur dominus per prophetam dicens: *Os tuum dimisisti ad malitiam, & lingua tua concinnavit dolum. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & in filium matris tuæ fabricabaris opprobrium. Hæc fecisti, & tacui. Existimasti similem tui me futurum? arguam te, & proponam te ante oculos tuos. Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum, ne forte rapiat, & non sit qui liberet.* Languentes autem in isto conamine notandi sunt, & a talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli, qui [f] sursum atque deorsum pervolans, quærit quos possit occidere, quos possit separare, quos possit devorare. Propter quam rem vigilandum est, & armis cœlestibus sumus muniendi, ne in ejus compedes incidamus, aut ejus foveis illaqueemur. * Decet enim in talibus causis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum, & caritas custodiatur, & veritas defendatur, atque innocentes & domini ministri, illæsi liberentur. De bonis ergo & legem domini custodientibus, * [2] fratribusque adjuvantibus, & non nocentibus, sed supportantibus, ait per prophetam dominus: *Non sedi cum viris vanitatis, cum superbis non ingrediar. Odivi ecclesiam pessimorum, & cum impiis non sedebo. Lavabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuum domine, ut clara voce prædicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. Domine, dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Ne auferas cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus scelus est, & dextra eorum repleta est muneribus. Ego autem in simplicitate mea gradiar, redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in recto, in ecclesiis benedicam dominum.* [b] Concordent igitur cum omnibus Dei sacerdotibus hæ caritatis sententiæ, in quibus vos fixos & firmos existere judicamus. Deus vos incolumes custodiat, filii carissimi. Data decimoquinto Kalendas Martii, [c] Antonino [3] & Marco viris clarissimis consulibus.

3. quæst. 8. Accusatores &c. Et in decr. Stephani papæ ac Julii.
3. quæst. 9. Accusatori omnino.
b Anianus Const. 9. tit. 39. lib. 11. cod. Theod.
* incusandi
c ita in MS. Just. & in edit. Merlini: primus Crabbus alteram lectionem aut correctionem substituit.
d fortissimum
e vestros
Psal. 36. ex vers. Hier.
* Iniqui autem alebuntur pariter, &
Psal. 11. ex eadem interpr.
* sempiternum.
Psal. 49. eodem interprete.
f Flavianus epist. ad S. Leonem.

Notæ Severini Binii.

a Ut septem hebdomadas plenas ante sanctum paschа omnes clerici in sortem domini.) Quod supra in vita Telesphori diximus, quadragesimale jejunium, Clementi, Ignatio & Dionysio tempore & ætate prioribus cognitum, non a Telesphoro, sed potius ab apostolis institutum esse, a Telesphoro autem non nisi scripto decreto firmatum a clericis per septem integras hebdomadas observari exactum esse, hinc aperte constat. Non enim ait *statuimus*, ut male Gratianus dist. 4. allegat, sed *quapropter cognoscit*, &c.

b Nocte vero sancta nativitatis domini.) Cum in sacrificio missæ offeratur Christus, qui est candor lucis æternæ, juxta id quod de seipso dicit Joan. 9. cap. *Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est*, sitque hoc sacrificium legis gratiæ, in qua divina claritas illustrius communicatur; ordinarie ab aurora usque ad meridiem hoc sacrosanctum missæ sacrificium celebrare licet, ante auroram vero, vel post meridiem illud auspicari, omnium fere theologorum ac summistarum consensu velut illicitum improbatur. Ab hac lege tamen propter decretum & constitutionem Telesphori, toto terrarum orbe, nox sacratissima in qua dominus noster Jesus Christus in hunc mundum homo natus est, singulari & mystico privilegio decorata, merito excipitur, quippe quæ propter Christi fulgorem ac claritatem, dies potius quam nox ab ecclesia reputata sit. Eodem privilegio noctem Christi resurgentis olim donatam fuisse, præter Vvalfridum Strabonem, de officiis eccles. cap. 23. cap. solent, de consecr. dist. 1. & cap. quod a patribus dist. 75. recte testantur. Hac enim nocte circa vespertinum crepusculum prophetiæ legebantur, ignis & cereus consecrabantur, ceteræque ceremoniæ solitæ fiebant: demum post medium noctis missa inchoabatur. Nunc autem illa consuetudo cessat, cum jam sabbato sancto illa missa paulo ante meridiem celebretur. Quid de vespero cœnæ dominicæ, & de nocte singularum vigiliarum olim receptum fuerit, videatur Vvalfridus prædicto loco, Baronius anno Christi 154. nu. 2. Bellarm. lib. 2. de missa cap. 14.

c Missas celebrent.) Communi ac ordinario jure nulli sacerdoti sæpius quam semel in die sacrificare licet, ut constat ex cap. suffic. de consecrat. dist. 1. ubi dicit Alex. papa II. *Sufficit sacerdoti unam missam in die una celebrare quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est unam missam facere, & valde felix est qui unam digne celebrare potest.* Et infra: *Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus sæcularium, una die*

1 MS. *misericordium suorum.* 2 Ita MS. pro *fratresque.* 3 In MS. *Antonio & Martio:* sed abiunt a fastis ni Consules.

die præſumit plures facere miſſas, non æſtimo evadere damnationem: Ex quibus verbis poſterioribus patet, Alexandrum hoc non conſuluiſſe dumtaxat, ſed etiam ſub pœna damnationis præcepiſſe. Confirmata eſt lex iſta eccleſiaſtica per Innocentium III. cap. conſuluiſti, & per Honorium III. cap. de referente, de celebratione miſſarum. Sicut igitur natali dominico ex privilegio ſingulari competit, quod nocte ejus diei ſacratiſſima ante auroram miſſam celebrare liceat, ita etiam eidem diei ſingularis iſta prærogativa Teleſphori pontificis auctoritate conceſſa eſt, quod liceat, non unam dumtaxat, ſed plures miſſas illo die offerre. Scribit enim in plurali numero, *Miſſas celebrent*. Quare etiamſi de ternario numero ſacrorum in die natalis domini faciendorum expreſſe nihil decretum eſſe reperiatur, ab ipſo tamen auctore legem hanc conditam eſſe, inde non male colligitur, quod S. Gregorius in homilia de natali domini conſuetudinis vel legis hujus meminerit, nulluſque alius auctor hactenus nominari potuerit. Qui ergo eodem die natalis domini ſacrificii iterationem hac epiſtola expreſſe non ſine cauſa myſtica præcepit, ad certum myſterium certo numero repræſentandum, ternarium definiviſſe, non poſſum non ſentire ac credere. Myſticas cauſas trium ſacrificiorum hoc die offerendorum, alias S. Thomas 3. part quæſt. 83. art. 2. ad 2. alias Gloſſa in cap. Nocte ſancta, de conſecrat. diſtinct. 1. recenſet. Prima miſſa ſecundum Thomam ſignificat æternam illam ac divinam generationem, de qua pſalmo 2. *dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te*, & Joan. c. 1. qua Pater ſuam eſſentiam ac naturam intelligendo producit Verbum, quod eſt Filius & perfectiſſima imago Patris. Secunda miſſa, generationem Chriſti illam repræſentat, qua in utero B. Mariæ V. virtute Spiritus ſancti conceptus, carne humana indutus, in hunc mundum verus homo natus eſt; de qua Lucas c. 2. Joan. cap. 1. *Verbum caro factum eſt*, &c. Tertia miſſa ſignificat ſpiritualem illam Chriſti generationem, qua velut Lucifer quidam in cordibus noſtris oritur, de qua paſſim in ſcriptura. Gloſſa vero prædicto capite etiam non inconvenienter dicit, tres ſtatus hominum per tres miſſas repræſentari, ac ſignificari ſtatum naturæ ante legem, ſub lege, & poſt legem, vel ſub lege gratiæ. Vide Gloſſam ipſam prædicto loco. Suarez tom. 3. diſp. 80. ſect. 3.

d Hymnum angelicum in ea.) Hymnum angelorum, qui verbis partim Luc. 2. ab angelis Chriſto nato decantatis, partim ab eccleſia ſuperadditis continetur his: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: Laudamus te: Benedicimus te*, &c. angeli inchoarunt, eccleſia conſummavit, totuſque eſt plenus divinis laudibus, gratiarum actione & deprecatione. Angelica ſunt, *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: reliquæ quæ ſequuntur a quo ſuperaddita ſint, non ſatis liquide conſtat. Ex iis quæ lib. 7. conſtit. c. 57. & 58. Clemens Romanus ſcribit, ſi illis debita fides adhibeatur, ab apoſtolis fere totum compoſitum eſſe colligitur, totus enim fere hymnus ibidem a Clemente recitatur. A Teleſphoro autem totum hymnum fuiſſe completum una cum pontificali auctore in vita Teleſphori, ejuſque epiſtola decretali, aſſerit etiam Innocentius III. lib. 2. de miſſæ ſacrif. c. 20. A Symmacho papa compoſitum eſſe ſentit Berno de officio miſſæ c. 25. Ab Hilario autem Pictavienſi hæc verba angelicis verbis ſuperaddita eſſe aſſerunt, Alcuinus lib. de divinis officiis c. de celebratione miſſæ; Hugo Victorinus lib. 2. de ſacramentis. Utcumque vero ſit, conſtat eum morem & antiquiſſimum & ſanctiſſimum eſſe. Diffidium auctorum ſic conciliari poſſe exiſtimo, ut hymnum angelicum apoſtoli ad gloriam totius S. Trinitatis prædicandam augere cœperint quidem, Teleſphorus autem eum ſicut nunc extat compleverit, & demum Symmachus papa, ut is in die dominico & natalitiis martyrum decantaretur, præceperit. Ita fere Innocentius prædicto loco hanc auctorum diſcrepantiam conciliat. Vide Suarez tom. 3. de ſacrament. diſp. 83. ſect. 1. Cur hymnus angelicus nunquam in miſſis defunctorum, in diebus luctus, jejuniorum, ac feſtialium ordinarie decantetur, D. Thom. 4. ſentent. diſt. 23. hanc rationem reddit: quod cum in hymno hoc commemoretur cœleſtis gloria, in ſolennioribus non communibus feſtis, ad oſtendendam differentiam cultus divini, cantetur, & dum propriam amicorum miſeriam lugemus, merito intermittatur.

e Reliquis enim temporibus, miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ.) Totum hoc decretum extat c. nocte ſancta, de conſecrat. diſt. 1. Hæc autem verba decreti vel exponenda ſunt ſic, ut de miſſis diei ſolennibus, ſive conventualibus tantum intelligantur: vel ſi generatim intelligi velis, dicendum eſt, hoc decretum nunc, ut ex iis quæ ſupra hac epiſtola ad verbum, *Nocte*, annotavimus, aperte conſtat, per contrariam conſuetudinem revocatum eſſe. Olim fortaſſe miſſæ tardius inchoabantur, quia minor erat ſacerdotum numerus, major fidelium devotio, ut etiamſi tardius inchoarentur, ipſi tamen poſtpoſitis privatis laboribus ad miſſam audiendam convenirent. Nunc autem & ſacerdotum numerus major eſt, & aliæ circumſtantiæ magna ex parte ſunt immutatæ, ideoque mirum non ſit, tempus dicendi miſſam anticipatum fuiſſe. Vide Suarez tom. 3. diſp. 80. ſect. 4.

An ſub aurore miſſam inchoare liceat?

f Ab epiſcopis autem idem angelicus hymnus.) Hoc loco non tantum epiſcopis, ſed etiam ſacerdotibus præcipitur ut ſolenne ſacrum celebraturi, etiam extra diem natalis dominici hymnum angelicum in ſacrificio recitent. Solus autem epiſcopus hic nominatur, quia ad illum maxime ſpectat miſſas celebrare. Vide Suarez tom. 3. diſp. 83. ſect. 1.

An ſacerdotibus; in ſacrificio miſſæ hymnum angelicum recitare permiſſum ſit?

g Ipſi enim qui propreo ore corpus domini.) Nihil hic concludit ut calumniantur Magdeburgenſes, ſed rationem reddit cur ſacerdotes & epiſcopi non ſint temere a laicis accuſandi: ſcilicet, quia tantæ dignitatis ſint, ut corpus domini proprio ore conſecrent & confirment.

SYNODUS ROMANA [a], TELESPHORI,

[a] Errat hic auctor.

ex ſynodico.

Σ ΥΝΟΔΟΣ θεία ☩ ἱερὰ τυαικὴ ἐν Ρώμῃ, δυοκαίδεκα ἐπισκόπων, ὧν᾽ [b] Τελεσφόρε ἱερομάρτυρος, τῆ τυύτης πάπα, συναθροισθεῖσα κατὰ Θεοδότε σκυτέως τῆ Βυζαντίε, τῆ αὐτῶν μα. θητῆ· ὃς εἰς ἄκρον σοφίας ἐληλακὼς, ἢ ἐν τῷ διωγμῷ ἐπιθύσας, ☩ ἀξαρνησάμενος τὸν Χριςὸν, ἐχάτως ὧν᾽ τῆ πιςῶν ὀνειδιζόμενος, ἢ μὴ φέρων τὴν αἰχμάλωσιν, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὁ ἀνόσιος, Ἐγὼ Θεὸν ὐκ ἀρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ψιλόν.

[b] Βίκτορος.

SYnodus ſancta & divina provincialis, Romæ, duodecim epiſcoporum, [c] a Teleſphoro ſancto martyre, ejuſdemque urbis papa, collecta contra Theodotum coriarium Byzantium, diſcipulum illorum: qui cum ſapientia plurimum præſtaret, ſed in perſecutione ſacrificaſſet, Chriſtumque negaſſet: atque id a fidelibus ipſi exprobraretur, neque ipſe hoc probrum ferret, dicere auſus fuit impius ille: Ego Deum non negavi, ſed nudum hominem.

[c] Corrigendum omnino eſt Victore.

ANNO CHRISTI 154. " 158.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA HYGINII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

(a) HYginius [a] natione Græcus, ex philoſopho, de Athenis, [b] cujus genealogiam non inveni, *b* ſedit annos quatuor, menſes tres, dies quatuor. *c* Fuit autem temporibus [c] Veri & Marci, a conſulatu Magni & Camerini, uſque ad Orphitum & Priſcum. *d* Hic clerum compoſuit & diſtribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros quindecim, diaconos quinque, epiſcopos per diverſa loca ſex. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus beati Petri in Vaticano, tertio Idus Januarii. Et ceſſavit epiſcopatus dies tres.

a Yginus.
b abſunt in C. H.
c Severi ita & Luc.

Notæ Severini Binii.

Quando Hyginius ſucceſſerit? " 138.

a Hyginius.) Hyginius, cum 5. Januarii Teleſphorus martyrium ſubiiſſet, ac pontificia ſedes ſeptem diebus vacaſſet, in locum defuncti Teleſphori ſuffectus eſt 13. Januarii anno Chriſti nati " 154. qui eſt Antonini imperatoris 15. Quod S. Irenæus lib. 1. c. 28. & lib. 3. c. 4. cum Tertulliano lib. 3. carm. Epiphanio hæreſi 27. Cypriano epiſt. 74. edit. Pamel. Hyginium a Petro nonum, a Lino octavum Romanæ eccleſiæ pontificem enumerant, inde accidit, quod, ut ſupra dictum eſt, ille ex Cleto & Anacleto unum eumdemque pontificem conflaverit, alii vero alterutrum horum duorum omiſerint. Hujus pontificis anno ſecundo Valentinus & Cerdo neſandiſſimi hæreſiarchæ Romam veniunt, palinodiam ſimulate recantant, & in eumdem errorem recidunt, ut conſtat ex Tertull. de præſcript. c. 30. & 3. carm. in fine. Item ex S. Irenæo lib. 3. c. 4. Permanſerunt Romæ uſque ad tempus Eleutherii, ut ex Tertulliano prædicto loco patet. Baronius anno domini 155. num. 1. & 2. item anno 158. num. 1.

" 152. d 256.

b Sedit annos 4. menſes 3. &c.) Annis quatuor, minus duobus diebus ſediſſe ex tempore ingreſſus & obitus ejus colligitur: ingreſſus enim pontificatum 13. Januarii anno Chriſti " 154. martyrium autem ſubiit 11. Januarii anno Chriſti " 158. Antonini 19. Latini atque Græci pene omnes, ſicut etiam indices Vaticani, de numero annorum conſentiunt. Onuphrius errorem chronologiæ conſulum hic poſitorum ſero nimis advertens, in conſignandis pontificum annis, a prædicta chronologia, quam in ſuperiorum pontificum vitis deſcribendis hactenus male ſecutus eſt, nunc tandem reſipiſcit, & cum communi ſententia bene ſentire incipit.

c Fuit autem a conſulatu Magni & Camerini, &c.) Si hos conſules ſequamur, Hyginium 12. annis ſediſſe, dicere opus eſſet. Quod Onuphrius, ut ſupra dixi, ſero intelligens, aliter & melius deinceps ſentit.

d Hic clerum compoſuit & gradus diſtribuit.) Præter hæc reliqua quæ ab Hyginio geſta ſunt, ſicut & aliorum quorumdam Romanorum pontificum res geſtæ, obſcura remanſerunt. Quod hierarchicus catholicæ eccleſiæ ordo, quo presbyteri epiſcopis diaconi presbyteris, populus presbyteris & diaconis ſubditus eſt, ab Hyginio compoſitus eſſe hic dicitur, non aliter intelligi poteſt, quam quod Hyginius hierarchiæ eccleſiaſticæ jam tempore apoſtolorum a Chriſto domino conſtitutæ, & a ſanctis patribus ipſo antiquioribus comprobatæ, quædam dumtaxat injuria temporum & ſcriptorum deperdita addiderit, vel eadem quæ divino jure inſtituta, & a patribus comprobata ſunt, hac conſtitutione ſua illuſtraverit. Divina enim fide credendum eſt, ſicut alia ſacramenta, ita etiam eccleſiaſticam hierarchiam, quæ ex epiſcopis, presbyteris, & miniſtris conſtat, qua ſcilicet epiſcopi presbyteris, presbyteri diaconis, & ſic deinceps aliis, ordinis & juriſdictione poteſtate majores & ſuperiores ſunt, non ab homine neque (quod ab Hieronymo in epiſt. ad Titum cap. 1. dictum eſſe male ſentiunt aliqui) ex ſchiſmate ſuborta conſuetudine, ſed divino jure a Chriſto domino ac redemptore noſtro inſtitutam eſſe. Sic enim loquitur concilium Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 4. *Proinde ſacroſancta ſynodus declarat præter ceteros eccleſiaſticos gradus epiſcopos, qui in apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipue pertinere, & poſitos, ſicut apoſtolus ait, a Spiritu ſancto regere eccleſiam Dei, eoſque presbyteris ſuperiores eſſe*, &c. Canon. 6. *Si quis dixerit in eccleſia catholica non eſſe hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex epiſcopis, presbyteris & miniſtris, anathema ſit.* Et canon. 7. *Si quis dixerit epiſcopos non eſſe presbyteris ſuperiores*, &c. *anathema ſit.* Hæc eadem Ignatii, Clementis, Dionyſii Areopagitæ, qui diu ante Hyginium papam martyrium ſubierunt, velut antiquiſſimis teſtimoniis, quæ a Baronio & Bellarmino locis infra deſignandis allegantur, firmiſſime confirmantur. Itaque quod hunc ordinem & gradum eccleſiaſticum Hyginius compoſuiſſe dicitur, ſecundum eam quam ſupra dixi explicationem eſt intelligendum. Vide Baron. anno Chriſti 58. num. 3. 4. 5. & ſeqq. Bellarm. lib. 1. de clericis c. 14. ubi ſimul, quid S. Hieron. hac de re ſenſerit, explicatur.

[a] EPISTOLA I.

HYGINII PAPÆ

AD OMNES CHRISTI FIDELES.

De fide [1] & ut metropolitanus abſque ceterorum epiſcoporum inſtantia non audiat cauſas.

I. *De miſſione Filii a Patre.*
II. *De cauſis epiſcoporum.*
III. *De criminationibus majorum.*
IV. *De peregrinis judiciis.*

[2] *Hyginius in Chriſti nomine almæ urbis Romæ epiſcopus, cunctis in apoſtolica fide & doctrina degentibus, ſalutem.*

CAriſſimi, *Deus Filium ſuum miſit in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut juſtitia legis impleretur.* [b] Filius non ſecundum deitatem ſolam a Patre miſſus eſt, ſed ſecundum carnem, quam clementer & pie pro nobis aſſumere non dedignatus eſt. Nam quod ſemetipſum (exinanita majeſtatis ſuæ potentia) idem ſe Filius miſerit,

(a) *Luc.* Ygenus. 1 In MS. *de Fide, & Religionis cauſis.* Hard. 2 In MS. *Vigius*: & apud Gratianum *Iginus*: alibi: *Higinius*: ubique recte. *Harduinus.*

rit, apostolus contestatur, & dicit: *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, & humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Et Isaias: *Non legatus, neque angelus, sed Deus ipse veniet, & salvabit nos.* Item alibi: *Palam apparui non quærentibus me.* Et Jeremias: *Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam: Veni, & factus sum illis in opprobrium:* Et in Michæa: *Ecce dominus veniet, & commovebuntur sub eo montes.* Et in Zacharia: *Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tui, dicit dominus.* Et Apostolus ad Timotheum: *Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Jesus Christus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere.* Et Malachias: *Ecce subito veniet in templo suo dominus, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis.* In Evangelio: *Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam.* Item alibi: *Quid nobis & quid tibi Jesu fili Dei? Venisti ante tempus perdere nos? Venit filius hominis salvare & quærere quod perierat.* Item alibi: *Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant.* Item alibi: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis qui est in cœlo.* Numquid in his tantis ac talibus testimoniis, quibus se Filius Dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere, ab alio, & non a semetipso, venisse? dum manifestum est, quod qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie, & non ab alio missus, venerit. Nam qui in Patre manens, ubique potentia sua consistit, ubi quo a Patre mitteretur, omnimodo non habuit, quoniam nulla pars cœlorum ac terræ a conspectu Patris excipitur, ubi secundum vos a Patre Filius mitteretur? Et Paulus: *Renovamini*, inquit, *spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis.* Et ad Hebræos: *In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus est, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.* Unde, fratres sancti, vocationis semper cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ, Jesum, fidelem existentem ei qui vocavit eum. Et ad Colossenses: *Nunc autem deponite & vos universa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque verba ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induite novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem ejus qui creavit eum.* Numquid is qui universam creaturam, visibilia & invisibilia propriæ potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea aut postmodum (quod dicere nefas est) creavit, vel facere potuit? Et dominus in Evangelio ait: *Ego & Pater unum sumus.* Et iterum; *Qui me videt, videt & Patrem.* Et iterum: *Qui odit me, & Patrem meum odit.* Et iterum: *Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem.* Et iterum: *Ut sint in nobis unum, sicut & nos unum sumus: tu in me, & ego in eis.* Et iterum: *Omnia mea, tua sunt.* Et iterum: *Ego in Patre, & Pater in me.* Et iterum: *Pater in me manens, facit opera hæc.* Et Joannes evangelista ait: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Et iterum ipse ad Parthos. [a] *Tres sunt*, inquit, *qui testimonium perhibent in terra: aqua, sanguis & caro:* [1] *& tres in nobis sunt, qui testimonium perhibent in cœlo. Pater, Verbum & Spiritus: & hi tres unum sunt.* Nos itaque in natura divinitatis, quia unum sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, nec Patrem aliquo tempore credimus præcessisse, ut major sit Filio: nec Filium postea natum esse, ut divinitate Patris minoretur

deest Parthorum mentio & substituitur nec non, apostolus.

II.

9. quæst. 3. Salvo in omnibus. Hadr. coll. 14.

Ceterum, fratres, salvo in omnibus Romanæ ecclesiæ privilegio, nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprovincialium episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum, quia irritæ erunt, aliter actæ quam in conspectu eorum omnium ventilatæ: & ipse si fecerit, coerceatur a fratribus.

III.

2. quæst. 7. Criminat. Et in decr. Lucii & Julii.

Criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, [a] si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint omni se suspicione carere & inimicitia, atque irreprehensibilem fidem habere, ac conversationem ducere.

a Anianus const. 15. tit. 1. lib. 11.

IV.

9. quæst. 6. Peregrina judicia. Et in decr. Fel. I. & Julii, & Sixti III.

Nec non & peregrina negotia & judicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis judicentur, qui * provinciales & a se electos debent habere judices. [b] Nos quidem, ex omni parte carpendo, occasiones abscindimus. Nos, supernæ memores disciplinæ, quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus, & a ruinæ præcipitio, quos possumus, revelamus, & defensionis adminiculum totis viribus præbere cupimus. [c] Certe si vel mens sit recti conscia, vindicta dignus est, qui aliis exiitit causa periculi. Qui vero innocentem, vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse in se jugulum mortis impingit, ut ait divinus & beatus præco. *Noli detrahere, ne eradiceris: noli accusare, ne accuseris: noli judicare, ne judiceris: quia in quo judicio judicaveris, judicabitur de te.* Nemo [d] creditur nos odisse, quorum relatione non læditur. Dicit enim dominus: *Omne regnum in se divisum, non stabit:* omnis scientia aut regula adversum se divisa, non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis [e] hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data 17. Kalendas Octobris, [f] Magno & Camerino consulibus.

* comprovinciales

b Hadr. coll. 17.

c Nonnulla ex Ennodii præceptione de cellularitis episcoporum descripta. Vide pag. 450. edit. Sirm. *Luc. 6. Matth. 7. Rom. 2.*

d Idem Ennodius apol. pro Symmacho extremis verbis p. 355. ubi non, legitur. *Matth. 12. Marc. 3. Luc. 11.*

e S. Leo ep. 87.

f falsa consulum nota.

EPI-

x MS. noster, *& tres in nobis sunt, qui &c.* ut habet Idacius Clarus, seu Vigilius Tapsensis lib. 1. contra VVarimadum, seu Marivadum cap. 5. *Harduinus.*

EPISTOLA II.

HYGINII PAPÆ.

AD ATHENIENSES.

Adhortatur eos ne vitam cum infidelibus ducant.

[1] *Hyginius papa Athenienſibus ſalutem.*

3. Cor. 7. MUlta *mihi fiducia eſt apud vos, fratres, & multa gloriatio pro vobis. Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione veſtra.* Tribulor enim quando de vobis audio, quod non oportet: conſolor vero, quoties ea inter vos fieri cognovero, quæ bonos Chriſtianos decet implere. *Nolite, fratres, jugum ducere* Cor. 6. *cum infidelibus.* Unde doctor gentium loquitur, dicens: *Quæ participatio juſtitiæ cum iniquitate? Quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* [2] Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit, in judicium cruciandos reſervari, & originali mundo non pepercit, ſed octavum Noe juſtitiæ præconem cuſtodivit, diluvium mundo impiorum inducens, & civitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, everſione damnavit, exemplum eorum, qui impie acturi ſunt, ponens: quid, putatis, iniquis & impiis perſeverantibus in nequitia eorum erit? Juſtum vero Lot oppreſſum, a nefandorum injuria & * converſatione eruit: aſpectu enim & auditu juſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam juſtam iniquis operibus cruciabant. Novit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem judicii cruciandos reſervare: magis autem eos, qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, ſibi placentes ſectas non metuunt facere, blaſphemantes. Unde alieni erroris * ſocium [2] a ſui propoſiti tramite recedentem, aut apoſtolicæ ſedis juſſionibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus: nec * impetere recte credentes, vel ſanctorum patrum juſſionibus obtemperantes permittimur, quia inter fideles & infideles magna debet eſſe diſcretio. Si Deus, fratres, juſtis [b] non peper-cit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? *Cuſtodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, ut ſalvi ſitis in die adventus domini. Unum autem hoc non lateat vos*, ut ait apoſtolus, *cariſſimi, quia unus dies apud dominum, ſicut mille anni, & mille anni, ſicut unus dies. Non tardat dominus promiſſionem ſuam, ſed patienter expectat propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu tranſient; elementa vero calore ſolventur. Cum hæc ergo omnia diſſolvenda ſint, quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Dei, per quem cœli ardentes ſolventur, & elementa ignis calore tabeſcent? Nos vero cœlos novos, & terram novam, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus juſtitia inhabitat.* [a] *Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit vos in æternam ſuam gloriam, in Chriſto Jeſu modicum paſſos, ipſe perficiet, confirmabit & ſolidabit. Ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.* Data x. Kalendas Martii, [b] Magno & Camerino conſulibus.

quibuſdam interpolatis.

* luxurioſa converſatione.

3. quæſt. 4. Alieni err. Et in decr. Dionyſii papæ, & in decr. Julii.

* ſocietatem ſectantes, vel

[2] impedire ita & MS.

b eos utique pro levibus culpis puniens.

2. Cor. 7.

2. Petr. 3.

1. Theſſ. 5.

3. Petri 3.

a 1. Petri 5.

b ſa tem nos

EX DECRETIS

HYGINII PAPÆ.

ſecundum Gratianum.

Soboles ex ſecundis nuptiis genita, conſanguineis prioris viri copulari non debet.

Si qua mulier tranſierit ad ſecundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, ipſa proles non poteſt ſe copulare cognationi prioris viri uſque ad quartam generationem. 35. qu

EX EISDEM DECRETIS.

Eccleſiarum conſecratio abſque miſſa fieri non debet.

Omnes baſilicæ cum miſſa debent ſemper conſecrari, & eccleſiæ deſtructæ. Ubi autem plures ſunt, quam neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis, quam ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurari poſſint, epiſcopi providentia modus inveniatur, qualiter conſiſtere poſſint aut reſtaurari. De di Oc lic de lib

EX EISDEM.

Quæ eccleſia eſt iterum conſecranda, & ſalibus tantum exorcizanda.

Si motum fuerit altare, denuo conſecretur eccleſia. Si tantum parietes mutantur, & non altare, ſalibus tantum exorcizetur. Si homicidio vel adulterio eccleſia violata fuerit diligentiſſime expurgetur, & denuo conſecretur. De di m Et Iv

EX EISDEM.

In uſus laicorum non licet converti ligna eccleſiæ dedicata.

Ligna eccleſiæ dedicata, non debent ad aliud opus jungi, niſi ad aliam eccleſiam, vel igni ſunt comburenda, vel ad profectum in monaſterio fratribus. In laicorum vero uſum non debent admitti. De di ec

EX EISDEM.

Neceſſitate cogente, in catechiſmo & confirmatione idem compater eſſe poteſt.

In catechiſmo & in baptiſmo & in confirmatione unus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogat. Non eſt tamen conſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt. De d te in [v

CON-

1 MS. *Higinus*. Hard. 2 MS. *ſocietatem, vel a ſui*. Hard.

C. ANNUM CHRISTI 152.

CONCILIUM PERGAMENSE

Habitum circa annum Chriſti CLII.

CONcilii iſtius notitiam debemus uni Primaſio, ſeu quiſquis auctor fuit libri de hæreſibus quem ſub nomine Prædeſtinati Sirmondus edidit: qui loquens de Colorbaſianis hæreticis, ait illorum errorem a Theodoto Pergamenſi Epiſcopo in Myſia mediterranea, ut opinor, anathematizatum fuiſſe in ſynodo ſeptem Epiſcoporum. Quod contigiſſe oportuit circa annum centeſimum quinquageſimum ſecundum ab incarnatione Domini, quod eo tempore maxime vigeret illa hæreſis, & Tertullianus Colorbaſum ponat poſt Heracleonem, de quo ſupra actum eſt. Hæc ſunt verba illius auctoris: Quintadecima hæreſis Colorbaſiana, a Colorbaſio adinventa, vitam omnem hominum in ſeptem ſtellis eſſe poſitam adfirmabat, & has eſſe ſeptem Eccleſias & ſeptem candelabra aurea conabatur adſtruere. Hunc ſanctus Theodotus de Pergamo Epiſcopus, habita ſynodo ſeptem Epiſcoporum, anathematizavit, docens ſeptem Eccleſias in ſeptiformi ſpiritu conſecratas. Una forma eſt, inquit, cum in forma quam primus homo amiſerat revocatur. Secunda, cum immaculatus qui erat, peccator efficitur. Tertia, cum ex terra corpus mortuum ſuſcitabitur. Quarta cum anima de inferni clauſtris eruitur. Quinta, quod anima paradiſi habitatione lætatur, quouſque corpus ſuum incorruptibile recipiat. Sexta, quod filios Deo facit qui erant filii Adæ Septima, quod facit hominem regni cœlorum eſſe participem. Has eſſe ſancti Spiritus formas in ſeptem Eccleſiis, in ſeptem oculis, & in ſeptem candelabris aureis conlocatas. *Hactenus vetus ille auctor. Ceterum quod iſte hæreſiarcha vocatur C. Baſſus apud Philaſtrium, error hauddubie fuit librarii: qui cum* Colorbaſius *videret ſcriptum, ſciretque vulgatiſſimum tum Baſſorum nomen, putavit legendum eſſe* C. Baſſus. *Quod fraudi fuit illuſtriſſimo Cardinali Baronio. Nam & apud Tertullianum, in libro de præſcriptionibus, non Colorbaſius vocatur, ſed Colarbaſus. Quod propius accedit ad nomen Baſſi*

ANNO CHRISTI 158. vel 156.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA PII PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damaſi Papæ.

a PIus natione Italus, ex patre Rufino, *b* frater Paſtoris, de civitate Aquileia, *c* ſedit annos novemdecim, menſes quator, dies tres. Fuit autem temporibus Antonini Pii, a conſulatu Clari & Severi. Sub hujus epiſcopatu *d* (*a*) frater ipſius Hermes librum ſcripſit, *e* in quo mandatum continetur, quod ei præcepit angelus domini, cum veniret ad eum *f* in habitu paſtoris, *g* (*b*) ut ſanctum paſcha die dominica celebraretur. *b* [a] Hic conſtituit, hæreticum venientem ex Judæorum hæreſi, ſuſcipi & baptizari. *i* Et conſtitutum de eccleſia fecit. *k* Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros (*c*) octodecim, diaconos viginti unum, epiſcopos per diverſa loca duodecim. Qui etiam ſepultus eſt juxta corpus B. Petri in Vaticano, quinto Idus Julii. Et ceſſavit epiſcopatus dies 14.

Notæ Severini Binii.

a Pius.) Hyginio non Pium, ſed Anicetum in pontificatu ſucceſſiſſe aſſerunt, Optatus Milevitanus lib. 2. contra Parmen. Auguſtinus eumdem ſecutus epiſt. 165. ubi Romanorum pontificum catalogum contexunt. Quam ſententiam S. Hieronymus de ſcriptor. eccleſiaſt. in Hegeſippo eo ipſo confirmare videtur, quod poſt Petrum decimo loco Anicetum numeret, qui, ſi Pius prior ſedem pontificiam tenuiſſet, undecimus ponendus erat. Verior tamen & magis recepta ſententia eſt, Pium Aniceto pontifici anteponendum eſſe. Id enim præter Euſebium in chronic. Epiph. hæreſi 27. Nicephorum Conſtantinopolitanum in chron. Nicephor. Calliſt. lib. 3. c. 25. omneſque Latinos ac Græcos recentiores, tres alii hoc tempore viventes, Hegeſippus apud Euſeb. lib. 4. c. 21. Irenæus lib. 3. cap. 2. & 4. Tertullianus lib. 3. carm. contra Marcionem, ita aperte profitentur, ut prope ſtultus habeatur is qui horum teſtimonio non acquieſcit. Baron. anno Chriſti 158. num. 3. Non Anicetum ſed Pium Hyginio ſucceſſiſſe probatur.

b Frater Paſtoris.) Paſtor hujus pontificis frater germanus, paulo infra Hermas, alibi Hermes nominatur, teſtimonio Origenis in epiſt. ad Romanos cap. 16. Euſebii lib. 3. cap. 3. Hieronymi de ſcriptoribus eccleſiaſticis in Herme. Idem eſt, de quo Paulus ad Romanos, *Salutate*, inquit, *Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam. Hermen.* Paſtor cognominatus eſt, vel quia fuerit de familia Junii Paſtoris, qui anno tertio Aure- Cur Hermes frater Pii cognominatus Paſtor?

lii

(*a*) *in Luc. deeſt* frater ipſius. (*b*) *Luc.* & præcepit ut paſcha. (*c*) *Luc.* XIX.

lii Imperatoris cum Papirio Æliano conſulatum geſſit, vel quia quod probabilius eſt, angelus quo die paſcha celebrandum ſit annuncians, in habitu paſtoris ei apparuit. Hæc omnia Tertullianus lib. 3. carm. contra Marcionem in fine his verſibus confirmat:

Poſt hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater,
Angelicus Paſtor, quia tradita verba locutus.

Hermes fuit presbyter. Auctor eſt actorum Praxedis.

Presbyterum fuiſſe conſtat ex epiſtola Pii ad Juſtum Viennenſem

Præter librum quem Herma Paſtoris inſcripſit, editum, de quo paulo infra agemus, in thermis Novati anno Chriſti 162. titulum condidit, de quo infra in epiſtola poſtrema ad Juſtum Viennenſem. Acta Praxedis virginis ab hoc eodem Herma Paſtore conſcripta eſſe, titulus antiquiſſimorum exemplarium oſtendit. Baron. anno Chriſti 159. num. 4. & 8. item anno 162. num. 1.

Quando & quamdiu Pius Pontifex ſederit. " 165. " 156.

c Sedit annos 19. *menſes* 4. &c.) Ex tempore ingreſſus & egreſſus ejus colligitur ſediſſe annos 9. menſes ſex minus tribus diebus. Nam obiit 11. Julii anno Chriſti " 167. M. Aurelii & Lucii Verii imperii 5. Ingreſſus eſt autem ſedem pontificiam 15. Januarii, anno Chriſti nati " 158. qui eſt Antonini 19. Ad hanc ſententiam Euſebius in chronico accedit. Itaque in auctorem libri pontificalis hoc loco errorem irrepſiſſe probabile eſt. Baron. anno Chriſti 167. num. 1.

Liber Paſtoris quantæ auctoritatis.

d Frater ipſius Hermes librum ſcripſit.) Liber quem Hermes ſcripſiſſe dicitur, inſcriptus eſt Paſtor; antiquis Græcis & Latinis quibuſdam notiſſimus fuit. Euſebius lib. 5. c. 9. Origenes Periarchon lib. 4. c. 2. Clemens Alexandrin. lib. 1. & 6. Stromat. Athanaſius de Incarnatione Verbi, Tertullianus lib. 3. carm. & cap. 10. de pudicitia, Hieronymus de ſcript. eccleſiaſt. hujus libri meminerunt, & ex eo teſtimonia citarunt. Quantæ exiſtimationis apud Græcos fuerit, poſt Euſeb. prædicto loco Hieron. de ſcript. eccleſiaſt. declarat his verbis: aſſerunt hunc (intellige Hermam) auctorem eſſe libri qui appellatur Paſtor, & apud quaſdam Græciæ eccleſias etiam publice legitur. Revera utilis liber, multique de eo ſcriptorum veterum uſurpaverunt teſtimonia, ſed apud Latinos pene ignotus eſt. Latinis vero ſic innotuit, ut eum inter apocrypha enumeraverint, ideoque legi in eccleſia, non autem ad fidem catholicam adſtruendam citari poſſit: teſtantur id Tertull. prædicto loco. Athanaſ. in epiſtola ad Afros. Proſper adverſus Collatorem. Gelaſius can. ſancta diſtinct. 15 Hieronymus in Amos cap. 7.

An liber Paſtoris exſtet.

Hunc librum jam non amplius extare, hoc argumento prope firmiſſimo convincitur, quod in eo qui nunc adhuc prædicto titulo Herma Paſtoris inſcriptus extat, nulla prorſus de celebrando paſchate mentio habeatur, imo longe ante hæc tempora ſcriptus eſſe videatur, propterea quod auctor ſe admonitum eſſe ſcribit, hoſce libros Clementi papæ dandos eſſe, a quo in exteras civitates mitterentur. Itaque ſi velimus unum eumdemque auctorem eſſe, ex ſententia illuſtriſſimi Cardinalis Baronii neceſſario dicendum eſt, diverſos hos inter ſe fuiſſe commentarios, diverſis temporibus ſcriptos, quorum prior uſu celebrior Græcis imprimis habitus ſit, poſterior autem tam Latinis quam Græcis obſcurior, cujus nulla prorſus mentio ab aliquo antiquorum facta inveniatur. Baron. anno Chriſti 159. n. 4. 5. 6. 7.

An qui nunc exſtat uno eodemque tempore ſcriptus ſit?

Mandatum angeli de Paſchate.

e In quo mandatum continetur.) Hoc mandatum nuſquam apud librum Paſtoris nunc exſtantem reperitur: Hermam vero hoc mandatum accepiſſe Tertullianus huic fere tempore æqualis lib. 3. carm. in Marcionem teſtatur, qui, quod angelica verba & mandata locutus fuerit, eum angelicum Paſtorem nominat. Verſum Tertulliani vide ſupra.

f In habitu paſtoris.) Hanc ob cauſam Hermetem cognominatum fuiſſe Paſtorem, ſupra diximus: a familia Junii Paſtoris conſulis ita denominatum eſſe, non eſt valde probabile.

g Ut ſanctum paſcha die dominico celebraretur.) Hoc decretum exſtat epiſtola decretali ſequente prima. Vide quæ in notis ad illam epiſtolam dicemus, verbo *Paſcha domini*.

Cerinthi dogma.

h Hic conſtituit hæreticum venientem ex Judæorum hæreſi ſuſcipi & baptizari.) Per Judæorum hæreſim hoc loco intelligi Cerinthi ſectam, ſic dictam, quod præceteris Hebraicis ritibus obſervandis ſtudebat. Nam Corinthus, ut conſtat ex Epiphanio hæreſi 28. adeo præter legem evangelii ceremonialem legem Moyſis obſervandam eſſe propugnavit, ut hujus rei gratia adverſus Paulum & Barnabam, doctrinam ſuam defenſurus, ſe Hieroſolymam ad tertium Apoſtolorum concilium, ibidem hanc ob cauſam habitum, contulerit. Vide quæ diximus in notis ad tertiam apoſtolorum ſynodum, verbo *Synodus*, & verbis, *Quidam deſcenderunt de Judæa*. Sectarios hujus ſectæ, ſi ad eccleſiam redeant, non rebaptizari, (noverat enim traditionem & legem apoſtolicam eſſe, ne baptiſmus ab hæreticis miniſtris legitime juxta formam & intentionem eccleſiæ collatus iteretur) ſed tantum baptizari pontifex decernit. Cum enim Cerinthus legem circumciſionis propugnaret: Chriſti divinitatem, atque adeo ſacroſanctam Trinitatem negaret, ut conſtat ex Irenæo, perſuaſu facile eſt, prædictum hæreſiarcham, aliam & longe diverſam baptizandi formam uſurpaſſe: Pium pontificem autem, hujuſmodi ad eccleſiam venientes, quippe qui nunquam vere & legitime baptizati fuerint, baptizari, recte & convenienter decreviſſe. Vide quæ notavimus ad can. apoſt. 46. & 47.

i Et conſtituum de eccleſia facit.) Nempe decretum illud, quod in epiſtola ejus ſecunda expreſſum habetur, ne prædia divinis uſibus tradita, humanis inſerviant. Vide notas epiſtolæ ſecundæ Pii.

k Hic fecit ordinationes, &c.) In diaconorum numerum mendum irrepſiſſe, Baronius hic anno Chriſti 167. num. 3. exiſtimat.

---

[a] EPISTOLA I.

PII PAPÆ I.

AD UNIVERSOS CHRISTI FIDELES.

Ut die dominico Paſcha celebretur: quod prædium eccleſiæ ſubtrahens ut ſacrilegus judicetur, & ſi quis ex miniſtris epiſcopo inobediens fuerit, aut contumeliam aut inſidias aut calumniam paraverit, curiæ tradatur.

I. *Ut die dominico paſcha celebretur.*
II. *A quibus non oporteat epiſcopos accuſari, & de his qui tranſgrediuntur juſſa apoſtolicæ ſedis.*

Omnibus eccleſiis, in eadem qua ſumus fide & doctrina manentibus, Pius apoſtolicæ ſedis archiepiſcopus

[1] GRatias agimus, fratres, Deo, quoniam [2] creſcit *fides veſtra, & abundat caritas uniuſcujuſque omnium veſtrum in invicem, ita ut nos ipſi in vobis gloriemur in eccleſiis Dei*. Videte, fratres, videte, ut [a] *nemo vos ſeducat, volens in humilitate & religione angelorum* [b] *quæ non vidit, ambulans fruſtra, inflatus ſenſu carnis ſuæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus, per nexus, & conjunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei.* [c] *Sed induite vos ſicut electi Dei, ſancti & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes invicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis adverſus aliquem habet querelam. Et ſicut Chriſtus donavit vobis, ita & vos.*

I.

Ceterum noſſe vos volumus, quod [c] paſcha domini die dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum. [d] Iſtis ergo temporibus [b] Hermes doctor fidei & ſcripturarum effulſit inter nos. Et licet nos idem paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum, eidem Hermæ angelus domini in habitu paſtoris apparuit, & præcepit ei, ut paſcha die dominico ab omnibus celebraretur. [e] Unde & vos apoſtolica auctoritate inſtruimus, omnes eadem ſervare debere, quia & nos eadem ſervamus, nec debetis a capite quoquo modo diſſidere. [e] Cavete diligenter omnes *ne quis vos decipiat per* aliquam aſtrologiam vel *philoſophiam & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſe-*

ſecundum Chriſtum & traditionem rectam: *In Chriſto enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, ut ſitis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis*, qui & hanc ſanctam ſedem apoſtolicam omnium eccleſiarum caput eſſe præcepit, ipſo dicente principi apoſtolorum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum: & quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlo: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlo.* Sine dubio qui contra mandata Dei agit, peccat, & qui conſenſum præſtat erranti. Quid enim prodeſt illi, ſuo errore non pollui, qui conſenſum præſtat [a] erranti?

II.

Oves enim paſtorem ſuum non reprehendant, plebs vero epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat, quoniam *non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſervus ſupra dominum*. Epiſcopi autem a Deo ſunt judicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam a ſubditis aut pravæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi, ipſo domino exemplum dante, quando per ſeipſum, & non per alium, vendentes ſacerdotes & ementes ejecit de templo, & menſas nummulariorum proprio evertit [b] flagello, & ejecit de templo. Et ſicut alibi per prophetam loquitur, dicens: *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos diſcernit*. Si quis vero a ſuo propoſito retrorſum exorbitaverit, & juſſum apoſtolicæ ſedis libenter tranſgreſſus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. [c] Fides autem & converſatio primum ſcrutanda eſt, & denuo, qui irreprehenſibiles apparuerint, ſunt recipiendi, & non prius: quia *bonus homo*, teſtante veritatis voce, *ex bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur*. Ideo perſona & opinio ac vita uniuſcujuſque in initio rimanda eſt, quia boni ſemper infeſtantur a malis. Boni enim cum malis, licet mixti ſint in eccleſia, vix concordare inveniuntur, quoniam diſſimilis eſt eorum cogitatio, voluntas, & actus. [d] Nihil enim prodeſt homini jejunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mens ab iniquitate revocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Unde ait propheta: *Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum*. Nemo enim bonum faciens, alteri verbo aut facto nocere vult; quanto minus in [e] ſuſpicionem debet venire fidelis homo, ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult? Quia omnis ſuſpicio potius repellenda eſt, quam approbanda vel recipienda. *Caritas enim non quærit quæ ſua ſunt*, ſed quæ aliorum: quia unius cauſa, multorum non eſt præferenda: *Sectamini caritatem, æmulamini ſpiritualia. Caritas enim patiens eſt, benigna eſt. Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati: omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Caritas nunquam excidit*. Semper rogo vos, ut deteriora rejiciatis, & meliora perficiatis: quia nos non ſpiritum mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis, & ea ſectamini indifferenter. Data [1] ſeptimo Idus Aprilis: [2] Claro [2] & Severo viris clariſſimis conſulibus.

[a] falſa temporis nota.

Notæ Severini Binii.

a Nemo vos ſeducat in religione angelorum.) Verba ſunt apoſtoli Pauli ad Coloſſ. capite 2. ſcripta, non, quod ſenſit Hieronymus epiſtola 251. quæſt. 10. adverſus Judæos cœlicolas, ſtellas cœli, angelos eſſe credentes, neque etiam adverſus Simoniacos, ut ſentit Bellarminus; ſed potius contra Cerinthi perniciosiſſimum dogma hoc, quo adeo humiliter de Chriſto ſentiebat, ut omnem ab eo divinitatem auferret, nudum hominem fuiſſe doceret, angelos omnes qui mundi opifices fuetant ſuper eum extolleret. Ita Cerinthum ſenſiſſe non tantum ex Irenæo & Epiphanio, ſed etiam Tertulliano de præſcript. cap. 28. conſtat, Cum igitur Cerinthus Chriſtum deprimeret, & angelos exaltaret, merito Paulus epiſtola ad Coloſſenſes, & Pius pontifex omnes alias eccleſias hac epiſtola admonent dicentes: *Nemo vos ſeducat in humilitate* (Chriſti ſcilicet, cum ob ſcandalum crucis illum nimis humilians, hominem tantum fuiſſe prædicaret) *& religione angelorum*. Naturæ enim ac mundi corporei opifices eos fuiſſe jactantes, religioſe nimis deprædicabant. Theodoreti expoſitio hujus loci & cenſura canonis 35. concilii Laodiceni, præterquam quod periculoſa ſit, vera non eſt. Cerinthus enim angelos mundi opifices non modo non docebat eſſe colendos & adorandos, ſed potius, tamquam malorum auctores, odio habendos eſſe. Vide Baronium anno domini 60. nu. 15. & ſequentibus uſque ad 20. Item notas noſtras in canon. 35. concil. Laod. Cur Pius pontifex omnes eccleſias hoc loco ſicut Paulus Coloſſenſes admonuerit, cauſa eſt, quod Cerinthus ejusque ſectarii hoc tempore eadem perverſe docentes, multos a fide averterint, ut patet ex epiſtola Pii pontificis ad Juſtum Viennenſem ſcripta, quam nunc primum hic tertio loco & ordine ſubjicimus.

Locus Pauli ad Coloſſ. cap. 2. explicatus.

Quomodo Cerinthus angelos coluerit?

Theodoreti error.

b Quæ non vidit.) Videntur Paulus & Pius alludere ad id quod de eodem Cerintho Theodoretus lib. 2. cap. 4. hæretic. fab. ſcripſit, dicens: *Confinxit autem etiam quaſdam revelationes, tamquam ipſe eas eſſet contemplatus*. Ad captandam enim audientium fidem, illis utebatur, multa ſe divinitus vidiſſe mentiens, quæ, ut inquiunt Paulus & Pius, non vidit. Baronius anno Chriſti 60. num. 18.

c Paſcha domini die dominica annuis ſolennitatibus ſit celebrandum.) Ex verbis ſequentibus. *Et licet nos idem paſcha prædicta die celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt*, &c. ſatis aperte conſtat, conſtitutionis illius (qua præcipitur, ut Chriſtiani die dominico tantum, poſt vernale æquinoctium occurrente, paſcha celebrent; ne ſcilicet Chriſtianorum & Judæorum paſchalia feſta unquam ſimul incidere poſſint) auctorem primum hunc pontificem Pium non fuiſſe, ſed potius ab apoſtolis, quod prolixe ſatis ſupra ad canonem apoſtolorum 8. notavimus, inſtitutum eſſe: Pium vero pontificem hanc traditionem apoſtolicam Judaizantium eccleſiarum conſuetudine violatam, edito ſcripto, & renovato dumtaxat decreto firmaſſe & ſtabiliviſſe. Vide Baron. anno Chriſti 159. num. 1. & ſeqq. Item ea quæ diximus ſupra ad canon. apoſtolorum 8.

Paſchatis celebrandi auctor quis.

d Iſtis ergo temporibus Hermes doctor fidei.) Quis & qualis fuerit Hermes, patet ex iis quæ diximus ſupra, in notis ad vitam Pii.

e Cavete diligenter, ne quis vos decipiat per aliquam aſtrologiam aut vanam philoſophiam.) Aquilam Ponticum credo, qui ſub Hadriano imperatore vixit ex judiciario aſtrologo Chriſtianus, ex Chriſtiano viciſſim aſtrologus & apoſtata Judæus, ac denum ſacræ eccleſiæ hoſtis & inimicus eſt factus, notandum atque fugiendum admonet: de quo Epiphanius libro de menſ. & pond. hæc ait; *Aquila igitur mente compunctus,*) intellige ob miracula quæ per Chriſtianos fieri videbat) *Chriſtianiſmo credidit, & cum petiiſſet progreſſu temporis ſignaculum in Chriſto, idipſum aſſecutus eſt. Cum autem a priſtino ſuo habitu non diſcederet, a credendo videlicet vanæ*

Aquila cur e Chriſtiano factus Judæus.

1 In MS. IX. *Kal. Aprilis*. *Hard.* 2 Conſules hi notantur in faſtis an. Chriſti 146. *Harduinus*.

næ astrologiæ, quam exactè edoctus erat; sed quotidie positionem nativitatis suæ spectaret, redargutusque a doctoribus & increpatus ea gratia, se non corrigeret, sed potius contentiosè opponeret, & non consistentia confirmaret, fatum videlicet & narrationes de ipso; expulsus est rursus ab ecclesia, veluti inutilis ad salutem. Ex quo facto amarulentiam, veluti ignominiæ affectus, mente concepit, & ad æmulationem elatus est; & abnegato Christianismo, ipsiusque vita, proselytus fit, & circumciditur Judæus: atque tunc laborioso studio tradidit seipsum ad discendum Hebræorum linguam, & ipsorum elementa. Ubi vero hanc summe didicisset, interpretatus est, non recta ratione usus, sed quo aliqua ex receptis libris perverteret, irruens in septuaginta duorum interpretationem, ut testimonia de Christo in scripturis probata aliter ederet. Hæc Epiphanius de Aquila prædicto loco, Baron. anno 137. num. 8. & 9.

Aquila Ponticus 12. editionem dolose interpretatur.

---

a Eadem pariter suspecta.

EPISTOLA 12. II.

PII PAPÆ I.

ITALICIS DIRECTA.

Quæ divinis sunt assignata usibus, ad humanos usus sine sacrilegio non posse transferri;

Pius Romanæ urbis archiepiscopus, Italicis fratribus salutem in domino.

1. Cor. 3. SCitis, fratres, quia *Dei agricultura sumus*: ideo ejus adjutores esse debemus secundum gratiam, quam ipse dedit nobis. Si autem hoc esse neglexerimus, nulli dubium est, quod damnabimur. Si vero in ejus servitio pro viribus laboraverimus, verique ejus adjutores fuerimus, ejusque voluntatem implere studuerimus, profecto ab illo ditabimur, quia *uniuscujusque opus, quale sit*, ut ait apostolus, *dies domini declarabit, & ignis probabit.*

1. Cor. 3.

12. quæst. 2. Prædia divinis. Attendant schismatici hodierni,

Ad sedem autem apostolicam perlatum est, quod sint inter vos contentiones & æmulationes: & prædia divinis usibus tradita, quidam humanis [b] applicant usibus, & domino Deo (cui tradita sunt) ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quapropter ab omnibus illius [c] usurpationis contumelia depellenda est, *a* ne prædia usibus secretorum cœlestium dicata, a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quisquam præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus judicetur. Ipsos autem qui hoc agunt, clericos & domini sacerdotes persequi, eosque infamare audivimus, ut malum super malum addant, & deteriores fiant, non intelligentes quod ecclesia domini in sacerdotibus consistit, & crescit in templum Dei. Et sicut qui ecclesiam Dei vastat, & ejus prædia & donaria expoliat & invadit, fit sacrilegus: sic & ille qui ejus sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit, & sacrilegus judicatur: *Æmulamini, fratres, charismata meliora, & nolite talia agere, nec eis commisceri aut consentire, qui talia agunt: quoniam non solum, qui talia agunt, sunt hujus criminis rei, sed qui facientibus consentiunt.* [d] Non ergo gravius peccatum est fornicatio, quam sacrilegium: sed sicut majus est peccatum quod in Deum committitur, quam quod in hominem, sic gravius est sacrilegium agere, quam fornicari. De talibus enim ait apostolus: *Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, in virtute domini nostri Jesu Christi, hujusmodi tradere satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri Jesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate*, inquit apostolus, *vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Scripsi vobis in epistola*, ait idem ipse apostolus, *ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus; alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri. Si quis frater nominatus est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, judicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos judicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Audet aliquis vestrum, habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis quoniam sancti Dei de mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis? Nescitis quoniam angelos judicabimus? quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur judicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad judicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare fratrem suum? sed frater cum fratre judicio contendit, & hoc apud infideles? Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos injuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.* De cetero (salva in omnibus apostolica auctoritate) quæcumque sunt ad religionis [a] observantiam pertinentia, locis suis, & a suæ diœceseos synodis audiantur. Et si quis sacerdotum vel reliquorum clericorum, suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei paraverit, aut contumeliam, aut calumniam, & convinci potuerit, mox curiæ tradatur. *Qui autem facit injuriam, recipiat hoc quod inique gessit. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala.* Evigilate justi, & nolite peccare. Data Idibus Martii, [b] Claro & Severo viris clarissimis consulibus.

1. Cor. 12.

Rom. 1.

17. quæst. 4. Sicut qui ecclesiam.

d Hincmar. ibidem.

1. Cor. 5.

Nota Severini Binii.

a Ne prædia usibus secretorum cœlestium dicata.) Hoc loco sacrilegia, quæ sunt furta aut rapinæ rerum ecclesiæ acquisitarum, prohibentur, & possessio bonorum temporalium eidem conceditur. Nam sicut olim Levitis, quamquam decimis ditarentur, non erat omnino interdicta rerum possessio, quippe qui ex mandato Dei, Num. 35. in singulis tribubus urbes sacerdotales habebant ad habitandum, ita etiam nec Christianæ legis sacerdotibus eorumdem bonorum possessio interdicta probatur. Ecclesias enim Christianorum, possessiones olim sub gentilibus im-

imperatoribus possediſſe non tantum Pii papæ & Urbani I. epiſtolæ ad omnes epiſcopos ſcriptæ declarant, ſed ipſa etiam imperatorum edicta, quibus eas illis ablatas reddi mandaverunt, evidenter demonſtrant. In edicto enim Conſtantini atque Licinii hæc ſcripta leguntur. *At quoniam ipſi Chriſtiani non ſolum ea loca in quæ convenire ſolent, ſed etiam alia habuiſſe cognoſcuntur, quæ non privatim ad ſingulos, ſed ad jus totius ipſorum communitatis, id eſt, Chriſtianorum ſpectabant: ſingulis qui ea poſſident, mandes velim, ut omnia per legem, quam ſupra poſuimus, abſque ulla controverſia Chriſtianis, id eſt, ſocietati ipſorum & conventui reddant.* Porro ea omnia loca, quæ ad Chriſtianos ſpectare dicit, eccleſiaſtica fuiſſe, ſequens eorumdem edictum ad Anulinum conſcriptum declarat, his verbis: *Quare volumus ut ſimul ac haſce literas a nobis acceperis, ſi quæ ex his poſſeſſionibus, quæ ad catholicam Chriſtianorum eccleſiam in quibuſque civitatibus aut aliis locis pertinent*, &c. Vide Baron. anno Chriſti 57. n. 82.

A ſub Antonino imperatore martyrium ſubjiſſe dicantur, neminem movere debet: nam Marcus Aurelius non tantum Antoninus, ſed pluribus etiam aliis nominibus nominatus fuit, ut oſtendit Baronius anno 163. n. 4. & 5.

Aurelius dictus Antoninus.

e Cerinthus primarches ſatanæ multos avertit a fide.) Cerinthus an vivus adhuc, vel potius in ſectariis tantum hæreſim ab eo acceptam propagantibus, multos a fide averterit, incertum eſt. Hoc certum eſt, abſurdi nihil dici, ſi Cerinthum, quem viderunt apoſtoli, quique apoſtolorum tertiæ ſynodo interfuit, hoc tempore ſuperſtitem fuiſſe dicamus. Si enim Polycarpus diſcipulus Joannis attigit Anicetum pontificem, cujus anno tertio ſub imperatore Aurelio martyrium ſubiit, ſi Hermas diſcipulus Pauli cum hoc pontifice ſimul vixerit, impoſſibile videri non debet, ut Cerinthus ſimul hoc & apoſtolorum tempore ſuperſtes adhuc fuerit, ac virus ſuum longe lateque per orbem terrarum evomuerit. Baron. ann. 166. num. 2.

An hoc tempore Cerinthus vixerit.

Polycarpi martyrium quando acciderit.

B

a EPISTOLA [a] III.

PII PAPÆ I.

DIRECTA *b* JUSTO EPISCOPO VIENNENSI.

ANtequam Roma exiiſſes, ſoror noſtra Euprepia, ſicut bene recordaris, *c* titulum domus ſuæ pauperibus aſſignavit, ubi nunc cum pauperibus noſtris commorantes, miſſas agimus. De te autem, ſuperbeate, poſtquam ad ſenatoriam urbem Viennenſem perrexiſti, quid factum ſit, noſſe cupimus, & ut ſementem evangelii jam ſparſeris, audire multum deſideramus. Presbyteri illi qui ab apoſtolis educati uſque ad nos pervenerunt, cum quibus ſimul verbum fidei partiti ſumus, a domino vocati in cubilibus æternis clauſi tenentur. *d* Sanctus Timotheus & Marcus per bonum certamen tranſierunt. Vide frater ut illos imiteris ſequendo, neque vinculis mundi illigeris. Feſtina palmam perſeverabilem cum ſanctis apoſtolis tenere, quam per multas paſſiones Paulus ſuſcepit & Petrus, cui crux caritatem Chriſti tollere non potuit. Salutant te Soter & Eleutherius digni presbyteri. Saluta fratres qui tecum vivunt in domino. *e* Cerinthus primarches ſatanæ multos avertit [b] a fide. Gratia Chriſti habitet in corde tuo.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Epiſtola.) Duas perbreves epiſtolas Pii ad Juſtum Viennenſem epiſcopum ſcriptas ex Viennenſi archivo proditas, ex tomo primo bibliothecæ ſanctorum patrum Pariſienſis editionis, ubi extant, huc conſulto tranſtulimus. Haſce germanas eſſe ac legitimas, cum rerum argumentum, & admirabilis quædam cum rebus geſtis hujus temporis convenientia, tum ſimpliciſſimus ille antiquitatis candor, cuivis facile perſuadent. Priorem harum duarum Pium anno pontificatus ſui penultimo, qui eſt Chriſti 166. poſteriorem autem anno ultimo ſcripſiſſe, ipſa epiſtolæ oſtendunt. Baron. ann. 166. n. 1. & 4.

b Juſto epiſcopo.) Juſtus Viennenſis eccleſiæ epiſcopus poſt longum exilium, ſub perſecutione Marci Aurelii martyrium ſubiit. Ita Ado ejuſdem Viennenſis eccleſiæ epiſcopus in chron. teſtatur.

c Titulum domus ſuæ.) Domus divino cultui dicatæ appellantur tituli, duas ob cauſas, quas vide ſupra in notis ad vitam Anacleti, verbo, *Hic titulos*.

d Sanctus Timotheus & Marcus.) Hunc Timotheum, cujus exitum nunciat Pius pontifex, Novati germanum, Pudentianæ atque Praxedis fratrem, Pudentis vero atque Priſcillæ filium fuiſſe, (eumdemque eſſe, cujus in antiquis tabulis eccleſiaſticis 24. Martii natalis deſcriptus habetur, his verbis: *Romæ natalis SS. martyrum Marci & Timothei, qui ſub Antonino imperatore martyrio coronati ſunt*) Baronius ſentit anno Chriſti 166. num. 2. Quod vero ſub Aurelio paſſi, in martyrologio

a EPISTOLA IV.

PII PAPÆ I.

DIRECTA EIDEM JUSTO

Viennenſi epiſcopo.

b ATtalus epiſtolas martyrum portans ad nos venit, gaudium nobis inæſtimabile faciens de triumpho eorum: qui dixit nobis *c* ſanctum Verum collegam noſtrum victorem de mundi principe triumphaſſe: tu vero apud ſenatoriam urbem Viennenſem ejus loco a fratribus conſtitutus & colobio epiſcoporum veſtitus, vide ut miniſterium quod accepiſti, in domino impleas: cura autem ſanctorum martyrum corpora ſicut membra Dei, quemadmodum curaverunt apoſtoli Stephanum. Carceres ſanctorum viſita, ne aliquis tepeſcat in fide. Martyria ſancta Spiritu ſancto proba: ut perſeverent in fide, eis incitator inſiſte. Presbyteri & diaconi non ut majorem, ſed ut miniſtrum Chriſti te obſervent, plebs univerſa ſanctitate tua protegatur. Fratres noſtri, quos per Attalum recognoſces, de tyranni ſævitia jam liberati requieſcunt in domino. Presbyter Paſtor titulum [a] condidit, & digne in domino obiit. Revelatum mihi eſſe ſcias, collega beatiſſime, [b] citius me finem hujus vitæ facturum. Unum flagitabo; in communione ſta, & mei ne obliviſcaris. Salutat te *d* ſenatus pauper Chriſti apud Romam conſtitutus. Saluta omne collegium fratrum, qui tecum ſunt in domino.

[a] an. 160

[b] an. 165.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Epiſtola.) Hanc epiſtolam ultimo anno pontificatus Pii, paulo ante obitum ejus ſcriptam eſſe, ex ipſa epiſtola apparet.

b Attalus.) Attalus, cujus hic fit mentio, eſt genere Pergamenus, ſed Romana civitate donatus, ac magni nominis vir. De cujus agone literæ Viennenſis & Lugdunenſis eccleſiæ, apud Euſebium lib. 5. cap. 1. extantes, ſcribunt.

Attalus quis fuerit.

c Sanctum Verum.) Verus, de quo hic, fuit " primus Viennenſis eccleſiæ epiſcopus, apoſtolorum diſcipulus, qui Trajani tempore epiſcopatum ejus eccleſiæ accepit, & ad hæc uſque tempora illi præfuit.

Verus quis? " Dele hanc vocem, ſi vera narravit Ado in chronico.

d Senatus pauper.) Id eſt, ſacrum collegium presbyterorum, ac ceterorum Romanæ eccleſiæ clericorum.

Senatus pauper quis dicatur?

EX DECRETIS PII PAPÆ I.

Ante vigesimum quintum annum virgines non consecrentur.

20. quæst. 1. Virgines non velentur. Et in dec. Ivon. lib. 3.

Virgines non velentur ante vigintiquinque annos ætatis, nisi forte necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis. Et non sunt consecrandæ; nisi in epiphania, & in albis paschæ, & in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis urgente. (*a*)

EX EISDEM.

De illis qui per caput Dei vel capillum jurant, vel blasphemia contra Deum utuntur.

22. quæst. 1. Si quis per capillum Dei.

Si quis per capillum Dei vel caput juraverit vel alio modo blasphemia contra Deum usus fuerit, si in ecclesiastico ordine est, deponatur: si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas juraverit, acerrime castigetur, & juxta hoc, quod synodus judicaverit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestaverit, non est dubium, quin divina condemnatione similiter coerceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, acerrime corripiatur. (*b*)

EX EISDEM.

De illis qui jubentibus dominis suis perjurium fecerint.

22. quæst. 5. Qui compulsus.

Qui compulsus a domino, sciens pejerat, utrique sunt perjuri, & dominus & miles: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum, quam animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & septem sequentes annos: si servus est, tres quadragesimas & legitimas ferias pœniteat.

Anselmus lib. 11. cap. 63. hoc citat ex pœnitentiali Theodori, ut Burchardus, & Ivo sequenti capite.

EX EISDEM.

22. quæst. 5. Qui pejerat.

Qui pejerat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata, annum unum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans, se pejeraverit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat. (*c*)

EX EISDEM.

De illo qui uxorem legitimam sine judicio interfecerit.

33. quæst. 2 Quicunque propriam.

Quicumque propriam uxorem absque lege vel sine causa & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit uxorem, armis depositis, publicam agat pœnitentiam. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi qui suum seniorem interfecerit. (*d*)

EX EISDEM.

Pœnitentia ejus, cujus negligentia de sanguine domini aliquid stillat.

Si per negligentiam aliquid de sanguine domini stillaverit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, ut non conculcetur, locus corradatur, & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla pervenerit, quatuor diebus pœniteat. Si usque ad tertium, novem diebus pœniteat. Si usque ad quartum, viginti diebus pœniteat, & linteamina, quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, & juxta altare recondatur. (*e*)

EX EJUSDEM DECRETIS.

Ut arreptitii sacris altaribus non ministrent.

Communiter diffinimus, ut nullus de his, qui aut in terra arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusse se ingerant sacramentis divinis, exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti, sine hujusmodi passionibus in terra probantur elisi, qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officii sui ordine & loco suspensi, quousque unius anni spatio, per discretionem episcopi, inveniantur ad incursu dæmonum liberati. (*f*)

EJUSDEM DECRETUM EX CODICE 5. librorum, libro 2. cap. 117.

De oblationibus populorum.

Ut de oblationibus quæ offeruntur a populo, & consecrationibus quæ supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad ecclesiam, vel certe de suis, presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & convenienti, ut post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die dominico, & in diebus festis exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat. (*g*)

EJUSDEM DECRETUM EX CODICE 16. librorum, libro 3. cap. 19.

De consuetudine servanda, quæ non est contra fidem.

(*b*) Petistis per Hilarium chartularium nostrum, a beatæ memoriæ prædecessore nostro, ut omnes vobis retro temporum consuetudines servarentur, quæ a Petri apostolorum principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa servavit. Et nos quidem, juxta seriem relationis vestræ, consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.

In ve-

(*a*) Hujus decreti prior pars est ex Carthag. III. can. 4. altera ex Milev. II. can. 26. tertia ex epist. XI. Gelas. cap. 12.
(*b*) Desumptum est ex Novella Justiniani. (*c*) Laudatur in collect. Anselmi tanquam ex Pœnitentiali Theodori.
(*d*) Capitular. lib. 1. c. 300. (*e*) Ex Pœnitential. Theodori. cap. 51. (*f*) Ivo p. 2. c. 123. hoc tribuit Pio.
(*g*) Pio tribuitur ab Ivone. (*b*) Est ex epist. S. Greg. l. 1. ep. 75.

In veteri libro Pœnitentiali, qui ex scrinio S. Romanæ Eccl. assumptus fertur, vulgato a Canisio Veter. Lect. tom. II. par. II. pag. 130. edit. Basnag. ex decretis Pii cap. X. hoc recitatur

POenitentes non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ. Quod pœnitentes a conviviis, & ornamentis, atque alba A veste abstinere debeant, & discordes ab ecclesia pellantur, donec ad pacem redeant.

C. ANNUM CHRISTI 160.

CONCILIUM ORIENTALE

Habitum circa annum Christi CLX.

ISTud etiam Concilium debemus diligentiæ auctoris qui scripsit librum de hæresibus a Sirmondo editum: qui quum lib. I. cap. XXIII. dissereret de hæresi Cerdonianorum, quæ a Cerdone cepit exordium, pravamque eorum doctrinam recitatis Augustini verbis ex libro de hæresibus retulisset, demum addit contra illum suscepisse sanctum Apollonium Episcopum Corinthiorum, eumque omni B *cum synodo orientali damnavisse, affertque loca ex scriptura sacra quibus usus est Apollonius ut eorum insaniam refelleret. Deinde addit:* Hæc autem & his similia, hac de causa condemnatis hæreticis, rationabili sermone videbantur satisfacere sacerdotes, sive ut a præcipitio revocarent, sive ut se ostenderent sectas damnare, non homines.

ANNO CHRISTI 167. " 165.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ANICETI PAPÆ I.

Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

a(*a*) ANicetus natione Syrus, ex patre Joanne de vico (*b*) Humisia, *b* sedit annos undecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus [a] Veri & Marci, a consulatu Gallicani & Veteris, usque ad Præsentem & Rufinum. *c* Hic constituit, ut (*c*) clericus comam non nutriret, [b] secundum præceptum apostoli. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros (*d*) septemdecim, diaconos quatuor, episcopos per diversa loca (*e*) novem. Qui etiam obiit martyr, & sepultus est *d* in cœmeterio Callisti, (*f*) via Appia, decimoquinto Kalend. Majas. Et cessavit episcopatus dies septemdecim.

Notæ Severini Binii.

a Anicetus.) Anno domini nostri Jesu Christi " 167. qui est Aurelii imperatoris annus 5. vigesima 5. die Julii, post interregnum pontificium 14. dierum, Anicetus Pio in pontificatu subrogatur. Qui eum Pio anteponendum esse senserunt, Hegesippi & Irenæi testimonio efficacissime refutantur. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Pii, in principio. Hujus primo anno Gnosticorum hæresis opera Marcellinæ nefariæ feminæ invaluit: Marcion, Cerdo & Valentinus hæresiarchæ, catholici nominis appellationem affectantes, Romam venerunt, palinodia recantata recipiuntur: sed fraude eorum detecta, vicissim proscribuntur. Marcion, quem S. Polycarpus primogenitum diaboli nominaverat, Romæ, (ad agendum enim & communicandum de paschatis controversia cum Anicero pontifice, ipse etiam Polycarpus hoc eodem anno huc opportune venerat) quinque millibus aureorum ecclesiæ donatis, ut fraudem animi pecunia occultaret, recipi petit, & sub ea conditione regressum ad ecclesiam impetrat, ut, si quos seduxerat, contraria docendo restitueret. Anno ejusdem Aniceti 7. Cataphrygarum hæresis, Montano, Priscilla & Maximilla auctoribus exorta est, quæ non plebem tantum indoctam, sed etiam ipsum Tertullianum virum doctissimum (proh dolor!) seduxit. Hanc pseudoprophetarum hæresim ab episcopis Asiæ, conciliis de ea habitis, damnatam, constat ex epistola Serapionis ad Coricum & Ponticum, multorum aliorum episcoporum subscriptionibus illustrata, quæ extat apud Eusebium lib. 5. cap. 18. Verba epistolæ hæc sunt: *De vero istud intelligatis, omnem in Christo fraternitatem, quæ per* D *universum terrarum orbem diffusa est, ab hac nova & peregrina prophetia, tam falsis præstigiis instituta, re ipsa abhorrere, literas Claudii Apollinaris beatissimi, qui Hierapoli Asiæ civitati episcopus præfuit, ad vos missi.* De subscriptionibus vide apud Eusebium prædicto loco. Tatianus, qui ecclesiam antehac contra hæreses propugnaverat, superbia elatus, factus est hæresiarcha, & Encratitarum, id est continentium, caput, anno hujus pontificis octavo, qui est Christi 174. " Vide Baronium prædictis locis. " 172.

b Sedit annos 11. *menses*, &c.) Si habeatur ratio ingressus & obitus, annos octo, menses novem sedisse dumtaxat reperietur. De ingressu ejus constat ex iis quæ supra

Romanæ ecclesiæ communionem affectant. Polycarpus cur Romam venerit?

Cataphrygarum hæresis sub Aniceto exorta. Montani hæresis per concilia Asiatica condemnata.

(*a*) *Luc.* Anicitus (*b*) *Luc.* Humisa (*c*) *Luc.* clerus..., non nutriat. (*d*) *Luc.* XVIIII. (*e*) *Luc.* XII. (*f*) *in Luc. deest* Via Appia, & pro XV. ponit XII.

ſupra dicta ſunt. Nono autem anno pontificatus ſui deceſſiſſe, colligitur ex ſucceſſoris Soteris ingreſſu; quem indices Vaticani anno domini 175. ponunt. Cum igitur 17. Aprilis, anno Chriſti prædicto, martyrio clarus migraverit ad dominum, ut eccleſiaſticæ tabulæ teſtantur, præſcriptum tempus ſedis Aniceti ratum ac firmum haberi debet. Baronius anno 175. num. 2.

c Hic conſtituit ut clericus comam non nutriat.) Hoc decretum exiat ſequente illius epiſtola: vide quæ ibi notavimus.

d In Cœmeterio Calliſti.) Intellige in eo arenario, quod poſtea Calliſtus cœmeterium fecit. Baronius prædicto ann. num. 3.

---

a Suppoſititiam cenſent VV. eruditi.
b Anicius in MS. dicitur

a EPISTOLA
b ANICETI PAPÆ
AD GALLIÆ EPISCOPOS.

De electione & ordinatione archiepiſcopi & ceterorum epiſcoporum, & ut archiepiſcopus abſque conſilio ceterorum nihil agere præſumat de cauſis eorum niſi tantum de ſua ſpeciali parochia.

I. *De ordinationibus epiſcoporum, & de cauſis earum.*
II. *De primatibus, & metropolitanis.*
III. *Si metropolitanus ſine conſilio egerit, vel ſi epiſcopi eum ſuſpectum habuerint.*
IV. *De tonſura clericorum & habitu.*

Anicetus univerſis eccleſiis per Galliæ provincias conſtitutis, in domino ſalutem.

c S. Leo ep. 32. BOnorum operum & c ſpiritualium ſtudiorum Deum auctorem eſſe, non dubium eſt, qui bonorum hominum incitat mentes & adjuvat actiones. Quod nobis evidenter apparuit, cum inter longinqua ſpatia regionum, unum corda veſtra ſenſerunt conſilium, & quæ deſiderabatis reſponſa, non unius, ſed plurimorum epiſtolæ intimarunt.

I.

Supra in 2. Anacl. epiſtola. De ordinationibus vero epiſcoporum, ſuper quibus nos conſulere voluiſtis, olim in ſancti prædeceſſoris noſtri Anacleti ordinationibus quædam jam decreta reperimus. Scimus enim beatiſſimum Jacobum, qui dicebatur Juſtus, qui etiam ſecundum carnem frater domini nuncupatus eſt, a Petro, Jacobo & Joanne apoſtolis, Hieroſolymorum epiſcopum eſſe ordinatum. Si autem non minus quam a tribus apoſtolis tantus vir fuit ordinatus epiſcopus, patet profecto, eos formam, inſtituente domino, tradidiſſe, non a minus quam a tribus epiſcopis, epiſcopum ordinari debere. Sed creſcente numero epiſcoporum, niſi neceſſitas intervenerit, debent etiam plures augeri, id eſt, ſi archiepiſcopus diem obierit, & alter ordinandus archiepiſcopus electus fuerit, omnes ejuſdem provinciæ epiſcopi ad ſedem metropoleos convenient, ut ab omnibus ipſe ordinetur. d Oportet autem ut ipſe, qui illis omnibus præeſſe debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui vero comprovinciales epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, ceteris conſentientibus, a tribus, juſſu archiepiſcopi, conſecrari poſſunt epiſcopis. Sed melius eſt, ſi ipſe cum omnibus, eum qui dignus eſt, elegerit, & cuncti pariter ſacraverint pontificem. Et licet iſtud, neceſſitate cogente, conceſſum ſit: illud tamen, quod de archiepiſcopi conſecratione prædictum eſt atque præceptum, id eſt, ut omnes ſuffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui illis præeſt, ab omnibus epiſcopis, quibus præeſt, debet conſtitui. Sin aliter præſumptum fuerit, viribus carere non dubium eſt, quia irrita erit ejus ſecus acta ordinatio. Ipſe autem archiepiſcopus nihil de eorum cauſis, aut de aliis communibus, juxta ſtatuta apoſtolorum, abſque cunctorum illorum agat conſilio: nec illi, niſi quantum ad proprias parochias pertinet, ſine ſuo: quoniam tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

66. Diſt. Archiepiſcopus ab omnibus.
d S. Leo ep. 89. cap. 5. Conc. III. Aurel. c. 3.

II.

Nulli archiepiſcopi primates vocentur, niſi illi qui primas tenent civitates, quarum epiſcopos apoſtoli & ſucceſſores apoſtolorum regulariter a patriarchas & primates eſſe conſtituerunt, niſi aliqua gens deinceps ad fidem convertatur, cui neceſſe ſit, propter multitudinem eorum, primatem conſtitui. Reliqui vero, qui alias metropolitanas ſedes adepti ſunt, non primates, ſed metropolitani nominentur.

III.

Si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprovincialium præſentia vel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut alias cauſas, niſi eas tantum quæ ad propriam ſuam parochiam pertinent, b agere, aut eos gravare voluerit, ab omnibus diſtricte corrigatur, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis eiſque inobediens apparuerit, ad hanc apoſtolicam ſedem (cui omnia epiſcoporum judicia b terminare præcepta ſunt) ejus contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris aſperitatem, grave ad hanc ſedem ejus cauſam deferre fuerit, tunc ad ejus primatem cauſa deferatur, & penes ipſum hujus ſanctæ ſedis auctoritate judicetur. c Similiter, ſi aliquis epiſcoporum proprium metropolitanum ſuſpectum habuerit, apud primatem diœceſeos, aut apud hanc apoſtolicam ſedem audiatur. *Qui major eſt veſtrum*, ſecundum dominicam juſſionem, *ſit veſter miniſter*: & *quanto major es in omnibus, humilia teipſum*. Cariſſimi, nolite inter vos contendere, nec quærat aliquis major eſſe: ſed juxta apoſtolum, *diligite vos invicem, quia caritas ex Deo eſt*: & *omnis qui diligit fratrem, ex Deo natus eſt*, & *cognoſcit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus caritas eſt. Paſcite*, inquit princeps apoſtolorum, *qui in vobis eſt, gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps paſtorum per-*

---

1 In MSS. ſæpe *Anicius* ſcribitur; in quibuſdam *Anicius*, ſic etiam recte. *Harduinus*. 2 In MS. noſtro hoc loco *Anicius* & in titulo. *Harduinus*. 3 MS. *temptare*. Hard.

percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Et juxta alium apostolum: *Fratres, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria ambulantes impietatum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.*

IV.

Prohibete, fratres, per universas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici, qui laicis & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiæ, & gravitatis exemplar esse debent, ac seipsos, tamquam signum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, *a* juxta apostolum, comam non nutriant, sed *b* desuper caput *c* in modum sphæræ radant: quia sicut discreti debent esse in conversatione, ita & in tonsura & omni habitu discreti debent apparere. Hæc vobis fratres, ut petistis, custodienda mittimus, & custodire præcipimus, *ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jesus Christus in gloria est Dei patris*, cui honor & imperium per æterna sæcula. Data octavo Kalendas Junii, a Gallicano & Rufino viris clarissimis consulibus.

Notæ Severini Binii.

a Juxta apostolum comam non nutriant.) Hoc decreto Anicetus pontifex confirmat id quod apostolica traditione ac constitutione in ecclesiam derivatum est, ut scilicet eorum capita in modum sphæræ tondeantur desuper, qui a communi hominum vita recedentes, excultius vitæ genus sectantur: ita Isidorus de divin. offic. Hujus ritus mentio est apud Dionysium de ecclesiastica hierarchia, par. 2. cap. 3. In ecclesia a primis sæculis usque huc prædictum ritum frequentatum esse constat non tantum ex Dionysio Areopagita supra allegato loco, ubi ait, *Monachos tondori solitos fuisse*: Sed etiam ex Epiphanio hæres. 80. Augustino lib. de operibus monachorum, cap. ultim. ubi reprehendunt quosdam monachos, qui aliorum more tonderi nollent. Ex Hieronymo in epistola quadam ad Augustinum quæ est inter epistolas Augustini 26. ubi sic ait; *Evodium ut meo nomine salutes, precor coronam tuam*. Item ex Augustino epist. 147. ad Proculianum episcopum, quo loco hæc scribit: *Per coronam nostram, nos adjurant vestri: per coronam vestram, vos adjurant nostri*. Ex concilio Carthaginensi IV. canone 44. quod prohibet clericis comam & barbam alere. Ex concilio item Toletano IV. quod cap. 40. jubet, ut omnes clerici detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant. Recte igitur hic Anicetus ait, secundum apostolos esse, comam non alere, sed caput demisse tondere. Nam quæ per universam ecclesiam toto terrarum orbe recepta, ab apostolorum temporibus usu frequentata leguntur, ea secundum regulam S. Augustini epist. 118. ad Januarium, ab apostolis profecta & constituta esse, recte creduntur. Vide Baron. ann. 58. n. 122. & multis aliis sequentibus, Bellarmin. lib. 2. de monachis, cap. 40.

b desuper caput radant.) Id est, demisse tondeant. Sic enim olim fiebat, forficibus scilicet, non autem novacula, ut colligimus ex Clemente Alexandr. lib. 3. pædagogiæ, cap. 11. qui sic dicit: *pili tondendi sunt, non novacula, sed tonsorum forficibus*. Item ex Optato Milevitano lib. 2. contra Parmenianum, ubi arguit Donatistas, quod Catholicis sacerdotibus per vim capita rasserint: *Docete*, inquit, *ubi vobis mandatum sit radere capita sacerdotibus, cum e contrario tot sint exempla proposita, fieri non debere*. Ex Hieronymo in c. 44. Ezech. ubi dicit: sacerdotes non debere comam alere, nec tamen radi, sed ita tonderi, ut cutis tecta maneat. Denique ex Dionysio, Epiphanio, Athanasio, Palladio, Augustino, Isidoro, Beda, Concilio Carthaginensi IV. & Toletano IV. idem colligitur: cum apud omnes illos tonsuræ quidem, non autem rasuræ mentio fiat. Prædicta igitur verba Aniceti pontificis modo illo quo supra, explicare, quam integram epistolam, (quod facit Bellarm. de monachis cap. 40.) propterea in dubium vocare, convenientius est ac tutius. Vide Valent. tom. 4. disput. 9. quæst. 5. puncto 3. de annexis sacramento ordinis.

c In modum sphæræ.) Id est, coronæ vel circuli, quia patres & concilia dum prædictis locis de tonsura clericorum aut monachorum loquuntur, eam communiter coronam nominant, propterea nimirum, quod tonsura coronæ figuram habeat. Causam & rationem hujus tonsuræ clericalis gestatæ, alii aliam assignant. Prima est Dionysii, ut illa nudatione capitis, significetur vita aperta & pura, cui ecclesiastici studere debent. Secunda est Bedæ lib. 5. historiæ Anglic. c. 22. ut spinea Christi corona, quam clerici maxime in memoria habere debent, repræsentetur. Tertia est Isidori lib. de offic. cleric. Rabani lib. 2. de institut. cleric. cap. 1. ut significetur regale esse Christi sacerdotium, cujus gubernatores tali corona redimitos esse oporteat, vel etiam ut significetur, ecclesiasticum animum, qui est in homine sicut vertex in capite, debere esse nudatum a vitiis, spoliatum affectu superfluitatum, ac demum apertum & expeditum ad divinas inspirationes facile percipiendas. Valentia prædictis locis. Sed & alia ab his diversa de clericorum tonsura adducitur causa a Germano episcopo Constantinopolitano, his verbis: *Duplex corona circumposita capiti sacerdotis, capillorum significatione, imaginem refert venerandi capitis apostoli Petri: qui cum missus esset ad prædicationem domini & magistri, et tonsa est ab his qui ejus sermoni non credebant, ut illuderetur ab ipsis, eique Christus magister benedixit; & infamiam in honorem, illusionem in gloriam convertit, & posuit super caput ejus coronam*, &c. Unde constat, eam, quæ principi apostolorum derisionis & ignominiæ causa illata est nota infamiæ, totius ecclesiæ honori cessisse. Vide Baron. Bellarm. Valent. &c. allegatis locis.

Causæ tonsuræ clericalis plures afferuntur

Exemplo Petri coronam clerici gestant.

ROMANA SYN. ANICETI,

ex synodico libello.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ἀπὸ τοῦ μακαριωτάτου Ἀνικήτου, τῦ παύτης πάπα, καὶ Πολυκάρπου ἱερομάρτυρος ἐπισκόπου Σμύρνης, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δέκα· κατὰ τὴν Ἰουδαϊκῶς τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελλνίης ἑορτιζόντων τὸ θεῖον πάσχα, καὶ ἑτέροις ἔθεσι καὶ τύποις τῦτο ἐκτελοιῶτων. θεῖσασα τὸ μὲν φρικτὸν καὶ σωτήριον πάθος τῦ δεσπότου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεῦ, τῇ ἁγίᾳ παρασκευῇ μυστικῶς ἐκτελεῖν· τὴν δὲ ζωαρχικὴν ἀνάστασιν, αὐτῇ τῇ περιδόξῳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ ἐκ παντὸς τρόπου ἄγειν,

SYnodus divina & sancta provincialis, Romæ congregata a beatissimo Aniceto, ejusdem urbis papa, & Polycarpo sancto martyre Smyrnæ episcopo, aliisque episcopis decem: contra eos, qui Judaico more Luna decima quarta divinum celebrabant pascha, aliisque ritibus & typis id ipsum perficiebant. Hæc igitur synodus definivit tremendam & salutarem domini nostri Jesu Christi & Dei passionem in sancta parasceve mystice celebrandam, resurrectionem autem vitæ auctricem, ipsa celebri & magna dominica omni modo esse peragendam.

ANNO CHRISTI 175. " 178.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA SOTERIS PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

a SOter natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, *b* sedit annos 9. menses * 7. dies 21. Fuit autem temporibus (*a*) Veri & Marci, a consulatu Rustici & Aquilini, usque ad Cethegum & Clarum. *c* Hic constituit, ut a nulla monacha pallam sacratam contingeret, (*b*) nec incensum poneret in sancta ecclesia. Hic fecit ordinationes * (*c*) 3. per mensem Decembrem, presbyteros * 18. diaconos 9. episcopos per diversa loca 11. (*d*) Qui sepultus est b in cœmeterio Callisti via Appia, 10. Kalendas (*e*) Majas. Et cessavit episcopatus dies (*f*) 11.

* 6. *ita & Luc.*

a C. H. nullus monachus. *ita & Luc.*

* 5. *vel* 6.

* 21.

b juxta corpus B. Petri C. H.

Notæ Severini Bini.

Quando Soter pontifex factus " 173. Munificentia Soteris.

a Soter.) Anno domini " 175. qui est Aurelii imperatoris 13. die 14. Maii post interregnum 17. dierum, Soter afflictarum ecclesiarum solatium, pauperum & egentium, teste Dionysio Alexandrino, magnus remunerator, cathedram Petri administrandam & gubernandam suscepit: quam cum annis, ut infra dicemus, fere quatuor tenuisset, non tam ex voluntate & decreto Aurelii imperatoris, quam ex temerario populi impetu, de criminibus quibusdam, quæ Gnosticorum tantum propria erant, ipse cum pluribus aliis, ut constat ex literis martyrum Lugdunensium, quæ extant apud Eusebium lib. 5. cap. 1. accusatus, martyrium subiit. Imperator publico edicto ad senatum scripto, ullum Christianum, ob hoc tantum quod Christianus esset, accusari prohibuit, propterea quod in Marcomannico bello totus exercitus, solis ac sitis ardore gravissime afflictus, & ab hostibus intercluſus, solius Christianæ legionis, quæ postea Fulminatrix appellata est, precibus, ad suam & totius exercitus Romani sitim extinguendam, & æstum solis temperandum, cœlitus imbrem; ad fugandos hostes, fulmina de cœlo ac tonitrua impetrasset: populus gentilis, ne Christianos, eo quod tales essent, persequendo, edictum imperatoris transgrederetur, in Christianos mendacia confingit, eos de incestis nuptiis, de infanticidiis, & aliis, quæ Gnosticorum propria erant, accusat, & sub prætextu hoc mendace occidi imperat, ut ex literis prædictis constat. Baronius prædicto anno & sequentibus.

Quamdiu sederit? " 173. " 177.

b Sedit annos 9. menses 7.) Verius annis 4. minus duodecim diebus. Nam ex iis quæ superius dicta sunt, constat, eum anno " 175. die 4 Maii pontificem factum esse: anno autem Christi " 179. qui est Aurelii imperatoris 17. Soterem obiisse, literæ Viennensis ac Lugdunensis ecclesiæ ad Eleutherium Soteris successorem scriptæ confirmant, & auctoritas Eusebii approbat, hoc ipso, quod lib. 5. cap. 1. scribat Eleutherium 17. anno M. Aurelii imperatoris Soteri suffectum esse. Si ergo martyres Galliæ in vinculis detenti hoc tempore persecutionis, quæ circa finem imperii M. Aurelii contigit, ad Eleutherium Romanum pontificem Soteris successorem scripserunt, necesse est, Soteri annos 9. sedis non concedere; vel, quod absurdius fuerit, M. Aurelii imperatoris annis annos plures adjicere. Accedit, quod hic tres tantum ordinationes fecisse scribatur, adeoque probabile sit, non pluribus quam tribus completis annis dumtaxat pontificatum tenuisse.

c Hic constituit, ut nulla monacha pallam sacram contingat.) Non tantum monachæ, sed etiam diaconissæ, aliisque laicis, & quibusdam etiam clericis sacrorum vasorum & corporalis contactus est interdictus, ut patet ex ils quæ diximus superius in notis ad vitam & epistolas Sixti. Probabile est hujus constitutionis editæ causam fuisse, quod ex Montani secta, ut docet Baron. anno 173. feminæ se sacris immiscerent.

---

a EPISTOLA I.

SOTERIS PAPÆ AD CAMPANIÆ EPISCOPOS.

De fide & incarnatione D. N. J. C.

a *Soter apostolicæ sedis archiepiscopus, Campanis omnibus salutem in domino.*

GAudere vos oportet, fratres, quod, divina largiente gratia, familiares domini vocamini, ejusque sacerdotii dignitate fungimini. Nunc autem rogo vos, ut circa plebes vobis commissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos domino reportare nitamini. b Paulus enim apostolus de fide ita loquitur, dicens: *Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Item ipse ad Galatas: *Postquam autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, ex muliere factum, & factum sub lege.* Et ad Philippenses: *In similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo,* Et in psalmo 30. *Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt, & super inimicos meos factus sum opprobrium.* Item ibi: *Oblivioni datus sum, tamquam mortuus a corde. Factus sum tamquam vas perditum.* Et in septuagesimo: *Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adjutor fortis.* Et in 72. *Ut jumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Et in 80. *Mater Sion dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundavit eam Altissimus.* Et in 77. *Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber.* Et in 108. *Et ego factus sum illis opprobrium, viderunt me, & moverunt capita sua.* Et in 101. *Vigilavi & factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Et in evangelio: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Filius igitur secundum carnem dicitur. Nam secundum divinitatem, a Patre nusquam legitur factus, sed genitus. Deum enim Pater loquitur; Filius loquitur; & cum Filius loquitur, Patrem

(*a*) *Luc.* Severi a consulatu &c. (*b*) *Luc.* nisi. (*c*) *Luc.* 5. (*d*) *Luc.* qui etiam. (*e*) *Luc.* Junias. (*f*) *Luc.* 22.

1. In MS. *Sother*, & in gignendi casu *Sotheri*. Harduinus.

trem in illo esse loquentem, documentis cœlestibus, comprobatur, Paulo apostolo attestante, qui ait: *Multifarie, multisque modis olim Deus locutus est patribus in prophetis, novissime autem locutus est nobis in Filio.* Et ut eumdem Filium, excepto Patris præcepto, doceam fuisse locutum, ex Isaiæ prophetæ volumine proferimus documentum: *Hæc dicit dominus: In illa die sciet populus meus, quoniam ego sum ipse, qui loquebar in servis meis prophetis, evangelizans auditum pacis, & ecce adsum.* Item ibi: *Ego sum dominus, qui loquor justitiam, & annuncio veritatem:* Item ibi: *Ego cogitavi & locutus sum, & adduxi, & creavi, & feci.* Et apostolus: *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus.* Et in psal. 118. *Loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar.* Et ipse dominus in evangelio cæco a se illuminato dicit: *Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.* Et Samaritanæ mulieri ait: *Ego sum, qui loquor tecum.* Et ad discipulos: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Et ad Patrem: *Ego ad te venio, & hæc loquor in mundo.* Et iterum Judæis dixit: *Loquor vobis, & non auditis. Si autem venerit alius, illum audietis.* Et iterum: *Hæc locutus est dominus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora ejus.* Ecce in his omnibus, quæ superius dicta sunt, non docetur Filius præcepto Patris fuisse locutus, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Isaias quoque propheta ait: *Hæc dicit dominus: Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam: Ego solidavi cœlum manu mea, ego omnibus sideribus mandavi, ut lucerent in cœlo.* Item ibi: *Ego omne consilium meum statui, & omnia quæcumque cogitavi, ego feci.* Item ibi: *Sic dicit dominus: Qui constituit cœlum & terram, & fecit eam, & * fundavit eam.* Item ibi: *Ego primus, & ego in æternum: manus mea fundavit terram, dextera mea solidavit cœlum.* Et in Jeremia: *Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso.* Item ibi: *Dominus fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terræ in sapientia, & prudentia sua extendit cœlum, & posuit sonum aquæ in cœlo.* [a] Defendite, carissimi, rogo vos, contra malevolos homines inconcussum ecclesiæ statum, ut vos Christi dextera defendat in ævum. Data Nonis Maii, [b] Rustico & Aquilino viris clarissimis consulibus.

rum statu, impigro vigilemus affectu: at si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, celeri solicitudine ab ignorantiæ imperitia & præsumptionis usurpatione revocemus.

a Sacratas Deo feminas vel monachas, sacra vasa vel sacratas pallas penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre, perlatum est ad apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubium est. Quapropter hujus sanctæ sedis auctoritate, hæc omnia vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censemus: & ne pestis hæc latius divulgetur per omnes provincias, abstergi citissime mandamus. Ait enim apostolus: *Despondi enim vos uni viro, virginem castam exhibere Christo.* [a] Illa est enim virgo ecclesia, sponsa unius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vel inhonesta reprehensione vitiari, ut per totum mundum una sit nobis unius castæ communionis integritas. [b] Unde consurgite, carissimi, cum Deo, & assistite, induentes arma spiritus adversus malignantes contra fidem ejus, & probetur spiritus sapienter, id est, verba illorum, si ex Deo sunt. Scriptum est enim in Jeremia: *Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam illorum.* Multum namque nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientiæ discretionis, quæ occulta tenebrarum revelat, ad requisitionem hujusmodi rei & scrutationem, quoniam latet quodammodo & absconditur, vixque comprehenditur dolosa existens malitia, pro eo quod sibi pietatem callide blandiatur, ut valeat scrutantium mentem latere. Quod utique sciens beatus apostolus, ait: *Nam hujusmodi pseudo apostoli, operarii subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirum, quando ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis, si ministri ejus transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis est secundum opera eorum.* Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ergo in idipsum ex toto corde vestro referetis ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicetis cum David: *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quoniam, ut ait beatus Daniel propheta: *Sapientia & fortitudo ejus sunt. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi, & ostendisti mihi quæ rogavi te,* Data 10. Kalendas Junii, [c] Cethego [1] & Claro viris clarissimis consulibus.

23. distinct. Sacratas Deo feminas. Conc. Laod. 44. Cel. ep. 10. c. 27.

2. Cor. 11.

a S. Leo ep. 40

b S. Martinus in syn. Lateranensi consult. 3.

Jer. 6.

2. Cor. 11.

Matth. 7.

Psalm. 118.

Dan. 2.

c Aberrat quoque hic consulatus an 170. affixus.

EPISTOLA II.

SOTERIS PAPÆ

AD EPISCOPOS ITALIÆ:

[c] Ne feminæ sacra vasa vel sacras pallas contingant vel altaria incendant.

Dilectissimis fratribus per Italiæ provincias sanctis constitutis episcopis Soter papa.

DIvinis præceptis [d] & apostolicis monitis informamur, ut pro omnium ecclesia-

Notæ Severini Binii.

a Sacratas Deo feminas.) Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Sixti & Soteris.

1 In MS. *Cetigo & Clero.* Harduinus.

DECRETA SOTERIS PAPÆ

Secundum Gratianum, quæ non habentur in prioribus decretalibus epistolis.

Juramentum malum quod incaute promittitur non est servandum.

22. quæst. 4. Si aliquid. Ita etiam ceteri collectores. Sed eadem causa & quæstione citatur ex Beda homilia 44. in natali decoll. sancti Joannis.

Si aliquid forte incautius nos juraſſe contigerit, quod obſervatum in pejorem vergat exitum, illud ſalubri conſilio mutandum noverimus, & magis inſtante neceſſitate perjurandum nobis, quam pro facto juramento, in aliud crimen majus divertendum.

ALIUD EJUSDEM EX GRATIANO.

Quiſque ſacrificans ſacerdotem habeat, qui cœpta ſacramenta expleat, ſi neceſſitas ingruerit.

Ecclef. 4. De conſecr. diſtinct. 1. Ut illud. & 7. quæſt. 1. Illud divin. (1)

Ut illud divini oraculi monentis ſinguli præcaveant, quo ſcribitur: *Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſublevantem:* ſummopere verendum eſt nobis atque cavendum, ne horis illis atque temporibus, quibus Deo pſallitur vel ſacrificatur, unicuique divinis ſingulariter officiis inſiſtenti, pernicioſa paſſio, vel quælibet corporis invaletudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro hujuſmodi ergo caſibus præcaventes, neceſſarium duximus inſtituere, ut ubi temporis vel loci ſive cleri copia ſuffragatur, habeat (quiſquis ille) canens Deo atque ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem, ut ſi aliquo caſu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, a tergo ſemper habeat, qui ejus vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat †. Cenſuimus ergo convenire, ut cum a ſacerdotibus miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis accidat quilibet eventus, quo cœptum nequeat expleri myſterium, ſit liberum epiſcopo vel presbytero vel alii, ut conſecrationem expleat officii cœpti. Non enim aliud ad ſupplementum initiatis myſteriis competit, quam aut incipientis, aut ſubſequentis explenda benedictio ſacerdotis: quia nec perfecta videri poſſunt, niſi perfectionis ordine compleantur: cum enim unum ſimus omnes in Chriſto, nihil contrarium diverſitas format, ubi efficaciam proſperitatis unitas fidei repræſentat. Quod etiam conſultum, cuncti ordinis clerici indictum vel indultum eſſe ſibi non ambigant, ſed (ut præmiſſum eſt in præcedentibus) ſtatim alii pro complemento ſuccedant. Ne tamen quod naturæ languoris cauſa conſulitur, in præſumptionis perniciem convertatur, nullus poſt cibum potumque, ſive quodlibet minimum ſumptum, Miſſas facere, nulluſque abſque patentis moleſtiæ proventu miniſter vel ſacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præſumat omnino relinquere. Si quis hæc temerarie præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſuſtinebit.

† Haſtenus tantum apud Gratianum.

EJUSDEM DECRETUM
Similiter ex Gratiano.

Ut presbyter miſſam non cantet, niſi duobus præſentibus ſecum.

Hoc quoque ſtatutum eſt, ut nullus presbyterorum miſſarum ſolennia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus, & ipſe tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiſcum: & illud in ſecretis, Orate pro me: aptiſſime convenit, ut & ipſius reſpondeatur ſalutationi.

EJUSDEM ALIUD JUXTA
Gratianum.

Etiam in cœna domini ſacram communionem debemus accipere.

In cœna domini a quibuſdam perceptio euchariſtiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis iis, quibus pro gravibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit, eccleſiaſticus uſus demonſtrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis dominici ſacramenta reconcilientur.

C. ANNUM CHRISTI 173.

CONCILIUM HIERAPOLITANUM
Habitum circa annum Chriſti CLXXIII.

Ex nova Collectione Baluzii.

AUctor [4] *libelli ſynodici narrat ſanctam ſynodum Hierapoli Aſiæ civitate celebratam ab Apollinario urbis illius Epiſcopo aliiſque viginti ſex Epiſcopis ejuſdem provinciæ, abdicaſſe & extirpaſſe Montanum & Maximillam pſeudoprophetas, ſimulque cum illis damnaviſſe Theodotum Coriarium. Meminit iſtius & aliarum ſynodorum, per ea tempora celebratarum in Aſia idem Apollinaris in libro ſecundo adverſus Cataphrygas apud* Euſebium lib. v. eccleſ. cap. XVI. Nam cum fideles qui in Aſia erant, *inquit*, ſæpius & in plurimis Aſiæ locis ejus rei cauſa conveniſſent, novamque illam doctrinam examinaſſent, & prophanam atque impiam judicaſſent, damnata hæreſi iſti ab Eccleſia & fidelium communione expulſi ſunt. *Deinde addit Montanum & Maximillam, ab inſano, ut fama eſt, ſpiritu incitatos, laqueo ſibi gulam fregiſſe, atque ita inſta-*

pro-

1 Quod verius eſt ex Concilio Toletano 11. cap. 14. *Harduinus.* 2 Quod eſt in Concilio Moguntino cap. 43. *Harduinus.*
3 Quod eſt e Concilio Cabilonenſi ſecundo cap. 47. an. 813. *Harduinus.*
4 Hanc Synodum ex libello Synodico affert Labbeus cum aliis promiſcue ex eodem libello infra pag. 615.

proditoris Judæ vitam finiisse. Scio virum doctiſ-
simum Henricum Valeſium in annotationibus ad
Euſebium pag. 98. contendere Aſterium Urbanum,
qui paulo poſt illic commemoratur, auctorem eſ-
ſe iſtorum trium adverſus Cataphrygas librorum,
non autem Apollinarem, eoque nomine traducere
Ruffinum & Chriſtophorſonum, qui de Apollina-
re interpretati ſunt. Verum hæc clariſſimi viri ſen-
tentia revincitur auctoritate ipſius Euſebii; qui
libro IV. *cap.* XXVII. *recenſens lucubrationes ejuſ-*
dem Apollinaris, inter eas numerat libros quos
ſcripſit contra Cataphrygarum hæreſim: idemque
infra lib. V. *cap.* XIX. *refert fragmentum epiſtolæ*
Serapionis Epiſcopi Antiocheni, in qua deteſtans no-
vam Montani prophetiam, ait eam ab Apollinari
Hierapolitanæ urbis in Aſia Epiſcopo fuiſſe da-
mnatam, mittereque ſe ejuſdem Apollinaris γράμ-
ματα, id eſt libros, non vero litteras, ut male hic
verterunt interpretes. Revincitur etiam auctori-
tate ejuſdem libelli ſynodici, in quo quæ de mi-
ſerabili morte Montani & Maximillæ ſcribuntur
apud Euſebium, ad Apollinarem referuntur. Qui
blaſpheme, *inquit auctor libelli*, utpote a dæ-
mone obſeſſi, ſicut idem pater (*Apollinaris*
Hierapolitanus) dicit, vitam commutarunt. *Ob-*
ſcurus porro, ut hoc quoque dicam, eſt locus il-
le. Quid enim eſt blaſpheme mori? itaque vox
βλασφήμως, *qua uſus eſt auctor, vertenda fuit* pro-
broſe, *quia ſuſpendium eſt probroſi & informis*
leti genus. Denique ſanctus Hieronymus in libro
de viris illuſtribus de hoc ipſo Apollinari agens,
docet eum libros ſcripſiſſe adverſum Cataphry-
gas, qui tunc primum cum Priſcilla & Maxi-
milla inſaniebant. *Quamquam Hieronymus alibi*
libros iſtos tribuere videtur Apollonio cuidam viro
diſertiſſimo, qui floruit ſub Commodo Severoque
Principibus.

ANNO CHRISTI 179. " 171.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA ELEUTHERII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damaſi Papæ.

[a] ELeutherius natione Græcus, ex patre [a] Abundio, de oppido Nicopoli, *b* ſedit annos quindecim, menſes tres, dies duos. Fuit autem temporibus Antonini [b] Commodi, uſque ad Paternum & Braduam. *c* Hic accepit epiſtolam a Lucio Britannico rege, ut Chriſtianus efficeretur per ejus mandatum. Et (*a*) *d* hic conſtituit, ut nulla eſca (*b*) uſualis, [c] quæ tamen rationabilis & humana eſt, quam Deus creavit, a Chriſtianis maxime fidelibus repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per menſem Decembrem, presbyteros duodecim, diaconos octo, epiſcopos per diverſa loca quindecim. Qui etiam *e* ſepultus eſt juxta corpus beati Petri (*c*), ſeptimo Kalendas Junii. Et ceſſavit epiſcopatus dies [d] (*d*) quinque.

Notæ Severini Binii.

a Eleutherius.) Anno Chriſti nati 179. M. Aurelii imperatoris 17. 3. Maii pontificatum auſpicatus, a martyribus Lugdunenſibus literas in vinculis de rebus apud eos geſtis (quod idem fecerunt Viennenſes, ut conſtat ex Pii 4. epiſt. ad Juſtum Viennenſem, de qua ſupra) ſcriptas, & per Irenæum Romam delatas, accepit. Marcionem, ut eſt apud Tertullianum de præſcript. c. 30. cum Valentino adhuc a tempore Aniceti Romæ agentem, ſæpius converſum, ſæpius relapſum, & inſtar canis ad vomitum, & ſuis ad volutabrum luti redeuntem, plane eccleſia ejecit. Baron. anno Chriſti 179. & ſequenti.

b Sedit annos 15. menſes 3. dies 2.) Qui anno Chriſti " 179. 5. Nonas Maii pontificatum accipiens, eum tenuit, uſque ad " 194. anni 7. Kalend. Junii (quibus, hoc eodem auctore atteſtante, ſepultus eſt) non niſi 15. annis & 23. diebus ſediſſe potuit. Ultimum annum Eleutherii, & mortem Commodi imperatoris coincidere cum anno Chriſti nati " 194. hujus chronologiæ maxima laus eſt, utpote quæ cum Clementis Alexandrini computatione temporum accuratiſſima conſentiat. Hic enim 1. lib. ſtromatum ſupputans tempora, " ab anno quo natus eſt dominus, uſque ad mortem " Commodi, annos 194. numerat, eoque Baronii chronologiam, quam fere per omnia ſequimur, præclare admodum confirmat. " 192. " Hujus loci facilis eſt apud Chronol. explicatio.

c Hic accepit a Lucio Britannico rege epiſtolam.) Anno domini 183. Lucius Britannorum rex, divino lumine illuſtratus, legatos ad hunc pontificem miſit, per quos divini verbi miniſtros aliquos, ac ſacerdotes, qui populum in fide & moribus inſtruerent, enixe petivit, & duos quaſi apoſtolos a pontifice miſſos, Donatianum nimirum & Fugatium, impetravit. Britanniam hoc tempore a Romanis nondum totam ſubactam & in provinciam redactam fuiſſe, ſed potius adhuc magnam partem populi trans murum habitantis regem habuiſſe, Baron. ann. 183. num. 5. oſtendit. Britannia an & quando, & per quos ad fidem converſa.

d Hic conſtituit, ut nulla eſca.) De hoc decreto, vide quæ dicemus in notis ad epiſtolam ſequentem, in qua exſtat.

e Sepultus eſt.) Martyr an confeſſor, incertum eſt: in martyrologio appellatur quidem martyr, ſed id nomen etiam frequenter tributum eſt confeſſoribus, maxime illis qui fidei cauſa cruciatum aliquem ſuſtinuerunt, ut probat Baronius in notis pluribus ad martyrologium. Confeſſores quidam martyres appellati.

(*a*) *Luc.* hoc iterum firmavit ut (*b*) *in Luc.* deeſt *uſualis* ſed ita legit:„ & ſi a chriſtianis repudiaretur maxime fidelibus, quod „ Deus creavit, quæ tamen rationalis, & humana eſt. (*c*) *Luc.* in Vaticano IX. Kal. (*d*) Quindecim *in Luc.*

a EPISTOLA I.

a Conrio, Aug. Bar. aliisque VV. eruditis adulterina.

ELEUTHERII PAPÆ AD GALLIÆ PROVINCIAS.

De accusatione clericorum, ac defensione.

I. *De escis irrationabiliter non vitandis.*
II. *De accusationibus episcoporum, & clericorum.*
III. *De accusationibus omnium comprovincialium.*

Eleutherius episcopus universis ecclesiis, per Galliæ provincias domino militantibus, in domino salutem.

b S. Leo ep. 54. MAgno [b] munere misericordiæ Dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, *b* cum multos populos ad domini servitium festinare cognovimus.

I.

Qua de re necessarium judicavimus vos instruere, *c* ut escas, quas vitare vos audivimus irrationabiliter, non respuatis. Scitis, fratres, legislatorem docuisse, *omnia quæ creavit Deus, erant valde bona*. Et ipsa per se veritas ait: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod exit de ore*. Unde constat, non debere refutari escas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus apostolorum de mundis escis legitur ita: *Postera autem die iter illis facientibus domesticis, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem eis, cecidit super eum mentis excessus, & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum: Surge, Petre, occide & manduca. Ait autem Petrus: Absit, Domine, quia nunquam manducavi omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter. Et statim vas receptum est in cœlum.*

Gen. 1. Matth. 15. Act. 10.

II.

De accusationibus ergo clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiva episcoporum tantum judicia huc deferantur, ut hujus sanctæ sedis auctoritate finiantur, sicut ab apostolis eorumque successoribus, multorum consensu episcoporum, jam definitum est. [c] Nec in eorum ecclesiis alii aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum juste terminentur negotia. Quoniam quamvis liceat apud provinciales & metropolitanos atque primates eorum ventilare accusationes vel criminationes, non tamen licet diffinire secus quam prædictum est. Reliquorum vero clericorum causas apud provinciales & metropolitanos ac primates, & ventilare & juste finire licet. *d* Judicantem tamen oportet cuncta rimari, [a] & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adjiciendique præbita patientia ab eo, ut ibi actio ambarum partium limitata [b] sit pleniter. [e] Nec litigantibus [d] judex prius sua velit sententia obviare, nisi quando ipsi jam, peractis omnibus, nihil habeant in quæstione quod proponant. Et tamdiu actio ventiletur, quousque rei veritas inveniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conveniat. Induciæ enim non modicæ ad inquirendum dandæ sunt, [e] ne aliquid præpropere agi a quacumque parte videatur; [f] quia per surreptionem multa proveniunt. Nihil tamen absque legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Jesus Christus Judam [f] furem esse sciebat: sed quia non est accusatus, ideo non est ejectus. Et quidquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges sæculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticæ regulæ? Docent enim terrestria & humana, quæ sint ecclesiastica atque cœlestia.

c Can. 4. conc. Sardicensis.

3. quæst. 6. Quamvis liceat.

De accusationibus vero comprovincialibus ita legitur esse statutum [1]: Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua consistit ille qui pulsatur, suas exerceat actiones, [g] nec [2] æstimet eum alibi aut longius ad judicium protrahendum. Illi vero qui pulsatus fuerit, si judicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caveant etiam judices ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo etiam & causam in synodo pro facto dabunt. [h] Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille, qui injuriam, ejusque sustinuit nequitiam. Oppressus namque ab omnibus in cunctis subveniatur causis. Hæc omnia summopere sunt attendenda. Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile est recipienda, dicente domino: *Non sequeris turbas ad faciendum malum*. Et alibi: *Non suscipias vocem mendacii*. Et in Paralipomenon legitur: *Omnia corda scrutatur dominus, & omnem cogitationem novit. Homo vero videt in facie, Deus autem in corde*. Et alibi scriptum est: *Non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit judicio*. [i] Igitur omne pondus, & circumstantia adversariorum nocumenta, per patientiam, fratres, comprimere satagite; *scientes quia subversi sunt hujusmodi, & delinquunt proprio ore damnati*. Quia qui fratres accusant vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt, & peccant, dicente apostolo: *Dilectio proximi, malum non operatur*. Et alibi: *Qui non diligit fratrem suum, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere*? Nos [k] enim humiles corde, ad ea quæ recta sunt, adjutore domino, sapienter vinculo caritatis vobiscum sumus constricti, & religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes, improbis probe resistere non negli-

1 A Sixto Papa ex Gratiano 3. q. 6. *Si quis clericus*, ex Ivone par. 6. c. 318. ab Eleutherio, & cap. 319. a Felice. *Harduinus*.
2 Gratianus, *existimet*. Hard. 3 Gratianus, *protrahendum*. Hard.

gligimus. Unde dictum est: [a] Negligere enim, cum possis * deturbare perversos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obviare. [e] Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu commissa est ecclesia, ut pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. *Frater autem fratrem adjuvans, exaltabitur: & allidens, dissipabitur.* Quapropter relevate semper oppressos, corripite inquietos, ut zizania dominicam messem non possit suffocare. Data 5. Idus Julii, * Paterno [b] & Bradua viris clarissimis consulibus.

Notæ Severini Binii.

a Epistola.) Hæc epistola responsoria est ad epistolam Episcoporum ac martyrum Viennensis & Lugdunensis ecclesiæ in carcere conscriptam. Cujus argumentum hoc est: " Alcibiades cum prædictis martyribus numeratus, sicut ante, ita etiam in vinculis exemplo Montanistarum, tres quadragesimas & illegitimas xerophagias observantium, vitam duriter & austere degebat, eoque multos alios fideles offendebat. Consultus igitur hac de re Romanus pontifex, aliique aliarum ecclesiarum episcopi, Eleutherius respondit, ac xerophagias Montani velut illegitimas ac superstitiosas condemnat. utpote qui privatus homo, non Paracletus sit, potestatem habens obligandi, ut intendebat, universam ecclesiam ad nova jejunia, novas etiam jejuniorum leges observandas.

b Cum multos populos ad domini servitium festinare cognovimus.) Vide quæ scribit Baron. ann. 183. nu. 1. & seqq.

c Ut escat, quas vitare vos audivimus irrationabiliter, non respuatis.) Sicut enim Marcionitæ, Encratitæ, & Manichæi, de quibus est intelligendus apostolus 1. ad Timotheum c. 4. ita etiam Priscillianistæ, Montani sectatores, a quibusdam cibis, velut a malo principio conditis, abstinebant. Montanus vero, præterquam quod privata auctoritate tres quadragesimas instituerit, quibus non nisi aridis cibis vescendum esse docuerit, nova jejunia & novum jejunandi modum instituit. Pontifex Eleutherius hac de re consultus, illorum tamquam superstitiosam & blasphemam sententiam, hujus autem velut illegitimam & irrationabilem condemnat, ut patet ex verbo, *Irrationabiliter*, & verbis sequentibus, *Erant valde bona.*

d Judicantem tamen oportet cuncta rimari.) Horum verborum argumento post Contium etiam Baronius, hanc epistolam existimavit esse corruptam & adulteram, quod ea, quæ de judiciis in ipsa scribuntur, ex constitutione Constantini & interpretatione ad eam apposita, quæ in cod. Theod. lib. 2. de judiciis exstat, superaddita, exscripta, & huc translata videantur. " Sed cum eadem infra in epistola decretali Julii papæ ad orientales cap. 31. & in canonibus Hadriani can. 26. verbis prope iisdem referantur, ideoque ipso cod. Theodosiano, qui post tempora Julii papæ compilatus est, antiquiora sint; manifesto constat, hanc de judiciis constitutionem ab Eleutherio Julium, " a Julio Theodosium, adeoque a pontificibus imperatorem; non contra ab imperatore pontificem hanc aliasque similes constitutiones mutuasse, & accepisse. Et consequenter hac de causa non modo non velut spurium & illegitimum partum ecclesiæ respuendum; sed potius tamquam matris germanæ fœtum germanum plurimis posterorum pontificum scriptis quasi filiorum vultibus simillimum, ab injuriis inimicorum vindicatum obviis amplexibus esse acceptandum & fovendum.

e Hujus rei gratia universalis vobis a Christo Jesu.) Id est, dum hæretici, quorum hoc tempore magnus numerus erat, universam ecclesiam oppugnant, non modo episcopis, sed unicuique Christiano ejus defendendæ cura & studium demandata sunt: omnibus enim nobis a Deo præceptum est Eccles. cap. 4. ut pro veritate ac justitia usque ad mortem certemus. Nec ob eam causam confunditur ordo hierarchicus a Christo in ecclesia institutus. Nam sicut quodlibet membrum corporis suo munere fungens, pro toto corpore laborare dicitur; adeo ut hac ex parte totius corporis, non partis tantum cura absque capitis injuria illi commissa merito dici possit; eadem ratione dixit Eleutherius pontifex, omnibus & singulis membris jure meritoque universalis ecclesiæ curam commissam. Novantes ergo hunc locum male intelligentes, ante victoriam triumphum canunt, Vide Turrianum cap. 9. lib. 2. pro epist. pontif.

EPISTOLA II.

ELEUTHERII PAPÆ

Rescriptum ad Lucium Britanniæ Regem.

Quomodo gerere se debeat in Regno Britanniæ.

B PEtiistis a nobis leges Romanas, & Cæsaris vobis transmitti, quibus in Regno Britanniæ uti voluistis. Leges Romanas, & Cæsaris semper reprobare possumus; legem Dei nequaquam. Suscepistis enim nuper miseratione Divina in regno Britanniæ legem, & fidem Christi. Habetis penes vos in regno utramque paginam: ex illis Dei gratia per consilium regni vestri sume legem, & per illam Dei patientia vestrum rege Britanniæ regnum. Vicarius vero Dei estis in regno juxta prophetam regem: *Domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo;* & rursum juxta prophetam Re- C gem: *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te, Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis;* & rursum juxta prophetam regem: *Deus judicium tuum &c.* Non enim dixit judicium, neque justitiam Cæsaris.

Produxit Usserius de Britan. Eccles. primor. cap. VI. sed spuriam judicat Constant in append. ad To. I. Epist. Rom. Pont. pag. 22.

Ps. 24. 1.

Ps. 45. 7.

Ps. 72. 1.

Filii enim regis gentes Christianæ, & populi regni sunt, qui sub vestra protectione, & pace in regno degunt, & consistunt juxta Evangelium: *quemadmodum Gallina congregat pullos sub alis.* Gentes vero regni Britanniæ & populi regni sunt; quos divisos debetis in unum ad concordiam, & pacem, & ad fidem, & ad legem Christi, & ad Sanctam Ecclesiam congregare, revocare, fovere, manu tenere, protegere, tegere, & ab injuriosis & malitiosis & D ab inimicis semper defendere.

Matt. 23. 37.

Væ regno, cujus rex puer est, & cujus principes mane comedunt. Non voco regem, propter parvam, & minimam ætatem, sed propter stultitiam & iniquitatem & insanitatem, juxta prophetam regem: *Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos &c.* per comestionem intelligimus gulam, per gulam luxuriam, per luxuriam omnia turpia & perversa & mala. Juxta Salomonem Regem, *in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

Eccles. 10. 16.

Ps. 4. 24.

Sap. 1. 4.

Rex dicitur a regendo, non a regno. Rex eris, dum bene regis: quod nisi feceris, nomen regis non in te constabit, & nomen re- E gis perdes: quod absit. Det vobis omnipotens Deus regnum Britanniæ sic regere, ut possis cum eo regnare in æternum, cujus vicarius estis in regno prædicto.

ANNO CHRISTI 194. " 192.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA VICTORIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a Victor natione Afer, ex patre Felice, sedit annos 10. menses 2. dies 10. Fuit autem temporibus (*a*) Ælii Pertinacis & Severi, a consulatu Commodi [a] quinto & Glabrionis, usque ad Lateranum & Rufinum. Hic constituit, ut sanctum pascha die dominica celebraretur, sicut (*b*) Pius. Hic fecit sequentes cleros. Martyrio coronatur. Et constituit, ut necessitate faciente, ubicumque inventus fuisset (*c*) quicumque hominum ex gentibus veniens, sive in flumine, sive in mari, sive in fonte, sive in stagno, baptizaretur: tantum Christianæ credulitatis confessione declarata, integer efficeretur Christianus. Et *c* fecit concilium. Et, collatione facta cum presbyteris & diaconibus, accersitoque *d* Theophilo [b] Alexandriæ episcopo, *e* constituit, [c] ut a decima tertia luna primi mensis, usque ad 21. die dominica custodiatur sanctum pascha. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos septem, episcopos per diversa loca numero duodecim. Qui sepultus est juxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto Kalendas Augusti. Et cessavit episcopatus dies 11. (*d*)

a secundo

b interrogatio facta est de pascha vel de die prima cum Theophilo.

c absunt a C. H.

Notæ Severini Binii.

a Victor,) Anno Christi " 194. qui est ultimus Commodi imperatoris ipsis Kal. Junii, Victor natione Afer in locum Eleutherii defuncti subrogatur. Theodotum Byzantium, qui lapsum suum eo ipso defendebat, quod solum hominem Christum, quem Deum non fuisse docebat, negasset, recte excommunicavit. Sub hujus pontificatu Patropassiani hæretici, quorum auctor est Praxeas Montani discipulus, qui Patrem non filium passum esse docebant, exorti sunt. Die dominico post vernale æquinoctium pascha celebrandum esse, multis conciliis desuper habitis juxta apostolorum traditionem, decrevit, ac contrarium sentientes Asiaticos episcopos anathemati subjecit; ita ut eum hanc ob causam Tertullianus jam in hæresim Montani, vel ex invidia, vel ambitione episcopatus Carthaginensis, lapsus, gentilem suum, in pace leonem, in prælio cervum persecutiones impiorum tyrannorum subterfugientem calumniose appellaverit, Baronius anno Christi 194. & 196. 198. & 201.

" 192. Quando Victor pontifex factus. Theodoti hæresis. Patropassiani hæretici qui sint.

Tempus sedis.

b Sedit annos decem, menses 2. dies 10.) Annis potius novem, mense uno, ac diebus 28. Nam 28. die Julii, circa nonum Severi imperatoris martyrium subjisse, partim ecclesiasticæ tabulæ, partim Eusebius lib. 5. hist. cap. 27. testantur.

c Et fecit Concilium,) Romanum scilicet, ad quod Theophilum Cæsareæ Palæstinæ metropolitanum accersivit. Præter hoc, in eadem hac Paschatis celebrandi causa, Concilium Palæstinum a Theophilo, Ponticum a Palma, Gallicum ab Irenæo, Osroenum, Corinthium a Bacchyllo celebrata sunt, quæ omnia unanimi consensu decreverunt, ut non alio quam die dominico pascha celebraretur. Eusebius lib. 5. cap. 22.

Concilia sub Victore habita.

d Theophilo Alexandriæ episcopo.) Hunc Theophilum a Victore ad Romanum concilium accersitum fuisse non Alexandrinum, sed metropolitanum episcopum Cæsareæ Palæstinæ, testatur Euseb. lib. 5. hist. cap. 22. Quisquis ergo pro Cæsariense Alexandrinum substituit, erravit. Nam Theophilus Alexandrinus vixit sub Arcadio imperatore.

e Constituit ut a decima tertia luna primi mensis usque ad 21, die dominica.) Constituit pascha celebrandum esse dominica proxima lunæ decimæ quartæ post æquinoctium vernum. Idem statutum est in concilio Nicæno, ut patet ex epistola Constantini ad omnes ecclesias, apud Euseb. lib. 3. de vita Constantini exstante: ubi tribus rationibus decreti hujus æquitatem confirmat: quarum prima est, ne communicemus cum Judæis Christi interfectoribus. Secunda, quia par est, ut in tota ecclesia sit una ratio paschatis celebrandi, & pauci orientales Judaizantes, omnibus occidentalibus, plurimisque orientalibus populis & episcopis aliter sentientibus, cedant. Tertia est, quia aliter facientes orientales, quandoque, quod factu absurdum est, uno anno bis, quandoque nunquam pascha celebrarent. Interdum enim accidebat, ut id uno anno post æquinoctium & sequente anno ante æquinoctium vernum celebrarent. Vide Bellarminum lib. 3. de cultu sanct. cap. 12. & ea quæ diximus supra in notis ad canonem apostolorum octavum.

---

[a] EPISTOLA I. VICTORIS PAPÆ I.

AD [a] THEOPHILUM [b] ALEXANDRIÆ EPISCOPUM.

De pascha & baptismo: de accusatione & judicatione episcoporum atque de concordia unanimitatis.

I. *De celebratione paschæ & baptismi.*
II. *Ne quis incerta judicet.*
III. *De causis episcoporum terminandis.*

Victor Romanæ ac universalis ecclesiæ archiepiscopus, Theophilo episcopo & cunctis fratribus in Alexandria domino famulantibus in domino salutem.

Multa mihi gratulatio est, dilectissimi fratres, quod manifesto (sicut optamus) per gratiam Dei lumine [c] evangelicæ claritatis, & ab ecclesia jam magna ex parte pernicioso erroris nocte depulsa, creditæ nobis dispensationis fructus crescit & augmentatur in domino.

Ce-

(*a*) *Luc.* Cæsaris Augusti & Commodi secundi & Gravione usque &c. (*b*) *Luc.* Eleutherus. (*c*) sequentia verba *Luc.* ita legit: „ sive in flumine, sive in mari, sive in fontibus tantum Christiano confessione credulitatis clarificata quicunque hominum ex „ gentile veniens, ut baptizaretur. Hic fecit ordinationes II. per mensem decembris, presbyteros IV. diaconos VII. Episcopos „ per diversa loca XII. Hic fecit constituum ad interrogationem sacerdotum de circulo Paschæ, ut dominico Paschæ cum presbyteris & facta conlatione, & accersio Theophilo episcopo Alexandriæ facta congregatione ut a XIV. luna primi mensis usque „ ad XXI. diem dominicum custodiatur sanctum pascha. Hic sepultus &c.“ (*d*) *Luc.* XII.

I.

b Celebritatem ſancti paſchæ die dominica agi debere, & prædeceſſores noſtri [a] jam ſtatuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari ſolenniter mandamus, quia non decet, ut membra a capite diſcrepent, nec contraria gerant. *c* A quartadecima vero luna primi menſis, uſque ad viceſimumprimum ejuſdem menſis diem, eadem celebretur feſtivitas. Eodem vero tempore baptiſmus celebrandus eſt catholicus; ſed tamen, ſi neceſſe fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocumque loco vel momento, ubicumque evenerit, ſive in flumine, ſive in mari, ſive in fontibus, tantum Chriſtianæ confeſſione credulitatis clarificata, baptizentur. Ipſis quoque quod in baptiſmo polliciti ſunt, ſummopere eſt attendendum, ne infideles, ſed fideles inveniantur. Ipſi vero qui infidelitatis nota aſperguntur, infames efficiuntur, atque inter fideles minime reputantur. Hæc vero ſtatuta nulla debent improbitate convelli, [b] nulla novitate mutari: quia alia ratio eſt cauſarum ſæcularium, alia divinarum.

II.

Audivimus namque, apud vos veſtroſque diverſa judicia fieri, & incerta judicari. Incerta, cariſſimi, nullatenus judicemus, quoaduſque veniat dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium. Quia quamvis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi quæ manifeſtis indiciis comprobantur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur.

III.

Similiter, ea vos judicare, ad apoſtolicam delatum eſt ſedem, quæ præter noſtram vobis definire non licet auctoritatem, id eſt, epiſcoporum cauſas. Unde ita conſtitutum liquet a tempore apoſtolorum, & deinceps placuit, ut accuſatus vel judicatus a comprovincialibus in aliqua cauſa epiſcopus, licenter appellet & adeat apoſtolicæ ſedis pontificem, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, ejus retractari negotium [c] procuret. Et dum, iterato judicio, pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in ejus loco ponatur aut ordinetur epiſcopus; quoniam quamquam a comprovincialibus epiſcopis accuſati cauſam pontificis ſcrutari liceat, non tamen diffiniri, inconſulto Romano pontifice, permiſſum eſt, cum beato Petro apoſtolo, non ab alio quam ab ipſo dictum ſit domino: *Quæcumque ligaveris ſuper terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcumque ſolveris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.* Et alibi in inſtitutis [d] legitur apoſtolicis: [e] Si quis putaverit ſe a proprio metropolitano gravari, apud patriarcham vel primatem diœceſeos, aut penes univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ judicetur ſedem. Nihil aliud eſt, fratres, talis præſumptio, niſi apoſtolorum ſuorumque ſucceſſorum terminos tranſgredi, eorumque decreta violare Culpatur enim, ut ſcriptum eſt, fratres, qui aliter circa epiſcopos judicare præſumunt, quam apoſtolicæ ſedis papæ fieri placuerit. Et quis eſt qui judicat eum, quem dominus ſibi & huic ſanctæ ſedi reſervari voluit judicandum. Ait namque dominus per prophetam Iſaiam: *Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus. Ideo poſui faciem meam ut petram duriſſimam, & ſcio quia non confundar. Juxta eſt, qui juſtificat me: quis contradicit mihi? Stemus ſimul: quis eſt adverſarius meus? Accedat ad me, Ecce dominus Deus meus, auxiliator meus. Quis eſt qui condemnet me? Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum, audiens vocem ſervi ſui? Quis ambulavit in tenebris, & non eſt lumen ei? Speret in nomine domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis veſtri, & flammis quas ſuccendiſtis. De manu mea factum eſt hoc vobis. In doloribus dormietis. Audite me, qui ſequimini quod juſtum eſt, & quæritis dominum: Accedite ad petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum. Conſolabitur ergo dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas ejus: & ponet deſertum ejus quaſi delicias, & ſolitudinem ejus quaſi hortum domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis. Attendite ad me populus meus, & tribus mea me audite: Quia lex a me exiet, & judicium meum in lucem populorum requieſcet. Prope eſt juſtus meus, egreſſus eſt ſalvator meus, & brachium meum populos judicabit. Me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt. Levate in cœlum oculos veſtros, & videte ſub terra deorſum, quia cœli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum atteretur, & habitatores ejus ſicut hæc interibunt. Salus autem mea in ſempiternum erit, & juſtitia mea non deficiet. Audite me qui ſcitis juſtum, populus: lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic devorabit eos tinea. Salus autem mea in ſempiternum erit, & juſtitia mea in generatione generationum.* Multis [a] mundi hujus illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, ut veræ caritatis & continentiæ obtineatur integritas. Dominus enim *nullum vult perire*, ſed *omnes ſalvos fieri*. [b] Certus autem ſum, vos ad hæc emendanda vel defendenda, domino auxiliante, proficere. Data (*a*) XIII. Kalend. Auguſti, Commodo & * [1] (*b*) Gravione [c] viris clariſſimis conſulibus.

Isai. 50. ex Hier. vulgata verſione.

Isai. 51.

[a] S. Leo ep. 53.

2. *Petr.* 3, 1. *Tim.* 2.

[b] S. Leo ep. 59.

* Glabrione

[c] qui an. 186 vivente adhuc Eleutherio conſulatum geſſit

Notæ Severini Binii.

a Theophilum Alexandriæ epiſcopum.) Hic ſub Arcadio imperatore vixit. Itaque ad Theophilum metropolitanum Cæſareæ Palæſtinæ hanc epiſtolam ſcriptam eſſe, patet ex Euſebio lib. 5. cap. 22. ut ſupra diximus.

b Celebritatem ſancti paſchæ.) Apoſtolica conſtitutio, de qua ſupra frequenter, confirmatur.

c A quartadecima.) Die ſcilicet dominico, ut patet ex pontificali libro in vita Victoris. Vide quæ ibi diximus.

EPI-

(*a*) *Luc.* XIV. 1 MS. *Gratiano* Hard. (*b*) *Luc.* Graviano.

EPISTOLA II.

VICTORIS PAPÆ I.

AD AFROS.

De cauſis ſuperioribus.

Victor eccleſiæ Romanæ [1] *& urbis archiepiſcopus, univerſis epiſcopis per Africam conſtitutis, in domino ſalutem.*

[a] S. Leo ep. 4. c. 2.

SEmper enim in æterno [a] conſilio Dei manſit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, ſed ordo rerum per dominum noſtrum Jeſum Chriſtum temporaliter gerendarum, diſpoſitione verbi divini ſumpſit exordium. Quapropter oportet vos, fratres, unanimes eſſe, & adminiculum viciſſim ferre: in recta ergo fide, & in ſacramentis divinis non diſcrepare, ſed concordes eſſe: quia licet pauci ſitis malorum comparatione, ſi tamen concordes fueritis, facile, auxiliante domino, veſtros inſidiatores ſuperabitis. Si vero diſcordes (quod abſit) fueritis, non ſuperabitis, ſed ſuperabimini. Perlatum eſt enim ad ſedem apoſtolicam, aliquos veſtrum, nocere fratres velle, & ut cadant, decertare. Similiter in ſacramentis diſcrepare, & ob id contentiones & æmulationes inter vos fieri, a quibus diſſenſionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre viciſſim, mandamus. Nam ſi hoc agere cito neglexeritis, & viciſſim reconciliari non ſtudueritis, ab apoſtolicæ ſedis & totius eccleſiæ communione vos pelli non dubitetis. Nec attenditis, cariſſimi, qualiter dominus per Iſaiam prophetam talibus comminatus eſt, dicens: *Dominus* enim *locutus eſt verbum hoc: Luxit & defluxit terra, & infirmata eſt: defluxit orbis, infirmata eſt altitudo populi terræ. Et terra* [b] *interfecta eſt ab habitatoribus ſuis, quia transgreſſi ſunt* [*] *leges, mutaverunt jus, diſſipaverunt fœdus ſempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores ejus. Ideoque inſanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata eſt vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Ceſſavit gaudium tympanorum, quievit ſonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Attrita eſt civitas vanitatis, clauſa eſt omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit ſuper vino in plateis, deſerta eſt omnis lætitia, translatum eſt gaudium terræ, relicta eſt in urbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas: quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quomodo ſi paucæ olivæ, quæ remanſerunt, excutiantur ex olea; & racemi, cum fuerit finita vindemia: hi levabunt vocem ſuam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dominum, in inſulis maris nomen domini Dei Iſrael.* Et dominus in oratione, quam diſcipulos ſuos docuit orare, ait: *Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum.* In bonis & juſtis hominibus ſanctificatur nomen domini, & in malis blaſphematur. Et ipſa per ſe veritas ait: *Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & poſtea offeres munus tuum.* [a] Nulli vero liceat doctrinam evangelicam deſerere, & ſacerdotali honore gaudere. Data Kalendis Septembris, [b] Laterano & Rufino viris clariſſimis conſulibus.

In decreto diſtinct. 90. Perlatum eſt.

1. Cor. 11.

Iſai. 24. ex verſ. S Hieronymi

b infecta. * legem.

Matth. 6.

Matth. 5.

[a] S. 44

[b] a

EPISTOLA III.

VICTORIS PAPÆ I.

VICTOR EPISCOPUS

Deſiderio [c] *Viennenſi epiſcopo ſalutem.*

[c] B 191 ex ria du qq. eſt arq qu

SIcut ſancta fraternitas tua a presbyteris, qui apoſtolos in carne viderunt, erudita eſt, qui & eccleſiam uſque ad tua tempora rexerunt, non decimaquarta luna cum Judæis, ſed decimaquinta uſque ad vigeſimamprimam, paſcha catholica eccleſia celebravit. Non enim jam umbram, ſed veritatem quæ umbra legis celebratur, quærit. Hanc doctrinam Petrus & Paulus inſtituerunt, ut *in azymis ſinceritatis, & veritatis* 1. paſcha ageretur. Qui enim cum Judæis paſcha agere volunt, quid niſi umbram diligunt, ut agni carnes non in veritate, ſed in umbra figurante manducent? Nec audiunt Joannem Baptiſtam clamantem: *Ecce agnus Dei, ecce qui auJo. fert peccata mundi.*

Scis, frater beatiſſime, opus totius pietatis ſexta feria & decimaquinta luna perfectum, quando in cruce clamavit is, per quem factus eſt mundus, *Conſummatum eſt*, & vincente Jo luce, umbræ mortis ſuperatæ aufugerunt, & in ſpem noſtræ ſalutis Centurio confeſſus eſt, *Filius Dei erat iſte.* Nuſquam Petrus cum Judæis, poſtquam illis dixit *pœnitentiam agite*, M A quia *ſanguinem juſti fudiſtis*, nos paſcha celebrare docuit. Nuſquam Paulus, qui ut *Deum* Pa *lucrifaceret* obſervationes illas legis *arbitratus eſt ut ſtercora.*

Collega beatiſſime, Chriſti eccleſiam non in umbra, ſed veritate ſupra ſolidam petram fundatam doceamus, ut audiamus cum apoſtolo Petro, *Beatus es, Simon filius Joannis, quia* M *caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.* Per tuam ergo fraternitatem presbyteris Galliarum [b] literæ mittantur, ut obſervent paſcha, non cum Judæis negatoribus Chriſti, ſed cum ſequacibus apoſtolorum prædicantibus veritatem Chriſti. Salutat te collegium fratrum. Saluta fratres qui tecum verſantur in domino. Eubolus, qui epiſtolam fert Viennam, de collegio noſtro, tecum vivere & mori paratus eſt; quem ſuſcipe in domino Jeſu Chriſto. Vale.

[b] C

EPI-

1 MS. *Romanæ urbis Archiep.* Hard.

EPISTOLA IV.

VICTORIS PAPÆ I.

eadem- heca : a Bo-

Victor [a] *episcopus, Fratri Paracodæ episcopo, salutem.*

COllega noster Dionysius dormiens, te nobis socium in ecclesia Christi reliquit. Vides, frater, Orientalem ecclesiam propter celebrationem paschæ ab Occidentali disjunctam esse. Placuit ergo nobis apostolorum sectatoribus, vestræ unanimitati scribere, ut (cum secundum quod scriptum est, *Vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia*; 2. Cor. 5.) non tenebras sequamur, sed lucem, ut advertamus prophetam, *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam*. Isai. 9. Propterea, frater collega in domino, doce per ecclesias commissas a decimaquinta luna pascha agendum, ut dicat nobis apostolus; *Pascha nostrum immolatus est Christus*; & 1. Cor. 5. *fuistis tenebræ, nunc autem lux in domino*. Unanimitas fraterna te in domino salutat, fratres qui apud te Viennæ versantur de nobis salutans. Vale. Ephes. 5.

SYNODUS

INCERTI LOCI IN GRÆCIA AD CONFERENDUM

Archiepiscopo Seleucienſi jus patriarchicum per totam Assyriam, Mediam & Persidem.

Circa exitum sæculi a Christo nato secundi, ut fertur, celebrata.

Epistola Synodica Patriarcharum Occidentalium, quæ ad Orientales missa est.

nl Bi- Orien. l. p. I. 54. v. sup. nsi to. I. 7.

FRatribus & membris nostris Christianis, qui in oriente sunt, fratres vestri in Christo, cœtus pastorum, qui persecutionem patiuntur: in Jesu salvatore nostro pax iis multiplicetur. Nos etsi indigni, sumus tamen patres vestri, qui nostri filii estis, & patrum fratres qui vobis præsunt. Volumus ergo solvere debitum, quod tanquam patres vobis debemus: bonas scilicet constitutiones vobis fratribus, filiisque nostris in Christo sancire: hac præsertim tempestate, qua propter utriusque Imperii discordiam persecutio in nos commota est. Nos itaque pastores, persecutione quam patimur admoniti, verbum scripturæ recolimus dicentis: tribulationi nullum fore modum, præsertim nostræ, qui Christiani sumus: adeout uno tempore duorum patrum sanguis innocenter effusus fuit: quæ res universam terram commovit, & communi eoque amaro luctu ecclesiam Dei in occidente, atque in oriente implevit. Postquam vero illi duo patres, alter ex occidente, & ex oriente alter perierunt (ambo enim ad fores ecclesiæ Apostolorum urbis Antiochiæ suspensi fuere) placuit fratribus nostris, atque nobis, ne videlicet fratres nostri Christiani qui orientem incolunt, orphani remaneant, ut quandocumque magnus Metropolita, qui Seleuciæ in urbe regia Arsacidarum in magna ecclesia Cochensi totius orientis principatum tenet, discesserit, nullus Metropolita Antiochiam ascendat ad suscipiendum juxta priscum morem ordinationem, ne ob regum inter se discordias & odia innocens pontificum sanguis in posterum effundatur, quemadmodum nostra hac ætate contigit: vidimus enim spectaculum luctuosum, atque terribile; duos nempe Patres e totidem crucibus nudos pendere, proptereaque persecutionis tempestatem in oriente, juxta ac in occidente fuisse excitatam. Idcirco decrevimus facultatem concedere, per quam ab effusione humani sanguinis deinceps immunes serventur. Quemadmodum vero olim Spiritus suffragio, & Apostolorum sorte illi concessum est, ut universæ ecclesiæ Dei, quæ illic est, magnus Metropolita foret, similiter illi tradita est potestas, & auctoritas super omnes mundi Metropolitas. Quamobrem ejus thronus quatuor orbis Patriarchas subsequitur, tenentes quatuor thronos juxta evangelistarum numerum, Matthæi videlicet, Marci, Lucæ, & Joannis. Dataque itaque illi facultas, ut episcopos ipse instituat totius orientis, & ultra, Asyriæ nimirum, Mediæ, atque Persidis, & gubernationem Christianorum obtineat: universus insuper sacerdotum ordo ab impositione manus illius procedat. Decedente autem hoc magno Metropolita, ejus successor ab Antiocheno Patriarcha constituatur: quia Spiritus Paraclitus non permittit ut filii patrem sibi per impositionem suarum manuum generent: sed neque in sæcularibus potestatibus majores a minoribus creantur. Idque ab antiquis patribus nostris definitum fuit, juxta illud: minorem a majori benedici oportere, sicut Abraham gentium pater benedictionem accepit a Rege Salem Melchisedeco, sacerdote veritatis, & rege justitiæ, cui Christus secundum humanitatem suam assimilatus & comparatus fuit. Eadem de causa nos quoque, quibus credita est magna Dei Domus, quæ est Sancta Ecclesia, per jussionem Dei Patris, & per gratiam Filii ejus Jesu Christi, & per concessionem Spiritus Paracliti orando petimus, & per virtutem Sanctæ Trinitatis, & per immortale Verbum concedimus Patriarchalis dignitatis charisma sanctæ sedi magni Metropolitæ, quæ est in magna ecclesia Cochensi Seleuciæ, regiæ Arsacidarum civitatis in oriente. Hic porro consensus, & hoc spirituale donum, nempe Patriarchica dignitas custodiatur apud rectores, qui deinceps in illa sede collocabuntur, usque ad diem revelationis Christi: nosque perpetua consensione eisdem assentimur in omnibus, quæ ab ipsis in

Patriarchica gubernatione fient. Interim oramus, ut throni illius rectores, quorum ſanguis vivi & vivifici ſanguinis Chriſti Domini particeps factus eſt, quique conſortes fieri paſſionis & reſurrectionis ejuſdem deſideraverunt, ab eodem Chriſto cuſtodiantur, & liberentur ab omnibus, qui tribulant eos, eorumque judicium ad victoriam perducatur, & forti brachio ſuſtententur, Sanctique Spiritus virtute muniantur, ne coram hoſtibus ſuis cadant. Ita quæſumus, Domine, cuſtodi famulis tuis Patriarchis gratiam iſtam patriarchatus, eoſque in ea tuere, noſtramque cum illis in hoc negotio conſenſionem conſerva, ſicut fœdus fidele, quod cum Abraham, Iſaac, & Jacob, & cum univerſa ſancta Eccleſia tua pepigiſti. Etiam, Amen. A te, Domine, perfectio, & complementum ſit in ſæcula. Hic itaque magnus Metropolita, qui Patriarchicam dignitatem ſuper orientem accepit, poteſtatem ſimul habeat creandi Metropolitas ubicumque ipſi libuerit, quotque noverit eſſe neceſſarios: eos vero ab illo inſtitui oportebit ſecundum eccleſiaſticum morem per ſuffragium, conſenſumque duorum epiſcoporum cum ipſo præſentium, ut numerus ternarius non minuatur: ponaturque evangeliorum codex ſuper caput ejus, & lectio Petri recitetur, quando cœli, terræque poteſtatem accepit. Quumque ordinatus fuerit, manum ſuam Patriarcha ſuper caput ejus imponat, & orationem recitet. Per hunc modum ab ipſo ordinentur, & per manus ejus impoſitionem perficiantur omnes, qui Metropolitanæ dignitatis gratiam ſuſcepturi ſunt. Patriarcha autem defuncto congregentur Metropolitæ, & Epiſcopi, ut per tempus licuerit, & Patriarcha a nobis per manus ipſorum conſtituatur per virtutem Spiritus Paracliti, & per ſuffragium noſtrum perficiatur ipſe Patriarcha gratia, & dono Spiritus Sancti: ſciantque ipſum exinde fore ſpiritualem patrem datum in eccleſia per Spiritum Paraclitum. Hæc porro noſtris literis ſignificavimus, ut hoc modo hoc negotium peragatur. Omnes vero eccleſiaſticæ dignitates infra ipſum ſunto, quoniam ipſe eſt omnium pater, & ab eo generantur. Epiſcopi autem, qui a Metropolitis ſuarum provinciarum inſtituuntur, locum epiſcoporum tantummodo teneant, & orationem faciant in medio fratrum ſuorum, non tamen illis liceat accedere ad ſacerdotum ordinationem, & ad epiſcopale opus, donec ad patrem poteſtatum, qui eſt Patriarcha, accedant, & ab eo perficiantur per conceſſionem, & epiſtolam ab ipſo acceptam. Quemadmodum vero ipſe pater poteſtatum Patriarcha jus habet ad ordinationem Metropolitarum, & Epiſcoporum, & ad perfectionem Epiſcoporum; ſimiliter jus habet ad ſententias judiciales, & abſolutiones, atque abrogationes, & reſervationes: quandoquidem illi hæc credita ſunt, & circa ea poteſtatem, auctoritatemque habet. Quicumque autem illo inferiores ſunt, nullam in eo poteſtatem habent ſecundum divinum mandatum. Quod ſi aliquam adverſus eum cauſam quiſpiam habeat, aut quidquam ab illo repetere oporteat, Patriarchæ judicium Patriarchis reſervetur, & ab iſtis ejus cauſa, non ab ejus diſcipulis cognoſcatur: quia neque eccleſiaſticæ leges hæc permittunt, neque leges naturæ. Quod ſi contigerit aliquando Imperium (*Perſarum*) nobiſcum habere pacem, ipſum Imperium (*ideſt ipſe Perſarum rex*) judicium indicat, & de regis mandato Patriarchæ cauſa decidatur, diſcipuli autem ejus nullam in eo poteſtatem in verbo Dei habeant, ne qui membra, & partes ſunt magiſtris coæquentur, neve dicere audeant ſe judices illius eſſe. Hæc ſtatuta a nobis, & per manus noſtras vobis, fratres, decreta ſunt. Deſcribite illa vobis in tabulis cordis veſtri. Eorum memoria ſine oblivione apud vos ſervetur. Univerſa quæ apud nos eſt eccleſia, vos in Domino ſalutat.

Hæc autem epiſtola a Patriarchis occidentis miſſa fuit per Agapetum epiſcopum Beth-Lapetæ, quæ eſt ſedes Elam. Quam ob cauſam ipſe primus ordinatus, & electus fuit Metropolita in terra, & in eccleſia orientis, honoremque conſequutus eſt, ut primus in electione Patriarchæ ſuffragium ferat. Poſtrema hæc verba addit Ebedieſus Sobienſis epiſcopus, unde epiſtola hæc deſumpta eſt.

CENSURA
ASSEMANI IN HANC EPISTOLAM.

SUppoſitionis vitio hanc epiſtolam laborare, vel id unum evincit, quod dicitur de Primate Seleuciæ loc. cit. *Ejus thronus quatuor orbis Patriarchas ſubſequitur, tenentes quatuor thronos:* nam titulus *Patriarchæ*, & numerus *quatuor Patriarcharum* deſumptus eſt ex canone Arabico Nicæno, ut & ſequentia ejuſdem epiſtolæ verba: *Hic itaque magnus Metropolita, qui Patriarchicam dignitatem ſuper univerſum orientem accepit, poteſtatem ſimul habeat creandi Metropolitas ubicumque ipſi libuerit, quotve noverit eſſe neceſſarios*; quæ nullo apice mutato in citato canone Arabico Nicæno leguntur.

Hæc aliaque argumenta, quæ hic brevitatis cauſa miſſa facio, ſuadere mihi videntur, hanc epiſtolam, ex canonibus Nicænis, quos Arabicos vulgo appellamus, promanaſſe. *Quum enim in iis de dignitate Primatuque Seleucienſis eccleſiæ quædam ſtatuta reperiantur, ea ſtatim Neſtoriani arripuerunt*, (ut recte advertit Renaudotius tom. 1. Lit. Orient. pag. 367.) *atque eo adminiculo antiquitatem catholicorum ſuorum ad Nicæna tempora* (imo longe antea) *promoverunt: qui conatus inutilis plane futurus apud antiquæ hiſtoriæ peritos viros fuiſſet, ſed apud ignaros eccleſiaſticarum originum, quales tunc erant orientales Chriſtiani, ſucceſſu non caruit. Huic primo ædificio ex fictis, & inconditis narrationibus faſtigium impoſitum eſt, ut eccleſia Neſtoriana Seleucienſis Apoſtolicæ ſucceſſioni conjungeretur*; & ab Antiocheni throni juriſdictione exempta pari cum illo auctoritatis, dignitatiſque prærogativa, Patriarchali ſcilicet, cumularetur.

Fateor, a primis eccleſiæ ſæculis Seleucienſem Præſulem in oriente, hoc eſt, in Aſſyria, & Ba-

& Babylonia Primatum, ſub Antiocheno tamen Patriarcha, tenuiſſe, ut liquet ex actis ſynceris Martyrum orientalium, & ex Sozomeni hiſtoria eccleſiaſtica, in qua S. Simeon *Archiepiſcopus* diſerte appellatur. Id enim *Archiepiſcopi* titulus per ea tempora ſignificabat, quod poſtea *Catholici & Patriarchæ* nomen a Seleucienſibus epiſcopis uſurpatum. At neque Syrorum, neque Græcorum, Latinorumque ſcriptor ullus antiquus literis conſignavit Patriarchalem dignitatem Seleucienſi epiſcopo a reliquis Patriarchis conceſſam, aut hunc a poteſtate Antiocheni Antiſtitis abſolutum. Hoc purum putum eſt Neſtorianorum commentum, qui quum ab Eccleſia catholica, & a Patriarchæ Antiocheni obedientia defeciſſent, privilegium illud excogitarunt, quo defectionem ſuam cohoneſtarent. A Neſtorianis decepti Jacobitæ eadem de eo privilegio tradunt. Hinc Barhebræus quum orientales dixiſſet ab Epiſcopo Antiocheno privilegium obtinuiſſe, *ut quum eorum caput* (ideſt Metropolita Seleucienſis) *obiiſſet, ipſi manum electo imponerent, ne pergendi amplius Antiochiam opus haberet*, ſubjungit de Antiochenæ Diœceſeos epiſcopis loquens: *& Syſtaticon quidem hac de re ſcripſere, utque magnus ille orientis Metropolita, Catholici, & Patriarchæ nomine decoraretur.* E re ſcilicet Jacobitarum erat, fabulam illam a Neſtorianis confictam tamquam Delphicum oraculum amplecti, quod ſuos ipſi quoque Maphrianos haberent, quos veluti legitimos Seleucienſium epiſcoporum ſucceſſores jactant: & Barhebræus ipſe, etſi aliis in rebus diligens fabularum confutator eſſe ſoleat, in hac tamen narratione, a qua tota ſua dignitas pendebat (fuit enim Maphrianus) ſcrupulum nullum movit.

Sed quis hanc epiſtolam excogitavit? ſi recte conjicio, Joſephus fuit Neſtorianorum Patriarcha, qui ſub Choſroe, Perſarum rege, anno Chriſti 552. electus, tribus poſt annis dignitate amotus, obiit anno 566. ut ex Anno, & Barhebræo dixi tom. 2. pag. 413. Hic enim, eodem Barhebræo teſte, poſtquam depoſitus fuit, epiſtolas nonnullas temporibus Papæ, qui eandem depoſitionis ſententiam ab epiſcopis acceperat, ſcriptas confinxit, inter quas & illam fuiſſe, de qua hic ſermonem inſtituimus, haud improbabilis eſt conjectura. *Extant epiſtolæ conſolatoriæ* (inquit Barhebræus de damnatione Papæ tom. cit. pag. 398.) *a S. Jacobo Niſibeno & a S. Ephrem ad hunc Papam conſcriptæ ob dexteræ ejus impedimentum, quibus epiſcopos reprehendunt, quod in ipſum temerario auſu inſurrexiſſent. Nonnulli vero exiſtimant, Joſephum Catholicum, quum ab epiſcopis damnatus eſſet, eas epiſtolas compoſuiſſe.*

ANNO CHRISTI 198. aut circiter.

CONCILIA ALIQUOT

De Paſchatis obſervatione, ſub Victore pontifice habita.

CONCILIUM ROMANUM.[1]

HOc concilium habitum eſt Romæ, anno domini 198. imperatoris Severi quarto. Theophilus Cæſarienſis epiſcopus per Victorem vocatus huic interfuit. Victor pontifex eidem præfuit. Decretum eſt, paſcha, non 14. luna primi menſis, ſed potius die dominico poſt A 14. lunam & vernale æquinoctium occurrente, prout ab apoſtolis traditum eſt, celebrandum eſſe. Euſeb. libro 5. eccl. hiſt. cap. 22. liber pontificalis in vita Victoris. Actorum in hoc concilio nihil extat.

CONCILIUM PALÆSTINUM.

EOdem anno Chriſti nati, & Severi imperatoris, auctoritate Victoris Romani pontificis, Cæſareæ in Palæſtina, Theophilus Cæſarienſis metropolitanus epiſcopus hoc concilium coegit, quo de tempore paſchatis celebrandi idem conſtitutum eſt, quod præcedente & ſequentibus quibuſdam aliarum provinciarum conciliis, nimirum, nequaquam licere Chriſtianis decimaquarta die primi menſis paſcha celebrare. Euſeb. prædicto loco. Hujus fragmentum plane aureum extat apud Bedam de æquinoctio vernali: eſtque inde huc translatum. Verba concilii hæc ſunt.

Papa Victor Romanæ urbis epiſcopus, direxit auctoritatem ad Theophilum Cæſarienſis Palæſtinæque antiſtitem, ut quo modo paſcha recto jure a cunctis catholicis celebraretur eccleſiis, inibi fieret ordinatio, ubi dominus & B Salvator mundi fuerat in carne verſatus. Percepta itaque auctoritate, prædictus epiſcopus, non ſolum de ſua provincia, ſed etiam de diverſis regionibus omnes epiſcopos evocavit. Ubi cum illa multitudo ſacerdotum convenit; tunc Theophilus epiſcopus protulit auctoritatem ad ſe miſſam Victoris papæ; & quid ſibi operis fuiſſet injunctum, oſtendit. Tunc pariter omnes epiſcopi dixerunt: Niſi prius, quomodo mundus fuerit a principio, inveſtigetur[2], nihil poteſt de obſervantia paſchæ ſalubriter ordinari. Dixerunt ergo epiſcopi: Quem credimus factum fuiſſe in mundo primum, niſi dominicum diem? Theophilus epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Reſponderunt epiſcopi ſecundum C ſcripturæ auctoritatem: *Factum eſt veſpere & mane dies primus:* deinde ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus: in quo ſe- Gen. 1.

1 De hoc pariter Auctor Synodici infra pag. 725. 2 De hoc etiam Synodici Auctor infra pag. 726.

ANNO CHRISTI 198.

ptimo requievit Deus ab omnibus operibus suis: quem diem ſabbatum appellavit. Ergo cum noviſſimum diem ſignet ſabbatum, quis poteſt eſſe primus, niſi dominicus dies?

Theophilus epiſcopus dixit; Ecce de die dominico, quia primus ſit, probaſtis; de tempore autem quid dicitis? quatuor enim * mundi tempora accipiuntur, ver, æſtas, autumnus, & hyems. Quod ergo tempus primum factum in mundo? Epiſcopi reſponderunt: Vernum. Theophilus epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi reſponderunt: Scriptum eſt: *Germinet terra fœni herbam ſecundum genus ſuum, & lignum fructiferum ferens fructum ſuum*: hoc autem temporibus veris accipitur. Theophilus dixit: In quo loco caput mundi eſſe creditis: in principio temporis, aut in medio tempore, aut in fine? Epiſcopi reſponderunt: In æquinoctio, octavo Kalendarum Aprilium. Theophilus epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi reſponderunt: Scriptum eſt, *quia fecit Deus lucem, & vocavit Deus lucem diem: & fecit tenebras, & vocavit tenebras noctem: & diviſit inter lucem & tenebras æquas partes*. Dixit Theophilus: Ecce de die & tempore probaſtis: de luna quid vobis videtur; utrum creſcentem, an jam plenam, an imminutam a Deo fuiſſe. * conſecratam? Epiſcopi reſponderunt: Plenam. Et ille: Probate quod dicitis. Reſponderunt: *Et fecit Deus duo luminaria magna, & poſuit ea in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram: luminare majus in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis*. Non poterat aliter, niſi eſſet plena. Nunc ergo inveſtigavimus quomodo in principio factus fuerit mundus, id eſt die dominico, verno tempore, in æquinoctio, quod eſt, octavo Kalendarum Aprilium, luna plena: per ipſum tantummodo tempus & elementa reſurgunt.

Theophilus dixit: Nunc igitur agendum eſt de ordinatione, quomodo debeamus paſcha tenere. Epiſcopi dixerunt: Numquid poteſt dominicus dies præteriri, ut in eo paſcha minime celebretur, qui tot & talibus benedictionibus ſanctificatus eſt? Theophilus epiſcopus dixit: Dicite, ergo, quibus & qualibus benedictionibus eum eſſe ſanctificatum aſſeritis, ut ſcribere poſſimus. Epiſcopi dixerunt: Prima illi benedictio eſt, quia in ipſo tenebræ ſunt remotæ, & lux apparuit. Secunda eſt illi benedictio, quod de terra Ægypti velut de tenebris peccatorum, quaſi per fontem baptiſmi, per mare rubrum populus fuiſſet liberatus. Tertia illi benedictio eſt, quia eodem die cœleſtis cibus, manna hominibus datum eſt. Quarta illi benedictio eſt, qua Moyſes mandat ad populum: *Sit vobis obſervatus dies primus, & noviſſimus*. Quinta illi benedictio eſt, ut in pſal. 117. dicit: *Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis*, &c. De reſurrectione enim domini dicit: *Hæc eſt dies, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea*, uſque ad cornu altaris. Sexta illi benedictio eſt, quod in ipſa dominus reſurrexit.

Vides ergo, quia dies reſurrectionis dominicus ſingulariter in paſcha teneri poſſit. Theophilus dixit: De tempore autem ad Moyſen mandatum eſt a domino: *Hic menſis erit vobis initium menſium: Paſcha facite in eo*. Omnes ergo triginta dies a domino conſecrati ſunt. Epiſcopi dixerunt. Jam ſuperius dedimus reſponſum, Principium mundi eſſe æquinoctium, 8. Kalendarum Aprilium; & ab 8. Kalendarum Aprilium, uſque ad 8. Kalendas Majas, legimus eſſe conſecratos. Theophilus dixit: Ecce impium non eſt, ut paſſio dominica, tantum ſacramenti myſterium, extra limitem excludatur? Paſſus namque dominus ab 11. Kalendarum Aprilium, qua nocte a Judæis traditus eſt, & ad 7. Kalendas reſurrexit. Quomodo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes epiſcopi dixerunt: Nulla ratione fieri debet, ut tantum ſacramentum extra limitem excludatur: ſed hi tres dies intra terminum inducantur, & deſuper retrahere conſtitutum eſt. *Hucuſque Beda*.

* anni

De tempore & mundi creatione.

Gen. 1.

Gen. 1.

* al. concreatam.

Gen. 1.

De die dominico.

IDEM CONCILIUM PALÆSTINUM,

ſeu potius Cæſarienſe ex nova Baluzii Collectione.

His temporibus gravi controverſia exorta, ut Euſebius ait in libro quinto hiſtoriæ eccleſiaſticæ, eo quod omnes per Aſiam Eccleſiæ vetuſta quadam traditione nixæ, quartadecima luna ſalutaris Paſchæ feſtum diem celebrandum eſſe cenſebant, eaque omnino luna, in quemcumque demum diem ſeptimanæ incidiſſet, finem jejuniis imponendum eſſe ſtatuebant, cum tamen reliquæ totius orbis Eccleſiæ alio more uterentur, ut ſcilicet non alio quam reſurrectionis dominicæ die jejunia ſolvi liceat, ſynodi ob id cœtuſque Epiſcoporum convenere, atque omnes uno conſenſu eccleſiaſticam regulam univerſis fidelibus per epiſtolas tradiderunt, ne videlicet ullo alio quam dominico die myſterium reſurrectionis Domini unquam celebretur, utque eo duntaxat die paſchalium jejuniorum terminum obſervemus. Congregata igitur ob eam cauſam ſynodo Epiſcoporum Palæſtinæ, cui præſidebant Theophilus Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus & Narciſſus Hieroſolymitanus, intererant autem etiam cum illis Caſſius Tyri & Clarus Ptolemaidis Epiſcopi & alii quidam, literas quaquaverſum ſcripſerunt, quibus decretum ſuum de die Paſchatis univerſis Eccleſiis ſignificaverunt. Extat apud Euſebium poſtrema pars earum literarum, quæ ſic habet. Date operam ut epiſtolæ noſtræ exemplaria per omnes Eccleſias mittantur, ne nobis crimen imputent qui animas ſuas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis ſignificamus, eodem quo apud nos die, Paſcha Alexandriæ celebrari. A nobis cum ad illos & viciſſim ab illis ad nos literæ perferuntur, ita ut uno conſenſu & ſimul ſacroſanctum peragamus diem. *Ejuſdem epiſtolæ cum laude meminit Hieronymus in libro de viris illuſtribus*. Theophilus, *inquit*, Cæſareæ Palæſtinæ, quæ olim Turris Stratonis vocabatur, Epiſcopus ſub Severo principe adverſus eos, qui decimaquarta luna cum Judæis Paſcha faciebant, cum ceteris Epiſcopis ſynodicam & valde utilem compoſuit epiſtolam. *Epiſtola illa*

nunc

ANNO CHRISTI 198.

nunc non extat, ſed tantum vetus quædam Philippi [1], *ut præfert editio Bucherii, narratio de geſtis in hoc Concilio, quam multo diverſam, ac, ut arbitror, ſincerioris editionis inveni in vetuſtiſſimo codice MS. monaſterii ſancti Galli in Helvetia, & in vetuſtiſſimo item codice MS. bibliothecæ Colbertinæ, & quam in veteri quoque codice Anglicano extare accepi a viro docto. Hanc narrationem Rhabanus Abbas Fuldenſis, qui ejus epitomen legerat apud Bedam in libro de vernali equinoctio, putavit eſſe ipſammet epiſtolam ſynodicam, quam Theophilus Cæſarienſis una cum ceteris Palæſtinæ Epiſcopis ſcripſit adverſus eos, qui quartadecima luna cum Judæis Paſcha celebrabant, ut patet ex capite* LXIV. *libri de computo. Sane acta illa ſynodi Cæſarienſis, quæ extant, ut dixi, apud Bedam, nonnullis illegitima ac ſpuria viſa ſunt, ab aliis, & quidem viris eruditiſſimis, pro veris ac genuinis recepta. Utcunque ſe res habeat, cum ea nondum edita ſint cujuſmodi leguntur in antiquis libris, viſum eſt heic edi debere. Sic ergo habent.*

Cum omnes Apoſtoli ex hoc mundo tranſiſſent, per univerſum orbem diverſa erant jejunia. Nam omnes Galli unum diem anniverſarium VIII. Kal. April. Paſcha celebrabant dicentes: Quid nobis eſt ad lunæ computum cum Judæis facere Paſcha? Sed ſicut Domini natalem, quocunque die venerit, VIII. Kalend. Januarii, ita & VIII. Kalend. Aprilis, quando reſurrectio traditur Chriſti, debemus Paſcha tenere. Orientales vero, ſicut hiſtoria Euſebii Cæſarienſis narrat, quocunque die menſe Martio quartadecima luna eveniſſet, Paſcha celebrabant. In Italia autem alii plenos quadraginta dies jejunabant, alii triginta. Alii dicebant ſeptem diebus, in quibus mundus concluditur, ſibi ſufficere jejunare. Alii quia Dominus quadraginta diebus jejunaſſet, illi horas quadraginta deberent. Cum hæc ergo talis diverſa eſſet obſervatio, mœror erat ſacerdotum, quod ubi erat una fides, diſſonarent jejunia. Tunc Papa Victor Romanæ urbis Epiſcopus direxit ut daret auctoritatem ad Theophilum Cæſarienſem Palæſtinæ provinciæ Epiſcopum, quia tunc non Hieroſolyma metropolis videbatur, ut inde paſchalis ordinatio proveniret, ubi Chriſtus fuiſſet in corpore verſatus. Accepta itaque auctoritate Theophilus Epiſcopus videns tantum ſibi opus fuiſſe injunctum, quod in mundi obſervationem tranſmitteretur, non ſolum ſuæ patriæ, ſed & de vicinis provinciis omnes Epiſcopos & ſapientes viros ad Concilium evocavit. Cumque grandis illa multitudo ſacerdotum vel ſapientium virorum in omnibus ſcripturis ſpiritalibus erudita in unum fuiſſet collecta, tunc protulit Theophilus Epiſcopus auctoritatem ad ſe directam Papæ Victoris, & quid ſibi operis eſſet injunctum patefecit. Tunc pariter omnes dixerunt: Primum nobis inquirendum eſt quomodo in principio mundus fuerit factus. Et cum hoc fuerit diligentius inveſtigatum, tunc poterit ex eo paſchalis ordinatio ſalubriter provenire. Dixerunt ergo Epiſcopi: Quem diem primum credimus creatum in mundo? Reſponderunt: Dominicum: Theophilus Epiſcopus dixit: Quomodo poteſt probari quod primus dominicus ſit dies factus? Reſponderunt Epiſcopi: Dicente ſcriptura: *Et factum eſt veſpere & factum eſt mane dies primus*. Inde ſecundus, tertius, quartus, quintus, ſextus, & ſeptimus, in quo requievit ab omnibus operibus ſuis, quem diem ſabbatum appellavit. Cum ergo noviſſimus ſit ſabbatum, quis poteſt eſſe primus niſi dominicus? Dixerunt: Sic eſt, & aliter non eſt. Theophilus epiſcopus dixit: Ecce de die dominico, quod primus ſit, probaſtis. De tempore quid vobis videtur? Quatuor enim tempora in anno accipiuntur, ver, æſtas, autumnus, & hyems. Quod ergo tempus credimus primum in mundo factum? Epiſcopi reſponderunt: Vernum. Theophilus Epiſcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi reſponderunt: Dicente ſcriptura: *Germinet terra herbam fœni ſecundum genus ſuum, & lignum fructiferum faciens in ſe fructum*. Hæc enim verno tempore videmus fieri. Theophilus Epiſcopus dixit: Verum eſt. Et adjecit: Quoniam tribus menſibus vernum tempus accipitur, quo loco mundi caput eſſe credimus, in principio, an medio loco, an in fine? Epiſcopi dixerunt: In æquinoctio, id eſt, VIII. Kalend. Aprilis. Theophilus dixit: Probate quod dicitis. Et illi reſponderunt: Dicente ſcriptura. *Et fecit Deus lucem, & lucem vocavit diem, & fecit Deus tenebras, & tenebras vocavit noctem. Et diviſit Deus inter lucem & tenebras æquas partes*. Theophilus dixit: Eſt verum. Ecce de die vel tempore probaſtis. De luna quid vobis videtur? Quomodo dicimus fuiſſe creatam a principio, plenam, an minuentem? Epiſcopi reſponderunt: Plenam. At ille dixit: Probate quod dicitis. Epiſcopi reſponderunt: Scriptura divina dicente: *Et fecit Deus duo luminaria magna & poſuit ea in firmamento cœli, ſic ut luceant ſuper terram*. Luminare majus inchoationem diei, & luminare minus inchoationem noctis, quæ tota nocte luceat ſuper terram, non potuit eſſe aliter niſi plena. Theophilus dixit: Sic eſt verum. Ergo quomodo fuiſſet creatus mundus inveniamus. Reſponderunt: Die dominico, verno tempore, æquinoctio, hoc eſt, VIII. Kal. Aprilis, & luna plena. Epiſcopi dixerunt. Sicut in principio mundus creatus eſt, per ipſum tempus etiam per reſurrectionem dominicam redemptus eſt a peccato. Reſurrexit itaque Dominus noſter Jeſus Chriſtus die dominico, verno tempore, in æquinoctio, luna plena. Per ipſum tantummodo tempus elementa conſurgunt. Theophilus dixit. Ecce inveſtigavimus quomodo in principio factus eſt mundus, vel a peccato redemptus. Nunc de obſervatione Paſchæ agendum eſt, quo die, aut quo tempore, vel luna, Paſcha debeat ordinari. De die dominico quid vobis videtur? Epiſcopi dixerunt: Numquid poteſt dominicus dies præteriri ut in eo paſcha minime celebretur, qui tot ac talibus benedictionibus ſanctificatus eſt. Theophilus Epiſcopus dixit: Quibus aut quantis benedictionibus apertius dicite, ut ſcire poſſimus quas ſanctificationes in eo aſſeritis, ut ſcribere poſſimus. Epiſcopi dixerunt. Prima illa benedictio eſt, quod in ipſo tenebræ remotæ ſunt, & lux apparuit. Secunda, quod populus Iſrael ex Ægypto tenebrarum velut per baptiſmum fontis

per

[1] Sive Theophili potius Alex., ut ſuſpicatur Michael le Quien in panoplia adverſus ſchiſma Græcorum ſub Altamuræ nomine edita p. 23.

ANNO CHRISTI 198.

per mare rubrum de duro ſervitio fuerit liberatus. Tertia, quia mandat Moyſes ad populum & dicit: Obſervatus ſit vobis dies primus & noviſſimus, hoc eſt, dominicus & ſabbatum. Quarta, quia centeſimus decimus ſeptimus pſalmus totus de paſſione & reſurrectione cantatur. De paſſione: *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis. Circumdederunt me ſicut apes favum, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* Et interjectis verſibus: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Hæc de paſſione. De reſurrectione autem dicit: *Hæc dies quam fecit Dominus. Exultemus & lætemur in ea.* Et interjectis verſibus: *Conſtitui te diem ſolemnem in condenſis frequentantibus in cornu altaris.* Dixerunt ſic eſſe verum ut die dominico Paſcha celebretur, quia & tantis benedictionibus ſanctificatus eſt, ut in eo die Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum a mortuis manifeſtum ſit reſurrexiſſe. Theophilus dixit: Ecce conſtitutum eſt de die dominico. De tempore quid vobis videtur? Reſponderunt: Numquid aliter intelligi poteſt, niſi quod in divina ſcriptura præfinitum eſt, dicente per Moyſen: *Hic menſis erit vobis initium menſium. Paſcha facitote in eo.* Non dixit in prima die menſis, aut decima, aut viceſima; ſed totos triginta in Paſcha ſanctificavit. Theophilus dixit: Qui ſunt hi triginta dies? At illi reſponderunt: Jam autem diximus principium mundi eſſe æquinoctium. Ab octavo enim Kal. Aprilis uſque ad octavum Kal. Maii, hi ſunt triginta dies in Paſcha ſanctificati. Theophilus Epiſcopus dixit. Et impium non eſt ut illi tres dies paſſionis dominicæ foras terminum excludantur, id eſt, XI. Kal. Aprilis, quinta feria, quod cœna Domini vocatur, qua cum diſcipulis ſuis diſcubuit, quando & Judæ prædixit quod ab ipſo eſſet tradendus? quod conſtat fuiſſe impletum. Paſſus namque eſt Dominus ab undecimo Kalendas Aprilis, qua nocte a Juda eſt traditus, & ad octavum Kalendas Aprilis reſurrexit. Quomodo ergo hi tres dies extra terminum excludantur? Dixerunt omnes non eſſe verum ut foras limitem paſſio mittatur, ſed introducantur hi tres dies in ordine paſchali, & de noviſſimo reducantur. Et ita ſtatutum eſt in illo Concilio, ut nec ante XI. Kal. Aprilis, neque poſt XI. Kal. Maii fieri debeat Paſcha. Theophilus dixit: Ecce de die vel tempore ſtatutum eſt. De luna quid vobis videtur? Reſponderunt. Similiter & de luna præceptum divinum ſervetur, dicente Moyſe: *Et ſit vobis obſervatio a quartadecima uſque primam & viceſimam lunam.* Has octo lunas in Paſcha fuiſſe conſecratur. Quando ergo intra illum terminum ſtatutum dies dominicus & luna una ex his octo convenerit, Paſcha nobis juſſum eſt celebrare,

CONCILIUM PONTICUM. [1]

EOdem tempore, & ob eamdem cauſam in Ponto [a] a Palma hoc concilium provinciale celebratum eſt, & de paſchatis obſervatione, idem quod præcedentia, definivit. Euſebius prædicto loco. Acta non extant.

a Plaſmas dicitur in ſynodico.

CONCILIUM GALLICUM. [1]

HUic ob prædictam quæſtionem & controverſiam paſchatis habito in Galliis concilio, Irenæus circa prædicta tempora præſedit: conſtituit autem in hac cauſa, quod ſuperius deſcripta concilia decreverunt. Euſebius prædicto loco. Hujus, ſicut & præcedentium, Acta interierunt.

C ANNUM CHRISTI 197.

CONCILIUM IDEM GALLICUM, SEU POTIUS LUGDUNENSE

EX NOVA BALUZII COLLECTIONE.

PArva hujus ſynodi mentio extat in vulgatis editionibus Conciliorum, quod aut non animadverterint editores extare apud Euſebium fragmenta epiſtolæ ſynodicæ ad Victorem Papam ſcriptæ, vel exiſtimaverint epiſtolam Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis ad eundem Papam, cujus ſunt hæc fragmenta, non eſſe ſcriptionem publicam, ſed privati hominis. Verum nuper vir doctiſſimus Henricus Valeſius in annotationibus ad librum quintum hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebii cap. XXIV. *adnotavit fragmenta illa vere eſſe ex epiſtola ſynodica Epiſcoporum Galliæ, argumento ſumpto ex capite* XXIII. *ejuſdem libri, in quo Euſebius enumerans epiſtolas ſynodicas tum ſcriptas occaſione controverſiæ de Paſchate, ita ſcribit:* Epiſtola quoque Eccleſiarum Galliæ exſtat, quibus præerat Irenæus. *Aſſentior enim eidem viro clariſſimo, qui epiſtolam illam putat non eſſe diverſam ab ea, quam Euſebius in capite ſequenti tradit, ab Irenæo ſcriptam eſſe ad Victorem ex perſona fratrum, id eſt, Epiſcoporum Galliæ, exiſtimans proinde referri illam debuiſſe inter Concilia Galliæ;* ut olim monui, *inquit*, Jacobum Sirmondum virum doctiſſimum. *Itaque viſum eſt referri hoc loco debere hæc fragmenta epiſtolæ ſynodicæ, prout extant apud Euſebium.*

INTERPR. RUFFINO.

Denique extant ipſorum litteræ, quibus aſperius objurgant Victorem, velut inutiliter Eccleſiæ commodis conſulentem. Nam &

Φέρονται δὲ καὶ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ βίκτορος. ἐν οἷς καὶ ὁ εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὧν

INTERPR. VALESIO.

Exſtant etiamnum eorum litteræ, quibus Victorem acerbius perſtringunt. Ex quorum numero Irenæus in epiſtola quam ſcripſit

[1] Hoc idem cum Aſiatico Synodici, de quo infra p. 727. Hoc idem ac Lugdunenſe Synodici, de quo infra pag. 726.

ΙΩΜ ΣΤΙ *Irenæus cum ceteris quibus præerat Galliarum Epiſcopis ſcribens, confirmat quidem ut in dominica die reſurrectionis Domini myſterium celebretur, Victorem tamen arguit quod non recte fecerit, abſcindere a corporis unitate tot & tantas Eccleſias Dei, quæ morem ſibi antiquitus traditum cuſtodirent. Sed & de multis aliis commonet per hæc verba.* Non ſolum, *inquit*, de die Paſchæ agitur controverſia, ſed & de ipſa ſpecie jejuniorum. Quidam enim putant una tantum die obſervari debere jejunium, alii duabus, alii vero pluribus; nonnulli autem etiam quadraginta, ita ut horas diurnas noctur naſque computantes, diem ſtatuant. Quæ varietas obſervantiæ non nunc primum neque noſtris temporibus cœpit, ſed multo ante nos, ex illis, ut opinor, qui non ſimpliciter quod ab initio traditum eſt tenentes, in alium morem vel per negligentiam vel per imperitiam poſtmodum decidere. Et tamen nihilominus omnes iſti, etiam cum in obſervantia variarent, inter ſemetipſos & nobiſcum pacifici fuerunt ſemper & ſunt, nec diſſonantia jejunii fidei conſonantiam rupit. *Poſt hæc inſerit etiam hiſtoriam quandam, quæ pro ſui opportunitate nec a nobis debet omitti. Denique ait.* Et illi omnes ante Soterem Presbyteri qui Eccleſiæ, cui tu nunc præs, ſacerdotium tenuerunt, Anicetum dico & Pium Hyginumque & Teleſphorum & Syxtum, neque ipſi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipſis erant. Et tamen cum ipſi ita non obſervarent, pacem ſemper habuerunt cum illis Eccleſiis quæ hunc obſervantiæ morem tenebant, cum utique & ipſis contrarium videretur quod non cum ipſis etiam ceteri ſimiliter obſervarent. Numquam tamen ob hoc repulſi ſunt aliqui ab Eccleſiæ ſocietate, aut venientes ab illis partibus non ſunt ſuſcepti: immo potius & omnes Presbyteri qui fuerunt ante te, omnibus ſemper qui non ita obſervabant Presbyteris Eccleſiarum euchariſtiam ſolemniter tranſmittebant. Beatus autem Polycarpus cum ad urbem Romam veniſſet ſub Aniceto, cumque de aliis nonnullis parum quid habuiſſent inter ſe, ſtatim tamen coiſſent in pace, de hac quæſtione ita egerunt ut non unuſquiſque ſententiam ſuam

ἡγεῖτο κατὰ τὴν γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπισκόπας, παρίσατται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τ κυριακῇ ἡμέρᾳ τὸ τ τῦ κυρίυ ἀνασάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον· τῷ γε μὴν βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας ἐκκλησίας θεῦ ἀρχαίυ ἔθους παράδοσιν ἐπιτηρήσας, πλεῖσα ἕτερα παραινεῖ. καὶ αὐτοῖς δὲ ῥήμασι τάδε ἐπιλέγων. οὐδὲ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸ εἶδος αὐτῦ τῆς νηστείας, οἱ μὲν γὰρ οἴονται μί αν ἡμέραν δεῖν αὐτὸς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ κ πλείονας: οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε κ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. κ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων· ὁ γοῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ κ πολὺ πρότερον ἐπὶ τ πρὸ ἡμῶν, τὸ παρὰ τὸ ἀκριβὲς ὡς εἰκὸς κρατυνόντων, τὴν καθ' ἁπλότητι κ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα προσποιησάντων· κ οὐδὲν ἔλαττον φάντες οὗτοι εἰρηνεύσαν τε, καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλυς. καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας, τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι· τούτοις κ ἱστορίαν προσίθησιν ἣν οἰκείως παραθήσομαι, τῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον. κ οἱ πρὸ σωτῆρος πρεσβύτεροι οἱ προσάντες τῆς ἐκκλησίας ἧς νῦν ἀφηγῇ, ἀνίκητον λέγομεν κ πίων, ὑγῖνον τελεσφόρον καὶ ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, ἔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον· καὶ ὅμως ἔλαττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες, εἰρηνεύον τοῖς ἀπὸ τῆς παροικιῶν ἐν αἷς ἐτηρεῖτο ἐρχομένοις πρὸς αὐτός. κ τοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν, τοῖς μὴ τηροῦσι. καὶ οὐδέποτε δι' τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες· ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῆς παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον εὐχαεισίαν. καὶ τοῦ μακαρίυ πολυκάρπυ ἐπιδημήσαντος τῇ ῥώμῃ ἐπὶ ἀνικήτου· κ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρηνεύσαν· περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλερισήσαντες πρὸς ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ ἀνίκητος τὸν πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ

pſit nomine fratrum quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, ſolo die dominico reſurrectionis Domini myſterium eſſe celebrandum. Victorem tamen decenter admonet ne integras Dei Eccleſias morem ſibi a majoribus traditum cuſtodientes a communione abſcindat. Et poſt multa alia in eam ſententiam dicta, his etiam utitur verbis, Neque enim de die ſolum controverſia eſt, ſed etiam de forma ipſa jejunii. Quidam enim exiſtimant unico die ſibi eſſe jejunandum, alii duobus, alii pluribus: nonnulli etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem ſuum metiuntur. Atque hæc in obſervando jejunio varietas non noſtra primum ætate nata eſt, ſed longe antea apud majores noſtros cœpit: qui negligentius, ut veriſimile eſt, præſidentes, ex ſimplicitate & imperitia ortam conſuetudinem poſteris tradiderunt. Nihilominus tamen & omnes iſti pacem inter ſe retinuerunt, & nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diverſitas conſenſionem fidei commendat. *Narrationem deinde ſubjungit, quam hic opportune inſeram. Eſt autem hujuſmodi.* Sed & Presbyteri illi qui ante Soterem Eccleſiam cui tu nunc præs, gubernarunt, Anicetum dico & Pium & Hyginum cum Teleſphoro & Xyſto, neque ipſi unquam obſervarunt, neque his qui cum ipſis erant ut id obſervarent, permiſerunt. Ipſi tamen cum hoc minime obſervarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad ſe veniſſent ex Eccleſiis, in quibus id obſervabatur. Atqui obſervantia inter eos qui minime obſervabant, tanto magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ob ejuſmodi conſuetudinem rejecti ſunt. Verum illi ipſi qui te præceſſerunt Presbyteri, quamvis id minime obſervarent, Eccleſiarum Presbyteris qui id obſervabant, euchariſtiam tranſmiſerunt. Et cum beatiſſimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam veniſſet, atque inter illos de quibuſdam aliis rebus modica eſſet controverſia, ſtatim mutuo pacis oſculo ſe complexi ſunt, de hoc capite non magnopere inter ſe contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo perſuadere unquam poterat, ut obſervare deſineret, quippe qui

cum

C. ANNUM CHRISTI 197.

C ANNUM CHRISTI 151.

obſtinata contentione defenderet. Neque enim aut Anicetus Polycarpo ſuadere poterat ut non obſervaret ea quæ noverat Joannem diſcipulum Domini noſtri vel ceteros Apoſtolos, cum quibus ſemper fuerat, obſervaſſe; neque rurſum Polycarpus Anicetum perſuaſit ea deſerere quæ ille dicebat a ſe majorum more ſervari. Cumque hæc ita inter ſe habuiſſent, communicarunt ſibi invicem, ita ut cederet Anicetus Polycarpo etiam ſacerdotali miniſterio, honoris duntaxat contemplatione, perfungi. Et ita ab invicem plena fide, pace integra, & firma caritate diſcedunt, ut omnes Eccleſiæ, ſive quæ ita de Paſcha, ſive quæ non ita obſervarent, inter ſe tamen concordiam cuſtodirent.

τηρεῖν, ἅπε μετὰ ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότι· οὔτε μὴν ὁ πολύκαρπος τὸν ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντι τὸ συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ ἀνίκητος τὸ ἁγιστείαν τῷ πολυκάρπῳ κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων καὶ τῶν τηρούντων καὶ τῶν μὴ τηρούντων.

cum Joanne Domini noſtri diſcipulo & cum reliquis Apoſtolis, quibuſcum familiariter vixerat, eum morem perpetuo obſervaſſet. Neque item Polycarpus Aniceto perſuadere conatus eſt ut obſervaret, cum Anicetus eorum qui ante ſe fuerant Presbyterorum morem ſibi retinendum eſſe diceret. Quæ cum ita ſe haberent, communicarunt ſibi invicem, & Anicetus in Eccleſia conſecrandi munus Polycarpo honoris cauſa conceſſit: tandemque cum pace a ſe invicem diſceſſerunt, tam iis qui obſervabant, quam illis qui minime obſervabant, pacem communionemque totius Eccleſiæ retinentibus.

Meminit iſtius epiſtolæ Hieronymus in libro de viris illuſtribus. Feruntur, *inquit*, ejus (*id eſt*, *Irenæi*) & aliæ ad Victorem Epiſcopum Romanum de quæſtione Paſchatis epiſtolæ, in quibus commonet eum non facile debere unitatem collegii ſcindere.

CONCILIUM OSROENUM, ET CORINTHIACUM.[1]

a aut 23. in ed. Valeſ.

DE hoc & quodam alio concilio Achaico tunc celebrato, ita Euſeb. lib. 5. c. [a] 22. *Aliud porro eccleſiarum* (concilium intelligo) *quæ Oſroenum & reliquas in eo loco civitates incolebant: aliud ſeparatim Bacchylli eccleſiæ Corinthiorum epiſcopi, & alia denique aliorum prope infinitorum, qui uno conſenſu judicioque uno, eamdem de illius feſti* (paſchatis nimirum) *obſervatione tulere ſententiam*. Neque horum quidquam extat.

CONCILIUM ASIATICUM [2] REPROBATUM.

HOc concilium, ob cauſam paſchatis, circa hæc tempora Aſiani epiſcopi per Polycratem Epheſinum epiſcopum celebrarunt, in quo putantes ſe evangelio, & majorum traditionibus inhærere, a conſuetudine celebrandi paſcha die 14. primi menſis, etiamſi in dominicum non incideret, recedendum non eſſe conſtituerunt, idque per Polycratem ad Victorem Romanum pontificem reſcripſerunt. Victor pontifex hoc reſponſo accepto concilium reprobavit, & quam diu minatus fuerat excommunicationis ſententiam contra pertinaces executus eſt. Hanc Victoris ſententiam contra orientales, poſtea patres Nicæni concilii confirmarunt. Euſeb. lib. 5. hiſt. cap. 23. & ſequentibus.

IDEM CONCILIUM ASIATICUM, SEU VERIUS EPHESINUM

Habitum circa annum CXCVII.

EX NOVA BALUZII COLLECTIONE.

COncilii iſtius memoria extat in tomis Conciliorum, ex Euſebio & libello ſynodico. Sed miror prætermiſſum fuiſſe inſigne fragmentum epiſtolæ ad Victorem Papam & ad Eccleſiam Romanam tum ſcriptæ a Polycrate Epiſcopo Epheſino, quam Hieronymus in libro de viris illuſtribus docet fuiſſe ſynodicam. Sic ergo habet fragmentum illud apud Euſebium.

INTERP. RUFFINO.

Nos ergo intemeratum Paſchæ colimus diem, neque addentes neque auferentes aliquid. Etenim magna quædam luminaria apud Aſiam dormierunt, ſummi & electi vi-

Ἡμεῖς οὖν ἀπαραδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν· μήτε προσιθέντες, μήτε ἀφαιροῦμενοι. καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται·

INTERP. VALESIO.

Nos igitur verum ac genuinum agimus diem, nec addentes quicquam, nec detrahentes. Etenim in Aſia magna quædam lumina exſtincta ſunt, quæ illo adventus dominici die

1 De his item Auctor Synodici infra pag. 727. 2 Hoc idem cum Epheſino, de quo Auctor Synodici infra pag. 725.

ANNO CHRISTI 197.

ὅ ri, quos Dominus ſuſcitabit TI in adventu ſuo, cum veniet de cœlis in gloria, & requiret omnes ſanctos ſuos, in quibus eſt Philippus Evangeliſta, qui dormivit apud Hierapolim, ſed & duæ filiæ ejus, quæ virgines ſenuerunt, & alia ejus filia ſpiritu ſancto repleta, quæ apud Epheſum dormivit; nec non & Joannes, qui ſupra pectus Domini recubuit, qui fuit ſummus ſacerdos, & pontificale petalum geſſit, martyr & doctor Eccleſiæ, qui & ipſe apud Epheſum dormivit. Polycarpus quoque apud Smyrnam & Epiſcopus & martyr. Similiter & Thraſeas Epiſcopus apud Eumeniam, ſed apud Smyrnam martyrio conſummatus. Quid autem dicam etiam Sagarem nihilominus ſacerdotem & martyrem, qui apud Laodiciam requieſcit in pace. Sed & Papirium, & Macarium, & Melitonem propter regnum Dei eunuchum & ſpiritu ſancto repletum, qui jacet in civitate Sardenſium, expectans adventum Domini de cœlis ut reſurgat a mortuis. Iſti ergo omnes diem Paſchæ in quartadecima die menſis obſervaverunt ſecundum evangelium, nihil omnino extrinſecus agentes, ſed fidei regulam per omnia conſervantes. Sed & ego omnium veſtrum minimus Polycrates ſecundum traditionem parentum meorum obſervo, eorum duntaxat quos & ab initio ſecutus ſum. Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt Epiſcopi, ego octavus; qui omnes ita obſervaverunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus auferret. Unde, fratres cariſſimi, ſexaginta & quinque annos ætatis gerens in nomine Domini, multorum quoque orbis terræ Epiſcoporum notitiam pleniſſime habens, & ſanctis ſcripturis intendens, non perturbabor ex his quæ ad terrorem proferuntur; quia & majores mei dixerunt: Obtemperare oportet Deo magis quam hominibus. *Et poſt pauca, de his qui ſecum aderant Epiſcopis iſta ſubjungit*: Poteram autem etiam præſentium Epiſcoporum facere mentionem; quos ipſi petiiſtis ut evocarem, ſicut & feci: quorum nomina ſi ſcribam, nimia multitudo eſt: qui omnes ſcientes parvitatem meam,

ἅτινα ἀνασήσεται τῇ παρουσίᾳ τοῦ κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀνασήσει πάντας τοὺς ἁγίους· φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι· καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἡ ἐν ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσών. ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορικὼς, καὶ μάρτυς καὶ διδάσκαλος· οὗτος ἐν ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἔτι δὲ καὶ πολύκαρπος ὁ ἐν σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς. καὶ θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ εὐμενείας, ὃς ἐν σμύρνῃ κεκοίμηται. τί δὲ δεῖ λέγειν σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν λαοδικείᾳ κεκοίμηται; ἔτι δὲ καὶ παπείριον τὸν μακάριον, καὶ μελίτωνα τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον; ὃς κεῖται ἐν σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται· οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες. ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν. ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἤρνυε τὸ ζύμιον. ἐγὼ οὖν ἀδελφοὶ ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν κυρίῳ· καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς· καὶ πᾶσαν ἁγίαν γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ τετύρωμαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, πειθαρχεῖν δεῖ θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. τούτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων· ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μεταπεμφθῆναι ὑφ' ἐμοῦ, καὶ

die reſurrectura ſunt, cum Dominus e cœlo veniet plenus majeſtate & gloria, ſanctoſque omnes ſuſcitabit. Philippus ſcilicet unus e duodecim Apoſtolis, qui mortuus eſt Hierapoli, & duæ ejus filiæ quæ virgines conſenuerunt, alia quoque ejuſdem filia, quæ ſpiritu ſancto afflata vixit, & Epheſi requieſcit. Præterea Joannes, qui in ſinu Domini recubuit, qui etiam ſacerdos fuit, & laminam geſtavit, martyr denique & doctor exſtitit. Hic, inquam, Joannes apud Epheſum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam Epiſcopus & martyr fuit, itemque Thraſeas Eumeniæ Epiſcopus & martyr, qui Smyrnæ requieſcit. Quid Sagarim Epiſcopum eundemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ eſt mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui ſpiritu ſancto afflatus cuncta geſſit; qui & Sardibus ſitus eſt, adventum Domini de cœlis, in quo reſurrecturus eſt, expectans. Hi omnes diem Paſchæ quartadecima luna juxta evangelium obſervarunt, nihil omnino variantes, ſed regulam fidei conſtanter ſequentes. Ego quoque omnium veſtrum minimus Polycrates, ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos aſſectatus ſum. Fuerunt enim ſeptem omnino ex cognatis meis Epiſcopi, quibus ego octavus acceſſi. Qui quidem omnes ſemper Paſchæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego, inquam, fratres, quinque & ſexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe diſperſis ſermones ſæpe contuli, qui ſcripturam ſacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longe majores erant dictum ſcio: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *Poſt hæc de Epiſcopis qui ſimul aderant cum hæc ſcriberet, & eadem cum ipſo ſentiebant, ſic loquitur.* Poſſem etiam Epiſcoporum qui mecum ſunt facere mentionem; quos petiiſtis ut convocarem, ſicut & feci: quorum nomina ſi adſcripſero, ingens numerus videbitur. Hi cum me puſillum hominem inviſiſſent, epiſtolam noſtram aſſenſu ſuo comprobarunt, gnari me ca-

ANNO CHRISTI 197

conſenſu ſuo confirmant quæ ſcribimus, certi quod non inaniter canos attulimus, ſed in diſciplina Chriſti ſemper converſati ſumus.

μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πληθη εἰσίν. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον, συγκυδοήσαν τῇ ἐπισολῇ. εἰδότες ὅτι εἰχῆ πολιᾶς οὐκ ἐνεγκα, ἀλλὰ ἐν χυείῳ ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι.

nos iſtos non fruſtra geſtare, ſed vitam ex præceptis inſtitutiſque Jeſu Chriſti ſemper egiſſe.

INTERPRETATIO HIERONYMI.

Nos igitur inviolabilem celebramus diem, neque addentes aliquid, neque dementes. Etenim in Aſia luminaria maxima dormierunt, quæ reſurgent in die Domini, quando venturus eſt de cœlis in majeſtate ſua, & ſuſcitaturus omnes ſanctos. Philippum loquor de duodecim Apoſtolis, qui dormivit Hierapoli, & duas filias ejus, quæ virgines ſenuerunt, & aliam ejus filiam quæ ſpiritu ſancto plena in Epheſo occubuit. Sed & Joannes, qui ſuper pectus Domini recubuit, & Pontifex fuit, auream laminam in fronte portans, martyr & doctor in Epheſo obdormivit. Et Polycarpus Epiſcopus & martyr Smyrnæ cubat. Thraſeas quoque Epiſcopus & martyr de Eumenia in eadem Smyrna requieſcit. Quid neceſſe eſt Sagaris Epiſcopi & martyris recordari, qui in Laodicea ſoporatur, & Papirii beati, & Melitonis in ſancto ſpiritu eunuchi, qui ſemper Domino ſerviens, poſitus eſt in Sardis, & expectat in adventu ejus reſurrectionem. Hi omnes obſervaverunt Paſchatis diem decimaquarta luna, ab evangelica traditione in nullam partem declinantes, & eccleſiaſticum ſequentes canonem. Ego quoque minimus omnium veſtrum Polycrates ſecundum doctrinam propinquorum meorum, quos & ſecutus ſum, (ſeptem ſiquidem fuerunt propinqui mei Epiſcopi, & ego octavus) ſemper Paſcha celebravi quando populus Judæorum azyma faciebat. Itaque, fratres, ſexaginta quinque annos ætatis meæ habens in Domino, a multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni ſcriptura, non formidabo eos qui nobis minantur. Dixerunt enim majores mei: *Obedire Deo magis oportet quam hominibus.*

CONCILIA PLURA

AD HÆC TEMPORA SPECTANTIA.

Ex libello Synodico.

LUGDUNENSIS, IRENÆI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, δύο καὶ δέκα ἐπισκόπων, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ μητροπόλει τῆς Γαλλίας, παρὰ τὸν Ροδανὸν ποταμὸν, ὑπὸ Εἰρηναίου ἱερομάρτυρος, ἐπισκόπου τῆς αὐτῆς πόλεως, κατὰ τῶν προγεγραμμένων αἱρετικῶν.

SYnodus divina & ſancta provincialis, duodecim epiſcoporum, collecta Lugduni metropoli Galliæ, ad Rhodanum fluvium, ab Irenæo ſancto martyre, ejuſdemque urbis epiſcopo: contra præſcriptos [a] hæreticos.

[a] Marcionem & alios

[1] HIERAPOLITANA, APOLLINARII.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ιεραπόλει τῆ Ασίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Απολιναρίου, τοῦ τούτης ὁσιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων εἰκοσιἑξ ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασά τε καὶ ἐκκόψασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν, τοὺς ψευδοπροφήτας· οἳ καὶ βλασφήμως, ἤτοι δαιμονιῶντες, καθὼς φησιν ὁ αὐτὸς πατὴρ, τὸν βίον κατέστρεψαν. σὺν αὐτοῖς δὲ, κατέκρινε καὶ Θεόδοτον τὸν σκυτέα,

A SYnodus divina & ſancta provincialis, Hierapoli Aſiæ celebrata ab Apollinario ſanctiſſimo hujus epiſcopo, aliiſque viginti ſex epiſcopis: quæ abdicavit & extirpavit Montanum & Maximillam pſeudoprophetas: qui blaſpheme, utpote a dæmone obſeſſi, ſicut idem [a] pater dicit, vitam commutarunt. Cum iiſdem vero & Theodotum [a] Coriarium (eadem Synodus) condemnavit.

ACHILLANA, SOTÆ.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μεικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Αχιλλῶν, [b] Σωτᾶ, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ἐπισκόπων· ἥτις ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε τὸν σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μοντανὸν, σὺν Μαξιμίλλῃ, ὀκτακοσίους καὶ ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντα, καὶ πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίζοντα.

B SYnodus divina & ſacra particularis, congregata a ſanctiſſimo [c] Achillarum epiſcopo Sota, aliiſque duodecim epiſcopis: quæ refutatum Theodotum Coriarium abdicavit: Montanum item cum Maximilla, qui octingentos ſeptuaginta octo Æonas docebat, ſeque ipſum pro Spiritu ſancto venditabat.

GAL-

[1] Hanc ad annum Chriſti circiter 173. retrahendam admonuimus ſupra ex Baluzio pag. 692.

GALLICANA, CONFESSORUM.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Γαλλίᾳ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῆς ὁμολογητῆς, ἀποκηρύξασα Μοντανὸν καὶ Μαξιμίλλαν, ἧς ὁ ὅρος καιρὸς τὰς ἐν Ἀσίᾳ πιστὰς διέβη.

Synodus divina & ſacra provincialis in [a] Gallia, congregata a confeſſoribus: quæ Montanum & Maximillam abdicavit: cujus decretum ad eos, qui in Aſia erant, fideles dimanavit.

a ac a-in ao-

EPHESINA, POLYCRATIS. [1]

Σύνοδος ἀφελὴς, ἀνεξέτιστος, μερικὴ, ἐν Ἐφέσῳ μητροπόλει τῆς Ἀσίας, συναθροισθεῖσα ὑπὸ Πολυκράτους, τοῦ ὁσιωτάτου αὐτῆς ἐπισκόπου, ἀξιοῦσα καὶ ὁρίζουσα ἅπαντας, ὥστε ἐν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης, Ἰουδαϊκωτέρως ἄγειν τὸ μυστικὸν πάσχα, ὡς τοῦτο ἐνέκαθεν παραλαβοῦσα, βεβαιούμενον παρὰ Τιμοθέου καὶ Φιλίππου τῶν ἀποστόλων. Βίκτωρ οὖν ὁ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἁγιώτατος πάπας, ἀκοινωνησίαν στέλλει Πολυκράτει πιστῆς παροικίσαμένῳ. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ συνοδικῶς τὰ περὶ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς διεξέρχεται· καὶ σὺν αὐτῷ ἐν πλείσαις ἐπαρχίαις καὶ μέρεσι τῆς γῆς σύνοδοι συγκροτοῦνται, καὶ συμφώνως ὁρίζουσι. τούτῳ δὲ Κομμόδου βασιλεύοντος, γέγονεν,

Synodus ſimplex, neque exquiſita, particularis, Epheſi metropoli Aſiæ congregata a Polycrate ſanctiſſimo ejuſdem epiſcopo: quæ dignum cenſet & conſtituit, ut omnes luna decimaquarta Judæorum ritu myſticum paſcha peragant: tamquam hoc ipſa jam inde a principio accepiſſet, a ſanctis apoſtolis, Timotheo & Philippo confirmatum. Victor autem Romanorum eccleſiæ ſanctiſſimus papa excommunicationem mittit Polycrati, qui huic præfuerat ſynodo: neque hoc ſolum, ſed ſynodice etiam ea, quæ ad hoc feſtum pertinebant, perſequitur: & cum ipſo ſynodi in plurimis provinciis & partibus terræ congregatæ, idem unanimiter ſtatuunt. Hæc vero [b] Commodo imperante evenerunt.

ROMANA, VICTORIS. [2]

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου αὐτῆς πάπα Βίκτωρος, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ἀπαγορεύσα Ἰουδαϊκῶς τελεῖν τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τῆς σελήνης τὸ θεῖον καὶ μυστικὸν πάσχα· ἀλλ' ἐν μόνῃ τῇ μεγάλῃ καὶ ζωοδοτικῇ κυριακῇ,

Synodus divina & ſacra provincialis Romæ collecta a beatiſſimo ejuſdem epiſcopo Victore, & aliis epiſcopis quatuordecim: quæ vetat Judaice celebrari luna decimaquarta ſanctum & myſticum paſcha, ſed in ſola magna & vitæ præſtatrice dominica.

HIEROSOLYMITANA, NARCISSI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ Ναρκίσσου, τοῦ τῶνδε ἐξισμακαρίου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων· ὑπὲρ τοῦ μυστικοῦ πάσχα, ὁρίσασα κατὰ τὸν ἁγιωτάτου Ἀνίκητου καὶ Βίκτωρα.

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Hieroſolymis a ter beato illius archiepiſcopo Narciſſo, & aliis epiſcopis quatuordecim, ſuper myſtico paſcha, ſecundum ſanctiſſimum Anicetum & Victorem pronuncians.

[3] CÆSARIENSIS PALÆSTINA, THEOPHILI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, Πυργωστράτωνος, ὑπὸ Θεοφίλου τοῦ αὐτῆς ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὡσαύτως.

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Cæſareæ Palæſtinæ, ſive [a] Pyrgoſtratonis, a Theophilo ſanctiſſimo ejuſdem epiſcopo, aliiſque duodecim: quæ de ſancto paſcha idem conſtituit.

a Turris Stratonis,

[4] LUGDUNENSIS, IRENÆI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Λουγδούνῳ τῆς Γαλλίας, ὑπὸ Εἰρηναίου τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ τριῶν ἐπισκόπων, ὁρίσασα ὑπὲρ τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ πάσχα ὁμοίως,

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Lugduni Galliæ, ab Irenæo ſanctiſſimo ibidem epiſcopo, aliiſque tredecim epiſcopis: quæ ſimiliter de divino myſtico paſcha conſtituit.

[5] CORINTHIACA, BACCHYLIDIS.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Κορίνθῳ ὑπὸ Βακχυλίδου, τοῦ τῶνδε ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων· ὁρίσασα περὶ τοῦ μακαρίου πάσχα ὡσαύτως.

Synodus divina & ſacra provincialis, collecta Corinthi a [b] Bacchylide ejuſdem ſanctiſſimo archiepiſcopo, aliiſque octodecim epiſcopis: quæ idem de beato paſchate conſtituit.

b Bachylle

1 De hac ſupra pag. 722. 2 De hac ſupra pag. 705. 3 De hac ſupra pag. Ibid. 4 De hac ſupra pag. 715. 5 De hac ſupra pag. 720.

ASIATICA, PLASMÆ.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀσίᾳ, ὑπὸ Πλασμᾶ [2] τοῦ ὁσιωτάτου, καὶ ἑτέρων δεκατεσσάρων ἐπισκόπων, περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁρίσασα ὁμοίως.

a Palma

SYnodus divina & ſacra provincialis, collecta in Aſia a [a] Plaſma ſanctiſſimo, aliiſque quatuordecim epiſcopis: quæ ſimiliter de ſancto paſcha conſtituit.

OSROENA.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ὀσροΐνῃ. ὑφ' ἣν καὶ ἡ Ἔδασα καὶ τὰ Ἀδιαβηνῶν γῆ συναθροισθεῖσα ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, ὧν ὁ προκαθήμενος ὃ δεδήλωται, περὶ τοῦ θείου πάσχα ὡσαύτως ὁρίσασα, Κομμόδου βασιλεύοντος.

b Edeſſa

SYnodus divina & ſacra provincialis in Oſroene, cui [b] Edaſa & Adiabenorum regio ſubjacet, collecta ab epiſcopis octodecim, quorum præſes memoriæ proditus non eſt: de ſancto paſcha idem ſtatuens, [c] Commodo imperante.

c errat.

MESOPOTAMICA.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ὑπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἐπὶ Κομμόδου τοῦ βασιλέως, περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα ὁμοίως ὁρίσασα, ἧς τὸν προκαθεζόμενον, οὐδεὶς τῶν ἱστορικῶν ἐδήλωσεν.

SYnodus divina & ſacra provincialis, ab octodecim epiſcopis collecta in Meſopotamia, Commodo [a] imperante: quæ de ſancto [a] paſcha ſimiliter conſtituit; cujus præſidem hiſtoricorum nemo manifeſtavit.

ROMANA, VICTORIS.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ἐπὶ Βίκτωρος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ἀποκηρύξασα Θεόδοτον, Ἀσβιῶνα, καὶ Ἄρτεμονα, τοὺς οὐχ ἧττον Ἰουδαίων τῇ πίστει. οὗτοι γὰρ ἀρχηγοὶ γεγόνασι Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ Νεστορίου.

B SYnodus divina & ſacra provincialis, collecta Romæ ſub Victore ſanctiſſimo papa, aliiſque quatuordecim epiſcopis: quæ Theodotum, Ebionem, & Artemonem abdicavit, qui non minus, quam Judæi, fide. Hi enim duces fuerunt Pauli Samoſateni & Neſtorii.

ROMANA ALIA, EJUSDEM.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ῥώμῃ, ὑπὸ τοῦ μακαριωτάτου πάπα Βίκτορος, ἀποκηρύξασα Σαβελλιον καὶ Νόητον, τοὺς ἐπὶ τῆς ζωσιωσάτου θεότητος, συναλοιφὴν καὶ συναίρεσιν ὑποστάσεων C προσβάλλοντας, καὶ Οὐαλεντῖνον, τὸν σὺν πολλοῖς ἀτοπήμασι, καὶ ἀράνιον τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ δογματίζοντα.

SYnodus divina & ſacra provincialis, collecta Romæ a beatiſſimo papa Victore: quæ Sabellium & Noetum abdicavit, qui de divinitate in tribus perſonis ſubſiſtente, contractionem & commixtionem perſonarum divulgabant: Valentinum item, qui præter ceteras ineptias, corpus etiam Chriſti cœleſte aſſerebat.

ANNO CHRISTI 203 ad 201.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ZEPHYRINI PAPÆ.

Ex Libro Pontificali Damaſi Papæ.

a ZEphyrinus natione Romanus, ex patre d Abundio, *b* ſedit annos octo, menſes ſeptem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Severi, a conſulatu Saturnini & Gallicani, uſque ad Præſentem & Strigatum conſules. Hic conſtituit, ut præſentibus clericis & laicis fidelibus, ſive clericus, ſive Levita, ſive ſacerdos ordinetur. Et fecit conſtitutum de eccleſia, c ut patenas vitreas e (*a*) mi-

d Habundantio,

e tenerent ſacerdotes in Eccleſia & miniſtri ſupportarent.

D niſtri ante ſacerdotes portarent, dum epiſcopus miſſam celebraret, & ut ſacerdotes omnes adſtarent, dum ſic miſſæ celebrarentur. Hic fecit ordinationes quatuor per menſem Decembrem, presbyteros (*b*) 13. diaconos 7. epiſcopos per loca 13. Qui ſepultus eſt in cœmeterio ſuo, (*c*) non longe a cœmeterio Calliſti via Appia, (*d*) ſeptimo Kalendas Septembris. Et ceſſavit epiſcopatus dies ſex.

No-

1 De hac ſupra pag. 715. 2 Πάλμαν vocat Euſebius IV. 23. 3 De hac ſupra pag. 720. 4 Hæc Synodus rejicienda eſt ad annum Chriſti circiter 258. & ad Pontificatum Sixti, ut obſervat Baluzius; illiuſque ibi mentionem faciemus.

(*a*) Reliqua quæ deinceps ſequuntur, ſic perturbate legit Lucenſis: *ante ſacerdotes in eccleſia, & miniſtros celebrarent ante ſacerdotes adſtantes: ſic miſſæ celebrarentur: excepto quod jus Epiſcopi intereſt tantum clerus ſubſtinuerit omnibus præſentes exeant consecrationem de manu epiſcopi. Jam coronam conſecratam acceperit presbyter tradendam populo. Hic fecit ordinationes &c*

(*b*) *Luc. XIV* (*c*) *Luc. juxta* (*d*) *Luc. VIII.*

A

Notæ Severini Binii.

a Zephyrinus.) Anno Severi imperatoris nono, qui fuit Christi redemptoris nostri " 203. octavo die Augusti, postquam sedes pontificia undecim diebus vacasset, Victori Zephyrinus pontifex, natione Romanus succedit. Euseb. lib. 5. histor. eccles. cap. 27. Sub hoc quinta Christianorum generalis persecutio edicto imperatoris decreta est: cujus sævitiam catholici quidam subterfugientes, a Montano, ejusque sectatore Tertulliano immerito redarguuntur. Per hunc pontificem Cataphrygæ, disputatione publica, cui Cajus vir apprime disertus ac pius præerat, convicti, una cum Marcione, Praxeg, Sabellio, Valentino, & ceteris anathemate damnati sunt. Hieronym. de scriptor. eccles. in Cajo Euseb. lib. 6. hist. cap. 14. Optat. Milevit. Natalius confessor in Theodoti Coriarii hæresim largitione pecuniæ inductus, postquam ad resipiscendum frequenter admonitus, & ab angelis graviter cæsus fuisset, tamdem cilicio indutus, cineribus conspersus, magno cum mœrore ac lacrymis ad pedes Zephyrini pontificis & ad genua clericorum ac laicorum devolutus, supplex in ecclesiam & ad pœnitentiam recipi petens, ab hoc eodem pontifice benigne acceptatur. Euseb. lib. 5. hist. cap. 27. Hujus tempore, Agrippino Carthaginensi episcopo auctore, hæreticorum rebaptizantium secta exorta, & concilio Africano reprobato, de quo infra, comprobata est, ut constat ex Cypr. Epist. 71. Edictum, quod adversus Montani hæresim, aliorumque pseudoparacletorum lapsis pœnitentiam denegantium, auctoritate pontificia edidit, (quo lapsos, etiamsi mœchi ac fornicarii fuissent, ad pœnitentiam invitat ac recipit) Tertullianus Christianus transfuga lib. 1. de pudicit. recitat & impugnat. Verba edicti, quæ ibidem extant, hæc sunt: *Pontifex maximus, episcopus episcoporum, dicit: Ego & mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto.* Plura vide apud Baron. ab anno Christi 203. usque ad 221.

b Sedit annos 8. menses 7. dies 10.) Annis 18. & diebus totidem sedisse auctor est Euseb. in chronic. quam sententiam, tamquam Vaticanis indicibus magis conformem, sequitur Baron. anno 221. num. 1. & recte, quia ab anno Severi imperatoris nono, quo pontificatum ingressus est, usque ad secundum Antonini Elagabali, cujus anno secundo vita & pontificatu defunctum esse, Euseb. testatur lib. 6. hist. eccles. cap. 15. neque plures neque pauciores computari possunt. Martyrem obisse martyrologium refert: fortasse ex ea causa quod Elagabalo omnium etiam Christianorum religionem sub cultu Dei sui referre volenti, contradixerit. Baronius prædicto anno num. 2.

c Ut patenas vitreas.) Sicut his temporibus vitreas patenas in usu fuisse hinc constat; ita etiam calicem vitreum, ligneum, atque etiam argenteum, hoc tempore usitatum fuisse, aliunde probatur. De calice vitreo scribit S. Greg. papa lib. 1. dial. c. 7. Sanctum Donatum Aretinæ ecclesiæ in Gallis episcopum ac martyrem, vitreum calicem a paganis fractum orando instaurasse. Hieron. epist. 4. ad Rusticum; *Nihil*, inquit, *illo ditius, qui corpus domini cantstro vimineo, sanguinem portat in vitro.* De eodem Cyprian. Gallus in vita Cæsarii episcopi Arelatensis, *An non*, inquit, *in vitro habetur sanguis Christi.* Epiphanius in Panar. hæresi 34. refert Marcum hæresiarcham, apostolorum temporibus proximum, calice vitreo, quo in suis sacris peragendis utebatur, populum dementasse sic, ut colorem vini albi, qui foris apparebat in vitro, populus arte magica & præstigiis illusus rubrum judicaret, atque ita vinum in sanguinem conversum esse crederet. Hisce etiam temporibus ante Christianos imperatores fuisse in ecclesia sacra vasa argentea, constat ex vita S. Urbani apud librum pontificalem infra; & ex epistola 165. Sancti Augustini, ubi ex actis proconsularibus refert, christianos temporibus Diocletiani habuisse calices aureos duos, argenteos sex, &c. Gregorius Turonensis de gloria Mart. cap. 38. scribit, sub eodem Diocletiano vasa sacra ministerialia argentea e cryptis, in quibus sancti martyres sacra peragentes delitescebant, effossa esse. Ligneum calicem usurpatum esse, expresse dicitur can. vasa, de consecrat. dist. 1. idemque aperte colligitur ex concilio Triburiensi cap. 18. ubi prohibentur sacerdotes, *ne in ligneis vasculis ullo modo conficere præsumant.* Quia tamen propter fragilitatem vitri, usus vitrei calicis periculosus est, tandem circa tempora Caroli magni, in concilio Remensi statutum est, *ut calix domini cum patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis autem tam pauper est*, additur, *salsem vel stanneum calicem habeat.* Vide Baron. in notis ad martyrolog. Rom. die 7. August.

EPISTOLA I.

a Hæc cum seq. Ant. Aug. aliisque viris eruditis supposititia haberur.

ZEPHYRINI PAPÆ

AD EPISCOPOS OMNES SICILIENSES.

De judiciis episcoporum, & majoribus ecclesiæ causis in sede Apostolica terminandis.

Romanæ urbis archiepiscopus Zephyrinus, omnibus per Siciliam constitutis episcopis in domino salutem.

B DIvinæ circa nos gratiæ [b] memores esse debemus, quæ nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc *a* ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotum ejus speculatione constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Sicut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium, firmamento [c] inhærentes sanctæ scripturæ, non [d] obscurat mundana iniquitas. Idcirco meditari vos oportet, & scripturas, & præcepta divina, quæ in scripturis continentur, diligenter attendere, ne transgressores legis Dei, sed impletores appareatis.

b Hilari papæ sancti Leonis successoris ep. 3.

Distinct. 38. Sicut stellas cœli.

c adhærentes

d Prosperi sentent. 120. ex S. Aug. in ps. 93.

Patriarchæ vero vel primates, accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant finitivam, quam apostolica fulti auctoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per [e] innocentes & regulariter examinatos convincatur testes: qui minori non sint numero, quam illi discipuli fuerunt, quos dominus ad adjumentum apostolorum eligi præcepit, id est, septuaginta duo. [f] Detractores quoque, qui divina auctoritate eradicandi sunt, & auctores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione vel testimonio: nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur aut [g] dispereat. Neque in re [h] dubia, certa judicetur sententia: nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo judicetur, quia & divinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum, [i] omni careant suspicione, quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullum namque eorum sententia, [k] a non suo judice dicta, constringat, quia & leges sæculi idipsum fieri præcipiunt. Duodecim enim judices, [l] quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus causa juste judicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocato, ad suorum primo conventum episcoporum, per eos ejus causa juste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero ejus causæ ad sedem apostolicam deferatur, ut ibidem terminetur. Nec antea finiatur, sicut ab apostolis vel successoribus eorum olim statutum est, quam ejus auctoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus, maxime tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & a suis oppressionibus releventur, quia *non potest* nec debet *mater oblivisci filium suum.* Judicia enim episcoporum, majoresque ecclesiæ

e Anianus in const. I. tit. 40. lib. IX. Cod. Theod.

f Hadrian. coll 68 3. q 4. Detractores quoque

g desperet

h Greg. ep. 30 lib. VIII. & 32. XI.

3. q. 9. Absens vero.

i Hadrian coll. 15.

k Cod. const. unica lib. IV tit. 16.

5. quæst. 4. Duodecim judices

l IV. Carth. 10. & III. 7.

2. q. 6. Ad Romanam ecclesiam.

Isai. 49.

cau-

1 MSS. plerique *Zepherini* semper exhibent, & Augustinus, & Gratianus: etiam ita recte; nec male auctor libri Pontificalis *Zypherinus*. Hard.

causæ, a sede apostolica, & non ab alia, sicut A apostoli & sancti successores eorum statuerunt, cum aliis [a] episcopis sunt terminandæ: quia licet in alios transferantur episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis.* Et reliqua privilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, *b* & in constitutis apostolorum, eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concinentibus, habentur inserta. * *c* Septuaginta enim apostoli sententias præfixerunt, cum aliis quamplurimis episcopis, & servandas censuerunt. De occultis enim alieni [b] cordis temere judicare, peccatum est: & eum cujus non videntur opera B nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere, cum eorum, quæ hominibus sunt incognita, solus Deus judex sit. Ipse vero novit abscondita cordis, & non alius. Injusta enim judicia ab omnibus cavenda sunt, maxime tamen a servis Dei. *Servum autem Dei non oportet litigare*, nec quemquam damnare. Episcopi namque a plebibus & clero, & domini a servis [c] ferendi sunt, ut sub exercitatione tolerantiæ, sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum graviter laceretur vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu perse- C quentium, ut cum beato Job dicatis: *benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Justitia indutus sum, & vestivi me vestimento & diademate, judicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime investigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam:* & reliqua. Vos ergo, qui in specula a domino estis positi, comprimere & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones & scandala [d] excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, [e] non tamen Deum. Ideo hos repellere, & ab his vos cavere oportet, quatenus extincta funditus hujusmodi cali- D gine, [f] Lucifer eis resplendeat, & lætitia oriatur, sanctissimi fratres. Data duodecimo Kalend. Octobris, Saturnino & * Gallicano [g] viris clarissimis consulibus.

[a] vox, episcopis abest a MS.

Matth. 18.

al. sexaginta, ut in MS. Just.

al. quinquaginta Dist. 16. Sexaginta sententias.

[b] Prosperi sent. 21. ex S. Aug. in ps. 118.

Psalm. 43. 2. *Tim.* 2.

[c] Prosperi sent. 34. ex S. Aug. in ps. 124.

Job 29. ex vers. vulgata.

[d] nutriunt.

[e] Sixti sent. 176.

[f] Steph. Dorensis consult. 2. syn. Later. sub Martino I.

* Gallo

[g] Saturninus hic & Gallus Coss. fuerunt an. 198. vivente adhuc Victore.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Cur pontificatus fastigium nominetur.

a Ad fastigium sacerdotale.) Pontificatum summum intelligit, cui simul oves & agni, (id est, episcopi, ut patres exponunt) cum reliquis clericis & tota plebe commissi sunt, Joan. cap. 21. Ideoque hic recte pontificatum suum sacerdotale fastigium nominat, cujus sacerdotium, dignitate & officio simul, supra omnium sacerdotum & episcoporum longe emineat.

b Et in constitutis apostolorum.) 73. canonem apostolorum intelligit: quo constitutum est, ut episcopales causæ non nisi ab episcopis superioribus, conciliis, aut Romano pontifice dijudicentur. Vide quæ diximus ibi E in notis ad prædictum canonem 73.

De numero canonum apostolicorum.

c Septuaginta enim apostoli sententias præfixerunt.) Alia quædam lectio habet, sexaginta, alia quinquaginta; quovis modo legatur, verum est, quod per has sententias, canones apostolorum intelligat; quorum numerus, licet quinquagenarius tantum fuerit, (ut supra in notis nostris ibidem ostendimus) tamen, quia uno canone quandoque plures sententiæ comprehenduntur, 60. aut 70. sententiarum apostolicarum numerus, quinquagenario apostolorum canonum numero, nihil obstat aut præjudicat. Vide quæ diximus in notis ad canones apostolorum in principio, verbo *Canones*.

EPISTOLA II.

ZEPHYRINI PAPÆ

AD ÆGYPTI PROVINCIÆ EPISCOPOS.

I. *De episcopis rebus spoliatis, vel a sede pulsis.*
II. *De ordinatione presbyterorum atque diaconorum.*

Carissimis fratribus per Ægyptum domino militantibus Zephyrinus Romanæ urbis archiepiscopus.

TAntam a domino, hujus sanctæ sedis & apostolicæ ecclesiæ fundatore, & beato Petro principe apostolorum, accepimus fiduciam [a], ut pro universali Christi sanguine re- a e dempta ecclesia, impigro laboremus [b] affectu, b & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis pie viventibus apostolica auctoritate opem feramus. Omnes qui in Christo volunt [c] pie vivere, necesse est, ut ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tamquam stulti & insani, ut meliores & purgatiores efficiantur qui bona temporalia perdunt, ut percipiant æterna. Eorum vero despectio & irrisio in ipsos retorquebitur qui eos affligunt & contumeliis afficiunt, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem. c f

I.

Nunciatum est enim sedi apostolicæ per [a] I apocrisarios vestros, quosdam fratrum nostrorum, episcoporum videlicet, ab ecclesiis & sedibus propriis pelli, suaque eis auferri supellectilia, & sic nudos & expoliatos ad judicia vocari: quod omni ratione caret, cum constituta apostolorum, eorumque successorum, & præcepta [d] imperatorum ac constitutiones legum, d idipsum prohibeant, & apostolicæ sedis auctoritas idipsum fieri vetet. Præceptum est ergo [e] 2 in antiquis statutis, episcopos ejectos, atque suis rebus expoliatos, ecclesias proprias recipere, & primo sua omnia eis reddi: & tum demum, si quis eos juste accusare voluerit, æquo periculo facere, judices esse decernentes, episcopos recta sapientes, & in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur: nec [f] prius eos respondere debere, f quam omnia sua eis & ecclesiis eorum legibus integerrime restituantur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, cum caput vestrum Christum dominum nostrum usque ad mortem sint persecuti. Ipsæ tamen persecutiones patienter portandæ sunt, ut ejus discipuli esse cognoscamini, pro quo & patimini. Unde & ipse ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* His fulti suffragiis, non multum [g] debemus timere opprobrium hominum, neque eorum exprobrationibus vinci, quoniam hoc nobis dominus jubet per Isaiam prophetam, dicens: *Audite me qui scitis judicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne timeatis*, considerantes quod in psalmo scriptum est: *Nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis, & cogitationes talium*

lium hominum, quoniam vanæ sunt. Vana autem locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala. Sed disperdet dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est? Nam si hæc in memoria retinerent, minime ad tantam prosilirent iniquitatem. Non enim probabili [a] & paterna doctrina hoc faciunt, sed ut suam exerceant in servos Dei vindictam. Scriptum namque est: *Via stulti recta in oculis ejus.* Et *sunt viæ, quæ videntur homini justæ, novissima autem earum deducunt ad mortem.* Nos enim qui hæc patimur, judicio Dei hæc reservare debemus, qui reddet unicuique secundum opera ejus. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens, *Mihi vindictam, ego retribuam.* Vos enim in recta fide, & opere, ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manum, quoniam *in hoc*, ait dominus, *cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinvicem.* Unde & ipse per prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum & quam jucundum, habitare fratres in unum.* Spiritali dico habitaculo [b] & concordia, quæ in Deo est, & unitate fidei, hujus delectabilis secundum veritatem habitaculi, quæ videlicet in Aaron magis decorabatur, atque * sacerdotibus induentibus dignitatem, sicut unguentum super caput, principalem intellectum irrigans, & usque ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionem & æternam vitam promisit dominus. Hujus igitur propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, præsentem fraternam syllabam exposuimus, nostra propter caritatem minime quærentes, aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo (secundum vulgarem fabulam) excutere palum. Absit. Non sunt ista nostra. Hæc enim avertat divinitas. Justo [c] judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, ut qui spiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Ipsis tamen, qui eos persequuntur, & exprobrant, atque detrahunt, erit procul dubio væ. Væ væ illis qui detrahunt servis Dei: quia detractio eorum ad eum pertinet [a], cujus ministerium agunt, & vice funguntur. Oramus autem, ostium circumstantiæ, qui neminem perire aut labiis suis pollui volumus, eorum oribus imponi, & verbum minime nocivum concipere, aut ore proferre. Unde & dominus per prophetam loquitur, dicens: *Dixi, custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Dominus omnipotens, & ejus unigenitus Filius, & salvator noster Jesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus, quibuscumque tribulationum molestiis laborantibus, viribus quibus potestis succurratis, & eorum (ut dignum est) injurias vestras æstimetis: maximum adminiculum eis verbis & factis præbeatis, ut ejus discipuli inveniamini veri, qui fratres, ut se, omnibus diligere præcepit.

[a] Greg. ep. 32. lib. XII.

Psalm. 38.

II.

Ordinationes vero presbyterorum & Levitarum, tempore congruo, & multis coram adstantibus, solemniter agite, & probabiles & doctos viros ad hoc opus * provehite, ut de eorum societate & adjumento plurimum gaudeatis. Ponite [b] indesinenter corda vestra in virtute Dei, & enarrate hæc & cetera divina verba in progenies alteras, *quoniam hic est Deus Deus noster in æternum, & ipse reget nos in sæcula.* Data 7. Idus Novembris, [1] Saturnino & * Gallicano viris clarissimis consulibus.

Distinct. 75. Ordinationes presbyterorum * constituite,

[b] Gelasius ep. 9.

Psalm. 47.

* Gallo.

Nota Severini Binii.

a Apocrisarios vestros.) Apocrisarii dicuntur legati episcoporum, & velut eorum locum tenentes, qui res ecclesiæ gubernant, negotia singulorum audiunt, & ad episcopos referunt. Dicuntur igitur apocrisarii, id est, responsales, ab ἀποκρίνομαι, id est, respondeo. Horum fit mentio in capite significasti, de elect. & apud Justinianum Novell. quomodo oporteat episcopos, cap. 12. & de sanctissimis episcopis §. Reverendiss. Albericus per apocrisarios nuncios papæ intelligit.

Apocrisarii qui?

CONCILIUM AFRICANUM [2]

ANNO CHRISTI 217. vel 215.

sub Zephyrino improbatum.

AGrippinum Carthaginensis ecclesiæ episcopum, indicto concilio in Africa omnes Numidiæ & Africæ episcopos convocasse, de iterando hæreticorum baptismate, omnium sententias rogasse, ac demum ex communi episcoporum sententia id affirmantium, contra apostolicam ecclesiæ catholicæ traditionem, canonem & decretum statuisse, Cyprian. epist. 71. ad Quintum aperte testatur his verbis: *Quod quidem & Agrippinus bonæ memoriæ vir cum ceteris coepiscopis suis, qui illo tempore in provincia Africa & Numidia ecclesiam Dei gubernabant, statuit, & librato consilii communis examine firmavit: quorum sententiam, & religiosam & legitimam & salutarem, fidei & ecclesiæ catholicæ congruentem, nos etiam secuti sumus.* Quia autem annus Christi 217. [c] Christianis pacatus exstitit, illo eodem anno sane Carthaginensem synodum habitam esse, probabile est. Occasionem errandi, Tertullianus gentilitius tribuisse videtur. Hic enim quodam prætextu pietatis, dum ad hunc catholicus esset, omnia hæreticorum ab ecclesia rejicienda ac depellenda esse sentiens, eo erroris ipse cum aliis quibusdam quos induxit, prolapsus est, ut nec baptismum communem cum hæreticis habendum esse putaret: ideoque etiam baptizatos a ministris hæreticis, in ecclesiam catholicam recipiendos non esse, nisi illud ipsum sanctum lavacrum per ministerium catholicorum iteratum denuo susci-

[c] 215.

Tertullianus prædicti baptismi auctor.

---

1 In MS, *Saturnio*, in fastis *Saturnino*, & *Gallo* an. Christi 198. *Harduinus*.

2 Seu potius Carthaginense I. sub Agrippino Episcopo, ab Africæ Proconsularis & Numidiæ Episcopis, de hæreticis rebaptizandis: ad cujus sententiam provocat Cyprianus non solum in epist. 71. ad Quintum, sed etiam 73. ad Jubajanum. Ejus item meminit Augustinus passim, & Vincentius Lirin. lib. 1. Commonit. cap. 9.

Controversia de baptismo quando orta sit

sciperent. Hinc igitur certissimum esse liquido A rebaptizatione, inter doctores ecclesiæ agitatam, constat usum rebaptizandi sub Agrippino frequentari cœptum esse : controversiam vero de valore baptismi ab hæreticis collati, eorumque sub Stephano pontifice exortam esse. Baronius anno Christi 217. num. 1. 2. 3. & anno 258. numer. 19. & 20.

ANNO CHRISTI circiter 217.

CONCILIUM CARTHAGINENSE II.

sub Agrippino.

ALterum, *anno circiter Christi* 217. *celebravit Agrippinus Carthaginensis Episcopus Concilium, in quo sancitus canon:* Ne Clericus ullam curam, tutelamve susciperet. *Meminit Cyprianus in epist. 66. ad clerum & plebem Furnitanorum de Victore, qui Faustinum presbyterum tu-*B *torem nominaverat, his verbis.* Graviter commoti sumus ego & collegæ mei, qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri, qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissemus, quod Geminius Victor, frater noster, de sæculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominaverit, cum jampridem in Concilio Episcoporum statutum sit, ne quis de Clericis, & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat &c. *Et infra :* Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes, censuerunt ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur.

ANNO CHRISTI 221. 219.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA CALLISTI PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

a CAllistus natione Romanus, ex patre Do-C mitio, de regione urbis Ravennatum, *b* sedit annos (*a*) 5. menses duos, dies 10. Fuit temporibus Macrini & (*b*) Heliogabali, a consulatu Antonini & Alexandri. *c* Hic martyrio coronatur. *d* Hic constituit jejunium [a] quater in anno fieri frumenti, vini & olei gratiam, secundum prophetiam. Qui sepultus est *e* in cœmeterio Calepodii, via Aurelia, *f* milliario tertio, pridie Idus mensis Octobris. Hic fecit ecclesiam sanctæ Mariæ trans Tiberim. [b] Et fecit aliud cœmeterium via Appia, ubi multi sacerdotes & martyres requiescunt, quod appellatur usque in hodiernum diem cœmeterium Callisti. (*c*) Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros 16. diaconos 4. episcopos per loca 8. Quievit episcopatus dies 6.

[a] die sabbati ter in anno fieri frumenti vini & olei secundum prophetam quarti mensis septimi & decimi

[b] desunt in C. H.

Notæ Severini Binii.

Quoto anno pontifex factus sit?

" 219.

" Alagabali. Miracula Callisti.

Quandiu sederit.

" 224.

a Callistus.) Post interregnum 6. dierum 2. die Septembris anno dominicæ incarnationis " 221. qui est Antonini " Caracallæ secundus, pontificatum gubernandum accipit Callistus, patria Romanus, vigilantissimus ecclesiæ pastor, miraculis & sanctitate clarus, qui Privatum ulceribus plenum precibus sanavit. Vide Baron. anno 220.

b Sedit annos 5. menses duos, dies 10.) Cum sub Alexandro imperatore, anno imperii illius tertio, qui est Christi " 226. pridie Idus Octobris martyrio affectus sit, ut ecclesiasticæ tabulæ referunt, quinque quidem annis, sed uno dumtaxat mense, & diebus 12. sedisse invenitur.

c Hic martyrio coronatur.) De martyrio Callisti Romanum martyrologium hæc continet : *Romæ, via Appia natalis beati Callisti papæ & martyris, qui Alexandri imperatoris jussu diutius fame in carcere cruciatus, & quotidie fustibus cæsus, tandem e fenestra domus, in qua custodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demersus, victoriæ triumphum promeruit.* Sed cum Alexander A imperator, teste Lampridio in Alexandro, Christianam rem non solum non læserit, sed potius plurimum promoverit, Christum inter Deos habuerit, eique matutinis horis in larario suo rem divinam fecerit, ac nisi oraculis deorum disuasus fuisset, templum eidem erigere decreverit, Christianorum moribus delectatus fuerit, eos provinciarum rectoribus imitandos proposuerit, illisque demum, popinariis expulsis, ad conventus faciendos publicum locum, ex quo olim, regnante Augusto, Christo in Bethlehem nascente, oleum scaturiit, concesserit, ac ibidem per Callistum pontificem templum in honore partus virginei consecratum erigi permiserit : hac, inquam, voluntate optima cum erga Christianos affectus fuerit, Callistum pontificem non ipsius Alexandri imperatoris expresso jussu ac decreto; sed potius consilio ac decreto jurisconsultorum, & imprimis Ulpiani, quem U Christianis, velut sacrilegis, infestissimum fuisse, ex Lactantio Firmiano lib. 5. cap. 11. & 12. constat, occisum fuisse verius esse putavimus. Hic enim, teste Lampridio ibidem, Alexandri imperatoris tutorem egit, principi primo loco assedit, præfecturam prætoriam, dignitatem amplissimam, imperatoris concessu administravit, ac scriniorum magister extitit, adeo ut hujus arbitrio pene cuncta imperator faceret, diceretur que jussu Alexandri accidisse, quod mandato & consilio solius Ulpiani factum fuerat. De quibus vide Baron. anno 225. num. 1. 2. 3. 4. &c. item ann. 226. n 4.

d Hic

(*a*) *Luc.* VII. (*b*) *Luc.* Theodoliobolli. (*c*) Luc. sic legit: *hic constituit jejunium die sabbati ter in anno fieri frumenti vini & olei. Hic fecit basilicam Transtiberim. Hic fecit ordinationes V. per mensem decembris presbyteros XVI. diaconos IV. Episcopos per diversa loca numero VIII. qui etiam sepultus est in cimiterio Calepodi Via Aurelia miliario III. pridie Idus Octobris. Qui fecit alium cimiterium via Appia, ubi multi sacerdotes, & martyres requiescunt, qui appellatur usque in hodiernum diem Cimiterium Callisti, & cessavit episcopatus dies XVI.*

d Hic constituit.) Hoc decretum extat epistola ejus prima. Vide quæ dicemus in notis ad illam epistolam.

e In cœmeterio.) Cœmeteriorum, quorum in vitis pontificum apud hunc auctorem diversis in locis mentio fit, quadraginta tria recensentur a Baronio anno Christi 226. num. 8. & 9. Nominantur autem cœmeteria illa loca, in quæ Christiani suorum defunctorum corpora unguentis delibuta sepelienda deferebant: appellabant autem ea loca cœmeteria, quod fides doceret, Christianos non mori, sed rursus excitandos, interea in domino obdormire. Tertullianus de corona militis. Hæc alibi nominantur interdum areæ, tumbæ, catatumbæ, & ex natura loci, cryptæ arenariæ. His in locis Christianorum dumtaxat, non autem ethnicorum gentilium defuncti sepeliebantur, ideoque diebus dominicis a Christianis frequentari solebant: quod deinceps aliorum imperatorum edictis vetitum, aliorum vicissim Christianis concessum. Vide Baronium ann. 130. num. 2. ann. 226. num. 10. & 11. ann. 260. num. 17. 258. num. 7. item 267. num. 77. & 78.

f Milliarii tertio.) Ab urbe nimirum: lege enim 12. tabularum, teste Cicer. de legibus lib. 2. vetitum fuerat, defunctum intra mœnia sepelire. Hac igitur lege cogebantur etiam Christiani suos mortuos extra mœnia sepelire, nisi forte quis clanculum (quod sæpius accidit) cadaver martyris sustulisset, ac in domo propria sepelisset. Sub Christianis imperatoribus sanctorum ossa in ecclesias translata sunt, Baronius anno 326. numero 7. & 12.

EPISTOLA I.

CALLISTI PAPÆ I.

AD BENEDICTUM EPISCOPUM.

De jejuniis quatuor temporum, & ut criminationem adversus doctorem nemo suscipiat.

I. *De temporibus jejuniorum.*
II. *De criminationibus doctorum.*

Callistus archiepiscopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, Benedicto fratri & coepiscopo salutem in domino.

FRaternitatis amore [b] constringimur, & apostolico moderamine cogimur, ut consultis fratrum (prout dominus dederit) respondeamus, eosque apostolicæ sedis auctoritate instruamus.

I.

a Jejunium, *b* quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, *c* ut sicut annus per quatuor volvitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus jejunium, per anni quatuor tempora. Et sicut replemur frumento, vino & oleo ad alenda corpora, sic repleamur jejunio ad alendas animas, juxta prophetæ Zachariæ vocem, qui ait: *Factum est verbum domini ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocassent me patres vestri, & non sum misertus: sic conversus cogitavi in diebus istis, ut bene faciam Jerusalem & domui Juda. Nolite timere. Hæc sunt verba quæ facietis: loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo; veritatem & judicium pacis judicate in portis vestris, & unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & juramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi-*

vi, dicit dominus exercituum. Et factum est verbum domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit dominus exercituum: Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, & in lætitiam, & in solennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite, dicit dominus exercituum. In hoc ergo omnes nos [a] unanimes oportet esse, ut secundum apostolicam doctrinam, *idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia*, in cujus operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem. Non decet enim a capite membra dissidere, sed, juxta sacræ scripturæ testimonium, *omnia membra caput sequantur*, *d* Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cujus vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est ecclesia, cujus caput (ut prædictum est) Roma exsistit ecclesia. [b] Quidquid ergo sine discretione justitiæ contra hujus disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

[a] S. Leo ep. 53. & 84. 1. *Petri* 3.

Distin. 12. Non decet a capite. 1. *Cor.* 12.

[b] Hadrian. coll. 3. & 67.

II.

Criminationes vero contra doctorem nemo suscipiat, quia non oportet filios reprehendere patres, nec servos dominos lacerare. Filii ergo sunt doctorum, omnes quos instruunt. Et sicut filii patres carnales, sic & hi patres debent diligere spirituales. Non enim bene vivit, qui non recte credit, aut patres reprehendit, vel detrahit suos. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi quam reprehendendi sunt, nisi in recta fide erraverint. Nullus ergo doctorem per scripta accuset, nec nisi fideli & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conversationem ducat, accusatori respondeat: quia indignum est, ut doctor stulto & indocto, atque reprehensibiliter viventi, respondeat juxta stultitiam suam, dicente scriptura: *Non respondeas stulto juxta stultitiam suam.* Non bene vivit, qui non recte [c] credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquam insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, & infidelis callide insidiatur, atque fideles & pie ac juste viventes perdere nititur, quia similis similem sibi quærit. Infidelis homo mortuus est in corpore vivente. Et contra, sermones fidelis hominis vitam custodiunt auditorum. Doctorem enim [d] catholicum, & præcipue domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta, *Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere*: multis hujus mundi illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut veræ continentiæ obtineatur integritas. Cujus prima est labes superbia, initium transgressionis & origo peccati: quoniam mens sponte avida, nec abstinere novit, nec pietati adhibere consensus. [e] Nullus bonorum inimicum habet, nisi malum, qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Quidquid ergo [f] irreprehensibile est,

Provérb. 26.

[c] Sixti sententiæ 6. 167. 189. 203.

[d] S. Leo ep. 53.

Eccles. 18.

[e] Prosperi sent. 202. ex Aug. in ps. 54.

[f] Canon. 9. conc. Nicæni.

1 In sæpe citato MS. Paris. Soc. Jesu *Calistus*; alibi *Callistus*. Hard.

catholica defendit eccleſia. Nulli imperatori, A
[a] Conc. Rom. vi. ſub Symmacho papa. 11. q. 3. Injuſtum judicium &
[a] vel cuipiam pietatem cuſtodienti, licet aliquid contra mandata divina præſumere. Injuſtum ergo judicium & diffinitio injuſta, regio metu aut juſſu, aut cujuſcumque epiſcopi aut potentis, a judicibus ordinata vel acta, non
[b] S. Proſperi ſent. 179. ex S. Aug. 1x. confeſſ. c. 9.
[b] valeat. Homini religioſo parum eſſe debet inimicitias aliorum non exercere, vel augere male loquendo, niſi etiam eas extinguere bene loquendo ſtuduerit. [c] Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio. Omnes vero qui amant [d] vitam beatam, malunt eam tranquillitatis ſuæ & juſtitiæ ſtatu currere, quam noſtrorum peccatorum pœnis ultricibus interpolari. *e* Memor enim ſum,
[c] ejuſdem ex eodem in pſ. 93.
[d] S. Ambr. ep. 21.
[e] S. Leo ep. 32.
[e] me ſub illius nomine eccleſiæ præſidere, cu- B
jus a domino noſtro Jeſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, & cujus fides omnes ſemper deſtruit errores. Et intelligo, aliter mihi non licere, quam ut omnes conatus meos ei cauſæ, in qua univerſalis eccleſiæ ſalus infeſtatur,
[f] S. Leo ep. 31. cujus verba ut præcedentium auctorum detractis additiſve quibuſdam interpolata.
[f] impendam. Spero autem adfuturam miſericordiam Dei, quod cooperante ejus clementia, omnis peſtifer morbus, ipſo pellente, auferatur: & quidquid ipſo inſpirante atque auxiliante poterit ſalubriter fieri, cum tuæ fidei & devotionis laude peragatur. Quoniam res omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi, quæ ad divini muneris famulatum pertinent, ſacerdotalis defendat auctoritas. Data undecimo Kalendas Decembris, [g] Antonino [1] & Alexandro C
[g] ann. 222.
viris clariſſimis conſulibus.

Notæ Severini Binii.

Jejunium quatuor temporum a quo inſtitutum ſit.

a Jejunium.) Jejunium quatuor temporum non a Calliſto pontifice, ſed ab apoſtolis inſtitutum eſſe, præter expreſſum ſancti Leonis teſtimonium, ipſe quoque Calliſtus hac epiſtola indicat, verbis ſequentibus hiſce: *quod ter in anno apud nos celebrare dtdiciſti*; affirmans jam ante ſua tempora trium temporum jejunia in eccleſia ſervari eſſe ſolita: a ſe vero, quarti dumtaxat temporis jejunium ſuperadditum eſſe, ne Judæi, ſecundum prophetiam Zachariæ capite octavo, quater in anno jejunantes, in virtutis temperantiæ exercitio promptiores & alacriores eſſe dici poſſint. Jejunium menſis Decembris, quod eſt unum atque præcipuum ex quatuor, tempore apoſtolorum, a Chriſtianis obſervatum eſſe, indicat Lucas Actor. c. 27. his verbis: *Incipiebat enim* D
periculoſa eſſe navigatio, quia jejunium jam præterierat; quaſi diceret, ut exponunt Chryſoſtomus & Oecumenius, quia hibernum illud decimi menſis jejunium præterierat, incipiebat eſſe periculoſa navigatio, propterea quod hiems ageretur, qua navigantibus graviſſima pericula imminent. Hoc igitur jejunium Calliſtus integrum non inſtituit: ſed inſtitutum ab apoſtolis ſcripto confirmavit, & ut Bellarminus concedit, quarto ſuperaddito ſaltem ampliavit. Vide Bellarminum de bon. oper. in part. lib. 2. cap. 19. Baron. ann. Chriſti 57. num. 6. & 7.

Calliſtus tribus temporibus quartum jejunandi tempus adjecit.

b Quod ter in anno.) Baron. anno Chriſti 226. num. 6. putat legendum eſſe, *quater*, ex eo quod prophetiam Zachariæ citat, quæ quater in anno jejunandum eſſe admonet: aliter ſentit Bellarm. loco prædicto, cujus expoſitio textui conformior eſſe videtur.

c Ut ſicut annus per quatuor.) His verbis Calliſti pontificis tres cauſæ jejunii quatuor temporibus obſervandi indicantur. Prima, ne Chriſtiani Judæis hac in E
Prima cauſa jejunii quatuor temporum.
parte remiſſiores viderentur. Conſtat enim ex verbis prophetiæ ſequentibus Judæos quater in anno jejunaſſe ſolenni jejunio: æquum igitur fuit ut Chriſtiani, qui perfectiores Judæis eſſe debebant, etiam ſua quatuor tempora haberent; quibus ſolenni ac communi jejunio per totum orbem jejunarent. Hanc eamdem rationem inſtituri jejunii quatuor temporum, reddit etiam ſanctus Leo ſermone 7. de jejunio ſeptimi menſis. Item
Secunda cauſa.
ſermone 4. & 6. de jejunio decimi menſis. Secunda eſt, ut his temporibus Deo ſupplicaremus pro frugibus ac fructibus terræ, ac pro iiſdem perceptis gratias agemus. Nam in iis quatuor temporibus, aeris temperies maxime variatur, ac fructus omnes cum frugibus vel ſeruntur, vel naſcuntur, vel maturantur, vel colliguntur. Hanc rationem adfert ſanctus Leo ſermone 1. Ter
5. & 8. de jejunio decimi menſis. Tertia cauſa eſt, ut ſingulis menſibus certum aliquod ſtativum ac ſolenne jejunium ſervetur, ſicut ſingulis annis quadrageſimale, ſingulis hebdomadibus feria ſexta & quarta olim, nunc ſabbata jejunatur, ac proinde quatuor anni temporibus tribus diebus unius hebdomadæ jejunemus, pro tribus menſibus: nimirum menſe Martio jejunamus ſemel tribus diebus, pro primo, ſecundo ac tertio menſe: menſe Junio circa pentecoſten jejunamus per dies tres, pro tribus ſequentibus menſibus Junio videlicet, Julio, & Auguſto: menſe Septembri, pro ſeptimo, octavo & nono: Decembri pro decimo, undecimo ac duodecimo menſe anni, ſcilicet pro Decembri, Januario ac Februario. Idque majoris commoditatis gratia factum eſt. Hæc Leo ſerm. 9. de jejunio ſeptimi menſis: & ſerm. 8. de jejunio decimi menſis, Amalarius de offic. eccleſ. lib. 2. c.
Qu
2. Quarta cauſa inſtituti jejunii quatuor temporum eſt ordinatio clericorum: quæ cum his temporibus ordinarie per univerſam eccleſiam fiat, omnes & ſinguli Chriſti fideles exemplo primitivæ eccleſiæ, quam Actor. c. 13. tempore ordinationis jejunaſſe conſtat, merito cum jejunio orant, ut Chriſtus dominus fideles operarios in vineam ſuam mittere dignetur. Et quamquam primi ſummi pontifices, ut perſpicuum eſt ex libro pontificali, ac teſtimonio Amalarii lib. 2. de offic. eccleſ. cap. 1. menſe Decembri tantum ordines ſacros contulerint, tamen creſcente ordinandorum numero, recte inſtitutum eſt, ut aliis etiam tribus temporibus ſacri ordines conferrentur: ita Gelaſius epiſtola prima. Vide Bellarm. prædicto loco.

d Nulli vero dubium.) Romanam eccleſiam matrem & caput eſſe omnium aliarum eccleſiarum, evidens teſtimonium notatu digniſſimum hic traditur: plura teſtimonia vide apud Bellarm. de Rom. pont.

e Memor enim ſum, me ſub illius nomine eccleſiæ præſidere.) Romanum pontificem ſucceſſorem Petri eſſe, hic indicatur. Plura teſtimonia vide apud Bellarmin. de Roman. pont. lib. 2. cap. 12. & multis aliis ſequentibus.

EPISTOLA II.

CALLISTI PAPÆ I.

AD OMNES GALLIARUM EPISCOPOS.

De conſpirationibus & reliquis illicitis cauſis ne fiant, & de reparatione lapſi poſt pœnitentiam.

I. *De iis qui conſpirant adverſus epiſcopos, vel qui eis conſentiunt.*
II. *De iis qui excommunicatis communicant, vel infidelibus.*
III. *Ut nullus epiſcopus de alterius parochia aliquid præſumat, & de mutationibus epiſcoporum.*
IV. *De conjunctionibus conſanguineorum; & de iis, qui ex eis naſcuntur, & de accuſationibus quas leges rejiciunt.*
V. *Qui non debeant admitti ad accuſationem, vel ad teſtimonium: nec niſi de iis quæ in præſentia acta ſunt, teſtimonium dandum.*
VI. *Si poſſit ſacerdos poſt lapſum miniſtrare.*

Dilectiſſimis fratribus per Gallias conſtitutis, univerſis epiſcopis Calliſtus.

PLurimorum relatu comperimus, [a] dilectionem veſtram fervore Spiritus ſancti, ita eccleſiæ gubernacula firmiter contra impetus tenere & regere, ut naufragia aut naufragiorum detrimenta, Deo auctore, non ſentiat. Talibus

---

1 Id. MS. *Antonio*.

bus igitur gloriantes indiciis, rogamus, ne in illis partibus contra ſtatuta apoſtolica quidquam fieri ſinatis, ſed noſtra fulti auctoritate, nociva compeſcite, illicita prohibete.

I.

Conſpirationum vero crimina veſtris in partibus vigere audivimus, & plebes contra epiſcopos ſuos conſpirare, nobis [a] manifeſtatum eſt. Cujus criminis aſtutia non ſolum inter Chriſtianos abominabilis eſt, ſed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco hujus criminis reos non ſolum eccleſiaſticæ, ſed etiam ſæculi damnant leges: & non ſolum conſpirantes, ſed *etiam conſentientes eis*. Anteceſſores vero noſtri cum plurima turba epiſcoporum, quicumque eorum in ſacerdotali honore ſunt poſiti, aut exiſtunt clerici, honore, quo utuntur, * cadere præceperunt: cæteros vero communione privari, & ab eccleſia extorres fieri juſſerunt: omneſque ſimul utriuſque ordinis viros infames eſſe cenſuerunt: & *non ſolum facientes, ſed & eis conſentientes*. Juſtum eſt enim, ut qui divina contemnunt mandata, & inobedientes patrum exiſtunt juſſionibus, ſeverioribus corrigantur vindictis, quatenus ceteri talia committere timeant, & [b] omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti ſumant ſeveritatis atque bonitatis exemplum. Nam [c] ſi (quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem, vigoremque negligimus, perdit deſidia diſciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur. Hi vero in nullius accuſationem ſunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox, ullum nocere vel accuſare poteſt.

II.

Excommunicatos quoque a ſacerdotibus, nullus recipiat ante utriuſque partis juſtam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicet, nec Ave eis dicat: quia quicumque in his vel aliis prohibitis, ſcienter excommunicatis communicaverit, *a* juxta apoſtolorum inſtitutionem, [d] & ipſe ſimili excommunicatione ſubjacebit. Ab his ergo clerici & laici ſe abſtineant, qui eadem pati noluerint. Infidelibus quoque nolite conjungi, nec cum eis ullam participationem habere. Talia vero agentes, non fideles, ſed infideles judicantur. Unde ait apoſtolus: *Quæ pars fideli cum infideli? aut quæ participatio juſtitiæ cum iniquitate?*

III.

Nemo quoque alterius terminos uſurpet, nec alterius parochianum judicare aut excommunicare præſumat: [e] quia talis judicatio vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit: quoniam nullus alterius judicis, niſi ſui, [f] ſententia tenebitur, aut damnabitur. Unde & dominus loquitur dicens: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui*. Nullus autem primas vel metropolitanus diœceſani eccleſiam vel parochiam, aut aliquem de ejus parochia præſumat excommunicare vel judicare, vel aliquid agere abſque ejus conſilio vel judicio: ſed hoc obſervet, *b* quod ab apoſtolis ac patribus & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & a nobis confirmatum: [a] id eſt, ſi quis metropolitanus epiſcopus, niſi quod ad ſuam ſolummodo propriam pertinet parochiam, ſine conſilio ac voluntate omnium comprovincialium epiſcoporum, extra aliquid agere tentaverit, gradus ſui periculo ſubjacebit: & quod egerit, irritum habeatur & vacuum. Sed quidquid de provincialium coepiſcoporum cauſis, eorumque eccleſiarum, & clericorum atque ſæcularium neceſſitatibus agere aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omnium conſenſu *c* comprovincialium agatur pontificum: nec aliquo dominationis faſtu, ſed humillima & concordi adminiſtratione, ſicut dominus ait: *Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare:* Et alibi: *Qui major eſt veſtrum, erit miniſter veſter*, & reliqua. Similiter & ipſi comprovinciales epiſcopi cuncta cum ejus conſilio, niſi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta ſanctorum conſtituta patrum, (qui [b] quamvis aliquo temporum intervallo nos anteceſſerint, ab uno tamen eodemque puritatis fonte, veritatis & fidei lumen hauſerunt, & eodem illuſtratore & directore ſpiritu, eccleſiæ Dei ſtabilimentum, & omnium Chriſtianorum communem quæſiverunt utilitatem,) ut [c] uno animo, uno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullusque reliquorum epiſcoporum, alterius adeat civitatem, aut ad poſſeſſionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius epiſcopi eſt parochiæ, ſuper cujuſquam diſpoſitione, niſi vocatus ab eo, cujus juris eſſe dignoſcitur: aut quidquam ibi diſponat, vel ordinet, aut judicet, ſi ſui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præſumpſerit, damnabitur: & non ſolum ille, ſed cooperatores, eique conſentientes: quia ſicut ordinatio, ita eis & [d] judicatio, & aliarum rerum diſpoſitio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter judicabit? Nullatenus procul dubio judicabit, aut judicare poterit: quoniam ſicut alterius uxor, nec adulterari ab aliquo, vel judicari aut diſponi, niſi a proprio viro, eo vivente, permittitur: ſic nec *d* uxor epiſcopi, quæ ejus eccleſia vel parochia indubitanter intelligitur, eo vivente, abſque ejus judicio & voluntate, alteri judicari vel diſponi, aut ejus concubitu frui, id eſt, ordinatione, ullatenus conceditur. Unde ait apoſtolus: *Alligata eſt uxor legi, quamdiu vir ejus vivit; eo vero defuncto, ſoluta eſt a lege viri*. Similiter & ſponſa epiſcopi (quia ſponſa uxorque ejus dicitur eccleſia) illo vivente ei eſt alligata: eo vero defuncto, ſoluta eſt, & cui voluerit, nubat, tantum in domino, id eſt, regulariter. Si enim, eo vivente, alteri nupſerit, adultera judicabitur. Similiter & ille, ſi alteram ſponte duxerit, aduiter æſtimabitur, & communione privabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia, fugiendum illi eſt ad alteram, eique eſt aſſociandus, dicente domino: *Si perſecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Si autem utilitatis cauſa fuerit mutandus, non per ſe hoc agat, ſed fratribus invitantibus, & auctoritate hujus ſanctæ ſedis faciat, non ambitus cauſa, ſed utilitatis.

a Hadr. coll. 43

b quæ anſulis clauſa ſunt, non leguntur in C. Juſt. *Ita & in Luc.*

c Hadr. coll. 43. qq. interjectis a ſuperioribus verbis ſejuncta, In decret. Ivon. lib. 4.

d Hadr. coll. 16.

7. q. 1. Sicut alterius uxor.

Rom. 7.

Matth. 10.

In decret. Ivon. lib. 3.

a Id. MS. *item, ſi quis*.

IV.

35. q. 2. 3. Conjunctiones consanguineorum.

Conjunctiones autem consanguineorum fieri prohibentur, quando has & divinæ & sæculi prohibent leges. Leges ergo divinæ hoc agentes, & eos qui ex eis prodeunt, non solum ejiciunt, sed & maledictos appellant. Leges ergo sæculi, infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigiis inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi. Nec eos viros, [1] nec accusationes eorum, quos leges sæculi rejiciunt, suscipere debemus. (Quis [a] enim dubitat, leges humanas, rationi & honestati non repugnantes, esse amplectendas, præsertim ubi vel publicæ consulunt utilitati vel ecclesiasticæ dignitatis auctoritatem defendunt, ac pro adminiculo tuentur?) Eos autem consanguineos dicimus, quos divinæ & imperatorum, ac Romanorum [b] atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hereditatem suscipiunt, nec repellere possunt. Tallum enim conjunctiones nec legitimæ sunt, nec manere possunt, sed sunt repellendæ: (& [c] si quæ ausu temerario tentatæ sint, auctoritate apostolica rescindendæ veniunt.)

a absunt a MS. Just. & a Luc.

2. q. 4. Consanguineorum conjunctiones.

b Inscite hinc arguitur distinctio impp. in Romanos & Græcos.

c abiunt a MS.

V.

In decret. Ivon. lib. 4.

Quisquis ergo non est legitime conjunctus, vel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus, sacerdotes vel legitime conjunctos criminari, vel in eos testificari minime potest: quoniam omnis incesti macula pollutus infamis est, & accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hi rejiciendi sunt, & infames efficiuntur, sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus, vel eis qui seniores impetunt, fieri censemus. Hos ergo sæculi leges interficiunt, sed nos, misericordia præeunte, sub infamiæ nota ad pœnitentiam recipimus. Ipsam quoque infamiam, qua sunt aspersi, delere non possumus, sed animas eorum per pœnitentiam publicam, & ecclesiæ satisfactionem sanare cupimus, quia [d] manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Omnes ergo qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum, & eorum, super quorum fide non hæsitatur, minime recipiantur, & in testimonio humano dubii habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur: nec eis [e] omnino esse credendum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum est ergo in judicio, cujus sit conversationis & fidei, is qui accusat, & is qui accusatur: quoniam hi qui non sunt rectæ conversationis ac fidei, & quorum vita est accusabilis, non permittuntur majores natu accusare, nec quorum fides, vita, & libertas nescitur. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusationem. Rimandæ vero sunt enucleatim personæ accusatorum, quæ sine scripto difficile, per scriptum autem nunquam recipiantur: quia per scripturam nullus accusare vel accusari potest, sed propria voce, & præsente eo, quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. Nec absente [f] eo, quem accusare voluerit, cuicumque accusatori credatur. Similiter testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed præsentes, de his quæ viderunt & noverunt, veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis vel negotiis dicant testimonium, nisi de his quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Accusatores vero consanguinei, adversus extraneos testimonium non dicant, nec familiares vel de domo prodeuntes: sed si voluerint, & invicem consenserint inter se, parentes tantummodo testificentur, & non in alios. Nec accusatores vel testes suspecti recipiantur: quia [g] propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis affectio, veritatem impedire solet. Amor carnalis, [h] & timor, atque avaritia, plerumque sensus hebetant humanos, & pervertunt opiniones: ut quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. *Nemo enim in dolo loquatur ad proximum suum. Fovea alta est os malevoli.* Innocens dum credit facile, cito labitur. Sed iste lapsus, surgit: & tergiversator suis artibus præcipitatur, unde nunquam exiliat atque evadat. Ponderet ergo unusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Unde bene sacra ait scriptura: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* Nos enim [i] tempore indigemus, ut aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia & opera nostra, neque ordinem corrumpamus. Sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, [k] non perdamus eum, sed fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus apostolus: *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Porro S. David de criminibus mortiferis [l] egit pœnitentiam, & tamen in honore permansit. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando dominum negasse pœnituit, sed tamen apostolus permansit. Et dominus per prophetam peccantibus pollicetur, dicens: *Peccator in quacumque die conversus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.*

d S. Isid. III. sent. 46.

e Hadr. coll. 4. 2. quæst. 7. Quærendum est. Et in Carthag. conc. IV. cap. 96. Hadr. I. coll. 5. & 15.

2. q. 8. Accusatorum.

3. q. 9. Absente eo quem.

3. q. 9. Testes per quas.

f Vide cod. Theod. & Anianum aliosque jurisconsultos.

VI.

Errant enim, qui putant domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam, domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra traditas ecclesiæ claves disputant [g] & agere videntur, de quibus dictum est: *Quæcumque solveritis in terra, erunt soluta & in cœlo.* Alioquin hæc sententia, aut domini non est, aut vera est. Nos vero indubitanter, tam domini sacerdotes, quam reliquos fideles, post dignam satisfactionem posse redire [h] ad honores credimus, testante domino per prophetam: *Numquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat? & qui aversus est, non revertetur?* Et alibi: *Nolo*, inquit dominus, *mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Et propheta David pœnitentiam agens, [i] dixit: *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu prin-*

g Id. MS. *vel accusationes, quas.*

principali confirma me. Ipse namque post pœnitentiam & alios docuit, & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pœnitentiam Deo gesserint, utrumque facere posse. Docuit enim quando dixit: *Docebo iniquos vias tuas, & impii ad te convertentur*. Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. Videns enim propheta scelera sua mundata per pœnitentiam, non dubitavit prædicando & domino libando, curare aliena. Lacrymarum ergo effusio movet animi passionem. Satisfactione autem impleta, avertitur animus ab ira. Qui enim non ignoscit alteri, quomodo sibi putat subveniri? Superabundant ergo peccata, superabundet & misericordia. *Quoniam apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio*. Penes dominum omnium abundantia est, quia *Dominus virtutum ipse est & rex gloriæ*. Ait enim apostolus: *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei: justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiatorem, per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus & justificans eum, qui ex fide est Jesu Christi*. David enim dixit: *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata*. Mundatur ergo homo a peccato, & resurgit gratia Dei [a] lapsus & in pristino manet officio, juxta prædictas auctoritates. Videat ne amplius peccet, ut sententia evangelii maneat in eo: *Vade, & amplius noli peccare*. Unde ait apostolus: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tamquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur; non enim sub lege estis, sed sub gratia. Quid ergo? Peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis. Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ. Humanum dico &c.* Majus [b] enim peccatum est judicantis, quam ejus qui judicatur. *Existimas*, inquit apostolus, *o homo omnis qui judicas eos qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei? An divitias bonitatis ejus & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera ejus: iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem & incorruptionem quærentibus * vitam æternam: iis autem, qui sunt ex contentione & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio; tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum*. Sententiam, fratres, quæ [a] misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite, quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. [b] Consultis vestris breviter respondimus, quia oppressos nimis, & præoccupatos aliis judiciis literæ nos invenere vestræ. Data VIII. Idus Octobris, [1] Antonino & Alexandro viris clarissimis [c] consulibus,

a Sixti sent. 328. ex versione Rufini qui obiit an. 411.

b *Marci* 12.

c an. 222.

Notæ Severini Binii.

a Juxta apostolorum institutionem.) Canones apostolorum 11. & 12. intelligit: in quorum notis, vide quæ diximus de excommunicatis vitandis.

b Quod ab apostolis.) Canone 35. & 36. quibus singulis episcopis apostolica lege præcipitur, ne diœceseos suæ terminos transgrediantur, verum potius singuli intra suos fines sese contineant. Vide quæ diximus in notis ad allegatos canones.

c Comprovinciatium agatur pontificum.) Locus notabilis, unde perspicue constat, pontificis & episcopi nomen commune fuisse omnibus omnino episcopis Romano dignitate & officio inferioribus: adeoque nemini mirum videri debeat, Romanum pontificem & episcopum, cui maxima cura ecclesiæ commissa est, qui non tantum universæ plebis, sed etiam totius cleri, omnium sacerdotum & episcoporum pastoralem curam habere debet, discriminis causa atque officio suo convenienter pontificem maximum & episcopum episcoporum appellari. Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Zephyrini, & ad epistolam Sixti.

Omnes episcopi appellati sunt pontifices.

Solus Romanus pontifex maximus.

d Uxor episcopi.) Sicut virgines per votum emissum dicuntur Christo nubere, ejusque sponsæ, tota causa 27. quæst. 1. ita merito ecclesia ejus, cui quis per ordinationem adscriptus est, uxor esse dicitur. Unde recte apostolica constitutione, quæ extat canonibus apostolorum 14. 15. & 16. constitutum est, ne episcopi aliive curata beneficia possidentes diœceses, ac parochias suas sine gravi causa majoris utilitatis, sua sponte mutent. Sicut & illud, quod qui post sacros ordines susceptos, quantumvis invalide, matrimonium in facie ecclesiæ contrahere præsumpserint, interpretativam, quam vocant bigamiam, adeoque irregularitates, aliasque pœnas incurrant, Can. quotquot 27. qu. 1.

Ecclesia est uxor sacerdotum

Auxilius, sæculi X. scriptor, in apologia pro ordinationibus Formosi, quæ Infensor, & Defensor *inscribitur, legenda in vetustis Analectis Mabillonii pag. 50. edit. in fol. cap. XXXI. hoc decretum Callisti recitat.*

12.

Ex novo suppl. P Manfi to. I. pag. 11.

CRiminationes, conspirationes, susurrationes contra Doctorem, vel qui locum superioris tenet, nemo suscipiat: quia non oportet filios Patres reprehendere, nec servos Dominos lacerare. Non enim bene vivunt qui superiores detrahunt, vel reprehendunt. Magistri enim portandi sunt, non reprehendendi, nisi in recta fide aberraverint. Nullus Doctor per scripturam accusetur, nec cuiquam accusatori respondeat qui ducit vitam reprehensibilem, quoniam indignum est ut doctor indocto, ovi Pastor respondeat. Ipse sicut laicus non est, qui legitime convictus, in accusatione recipiendus, sic nec Sacerdos sine titulo criminari, vel testificari potest, quoniam maculosus, & infamis est, accusare non permittitur, & non solum hi, sed & qui consentiunt, rejiciendi.

VI-

1 Id. MS. *Antonio. Ita Luc.*

ANNO CHRISTI 223 " 224.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA URBANI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a tres.

a URbanus natione Romanus, ex patre Pontiano *b* ſedit annos [a] quatuor, menſes 10. dies 12. *c* Hic fecit miniſteria ſacrata omnia argentea, & patenas argenteas 25. (*a*) appoſuit. Hic ſua traditione multos convertit ad baptiſmum & credulitatem: (*b*) Tiburtium etiam & Valerianum nobiliſſimum virum, ſponſum ſanctæ Cæciliæ, quos etiam uſque ad martyrii palmam perduxit. Et *d* per ejus monita & (*c*) doctrinam, multi martyrio coronati ſunt. Hic fecit ordinationes quinque per menſem Decembrem, presbyteros (*d*) novem, diaconos quinque, epiſcopos per diverſa loca octo. Qui & ſepultus eſt in cœmeterio Prætextati, via Appia (*e*), [b] VIII. Kalendas Junias, & ceſſavit epiſcopatus dies 30.

b quem ſepelivit beatus Tiburtius XIV. Kal.

Notæ Severini Binii.

Quando Urbanus pontifex factus? 224. Origenis, eunuchi ordinatio improbatur. Origenes ob ſcripta hæretica excommunicatur.

a Urbanus.) Cum poſt martyrium Calliſti, ſedes ſex diebus vacaſſet, 21. Octobris anno Chriſti nati " 226. qui eſt Alexandri imperatoris tertius, Urbanus patria Romanus ei ſubſtituitur. Baron. prædicto anno, num. ult. Sub hujus pontificatu Origenem Alexandrinæ eccleſiæ ſubditum, ſponteneum eunuchum ab Alexandro Hieroſolymorum epiſcopo contra apoſtolorum canones ordinatum eſſe Demetrius Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus jure meritoque conqueritur, ipſumque Origenem in laicorum ordinem redigendum, & ab exercitio presbyterii ſuſpendendum eſſe, recte decrevit & admonet: poſtea tandem excommunicat, quod ſcripta quædam deinceps ab eo vel evulgata, vel ut ipſe Origenes excuſabat, ſuo nomine edita, multis hæreſibus ſcaterent. Vide Baron. prædicto anno & ſequentibus.

Urbanus quandiu ſederit.

b Sedit annos 4. menſes 10. dies 12.) Ex Vaticanis indicibus conſtat eum ſediſſe annis ſex, menſ. 7. dieb. 4. Euſeb. in chron. graviter errat, dum illi annos novem adſcribit. Baron. anno 233. num. 1.

Vaſorum argenteorum & aureorum uſus in eccleſia.

c Hic fecit miniſteria ſacrata omnia argentea.) His temporibus eccleſiam non modo vitreis, ſed etiam argenteis calicibus, quibus abundabat, uſam fuiſſe, præterquam quod hic illud aſſeratur, ex Gregorii Turonenſis commentariolo, quem de gloria martyrum ſcripſit, cognoſcere licet, ubi dicit: multa ſacra miniſterialia vaſa ex argento confecta, inventa eſſe, dum crypta illa, in qua fideles ſacra agentes occluſi fuerant, refoderetur.

Uſus vaſorum aureorum.

Imo non argenteis tantum, ſed & aureis calicibus Romanos pontifices circa hæc tempora incruentum corporis ac ſanguinis domini ſacrificium offerre conſueviſſe, Prudentius in hymno de rebus geſtis S. Laurentii indicat, verſibus, quibus perſecutores S. Laurentius interpellarunt, hiſce:

Hunc eſſe veſtris Orgiis
Moremque, & artem, proditum eſt;
Hanc diſciplinam fœderis,
Libent ut auro antiſtites.
Argenteis ſcyphis ferunt,
Fumare ſacrum ſanguinem:
Auroque nocturnis ſacris
Adſtare fixos cereos.

Creſcente religione Chriſtiana, gentilitas decreſcit.

Cum igitur hac ex parte Chriſtianæ eccleſiæ gloria creſceret, regale ſacerdotium Chriſti his fulgoribus & ornamentis illuſtraretur, non ſine Dei nutu ac conſilio accidit, ut Alexander imperator templis deorum gentium, aurum & argentum conferri ægre tulerit, illudque Perſii, ut refert Lampridius, frequenter ſuſurrarit: *In templo quid facit aurum?* Et demum ſingularis divinæ providentiæ opus eſſe videtur, quod aurum & argentum, templis ethnicorum jam ante collatum, per Maximinum Alexandri ſucceſſorem iſthuc auferri, ſtatuas deorum, omnemque materiam nummis condendis idoneam conflari permiſerit: adeoque voluerit fieri, quod 1. Reg. cap. 5. ſcribitur, arca ſcilicet Dei appropinquante, Dagon Philiſthæorum deum confringi: illam extolli, hunc dejici: illam gloria & honore affici, hunc vero dejectum univerſo ornatu & decore exui & ſpoliari: Chriſtianæ religionis gloriam creſcere, gentilitiæ ſuperſtitionis honorem minui, & penitus obſcurari. Baron. anno Chriſti 233. num. 2. & 3. Vide quæ diximus ſupra in notis ad vitam Zephyrini.

d Per ejus monita & doctrinam multi martyrio coronati ſunt.) Qui Tiburtium, Valerianum & Maximum cum ſancta Cæcilia in fide inſtruxerat, baptizaverat, & adverſus ictum gladii hortatu ſuo obfirmaverat, tandem ipſe quoque multa propter eccleſiam paſſus, cervicibus abſciſſis, martyrio coronatus eſt, anno Chriſti 233. Alexandri imperatoris 10. vigeſimoquinto die Maii. Baron. prædicto loco.

[a] EPISTOLA URBANI PAPÆ I.

De eo quod eccleſia modo poſſeſſiones fidelium recipit, & non pretium earumdem rerum ſicut temporibus apoſtolorum: & cur ſedes excelſæ in eccleſiis epiſcoporum præparentur: & ut eis, quos epiſcopi excommunicant, nullus communicet: & quos ipſi quoquomodo ejecerint, nullus recipiat.

I. *De vita communi, & quam ob cauſam eccleſia poſſeſſiones habere cœperit.*
II. *A quibus vel in quos uſus res eccleſiaſticæ diſpenſentur, & de invaſoribus earum.*
III. *Si quis ab eccleſia jus poſſidendi avellere tentaverit.*
IV. *De cathedris epiſcopalibus.*
V. *Ut nullus communicet iis, quibus epiſcopus non communicat, vel recipiat, quos ille abjecerit.*
VI. *De ſponſione in baptiſmo facta, & de iis qui communem vitam ſuſceperunt.*
VII. *De impoſitione manus epiſcopalis.*

Urbanus epiſcopus omnibus Chriſtianis, in ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti ſalutem.

DEcet omnes Chriſtianos, cariſſimi, ut eum imitentur, cujus nomen ſortiti ſunt

Quid

(*a*) *Luc.* poſuit:„ qui etiam claruit confeſſor temporibus Alexandri. Hic ſua &c. (*b*) *in Luc. deeſt* Tiburtium. (*c*) *in Luc. deeſt* & doctrinam. (*d*) *Luc.* XIX. diac. VII. (*e*) *Luc. addit* quem ſepelivit 6. Tiburtis XIV. Kal. Junias.

Quid prodeſt, fratres mei, Jacobus apoſtolus ait, *ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nolite plures magiſtri fieri, fratres mei, ſcientes quoniam majus judicium ſumitis. In multis enim offendimus omnes. Qui ſapiens & diſciplinatus eſt inter vos, oſtendat ex bona converſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ.*

I.

a Scimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter * bonos Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maxime inter eos qui in ſortem [a] domini ſunt electi, id eſt, clericos, ſicut in Actibus legitur apoſtolorum: *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Jeſu Chriſti. Et gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim quiſquam egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes, afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes apoſtolorum. Dividebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Joſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab apoſtolis, quod eſt interpretatum, filius conſolationis, Levites & Cyprius genere, cum haberet agrum, vendidit illum, & attulit pretium ante pedes apoſtolorum*, & reliqua. Videntes ergo ſacerdotes ſummi & alii, atque Levitæ, & reliqui fideles, plus utilitatis poſſe afferre, ſi hæreditates & agros quos vendebant, eccleſiis, quibus præſidebant epiſcopi, traderent, eo quod ex ſumptibus eorum, tam præſentibus quam futuris temporibus, plurima & elegantiora poſſent miniſtrare fidelibus communem [1] fidem ducentibus, quam ex pretio eorum; cœperunt prædia & agros, quos vendere ſolebant, matricibus [b] eccleſiis tradere, & ex ſumptibus eorum vivere.

II.

Ipſe vero res in ditione ſingularum parochiarum, epiſcoporum, qui locum tenent apoſtolorum, erant, & ſunt uſque adhuc, & futuris ſemper debent eſſe temporibus. E quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inveniatur. Ipſæ enim res, fidelium oblationes appellantur, quia domino offeruntur. Non ergo debent in aliis uſibus, quam eccleſiaſticis, & prædictorum Chriſtianorum fratrum vel indigentium converti: quia [c] vota ſunt fidelium, & *b* pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum, domino traditæ. Si quis autem (quod abſit); ſecus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphiræ percipiat, & reus ſacrilegii efficiatur, ſicut illi effecti ſunt, qui pretia prædictarum rerum fraudaverunt, de quibus legitur in prædictis apoſtolorum Actibus: *Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore ſua, vendidit agrum & fraudavit de pretio agri, conſcia uxore ſua: & afferens partem quamdam, ad pedes apoſtolorum poſuit. Dixit autem Petrus Ananiæ; Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venumdatum erat in tua poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo hanc rem? Non es hominibus mentitus, ſed domino. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expiravit. Et factus eſt timor magnus in omnes qui audierunt. Surgentes autem juvenes, amoverunt eum: & efferentes, ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & uxor ipſius, neſciens quod factum fuerat, introivit. Reſpondens autem ei Petrus, dixit: Dic mihi, ſi tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit; Etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum domini? Ecce pedes eorum qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium, & efferent te. Confeſtim cecidit ad pedes ejus, & expiravit. Intrantes autem juvenes, invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & ſepelierunt ad virum ſuum. Et factus eſt timor magnus in univerſam eccleſiam, & in omnes qui audierant hæc.* Hæc, fratres, valde cavenda ſunt & timenda: quia res eccleſiæ, non quaſi propriæ, ſed ut communes, [a] & domino oblatæ: cum ſummo timore non in alios quam in præfatos uſus ſunt fideliter diſpenſandæ, ne ſacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abſtrahunt, ubi traditæ ſunt, ne pœnam & mortem Ananiæ & Saphiræ incurrant, & (quod pejus eſt) anathema maranatha fiant, & ſi non corpore, ut Ananias & Saphira, mortui ceciderint, anima tamen, quæ potior eſt corpore, mortua & alienata a conſortio fidelium, cadat, & in profundum barathri labatur. Unde attendendum eſt omnibus, & fideliter cuſtodiendum, & illius uſurpationis contumelia depellenda, ne prædia uſibus * ſecretorum cœleſtium dedicata, a quibuſdam irruentibus vexentur. [b] Quod ſi quis fecerit, poſt debitæ ultionis acrimoniam, quæ erga ſacrilegos jure promenda eſt, perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis [c] [2] utatur. Quoniam, juxta apoſtolum, tradere oportet hujuſmodi hominem ſatanæ, ut ſpiritus ſalvus ſit in die domini.

III.

Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus, in tantum eccleſiæ, quibus epiſcopi præſident, domino adminiculante, creverunt, & tantis maxima pars earum abundant rebus, ut nullus ſit in eis, communem * eligens vitam, indigens: ſed omnia neceſſaria ab epiſcopo ſuiſque miniſtris percipit. Ideo ſi aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hæc avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur.

IV.

Quod autem ſedes in epiſcoporum eccleſiis excelſæ conſtitutæ & præparatæ inveniuntur ut thronus, ſpeculationem & poteſtatem judicandi, & ſolvendi atque ligandi, a domino ſibi datam materiam docent. Unde ipſe ſalvator in evangelio ait: *Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo.*

Et

---

12. quæſt. 1. Res eccleſiæ non quaſi.

a Idem Pomerius qui ſupra in opere quod falſo a pleriſque tributum fuit Proſpero Aquitano.

1. Cor. 16.

17. quæſt. 4. Attendendum eſt, ne prædia.

* ſacrorum,

b Cod. Theod. lib. XVI. tit. 2. Conſt. 40. quam expende.

c uratur, 1. Cor. 5.

12. quæſt. 1. Videntes autem ſacerdot.

* degens vel gerens.

Matth. 18.

1 Gratianus *Vitam*. 2 In MS. Pariſ. Collegii Soc. I. *venerint*.

Joan. 20. Et alibi: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

V.

11. quæſt. 3. Quibus epiſcopi non communicant.

Ideo iſta prætulimus, cariſſimi, ut intelligatis poteſtatem epiſcoporum veſtrorum, in eiſque Deum veneremini, & eos, ut animas veſtras diligatis: & quibus illi non communicant, non communicetis: & quos ejecerint, non recipiatis. c Valde enim timenda a eſt ſententia epiſcopi, licet injuſte liget aliquem, quod tamen ſummopere prævidere debet.

a S. Greg. hom. 26. in evangelia.

VI.

Vos autem hortantes, monemus omnes, qui chriſtianitatem ſuſcepiſtis, & a Chriſto vocabulum b Chriſtiani ſumpſiſtis, ne in aliquo Chriſtianitatem veſtram irritam faciatis, ſed ſponſionem, quam domino in baptiſmo feciſtis, firmiter teneatis, ne reprobi, ſed condigni coram eo inveniamini. Et quicumque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vovit ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat: quoniam ſatius eſt non vovere, quam votum, prout melius poteſt, non perficere. Gravius enim puniuntur c qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quam illi qui vitam ſine voto finierunt, aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera. Ad hoc enim ſenſum rationabilem d naturæ munere, & ſecundæ nativitatis reparationem ſuſcepimus, ut ſecundum apoſtolum, *magis quæ ſurſum ſunt, ſapiamus, non quæ ſuper terram: quia ſapientia hujus mundi ſtultitia eſt apud Deum.* Quid autem ſuadet, cariſſimi, ſapientia hujus ſæculi, niſi nocitura quærere, & amare peritura, negligere ſalutaria, pro nihilo reputare perpetua? Cupiditatem commendat, de qua dicitur: *Radix omnium malorum eſt cupiditas*: Quæ imprimis hoc malum habet, quod dum ingerit tranſitoria, abſcondit æterna. Et dum a foris poſita conſpicit, intra ſe latentia non introſpicit, & dum aliena quærit, e ſectatori f ſuo ſemetipſum alienum facit. Ecce, quid ſuadet ſæculi ſapientia? Vivere in deliciis. Unde dicitur. *Vidua quæ in deliciis eſt, vivens mortua eſt.* Suadet ergo molliſſimis ſuavitatibus, peccatis, vitiis & flammis nutrire carnem, cibi & vini intemperantia animam premere, ac vitam ſpiritus intercludere, & contra ſe hoſti ſuo de ſe gladium miniſtrare. Ecce, quid ſuadet ſæculi ſapientia? ut qui boni ſunt, mali eſſe malint, & per errorem mentis, fieri etiam ſtudeant peccatores, & non cogitent illam terribilem Dei vocem, cum *exurentur peccatores ſicut fœnum.*

b Iſid. VII. Orig. 14.

12. quæſt. 1. Scimus vos non ign. Votum pauperta tis.

c Conc. Pariſienſe an. 829. cap. 10. libri II. alludere videtur.

d Eucher. aut quis alius hom. in die Pentecoſtes quam vide. Coloſſ. 3. 1. Cor. 3.

1. Timoth. 6.

e factori leg. eſt.

5. Timoth. 5.

Pſalm. 91.

VII.

De conſecr. diſt. 5. Omnes fideles. Confirmationis ſacramentum.

d Omnes enim fideles per manus impoſitionem epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent, ut plene Chriſtiani inveniantur: quia cum Spiritus ſanctus infunditur, f cor fidele ad prudentiam & conſtantiam dilatatur. De Spiritu ſancto accipimus, ut efficiamur ſpirituales: *quia animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei.* De ſpiritu ſancto accipimus, ut ſapiamus inter bonum malumque diſcernere, juſta diligere, injuſta reſpuere, ut malitiæ ac ſuperbiæ repugnemus, ut luxuriæ ac diverſis illecebris, & fœdis indigniſque cupiditatibus reſiſtamus. De Spiritu ſancto accipimus, ut amore vitæ & gloriæ ardore ſuccenſi, erigere a terrenis mentem ad ſuperna & divina valeamus. * Data Nonis Septembris, id eſt, quinto die ejuſdem menſis, b Antonino & Alexandro viris clariſſimis conſulibus.

f Idem Eucherius loco citato.

1 Id. MS. *feſtari ſemes.* 2 Id MS. *Antonio.*

Notæ Severini Binii.

a Scimus vos non ignorare.) Docet hoc loco S. Urbanus pontifex, initio eccleſiæ, juxta teſtimonium Lucæ Act. cap. 4. conſueviſſe pios homines poſſeſſiones rerum ſuarum diſtrahere, earumque pretium eccleſiis donare: ſed quia eo modo præſentibus dumtaxat, non autem futuris eccleſiæ miniſtris providebatur, decernit magis e re & commodo eccleſiæ futurum, ſi ipſæ rerum poſſeſſiones eccleſiæ donentur. Et merito: ſi enim ſacerdotibus & Levitis veteris teſtamenti divino jure conceſſum eſt, ut urbes ad habitandum, ſuburbana ad alendum pecora poſſideant, agros & vineas ex oblationibus populi licite emant, licite etiam diſtrahant ac vendant, quod Levit. cap. 25. & 3. Reg. cap 2. Hieron. cap. 32. Act. cap. 4. ſatis aperte indicatur; quo jure, quave ratione hoc ſacerdotibus ac clericis novi teſtamenti interdictum erit? Patriarchæ Jacob filium Levi exhæredantis ſententiam ac voluntatem Deus quidem approbavit, ejuſque poſteris, nullam partem terræ, in 12. dumtaxat partes, pro numero 12. tribuum diviſæ aſſignari permiſit, ſed tamen decimam partem omnium fructuum, ſibi tamquam proprio Judæorum regi, loco tributi debitam una cum 48. civitatibus, & ſuburbanis earum prædiis, illis, tamquam ſuis hæredibus, donavit. Ridicula ſane foret, vehemens illa multorum pontificum & conciliorum decretis, rerum eccleſiaſticarum interdicta alienatio, ſi eccleſia nullam rem licite hactenus poſſederit. Quare quod inquit Chriſtus Luc. 14. non poſſe eſſe diſcipulum ſuum, niſi qui renunciaverit omnibus quæ poſſidet, ita intelligendum eſt, ſicut id quod ſequitur: *Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem & uxorem, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus.* Certum eſt, non ad odium, ſed potius ad amorem parentum, filiorum, uxoris, & vitæ propriæ quemlibet hominem divina lege obligari, ſi horum amor Dei caritati, quem ſuper omnia diligere debemus, nihil obſtet aut præjudicet: ſic ſi rerum poſſeſſio animum a Dei cultu avocet, mala eſt, eoque caſu plane deſerenda: ſi vero miniſtris alimenta præbendo, eumdem Dei cultum promoveat, utiliſſime ſane eccleſia temporalium bonorum dominium ac poſſeſſionem ſibi retinet & uſurpat. Vide quæ diximus ſupra in notis ad 2. epiſt. Pii I. Bellarminus lib. 1. de clericis cap. 26.

b Pretia peccatorum.) Receptiſſima eſt expoſitio, ut hoſtiæ & eleemoſynæ pro peccatis oblatæ, peccata appellentur. Oſee cap. 4. de ſacerdotibus dicitur: *Peccata populi mei comedent.* Quem locum Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus & alii recentiores recte de hoſtiis interpretantur. Nam ſcriptura ita frequenter loqui ſolet, ut imprimis evidentiſſime patet ex hiſce verbis Pauli apoſt. 2. Corinth. cap. 5. *Eum qui peccatum non noverat, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur juſtitia Dei in ipſo.* Quia igitur bona temporalia Deo in miniſtris eccleſiæ oblata, peccata redimunt, & peccantem ad donum pœnitentiæ obtinendum diſponunt, recte pretia peccatorum appellantur. De hoc peccatorum pretio intelligendum eſt illud apoſtoli Pauli, *Imperciunt nobis corporalia, quibus nos ſpiritualia imperciimus.* Hoc idem beatus martyr ac pontifex Alexander I. epiſt. 1. in principio, hiſce verbis: *Ipſi enim*, inquit, *pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus ſuis & oblationibus ea delent atque conſumunt.* Comedi enim dicuntur in ſcriptura pſal. 78. quæ conſumuntur. Diſcamus ergo quod qui eleemoſynis & oblationibus fidelium fruimur, eas precibus noſtris, ſicut obligamur, diligentiſſime compenſemus, futurum alioquin, ut de rebus injuſte acceptis, coram tremendo judice ſæculi, graviter periclitemur. Vide Riberam in Oſeam c. 4. n. 4.

c Valde enim timenda.) Duplex eſt excommunicatio, una juſta, in qua nulla debita circumſtantia deſideratur:

tur: altera injusta est, cui una vel plures requisitæ circumstantiæ desunt. Hæc posterior, si invalida sit puta si excommunicans potestatem & auctoritatem non habeat, vel si propter bonum opus eam ferat, vel denique si solennia debita (de quibus cap. Statuimus, & cap. constitut. 2. de sent. excommunicat. lib. 6.) non observaverit, conscientiam fidelium non obligat, adeoque talis nunquam timenda foret, nisi forte ratione alicujus scandali, ab hominum consortio, & sacramentorum perceptione abstinendum foret, donec populo nullitas latæ excommunicationis innotuerit. Quæ vero aliunde excommunicato injusta videtur, ex eo nimirum quod judicem non recta intentione judicasse putet, vel se innocentem esse existimet, merito singulis fidelibus extimescenda est: cum omnium judicio certum sit, talibus fructum orationis & suffragiorum communium a reliquis fidelibus licite applicari non posse, neque debere: imo si excommunicato de sua innocentia non evidenter constet, tenetur etiam sub gravi peccato sententiæ latæ parere, & usque ad absolutionem ab hominum consortio & sacramentorum perceptione abstinere. De tali igitur excommunicationis sententia, quæ scilicet probabili judicio judicis, tametsi non re ipsa, causam justam habeat, intelligi debet quod hac epistola dicitur: sicut & illud, quod hom. 26. in evangelia scribit Gregorius. *Sententiam pastoris sive justa, sive injusta sit, timendam esse.* Valent. tom. 4. disp. 7. quæst. 17 punct. 2. Vide quæ diximus supra in notis ad can. apost.

d Omnes fideles per manus impositionem.) Ab Urbano sacramentum confirmationis institutum esse, si qui ex hoc loco probari posse existimant, graviter errant. Apostoli enim, qui Act. 8. & 19. super baptizatos manus imposuerunt, ut Spiritum sanctum acciperent, hoc sacramentum confirmationis administrarunt. Accedit quod Tertullianus Urbano antiquior confirmationis pluribus in locis meminerit. In lib. de resurrectione carnis. *Caro*, inquit, *abluitur, ut anima emaculetur: caro ungitur, ut anima consecretur.* Et lib. de bapt. *Deinde manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum sanctum.* Et in lib. de præscript. loquens de diabolo, qui imitatur baptismum & confirmationem nostram: *Tingit*, inquit, *& ipse quosdam utique credentes & fideles suos: signat illic in frontibus milites suos.* De hoc sacramento S. Dionysius Areopagita apostolorum temporibus æqualis cap. 2. par. 2. eccles. hierarchiæ sic ait; *Baptizatum indutum alba veste ad pontificem ducunt, ille divino ac Deifico prorsus unguento utrum signat.* Et infra cap. 4. par. 3. *Sed & ipsis qui sacratissimo regenerationis mysterio consecrantur, adventum Spiritus sancti consummans unguenti inunctio elargitur.* Simillia hac de re duo Clementes, alter Romanus in suis apost. constit. libris, alter Alexandrinus, Justinus martyr aliique plures de hoc sacratissimo sacramento scripserunt, longe ante Urbani pontificis tempora. Quomodo igitur signum domini & sacratum hoc unguentum ab Urbano institutum esse potuit, quod prædictorum testimonio a Christo institutum est, & ab apostolis usurpatum, & universæ ecclesiæ traditum est; vide Bellarm. lib. 2. de confir. c. 5. & 6. & 4. de Roman. pontif. c. 8.

Omni sæculo in ecclesia usurpatum est Appellatur signillum domini. Unguentum sive chrisma sacramentum

CONCILIUM ALEXANDRINUM

C ANNUM CHRISTI

Habitum circa annum Christi CCXXX.

COngregatum fuit hoc Concilium adversus Origenem a Demetrio Episcopo Alexandrino, quod is, quum a Demetrio, Episcopo videlicet suo, missus esset ad Ecclesias Achajæ, quæ pluribus hæresibus vexabantur, & sub testimonio ecclesiasticæ epistolæ, ut scribit Hieronymus, Athenas per Palæstinam pergeret, a Theoctisto & Alexandro Cæsareæ & Hierosolymorum Episcopis, qui eum prærogativa & supremi honoris apice dignum judicassent, Presbyter ordinatus fuisset secus quam oporteret, ut ait Photius, id est: absque literis quibus Demetrius Episcopis illis potestatem faceret ordinandi hominem. Hinc Demetrio amor in odium vertit, laudesque mox cum vituperatione commutatæ. Synodus insuper Episcoporum coacta & Presbyterorum quorundam contra Origenem: quæ, ut Pamphilus refert, decretum fecit Alexandria quidem pellendum Origenem, neque in ea versari aut docere permittendum, sacerdotii tamen dignitate nequaquam submovendum. Altera deinde synodus paulo post collecta est a Demetrio, cui interfuerunt aliquot Ægyptii Episcopi. Ergo Demetrius multum in synodo conquestus de audacia Theoctisti & Alexandri, facinus porro quod Origenes adhuc juvenis patraverat, quum se castravit, gravissime criminatus, eo flexit ut consentiente universa synodo Origenem damnaret & sacerdotio quoque privaret, subscribentibus huic decreto etiam iis qui antea Origeni suffragabantur, Romanum porro Pontificem ac reliquos orbis Episcopos, exceptis Palæstinæ & Arabiæ & Phœnices atque Achajæ sacerdotibus, in illam Origenis damnationem concessisse docet Hieronymus, cujus verba referuntur in secunda invectiva quam Ruffinus adversus eum scripsit. Ita Alexandria pulsus Origenes, ad Theoctistum profectus, Cæsareæ degendi & docendi potestatem accepit, ut docet idem Pamphilus apud Photium.

Euseb. lib. 6. cap. 8.

ANNO CHRISTI 233. 231.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA PONTIANI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a Calpurnio

b Peliniani *ita & Luc.*

* Hippolytus. *ita & Luc.*

c Bucinam

d maceratus fustibus. *ita & Luc.*

dies 10.

a POntianus natione Romanus, ex patre Calfurnio, *b* sedit annos 9. menses 5. dies 2. martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Alexandri, a consulatu Pompejani & Pelagiani. *c* Eodem tempore Pontianus episcopus & * Philippus presbyter, in exilio ab Alexandro sunt deportati in Sardiniam, in insulam [c] (*a*) Buccinam, Severo & Quintiano consulibus. In eadem insula afflictus, [d] defunctus est (*b*) 13. Kalend. Decembris. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos quinque, episcopos per diversa loca 6. Quem beatus Fabianus adduxit cum clero navigio, & sepelivit in cœmeterio Callisti via Appia. Et cessavit episcopatus a (*c*) die depositionis 11. Kalend. Decembr. dies 13.

Notæ Severini Binii.

Pontianus quando factus sit pontifex. " 231.

a Pontianus.) Post interregnum 30. dierum, octavo Kaiend. Julii anno Christi " 233. Alexandri imperatoris 10. Pontianus Urbano subrogatur. Sub hoc pontifice Origenes Cæsareæ philosophiam docens, Gregorium magnum, cognomento Thaumaturgum, discipulum habuit. Hoc pontifice sexta persecutio Christianorum, & maxime præsulum ecclesiæ, a Maximino imperatore publico edicto promulgata est, propterea quod dii gentiles, ut spargebant, Christianorum moribus & religione contempti, ideoque ad iracundiam ac vindictam provocati, universani orientalem plagam gravissimis terræ motibus acerbissime exagitassent. Hac eadem persecutione Pontianus, jussu Alexandri in Sardiniam relegatus, Maximini imperatoris mandato fustibus verberatus, martyrium ibidem consummavit 19. die mensis Novembris anno Christi nati " 237. Corpus illius postea a Fabiano papa Romam translatum, in cœmeterio Callisti sepultum est. Baron. prædicto anno, n. 5. 6. & 10.

Sexta persecutio.

Pontianus martyrio coronatus. " 235.

Quamdiu sederit.

b Sedit annos 9. menses 5. dies 2.) Annos 4. menses 4. dies 25. sedisse ex die ingressus & obitus colligitur.

c Eodem tempore Pontianus, &c. *in exilio ab Alexandro.*) Quod non tam religionis causa, quam aliqua potius calumnia a gentilibus circumventum Pontianum Alexander relegaverit, ipsius erga Christianos affectus, & familia Christianis hominibus referta indicat. Euseb. lib. 6. histor. cap. 21. ob quod facinus, Deo vindice, a militibus Alexandrum imperatorem occisum esse, non vana conjectura dici poterit. Baron. anno 237. n. 1.

a EPISTOLA I.

PONTIANI PAPÆ

AD FELICEM SUCCRIBONUM.

De honore quo sacerdotes prosequendi sunt.

*Pontianus episcopus Felici * Succribono [b] salutem:*

OPpido cor nostrum caritati vestræ congaudet, [c] quod studium sanctæ religionis summopere adimplere studetis, & fratres mœrentes ac destitutos, in fide & religione confortatis. Unde redemptoris nostri misericordiam exoramus, ut sua nobis in omnibus gratia suffragetur, & effectu implere tribuat, quod velle concessit. In hoc itaque bono, tanto commoda retributionis accrescunt, quanto & studium laboris augetur. Et quia in his omnibus divinæ gratiæ adjutorio opus est [d], omnipotentis Dei assiduis precibus clementiam exoramus, quatenus [e] hæc vobis semper operanda bona & velle tribuat, & posse concedat, atque in ea vos via, cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, ut sine quo nihil agi potest, per ipsum implere bona, quæ cœpistis, valeatis. *a* De sacerdotibus autem domini, quos vos audivimus contra pravorum hominum insidias adjuvare, eorumque causas portare, scitote vos in eo valde Deo placere, qui sibi eos ad serviendum adscivit, & familiares intantum sibi esse voluit, ut etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, sibique reconciliaret. Ipsi quoque *b* proprio ore corpus domini [f] conficiunt, & populis tradunt. De illis enim dictum est: *Qui vos contristabit, me contristabit: & qui vobis faciet injuriam, recipiet id quod inique gessit.* Et alibi: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.* Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In his quoque dominus honoratur, cujus legatione funguntur. Hi ergo, si forte ceciderint, a fidelibus sunt sublevandi & portandi. Accusandi autem non sunt ab infamibus, aut sceleratis, vel inimicis, aut alterius sectæ vel religionis hominibus. Si peccaverint, a reliquis arguantur sacerdotibus: sed & a sum-

(*a*) *Luc.* Bucianam (*b*) *Luc.* III. Kal. Novembr. & in ejus locum ordinatus est Antherus (*c*) *Luc. dies X.* & nihil aliud addit.

summis pontificibus constringantur, & non a sæcularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur vel arceantur. Quod ergo de fratris vestri [a] transitu vos contristari audivimus, non modico compulsi sumus mœrore. Unde omnipotentem Deum rogamus, ut suæ vos gratiæ adspiratione consoletur, vosque & a malignis spiritibus, & a perversis hominibus, cœlesti protectione custodiat. Nam & si quos post illius obitum tumultus quorumdam adversantium sustinetis, nolite mirari, si vos, qui frui bonis in terra vestra, id est, in terra viventium quæritis, mala hominum in terra aliena portatis. Peregrinatio quippe est vita præsens: & qui suspirat ad patriam, ei tormentum est peregrinationis locus, etiamsi blandus esse videatur. Vobis autem qui patriam quæritis, inter suspiria quæ habetis, etiam gemitus audio humanæ oppressionis exurgere. Quod mira omnipotentis Dei dispositione agitur, ut dum veritas per amorem vocat, mundus præsens a seipso animum vestrum per tribulationes, quas ingerit, rejiciat; tantoque facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Itaque quod cœpistis, hospitalitatis curam impendite, in oratione & lacrymis instantissime laborate: eleemosynis, quas semper amastis, jam nunc largius atque uberius date operam, ut tanto post crescat vobis in retributione fructus muneris, quanto hic excreverit studium laboris.

Præterea, salutantes [b] paterna dulcedine bonitatem vestram, petimus, ut in bonis, quæ cœpistis, ne deficiatis. Neque ullus vos ab eis avertere possit, sed in cunctis affectum vestræ caritatis, clerici & servi Dei, ac cuncti Christiani, qui in illis partibus commorantur, amore Christi & S. Petri pleniter inveniant, & favoris vestri solatiis, quocumque modo necesse fuerit, potiantur: quatenus vestra cuncti ope defensi atque adjuti, & nos vobis gratiarum possimus existere [c] debitores, & Christus Jesus dominus noster æternam gloriam compenset, & beatus apostolus Petrus apostolorum princeps, in quorum vos causis impenditis, ipsius gloriæ januam aperiat. Data 10. Kalend. Febr. Severo & Quintiano viris clarissimis [d] consulibus.

Notæ Severini Binii.

a De sacerdotibus, &c.) Docet sacerdotibus Dei ministris summum honorem deferendum esse, ideo quod Dei maximi ministri sint, quodque inter Deum & homines quasi mediatores existant, imaginem Dei gestent, ac demum pro Christo legatione fungantur. Cum igitur injuria & contemptus legatorum cedat in ignominiam superioris legantis, honor legato exhibitus, ipsi regi aut superiori exhibeatur; recte hic decernitur sacerdotium Christi in ecclesiam translatum, venerandum esse ministerium, ejusque gubernatores, qui sunt episcopi & sacerdotes, maximo honore colendos esse. Addo, regale Christi sacerdotium & regnum in apostolos, eorumque successores, ut supra alibi diximus, translatum, non modo omnibus regnis, imperiis ac principatibus dignius & præstantius esse, verum etiam quoslibet reges ac principes quibusvis sacris ministris inferiores esse, adeoque Christi sacerdotes longe majore honore ac reverentia dignos esse. *Sacerdotium*, inquit S. Ignatius epist. ad Smyrnenses, *est omnium bonorum, quæ in hominibus sunt, apex*: quidni igitur maxime honorandum? Animam corpore, res divinas humanis præstantiores esse, omnium hominum una communis est sententia. Sacerdotium est velut anima, ejusque regnum spirituale est & divinum. Nam *vos*, inquit Gregor. Nazianzen. orat. ad cives Nazianzen. *quoque meæ protestati, meisque subselliis lex Christi subjecit; imperium enim nostrum quoque gerimus, addo etiam præstantius & perfectius, nisi*

A *vero æquum est spiritum carnis fœtibus submittere, & cœlestia terrenis cedere.* Et pulchre Ambros. de dignit. sacerd. cap. 2. *Honor*, inquit, *& sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati, longe erit inferius, quasi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regum colla ac principum submitti genibus sacerdotum, exosculatis eorum dextris, orationibus eorum se credunt communiri.* In eamdem sententiam hæc Chrysost. in verb. Isaiæ hom. 4. & 5. *Alii sunt termini regni, alii sacerdotii: sed hoc illo majus est, neque enim ex gemmis & auro æstimari debet. Ille, quæ sunt in terris sortitus est: sacerdotii jus a supernis descendit. Regi, quæ hic, commissa sunt, mihi cœlestia. Regi corpora commissa sunt, sacerdoti anima: major hic principatus, propterea rex caput submittit manui sacerdotis.* Sacerdotium igitur, *cujus arma non sunt carnalia*, ut inquit Paulus 2. Corinth. cap. 10. *sed Deo potentia*, scilicet *ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis*, hoc, inquam, sacerdotium quolibet humano impetio præstantius esse, nemo non videt. Unde recte sancti patres jubent, ut post Deum, episcopi & sacerdotes supra reges ac principes majorem potestatem habentes, ac demum tertio loco sæculares principes ac magistratus honorentur: sic enim ait Ignatius epist. prædicta. *Honora Deum, ut omnium auctorem & dominum: episcopum, ut principem sacerdotum, imaginem Dei ferentem; Dei quidem propter principatum, Christi vero propter sacerdotium. Honorare oportet & regem, nec enim rege quisquam præstantior, aut quisquam ei similis in rebus omnibus creatis. Nec episcopo quidquam majus in ecclesia*, &c. Et ut significet, quo loco, quove ordine & honore singuli in ecclesia habendi sint, ibidem subjungit: *Omnia igitur vestra detenti ordine perficiantur in Christo. Laici, e quorum numero sunt omnes etiam reges Christianissimi, diaconis subjiciantur: diaconi presbyteris: presbyteri episcopo: episcopus Christo, ut ipse Patri.* Sanctus Chrysostomus homil. 33. in Matthæum, diaconos altaris ministros allocutus hæc ait: *Si dux igitur quispiam, si qui diademate ornatur, indigne adeat, cohibe ac coerce: majorem tu illo habes potestatem.* Docuit hoc idem exemplo Sanctus Martinus episcopus, qui cum a Maximo imperatore convivio exceptus, rogaretur pateram a ministro oblatam, tamquam dignior, prius acceptare, & regi præbibere, obtemperavit regis petitioni, sumpsit poculum, ac præbibit. *Sed Martinus ubi hausit*, (verba Sulpitii in vita Martini cap. 23. sunt) *pateram presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut regem ipsum, aut eos qui a rege erant proximi, presbytero prætulisset.* Vide quæ diximus in notis ad can. apostol. 73. & 74. Baron. anno Christi 57. n. 31. & 32.

Psalm. 149.

Sacerdotibus honor major debetur quam regibus aut principibus.

Exemplum S. Martini episcopi.

b Proprio ore corpus domini conficiunt.) Qui hanc ob causam Pontianum velut blasphemum accusant, iidem Sanctum Hieronymum, Augustinum, Chrysostomum, aliosque plures ecclesiæ catholicæ patres orthodoxos de crimine notant, in quo nullum sane crimen demonstrare possunt. Hieron. in epist. ad Heliodorum, *Absit*, inquit, *ut de his quidquam sinistrum loquar, qui apostolico gradu succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus, qui claves regni cœlorum habentes, quodammodo ante judicii diem judicant.* Augustinus epist. 122. ad Victorianum, ubi de feminis captivis inter barbaros: *Ora*, inquit, *Deum pro eis, & roga, ut etiam ipsas doceat talia dicere, qualia S. Azarias inter cetera in oratione & confessione fudit ad Deum: sic enim sunt illæ in terra captivitatis suæ, quomodo erant illi in terra, ubi nec sacrificare more suo poterant domino, sicut nec istæ possunt vel ferre oblationem ad altare Dei, vel invenire ibi sacerdotem, per quem offerant Deo.* Sanctus Chrysost. 3. lib. de sacerdotio, comparans sacerdotium novæ legis cum sacerdotio veteris legis, dixissetque Judæorum sacerdotes non lepram purgasse, sed depurgata dumtaxat judicasse: *Nostris*, inquit, *sacerdotibus, non corporis lepram, sed animæ sordes non dico purgatas probare; sed purgare prorsus concessum est.* Quod igitur Pontianus hic scribit, per sacerdotes corpus domini confici, aliorum hostias a Deo recipi, peccata hominum dimitti, etiam probatissimi auctores prædicti scripserunt, ideoque quod Magdeburgenses in Pontiano reprehendunt, nihil est aliud quam mera calumnia. Bellarm. lib. 4. de Roman. pontif. cap. 8.

Pontianum hæretici calumniantur.

Testimonia Hieronymi

Augustini.

Chrysostomi.

EPISTOLA II.
PONTIANI PAPÆ

De fraterna dilectione & vitandis malis.

Pontianus ſanctæ & univerſalis eccleſiæ epiſcopus, omnibus recte dominum colentibus, & divinum cultum amantibus, ſalutem.

Luc. 2. *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hæc, verba, cariſſimi, non hominum ſunt, ſed angelorum: & non humano ſenſu excogitata, ſed ab angelis in ortu ſalvatoris annunciata. Quibus indubitanter ab omnibus intelligi poteſt, quod non malæ voluntatis hominibus, ſed bonæ, pax ſit a domino data. Unde Dominus per prophetam loquitur, dicens: Pſalm. 72. *Quam bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde. Mei autem pene moti ſunt pedes; pene effuſi ſunt greſſus mei, quia æmulatus ſum contra iniquos, pacem impiorum videns.* Matth. 5. De bonis vero ipſa per ſe veritas ait: *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Mundi enim non ſunt corde, qui mala cogitant, aut nociva adverſus fratres ſuos: quia nihil mali vult, [a] qui fidelis eſt. Fidelis ergo homo magis diligit audire quæ oportet, quam dicere quæ non oportet. Et ſi quis fidelis eſt, videat ne mala loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. In hoc ergo diſcernuntur filii Dei & filii diaboli. Filii namque Dei ſemper cogitant & agere contendunt quæ Dei ſunt, & fratres indeſinenter adjuvant, & nulli nocere volunt. Filii autem diaboli e contra, mala & nociva ſemper meditantur, quia opera eorum mala ſunt. De quibus loquitur dominus per Jeremiam prophetam, dicens: Jerem. 1. *Loquar judicia mea cum eis: ſuper omnia malitia eorum.* Jerem. 2. *Propterea judicio contendam adhuc vobiſcum, ait Dominus, & cum filiis veſtris diſceptabo.* Jerem. 18. *Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem.* Hæc, fratres, valde ſunt timenda, & ab omnibus cavenda: quoniam ſuper quem judicium Dei ceciderit, non exiet impunitus. Et ideo unuſquiſque prævideat, ne hoc machinetur aut agat in fratrem, quod ipſe pati noluerit. Et nec in ſuſpicionem veniat homo fidelis, [b] ut dicat aut faciat ea quæ pati non vult. Unde ſuſpectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos qui non ſunt bonæ converſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent & docent fidem, accuſatores eſſe & teſtes, & anteceſſores noſtri apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmovemus, atque futuris temporibus excludimus, ne libenter labi poſſint, quos nos tenere & ſalvare debemus: ne (quod abſit) prædictum Dei judicium, non tantum ſuper utroſque veniat, ſed & nos eorum vitio (quod Deus avertat) pereamus. Scriptum eſt enim: Eccleſ. 32. *Rectorem te poſuerunt? curam illorum habe, ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris corrogationis.* Verbum enim nequam immutat cor, ex quo quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix eſt eorum aſſidue lingua. Pro talibus prædicti vitandi admodum ſunt, & priuſquam prædictæ enucleatim examinentur opiniones, & ab illis alieni inveniantur, non ſunt ſuſcipiendi, quoniam *ſacrificium ſalutare eſt, attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate: Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate: & laudatio, recedere ab injuſtitia.* Quoniam ſcriptum eſt: *dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Quod ſi denudaveris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui. Et ſicut qui dimittit avem de manu ſua, ſic qui dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. Non illum ſequaris, quoniam longe abeſt. Effugit enim quaſi caprea de laqueo, quia vulnerata eſt anima ejus. Ultra eum non poteris colligare, & maledicti eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abjiciet. In conſpectu oculorum tuorum conculcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur. Noviſſime autem pervertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa odivi, & non coæquavi ei, & dominus odiet illum. Qui in altum lapidem mittit, ſuper ejus caput cadet, & plaga doloſa doloſi dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum devolvetur: & non cognoſcet unde adveniet illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi. Laqueo peribunt qui oblectantur caſu juſtorum: dolor autem conſumet illos antequam moriantur. Ira & furor, utraque execrabilia ſunt: & vir peccator continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam & peccata illius ſervans ſervabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. Homo homini reſervat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur altiſſimum? Ipſe cum caro ſit, reſervat iram: & propitiationem petit a Deo? Quis orabit pro delictis illius? Memento noviſſimorum, & deſine inimicari: tabitudo enim & mors imminent * mandatis. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſilvæ, ſic ignis exardeſcet: & ſecundum virtutem hominis, ſic iracundia illius erit: & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendet ignem, & lis feſtinans effundet ſanguinem, & lingua * teſtificans adducet mortem. Si ſufflaveris in ſcintillam, quaſi ignis ardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur, & utraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem. Civitates divitum * munitas deſtruxit, & domos magnatum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſolvit. Lingua tertia mulieres [a] viratas ejecit, & privavit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec * habitabit cum requie. Flagelli plaga livorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladii; ſed non ſic, quomodo qui interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundiam illius non tran-*

[a] Sixti ſent. 205. & ibi.

[b] Sixti ejuſdem ſent. 168. & 169. 3. q. 5. Suſpectos autem ini. Et 2. q. 7. quærendum eſt. Et in decret. Ivo. lib. 4.

*transivit, & qui non attraxit jugum ejus, & vinculis ejus non est ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum est, & vinculum illius, vinculum æreum est. Mors illius, mors nequissima: & utilis potius infernus quam illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit vias injustorum, & * flamma sua non comburet justos. Qui derelinquunt dominum incident in illam, & exardescet in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet eos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam: & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius: & in tempore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in divitiis injustis, nihil enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via: sic enim peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui, & scientia: & prosequatur te verbum pacis & justitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas: & cum sapientia fer responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati: lingua imprudentis, subversio ipsius. Non appelleris susurro: & in lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim est confusio & pœnitentia, & denotatio pessima super bilinguem. Susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Justifica pusillum & magnum similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua super stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam disperdet, qui se habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum.* Carissimi, oppressos erigere studete, & necesse habentes semper adjuvate: quoniam qui fratrem afflictum relevat, [a] apprehensum eripit, mœrentem consolatur, ab illo sibi retribui, cui totum impendit, non dubitet, qui ait: *Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Taliter enim bona indesinenter agere studete, ut fructum boni operis & hic consequamini, & in futuro gratia Dei perfruamini, quatenus cœlestis regni aulam introire postea mereamini. Data * 4. Kal. Maii, Severo & Quintiano viris clarissimis [b] consulibus.

Eccles. 6.

[a] S. Greg. ep. 125 lib. VII.

Matth. 25.

* 3. ut etiam MS.

[b] anno 235

CONCILIUM ALEXANDRINUM

ANNO CHRISTI 235.

Incerti loci

Ab Heracla Patriarcha celebratum circa annum Christi ccxxxv.

Ex Eutychii Patriarchæ Alexandrini Annalibus.

HEraclas Patriarcha Alexandrinus Episcopos constituit viginti. Ex his unus erat, Ammonius dictus, religionis desertor. De quo simul ac ad Heraclam delata est fama, congregavit is Synodum Episcoporum, & in urbem Ammonii perrexit, ubi re satis cognita & perspecta, eum ad veritatem reduxit

ANNO CHRISTI 237. " 235.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA ANTERI PAPÆ.

Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

[a] ANterus natione Græcus, ex patre Romulo, [b] sedit annos 12. mensem unum, dies 12. Martyrio coronatur temporibus Maximini & Africani consulum. [c] Hic gesta martyrum (*a*) diligenter a notariis exquisivit, & in ecclesia recondidit. Propter quod a (*b*) quodam Maximo præfecto (*c*) martyr effectus est. Hic fecit (*d*) ordinationem unam per mensem Decembrem, & unum episcopum ordinavit in civitate Fundis Campaniæ. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, 3. Nonas Januarii. Et cessavit episcopatus dies 13.

No-

(*a*) *Luc.* addit „ & legentium (*b*) *deest in Luc.* (*c*) *In Luc.* „ martyrio coronatus (*d*) *in Luc.* „ deest ordinationem unam.

Notæ Severini Binii.

Anterus non Cyriacus Urbano ſucceſſit. ″ 235.

a Anterus.) Poſtquam ſedes 13. diebus vacaſſet, tertio Decemb. an. Chriſti ″ 237. qui eſt primus Julii Maximini Imperatoris, Anterus Urbano ſubrogatur. Errant igitur recentiores chronologi, qui poſt Pontianum, Cyriacum quemdam, cujus neque apud Latinos, neque apud Græcos hiſtoricos pontificum ſeriem contexentes, ulla mentio invenitur. Urbano ſucceſſiſſe, male aſſerunt. Baron. anno prædicto n. 11.

Quamdiu ſederit.

b Sedit annos 12. *menſem unum*, &c.) Vix menſem unum in pontificatu ſediſſe, præter auctoritatem Euſebii, conſulatus eorum ſub quibus martyrio affectus eſſe ſcribitur hic indicat. Qui enim tertio Decembris in ſedem pontificiam elevatus, ab ea per violentum perſecutoris gladium, tertia die Januarii, ut ex tabulis eccleſiaſticis conſtat, dejicitur, ultra unum menſem pontificiam ſedem tenuiſſe non poteſt.

c Hic geſta martyrum.) Clemens Romanus pontifex certos conſtituit notarios, qui res a martyribus privatim aut publice geſtas deſcriberent, eorumve publice dicta aut facta notis quibuſdam conſuetis celerrime in tabulis annotarent: quæ vero privatim intra cancellos coram ſolis judicibus in proconſularia acta relata erant, ab iiſdem data pecunia redimerent, & inter acta martyrum ſedulo aſſervarent. Tanta eorum in excipiendis dictis, etiam prolixis orationibus velocitas erat, ut prius illi ſententiam dicendam notaſſent, quam a dicente & loquente pronunciata eſſet. De qua ſcribendi celeritate Martialis lib. 14. hoc diſtichon:

Quanta celeritas notariorum in excipiendo

Currant verba licet, manus eſt velocior illis:
Nondum linguæ ſuum, dextra peregit opus.

Extat etiam elegans epigramma Auſonii ad notarium ſuum velociter excipientem, his verſibus contentum.

Quam præpetis dextræ fuga
Tu me loquentem prævenis?
Quis, quæſo, quis me prodidit?
Quis iſta jam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?
Quæ furta corde in intimo
Exercet ales dextera?
Quis ordo rerum tam novus,
Veniat in aures ut tuas
Quod lingua nondum abſolverit?

Quæ igitur acta martyrum, juſſu Clementis, per notarios fideliter conſcripta fuerant, ea Anterus pontifex diligenter conquiſivit: & ne vel interirent, vel ab ethnicis corrumperentur, in eccleſia recondidit. Quamobrem ad Julium Maximinum imperatorem, qui ſacerdotibus cruentum bellum indixerat, delatus, per Vitalianum aut Sabinum Maximini præfectos martyrio afficitur die 3. Januarii coſſ. Maximino & Africano, quorum conſulatus cum anno Chriſti ″ 238. & anno 2. imperii Maximini coincidit.

Cauſa martyrii Auteri.

2 36.

---

a Suſpecta pariter viris doctis vel ex unius Hieronymi ſegmentis.

1 EPISTOLA ANTERI PAPÆ

AD EPISCOPOS PROVINCIARUM BÆTICÆ ET TOLETANÆ.

De mutatione b epiſcoporum.

b ſedium epiſcopalium.

c non probat. Ant. Aug. in cap. 62. coll. Hadriani papæ.

Cariſſimis fratribus per 1 *Bæticam atque* c *Toletanam provincias epiſcopis conſtitutis, Anterus epiſcopus in domino ſalutem.*

d Siricius ep. 2.

OPtarem, fratres cariſſimi, ſemper d dilectionis & pacis veſtræ ſinceritatis gaudia audire, ita ut viciſſim diſcurrentibus literis ſoſpitatis indicia juvarentur, ſi quietos nos ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus ſineret: qui *ab initio mendax*, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem ut deciperet, ſe ante decepit, pudicitiæ adverſarius, luxuriæ magiſter: crudelitatibus paſcitur, abſtinentia punitur: odit jejunia, miniſtris ſuis prædicantibus, dum dicit eſſe ſuperflua, ſpem non habens de futuris, & Apoſtoli ſententia repercuſſus, dicentis: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* O infelix audacia, o deſperatæ mentis aſtutia. Ipſe enim hortatur odia, & fugat concordiam. Et quia a facile ad deteriorem partem mens humana tranſducitur, volens magis per ſpatioſam viam ambulare, quam arctæ viæ iter cum labore tranſire. Qua de re, fratres dilectiſſimi, ſectamini meliora, & ſemper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, ut vere diſcipuli domini eſſe inveniamini.

Joan. 8.

a De mutatione ergo epiſcoporum, unde ſanctam ſedem apoſtolicam conſulere voluiſtis, ſcitote eam communi utilitate atque neceſſitate fieri licere, ſed non libitu cujuſquam aut dominatione. Petrus, ſanctus magiſter noſter & princeps apoſtolorum, de Antiochia utilitatis cauſa translatus eſt Romam, ut ibidem potius proficere poſſet. *b* Euſebius b quoque de quadam parva civitate, apoſtolica auctoritate, mutatus eſt c Alexandriam. Similiter Felix d de civitate, qua ordinatus erat electione civium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi epiſcoporum & reliquorum ſacerdotum ac populorum conſilio, translatus eſt Epheſum. Non enim tranſit de civitate ad civitatem, qui non ſuo libitu aut ambitu hoc facit, ſed utilitate quadam aut e neceſſitate aliorum, hortatu & conſilio potiorum tranſfertur. Nec tranſfertur de minori civitate ad majorem qui hoc non ambitu nec propria voluntate facit, ſed aut vi a propria ſede pulſus, aut neceſſitate coactus, aut utilitate loci aut populi, non ſuperbe, ſed cum humilitate, ab aliis translatus & inthronizatus eſt: quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et dominus per prophetam loquitur dicens: *Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Non ergo mutat ſedem, qui non mutat mentem. Nec mutat civitatem, qui non ſua ſponte, ſed f conſilio & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de civitate ad civitatem, qui non avaritiæ cauſa, nec ſponte dimittit ſuam: ſed (ut jam dictum eſt) aut pulſus a ſede ſua, aut neceſſitate coactus, aut electione & exhortatione ſacerdotum & populorum, translatus eſt ad alteram civitatem. Nam ſicut epiſcopi habent poteſtatem ordinare regulariter epiſcopos & reliquos ſacerdotes, ſic quoties utilitas aut neceſſitas g coegerit, ſupradicto modo & mutare & inthronizare poteſtatem habent. Hæc, ut petiiſtis, licet vobis h incognita non ſint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorumdam, meliora & utiliora vitentur, & inutiliora ſumantur, ſicut in ſancto legitur evangelio: *Væ vobis hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethum, & cuminum, & reliquiſtis quæ graviora ſunt legis, judicium, & miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.* Quod licet, non licet i: & quod non licet, licet. Quemadmodum Jannes & Mambres reſtiterunt veritati, ſic & illi, mente reprobi, amantes voluptatem magis quam Deum, quod licet, docent non licere, id eſt, epiſcopos migrare de civitate ad civitatem, prætaxato modo: quod non licet, docent licere, id eſt, miſericordiam non agere circa patientes neceſſitatem, hoc eſt, eis qui

epi-

1 MS. & editio Merlini, *Bætice atque Toletane.*

episcopum non habent, & sacro episcopali indigent ministerio, episcopum de alia civitate causa utilitatis vel necessitatis tribui: & episcopis persecutionem aut necessitatem patientibus, aliam cathedram dari negant. Contradicunt etiam sacræ scripturæ, quæ testatur *malle Deum misericordiam quam* [a] *judicium*.

(Quæ, precor, major caritas, aut quod efficacius pietatis patrocinium potest a quoquam alicui impendi, quam si ignorantiæ tenebras & imperitiæ caliginem ab eo repellat, ac demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstum, non ad ambitionem, sed ad eruditionem & ædificationem reficiat? Tamquam enim mutilo fit manus, *claudo pes*, *oculus cæco*, qui ignorantiæ tenebris obvoluto, sapientiæ & scientiæ thesaurum referat, & candorem lucis, viasque domini benigniter aperit.)

Utriusque autem, id est, & famem verbi Dei patientibus, & episcopis necessitatem, quando inthronizantur propter communem utilitatem in aliis civitatibus, non modica exhibetur misericordia. Negantes autem hæc, licet *speciem habeant pietatis* [b], *virtutem tamen ejus abnegant*. Nam [c] in tali negotio prosapiam [d] non agnosco: si quis tamen sapientium, quos insipientibus tempestatis hujus procella aliis sociavit auctoribus, facinorum participatione maculatur, splendor sapientis, etsi communionem criminum incurrit, nescit tamen ducem se præbere peccantibus. Alia quoque est causa utilitatis & necessitatis, & alia avaritiæ & præsumptionis, aut propriæ voluntatis. Avaritiæ quoque causa, vel præsumptionis, aut propriæ voluntatis, non sunt episcopi mutandi de civitate ad civitatem, sed utilitatis & necessitatis. Quod nemo negat, nisi hi de quibus dictum est: *Erraverunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignoraverunt judicium.* Nam si enarrando [e] cogerer aperire transacta, ostenderem vobis, nullum evenire solatium de comparatione factorum. Ceterum *state*, carissimi, *super vias, aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis* [f], *& videte, quæ est via bona & recta, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris*. Et ut juxta sapientiæ vocem dicamus, *Diligite justitiam, qui judicatis terram. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam invenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Perversæ enim cogitationes separant a Deo, probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit* [g] *maledictum a labiis suis; quoniam renum illius testis est Deus, & cordis ejus scrutator est verus, & linguæ illius auditor. Quoniam spiritus domini replevit orbem terrarum, & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad dominum veniet, & ad correptionem iniquitatum illius: quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest: & a detractione parcite linguæ: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum: quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Creavit enim, ut essent, omnia, & sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra viventium. Justitia perpetua est & immortalis: injustitia autem mortis est acquisitio. Impii autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes eam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. Dixerunt enim, apud se cogitantes non recte: Exiguum est, & cum tædio, tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reversus ab inferis. Quoniam ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tamquam non fuerimus. Quoniam fumus * afflatus est in naribus nostris, & sermo scintilla ad commovendum cor nostrum: qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus effunditur, tamquam mollis aer. Et transibit vita nostra tamquam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est a radiis solis, & a calore illius aggravata. Et nomen nostrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Umbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo revertetur.* Propterea unicuique prævidendum est, ut summopere se custodiat, & utiliter se prævideat, ut cum dies extrema finisque vitæ advenerit, non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam æternam. Facta enim subditorum judicantur a nobis, nostra vero judicat Deus. [a] Ex merito vero plebis nonnunquam episcopi depravantur, quatenus proclivius cadant qui sequuntur. Capite langueſcente, cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. Caveat unusquisque ne aut linguam, aut aures habeat prurientes [b], id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. *Sedens*, inquit, *adversus fratrem tuum loquebaris, detrahendo, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum*, &c. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos: & sciant, quia cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sententia judicabuntur. Nemo invito auditori libenter refert. Officii singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos servare, sed & linguam. Nec quid in cujusquam domo agatur, alia domus per vos unquam noverit. Habeant omnes simplicitatem [c] columbæ, ne cuiquam machinentur dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidiis. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ, judicare de ceteris, & de ministris ecclesiarum sinistrum quidpiam dicere. Absit, ut quidquam sinistrum de his loquar, qui apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claves regni cœlorum habentes, ante judicii diem judicant. Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus, lapi-

Sapient. 2.

* as flavit

a Ifid. III. sent. 38. 42.

b S. Hier. ep. 2. ad Nepotianum. Psalm. 49.

c Idem Hier. ep. 13. tum ep. 4. necnon I. ad Heliodorum. Unde arguitur Mercatoris mangonium putidissimum.

9. q. 3. Facta subditorum.

11. q. 3. Absit ut quidquam. Deuter. 17.

[a] cium MS. quæ claudo

[b] m. 3. riam em

[c] En- loco

[d] itato.

[e] Mu- s epi- um.

[f] En- mox

[g] dica i I.

[h] edicum

lapidabatur a populo, aut gladio cervice subjecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens ſpirituali animadverſione truncatur, & ejectus ab eccleſia, rabido dæmonum ore diſcerpitur. [b] Oportet enim ut qui Deum hæreditate poſſident, abſque ullo impedimento ſæculi Deo ſerviant, ut dicere poſſint: *Dominus pars hæreditatis meæ. O quam bonus & ſuavis eſt ſpiritus tuus, domine, in omnibus.* Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt domine qui animas amas. *Ideoque hos, qui exerrant partibus, corripis: de quibus peccant, admones & alloqueris, ut relicta malitia, credant in te domine. Tu autem Deus noſter, ſuavis & verus es, patiens, & in miſericordia diſponens omnia. Etenim, ſi peccaverimus, tui ſumus, ſcientes magnitudinem tuam. Et ſi non peccaverimus, ſcimus quoniam apud te ſumus computati. Spiritus timentium dominum quæretur ab eo, & in reſpectu illius benedicentur. Quapropter, fratres carissimi, omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem opportunitatis, ut det gratiam audientibus, & nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Eſtote autem invicem benigni, miſericordes, donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis. Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filii carissimi; & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Fornicatio autem & omnis immunditia aut avaritia non nominetur in vobis, ſicut & decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinent, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate, (fructus enim lucis eſt in omni bonitate & juſtitia & veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt & dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur. Omne enim quod manifeſtatur, lumen eſt. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed impleamini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino, gratias agentes ſemper pro omnibus in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti Deo & Patri, ſubjecti invicem in timore Chriſti. State itaque, fratres, & tenete traditiones** apoſtolorum & apoſtolicæ ſedis, *ut dominus noſter Jeſus Chriſtus, & pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia, exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & in ſermone bono. De cetero, fratres, orate pro nobis, ut ſermo domini currat & clarificetur, ſicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus: non enim omnium eſt fides. Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet a malo.* [a] *Quapropter ponite indefinenter corda veſtra in virtute Dei, & reſiſtite ſemper malis, & enarrate hæc,* juxta vocem prophetæ, *in progenies alteras, quoniam hic eſt Deus Deus noſter in æternum, & ipſe reget nos in ſæcula.* Unde vos, qui in ſpecula a domino eſtis conſtituti, comprimere & repellere eos ſummopere debetis, qui fratribus inſidias præparant, aut in eos ſeditiones & ſcandala excitant. Facile eſt enim hominem verbo [b] fallere, ſed non dominum. Ideo hos reprehendere, & ab his vos avertere oportet, quatenus, [c] extincta funditus hujuſmodi caligine, Lucifer eis reſplendeat, & lætitia oriatur in cordibus eorum. *Confidimus autem de vobis*, fratres, *in domino, quoniam quæ præcepimus, & facitis, & facietis.* Quanto enim beneficia veſtra his amplius exhibetis, [d] tanto majorem viciſſitudinem ab omnipotenti Deo, cui, [e] ſerviunt, expectatis. Omnipotens Deus ſua [e] vos protectione cuſtodiat, honoremque & præceptum ſervare concedat, & gloria honorque Deo Patri omnipotenti, ejuſque unigenito Filio ſalvatori noſtro, cum Spiritu ſancto ſit in ſæcula ſæculorum Amen. [f] Data [1] XII. Kal. Aprilis Maximiano & Africano viris clariſſimis conſulibus.

[a] Haſtenus Hier. Antero multis annis poſterior.
[b] Iſid. II. off. 1.
Pſalm. 15.
Sapient. 12.
Sapient. 11.
Sapient. 15.
Eccli. 34.
Epheſ. 4
Epheſ. 5.
2. Theſſal. 2.

Notæ Severini Binii.

a De mutatione epiſcoporum.) Pontifex de ſedibus epiſcopalibus transferendis & tranſmutandis conſultus, hac epiſtola docet, & exemplo Petri apoſtoli aliorumque plurium probat translationem ſedis epiſcopalis licitam eſſe, ſi utilitate & neceſſitate alterius eccleſiæ exigente fiat cum ſuperiorum epiſcoporum cognitione & conſenſu: ſi vero vel ex avaritia, vel ambitione aut præſumptione, ac ſola propria voluntate epiſcopus ſedem mutet, illicitum eſt, & apoſtolica lege, quæ extat canon. apoſtol. 14. interdictum. Unde cum tempore Nicæni concilii ex Antiochenis, alii Euſebium Cæſarienſem, alii Euſtachium Beroenſem antiſtitem non ſine turba totius populi expeterent, ſacroſancta ſynodus ſanctiſſime id, quod ab apoſtolis conſtitutum jam ante fuerat, confirmavit, ne epiſcopi, presbyteri atque diaconi de eccleſia in qua ordinati ſunt, in aliam transferantur, niſi neceſſitas vel evidens eccleſiæ utilitas aliud requirat. Nam ut alicui ſedi ab hæreticis peſſumdatæ, inſignis aliquis alterius eccleſiæ epiſcopus præficiatur, id non modo non ſancta ſynodus prohibuit, ſed e contra potius id faciendum eſſe exemplo edocuit, cum Euſebio Nicomedienſi & Theognide Nicæno epiſcopis Arianis inſignioribus depoſitis, in ſedem ipſorum aliarum ſedium antiſtites ſuffecerunt. Et quia Euſebii Nicomedienſis hominis inquieti & ambitioſi (qui poſt duas ſedes mutatas Conſtantinopolim ſe transferri curavit) exemplo, frequenter ab Arianis fiebat, ut qui humanæ gloriæ libidine incitati, muneribus ad majores ſedes provehi laborarent, iis epiſcopis qui majoribus civitatibus præerant, negotium faceſſerent; ideo patres ſacroſancti Oecumenici concilii Sardicenſis decreverunt, ut tales deinceps, non tantum inter epiſcopos non numerarentur, ſed ab omni penitus ordinis eccleſiaſtici gradu dejecti, inter laicos commorarentur, imo ne laica quidem communione in fine vitæ impartirentur. Baron. ann. Chriſti 324. num. 155. anno 325. num. 153. Item anno 347. num. 46.

b Euſebius quoque.) Hic eſt ille Euſebius Alexandrinus epiſcopus, qui ſcripſit 18. ſermones nuper in vetuſtiſſimo libro bibliothecæ Cryptæ ferratæ, ut teſtatur Turrianus cap. 12. libro 2. inventos, in quorum uno quem de aſcenſione domini ſcripſit, uſus eſt verbo *Homouſii*, quod ſanctus Athanaſius in epiſt. ad Africanos ait non fuiſſe in ſynodo Nicæna inventum, ſed prius fuiſſe etiam ab epiſcopis Alexandriæ uſurpatum, ad aſſerendam contra hæreticos conſubſtantialitatem Filii Dei.

VI-

[1] In MS. noſtro, XIII. *Harduinus. ita in Lus.*

ANNO CHRISTI 238. " 236.

VITA
EPISTOLE ET DECRETA
FABIANI PAPÆ
Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

a FAbianus natione Romanus, ex patre Fabio, *b* sedit annos 14. mensem * unum dies 11. *c* martyrio coronatur 14. Kalend. Februarias. Fuit autem temporibus Maximini & Africani, usque ad Decium secundo & * Gratum. *d* Hic regiones divisit diaconibus, & *e* fecit septem (*a*) subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum [a] in integrum colligerent: & *f* multas fabricas per cœmeteria fieri præcepit. Post passionem vero ejus, *g* Moses & Maximus presbyteri, & Nicostratus diaconus, comprehensi sunt, & in carcerem missi. *h* Eodem tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum de ecclesia, & quosdam confessores, *i* postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit ibi mensis [b] 11. *k* Et sic multi Christiani fugerunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros vigintiduos, diaconos septem, episcopos per diversa loca [c] 11. Qui sepultus est in cœmeterio Callisti, via Appia, XIII. (*b*) Kalendas Februarii. Et *l* cessavit episcopatus dies (*c*) sex.

Notæ Severini Binii.

a Fabianus.) Anno Christi " 238. Maximini secundo, post interregnum tredecim dierum, 16. Januarii, Fabianus judicio Spiritus sancti in specie columbæ super caput ejus descendentis eligitur, & in pontificia sede, uno animorum omnium consensu collocatur, & ex ea difficillimis temporibus ecclesiam universam gubernat. Euseb. lib. 6. cap. 22. post Maximinum utrimque a militibus occisum, pacato ecclesiæ statu, Privatum hæreticum, a concilio Africano 90. episcoporum condemnatum, ipse & Donatus Carthaginensis episcopus ecclesiastica communione privarunt. Baronius anno 241. nu. 2. Philippum imperatorem a Pontio martyre Christi fide imbutum, ut ex martyrologio & actis illius constat, ecclesiam in profesto paschæ ingredi, ejusque preces participare volentem, non prius admisit, quam peccatorum suorum confessionem & exomologesim prius edidisset, proque iis debitam pœnitentiam persolvisset. Euseb. lib. 6. cap. 27. Baron. anno 246. num. 5. & sequentibus. Item anno 249. num. 2. & seqq. Hujus pontificatu Helchesaitarum, Valesiorum, aliorumque hæreticorum immortantatem animæ negantium hæreses exortæ, prope sui initio pontificis gladio, conciliorum aliorumque doctorum virorum eam fortiter impugnantium impetu jugulatæ sunt. Baronius anno 249. num. 6. 7. &c. Donato Carthaginensi episcopo defuncto Cyprianus rhetor eloquentissimus a Cæcilio ad fidem conversus, ab ethnicis per contemptum deinceps Coprianus, id est, Stercorarius nominatus, summo cleri ac totius populi consensu, uno Felicissimo presbytero infeliciter adversante, ejusdem sedis episcopus eligitur, consulibus duobus Philippis, qui est Christi nati " 250. Fabiani 12. Philippi imperatoris 5.

b Sedit annos 14. menses 11. dies 11.) Qui 16. Januarii anno " 238. pontificatum auspicatus, 20. Januarii anno " 253. cum Decius secundum consulatum ageret, & initium imperii auspicatus esset martyrio coronatus est, annis 15. & 4. diebus sedisse oportuit. Baron. ann. 253. num. 5. & 6.

c Martyrio coronatur.) Initio omnium atrociſſimæ persecutionis illius, quam Decius imperator, ex eo quod sub Pilippis longe lateque divina prædicatio pervagata, ingentem numerum ubique ad fidem Christi aggregasset, & gentilis superstitio in dies magis languescere, ira & invidia incitatus indixit, quamque Deus, teste Cypriano libro de lapsis, ob Christianam disciplinam corruptam, permisit. Baronius prædicto loco. Septima persecutio atrocissima.

d Hic regiones divisit diaconibus.) Sicut Evaristus, ut supra diximus in notis ad vitam Evaristi, diaconis id muneris injunxit, ut etiam episcopo evangelium prædicanti assisterent, ita & Fabianus hic addidit, ut iidem quatuordecim urbis regionibus præessent, singulis binas assignans, ut pauperum in eis degentium curam gererent. Ideoque ex officio *diaconi regionarii* appellati sunt, qui in concilio Romano II. sub Silvestro cap. 6. diaconi cardinales etiam nominati reperiuntur; ideo quod licet diversis in locis agerent, unius tamen ecclesiæ, ejusdemque primariæ cardine continerentur. Vide quæ ibi dicemus, item Baron. anno 112. num. 8. & 9. Fabianus fit martyr. Diaconi regionarii qui. Diaconi cardinales qui.

e Fecit septem subdiaconos, qui) Ut major sit auctoritas actorum a notariis conscriptorum, subdiaconos eidem muneri præfecit. Vide notas ad vitam Clementis & Anteri, ibique Baronium. Subdiaconorum munus.

f Multas fabricas per cœmeteria.) Cum a tertio anno Fabiani usque ad ultimum exclusive pontificatus sui annum Gordianus & Philippus imperassent, sub quibus omni ex parte persecutione cessante Dei ecclesia tranquille agebat, Fabianus pontifex non modo Christianam religionem propagare, sed etiam propagatam ædificiis supra sepulcra martyrum in cœmeteriis & cryptis erectis pro viribus illustrare studuit, quæ deinceps frequenter orandi causa a fidelibus, ut supra dixi, frequentata sunt. At non Fabianus tantum hoc tempore pacis, Romæ ecclesias extruxit: verum etiam Gregorius Thaumaturgus episcopus Neocæsareæ in Ponto, de quo Gregorius Nyssenus scribit, quod cum immensum civium numerum convertisset ad fidem, populo pecuniam & operam conferente, nobilissimam extruxit ecclesiam, altaribus pulcherrime ornatam, quam Deus, quod a tali viro ædificata, ac divino cultui consecrata esset, a maximi terræmotus impetu, quo urbs ipsa funditus eversa fuit, & quod miraculosum, a Diocletiani omnes omnino ecclesias & sacra altaria demolientis furore ac sævitia, usque ad Gregorii Nysseni tempora illæsam conservavit. Baron. anno Christi 245. num. 2. Ecclesiæ ædificatæ a Fabiano. Ecclesia mirabilis a Gregorio Thaumaturgo extructa.

g Moses & Maximus presbyteri.) Romanæ ecclesiæ presbyteros ac confessores, eosque ultra annum in carcere detentos, misere afflictos fuisse, literæ Cypriani ad hosce confessores, & confessorum ad Cyprianum, testantur. Vide epistolas Cypriani 16. 23. 26. 31. Moses & Maximus qui.

h Eodem tempore.) Nempe quo prædicti confessores in carcere detinebantur, & quo in locum Fabiani jam ultra annum martyrio affecti, post annuum interregnum pontificium Cornelius suffectus erat. Nam qui hæc verba ad tempus Fabiani adhuc viventis referunt, graviter errant; cum non tantum liber pontificalis hic in vita Fabiani, & infra in vita Cornelii, verum ipse quoque Cypr. epistol. 49. 52. & 76. aperte scribant Novatianum non ante a Novato seductum fuisse, nisi post schisma adversus Cornelium conflatum. Unde quid de epistola Fabiani prima, qua Novatianus a Novato ejus tempore seductus esse scribitur, sentiendum sit, in notis ad primam epist. dicemus infra. Baron. anno 238. num. 9. & seqq. Novatianus a Novato quando seductus sit.

i Postquam Moses in carcere defunctus est, qui fuit ibi men- Quamdiu sedes post martyrium Fabiani vacaverit.

(*a*) *Luc.* diaconos. (*b*) *Luc.* XIV. (*c*) *Luc.* VII.

mensis 11.) Cum sede adhuc vacante ad Mosen, Maximum & Nicostratum, postquam in carcere ultra annum detenti fuissent sanctus Cyprianus epistolam scripserit, quæ est 16 editionis Pamel. fuerintque tunc adhuc pace & unitate concordes, (quorum Maximus & Nicostratus post creatum Cornelium, ab eodem, ut ex Eusebio constat, in schismate divisi sunt,) certissimum est, non 6. diebus, ut infra auctor pontificalis scribit, neque etiam sex mensibus tantum, quod alii asserunt, sed ultra integrum annum hoc tempore sedem pontificiam vacasse. Baron. anno 253. num. 28. Quem auctor hic in carcere defunctum esse insinuat, ex epist. Cornel. ad Fabium Antiochen. quam infra ex Eusebio huc inferemus, constat glorioso martyrio publice in omnium conspectu coronam martyrii adeptum esse. Ita Baron. anno 255. num. 39.

Cypriani, Dionysii & Pauli eremitæ fuga.

k Et sic multi Christiani fugerunt.) Indictio persecutionis atrocissimæ, adeo ecclesiam universam concussit, ut complures licet fortissimi se subduxerint, & quidem inter alios sanctissimus Cyprianus divino prope spiritu impulsus, Dionysius Alexandrinus, ac Paulus eremita: qui deinceps in spelunca, quam tunc temporis nactus est, solitariam vitam agens, exemplum vitæ monasticæ præbens, permansit ad annum ætatis 113. qui est Constantii imperatoris 7. inchoatus. Baronius anno 253.

l Cessavit episcopatus dies 6.) Ultra annum sedem pontificiam vacasse, constat ex iis quæ supra dixi, verbis, *Postquam Moses*: qua de re plura dicemus infra.

---

a EPISTOLA I.

[a] FABIANI PAPÆ

a Tres illæ ep. pariter suppositæ ac spuriæ viris doctis habentur, & merito.

Qui non debeant admitti [b] ad excusationem, & non esse communicandum excommunicatis.

b de errore Novati & Novatiani.

Dilectissimis ubique catholicæ ecclesiæ comministris, Fabianus salutem in domino.

c S. Leo ep. 4.

DIvinis præceptis & apostolicis monemur [c] institutis, ut pro cunctarum ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Unde consequens est, debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu ecclesiam, ut ejus sequentes exempla, ejus veri filii inveniamini, quæ vestra est mater vocata. *b* Septem ergo diaconos in urbe Roma per septem regiones civitatis, sicut a patribus accepimus, habemus, qui per singulas hebdomadas, & dominicos dies, atque festivitatum solennia, cum subdiaconibus & acolythis, ac [d] sequacium ordinum ministris, injuncta sibi observant ministeria, & parati omni hora sunt ad divinum officium, & quidquid eis injungitur, peragendum. Similiter & vobis, prout opportunum fuerit, per singulas civitates est faciendum, ut divinum absque ulla mora & negligentia studiose ac solenniter agatur officium. *c* Denique septem similiter subdiaconos ordinavimus, [e] qui septem notariis imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligerent, nobisque rimanda manifestarent. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioque oriatur: quoniam *omnia quæ scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*. Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur, ab futurorum doctrinam diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia committi præcipimus, ne aliqua in eis illusio inveniatur, ex qua fidelibus scandalum, quod absit, oriatur. Unde & caritatem vestram paterna dulcedine petimus, [f] ut in cunctis affectum vestræ caritatis sancta modo ecclesia inveniat, & favoris vestri solatiis, quocumque necesse fuerit, potiatur. Et sicut bonitas studii vestri de se nobis certitudinem præbet, ut in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis, ut sapientibus filiis ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter commendemus: ita postpositis opportunitatis occasionibus, vestra efficacia elaborare enixius debet atque modis, quibus possibile fuerit [a], omni studio [b] abigere contumelias. Hortamur etiam vos, juxta dictum apostoli, *Stabiles esse & immobiles, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in domino.* Et alibi: *Vigilate, & orate, & state in fide. Viriliter agite, & confortamini. Omnia vestra in caritate fiant.* *d* Insuper & illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus [c] præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper *ut leo rugiens circuit, quærens quem devoret*, supervenit Novatus ex Africa, & separavit de ecclesia Christi [d] Novatianum, & quosdam alios Christi confessores, & convertit in pravam doctrinam. A quibus vos, fratres, avertite, & cavete ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam apostoli & successores eorum tenuerunt & docuerunt, ne (quod absit) post eum abeuntes, in laqueum satanæ cadatis, & compedibus ejus detineamini. [e] Unde fraternitatis vestræ caritatem intimis obsecramus precibus, ut nostræ parvitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orantes ac precantes dominum cœli, ut tam nos quam sancta mater ecclesia Christi pretioso sanguine redempta, a laqueis venantis satanæ, & ab importunis & malis hominibus liberetur, & sermo Dei currat, & clarificetur, & prava eorum, & omnium perversa docentium, corruat doctrina atque deficiat. Precamur etiam, ut pietatis vestræ precibus impetrare studeatis, ut *Deus & dominus noster Jesus Christus, qui vult omnes homines salvos fieri, & neminem perire*, sua ingenti omnipotentia reverti faciat corda eorum ad sanam doctrinam & catholicam fidem, quatenus *resipiscant a diaboli laqueis*, quibus capti tenentur, & aggregentur filiis matris ecclesiæ. Reminiscentes quoque fratrum vestrorum, miseremini illorum, quibus potestis bonis studiis vestris, ne perdantur, sed ut precibus & aliis bonitatis vestræ studiis * domino salventur. Ita ergo in his agite, ut obedientes filii & fideles sanctæ Dei ecclesiæ appareatis, & ut mercedis præmia percipiatis. Hi, & omnes qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati, & a sinu sanctæ matris ecclesiæ, apostolico mucrone, usque ad rectam conversationem & reversionem eorum abscissi. Unde apostolica auctoritate, cum omnibus ejusdem apostolicæ atque universalis ecclesiæ filiis statuentes sancimus, ut omnes qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentium non suscipiantur; quia [f] suspiciones semper sunt amovendæ. Merito ergo eorum reprobatur accusatio qui in recta fide suspecti sunt. [g] Nec eis omnino est credendum, qui (*a*) Trinitatis fidem ignorant. Similiter omnes, quos sanctorum patrum statuta tam præteritis quam futuris temporibus anathematizant, submovemus, & ab omni accusatione fidelium alienamus. Discreti ergo semper debent esse fideles ab infidelibus,

d sequentium

e Vide pontificalem librum in Clemente & Antero.

Rom. 15.

f S. Greg. ep. 21. libri VII.

(*a*) *Luc.* veritatis.

bus, & justi ab injustis : quoniam in fideles & malevoli, modis quibus possunt, semper infestant fideles & perdere nituntur: & ideo non sunt suscipiendi, sed repellendi, & procul abjiciendi, ne perdere fideles aut infamare possint. Quapropter, carissimi, cavete talium foveam, in quam multos cecidisse cognovimus. [a] Cavete talium jacula, & antiqui hostis tentamenta, per quæ etiam proprios propinquos coram nobis vulneratos cadere vidimus. Attendite laqueos insidiantium, quibus notos & commilitones strangulare solent. Nolite tales sequi, sed procul repellite eos. *Estote*, juxta veritatis vocem, *prudentes ut serpentes, & simplices ut columbæ*. Videte, ne in vacuum quoque curratis, aut laboretis, sed alterutrum fulti precibus & orationibus, voluntatem Dei facere contendite, & a memoratis, si incorrigibiles apparuerint, vos in omnibus separate. Similiter ab omnibus quos apostolus commemorat dicens: *cum eis nec cibum sumere:* quia & illi, sicut & isti, sunt repellendi, & ante satisfactionem ecclesiæ non sunt suscipiendi: quoniam illi, cum quibus cibum sumere non licet, manifeste apparent sequestrati usque ad satisfactionem a reliquis [b] fratribus. Quamobrem non debent nec possunt in accusationem fidelium suscipi, sed etiam ab eorum consortio, usque ad jam dictam satisfactionem repelli, ne similes eis efficiantur, aut eorum excommunicationi subjaceant: quoniam sic apostoli statuerunt, dicentes: Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicatis, [x] avertendo regulas, scienter psallat in domo, aut simul locutus fuerit aut oraverit, ille [c] communione privetur. Tales ergo in omnibus sunt cavendi, & non suscipiendi, quia juxta apostolum, *non solum qui faciunt damnantur, sed & qui consentiunt facientibus*. Unde & beatus apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populum, inter cetera ait: Si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis [d], vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & voluntati ejus absque commonitione obsecundare, & avertere vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis qui exterminare Dei ecclesiam volunt: & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic quam illi qui foris sunt, & evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit, & ecclesiam dispergit ac vastat. Ideoque, carissimi, his apostolicis institutis vos monentes instruimus, ut effecta [e] certior caritas vestra, solicitius deinceps agere studeat & cautius, ne perversi & infideles homines, lædendi fideles & benevolos habeant facultatem: *quoniam spes talium & omnium impiorum, tamquam lanugo est, quæ a vento tollitur, & tamquam spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tamquam fumus, qui a vento diffusus est, & tamquam memoria hospitis unius diei prætereuntis*. Summopere, carissimi, tales cavendi sunt, & avertendi atque rejiciendi, si nocentes apparuerint: quia non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges [a] se nocentes non suscipiunt, sed repellunt. Unde scriptum est: *Os impiorum devorat iniquitatem*. Et dominus per prophetam loquitur, dicens: *Cum sancto sanctus eris, & eum perverso perverteris: Et cum electo electus eris, & cum viro innocente innocens eris*. Et Apostolus inquit: *Pervertunt bonos mores colloquia mala*. Idcirco (ut jam prælibatum est) mali sunt semper cavendi, & bonis atque benevolis est inhærendum [b] ut periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus. Et ne pestis hæc latius divulgetur [c], severitate qua possumus, abscindamus: quoniam non temeritas intervenit præsumptionis, ubi est [d] diligentia pietatis. Agat semper [e] unusquisque vestrum, hac informatione apostolica fultus juxta vires suas, & fraterna dilectione, & sancta religione, mores proprios conservare, & in commune alterutrum adjuvare, & in caritate permanere, & in Dei voluntate indesinenter studeat inhærere, ut simul laudantes Dominum indefessas semper illi gratias agamus. Valete in Domino carissimi, & prædicta, ut melius potestis, Domino opem ferente, adimplere studete. Data Kalendis Julii, [f] Maximino & Africano viris [g] clarissimis consulibus.

[a] abest, se, a MS.
Prov. 19.
Psalm. 57.
1. Cor. 15.
[b] S. Leo ep. 4.
[c] Idem ep. 2.
[d] Idem ep. 2.
[e] S. Bonif. ep. 17.
[f] Maximo
[g] an. 236.

Notæ Severini Binii.

a Epistola I, Fabiani.) Hæc epistola aliis spuria, nisi a quibusdam mendis & erroribus expurgetur, aliis non a Fabiano, sed potius a Cornelio scripta esse videtur: eo quod infra de Novato & Novatiano hæc referat: *Insuper & illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus, præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui semper ut leo rugiens circuit quærens quem devoret, supervenit Novatus ex Africa, & separavit de ecclesia Christi Novatianum, & quosdam alios Christi confessores, & convertit in pravam doctrinam.* Quæ sane non ante Cornelii pontificis creationem contigisse, testimonio libri pontificalis, & Cypriani satis est manifestum. Adde, quod Pacianus epist. 3. ad Sympronianum, cum Novatiani meminit, de iis quæ ante sedem Cornelii gesserat, commendat ejus catholicam fidem; sic enim scribit: *Cur igitur Novatianus tuus, ne falso quidem adhuc episcopatu sacerdos, longe antequam Cornelius Romæ episcopus fieret, antequam sacerdotio illius inviderat, hæc suasit? Habes Cypriani testimonium*, &c. Et post reliqua: *At hanc ipsam hæresim Novatiani quando ceperunt? Audite, quæso, & totum ordinem erroris vestri advertite. Cornelius jam Romæ episcopus a sexdecim episcopis factus, locum cathedræ vacantis acceperat, & illa qua fuit præditus castimonia virginali crebras persecutiones nati principis sustinebat. Tum forte quidam presbyter Novatus ex Africa*, &c. *Romam venit*, &c. Itaque ob hanc causam liceret firma conjectura statuere, auctorem hujus epistolæ Cornelium potius quam Fabianum fuisse, nisi infra mentio fieret septem subdiaconorum, quos, ut ex vita ejusdem apud librum pontificalem constat, notariis acta martyrum colligentibus, & conscribentibus, Fabianus, non Cornelius, omnium sententia præfecit. Tutius igitur ac verius esse videtur, prædicta de Novato & Novatiano ab aliquo sciolo superaddita fuisse, ideo, quod putarit hæc verba libri pontificalis, *Eodem tempore supervenit Novatus*, ad Fabiani sedis pontificiæ tempus referenda esse cum revera ad ea quæ auctor proxime dixerat, *post passionem vero ejus*, referri debeant. Baron. anno 238. num. 9. & seqq.

An hæc epistola sit Fabiani?

Hæc epistola est corrupta, imo potius conficta omnino & ex variis laciniis consarciata circa anno Chr. 800.

b Septem ergo diaconos.) Vide quæ diximus supra in notis ad vitam Clementis, Evaristi, Anteri, & Fabiani.

c Denique septem similiter subdiaconos.) Hic colligitur hujus epistolæ auctorem esse Fabianum pontificem: & quod illi fidem derogat, surreptitium esse, adeoque expungendum, vel saltem annotandum.

x Ita etiam MS: tametsi Latinius ex conjectura legit *evertendo*. Hard.

d Insuper & illud vos scire desideramus.) Hæc integra periodus surreptitia est, & ab aliquo sciolo superaddita, qui existimavit ea quæ in vita Fabiani de Novato & Novatiano scribuntur, temporibus Fabiani accidisse, ideoque in hanc epistolam inserenda esse. Vide quæ diximus verbo, *Epistola Fabiani*.

---

[a] apocryphum nonnullis videri testantur Bell. Poss. aliique Catholici, & multa probant.

[a] EPISTOLA II.

FABIANI PAPÆ

AD OMNES ORIENTALES EPISCOPOS.

Ut chrisma omni anno renovetur consecrando & vetus in ecclesiis ponatur cremando: de accusatione sacerdotum, & ut oves pastorem suum nisi in fide erraverit reprehendere non audeant.

I. *Ut per annos singulos novum chrisma conficiatur, & vetus incendatur.*

II. *De episcopis non accusandis ac obtrectationibus lacerandis,*

Fabianus episcopus urbis Romæ, omnibus orientalibus episcopis & cunctis fidelibus, in Domino salutem.

EXigit dilectio vestra sedis Apostolicæ consulta, quæ vobis denegare non possumus nec debemus. Hoc autem & prædecessores nostros multarum regionum episcopis egisse liquet: & nos, qui in eadem sede, Domino largiente, collocati sumus, agere debere fraterna caritas & obedientiæ debitum compellit. Cura est ergo vestræ solicitudini adhibenda, ut ea, quæ sunt ab apostolis eorumque successoribus ordinata, & instigante sancto Spiritu instituta [b], nec dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. Sed sicut hoc, quod rationis exigebat utilitas, oportuit diffinire: ita quod diffinitum est, non debet violari.

[b] S. Greg epist. 117. lib. VII.

I.

De consecr. dist. 3. literis vestris.

Literis vestris vero inter cetera insertum invenimus, quosdam regionis vestræ *a* episcopos a vestro nostroque ordine discrepare, & non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere, sed duos aut tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam conservare. Dicunt enim, ut in memoratis apicibus reperimus, nec balsamum per singulos annos posse reperiri, nec necesse fore per singulos annos chrisma conficere, sed dum una confectio chrismatis

Ibidem.

abundat, aliam fieri necesse non habere. Errant enim qui talia excogitant, & mente vesana potius quam recta sentientes, hæc dicunt. *b* In illa enim die Dominus Jesus, postquam cœnavit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut a sanctis apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt, chrisma conficere docuit. Ipsa enim lavatio pedum, nostrum significat baptismum, quando sancti chrismatis unctione

Ibidem.

perficitur atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda, ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est agenda, & de anno in annum renovanda, & fidelibus tradenda: quia novum sacramentum est per singulos annos, & jam dicto die innovandum, & vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista a sanctis apostolis & successoribus eorum accepimus, vobisque tenenda mandamus. Hæc sancta Romana ecclesia, & Antiochena a tempore apostolorum custodit: hæc Hierosolymorum & Ephesinorum tenet. In quibus apostoli præsidentes, hæc docuerunt, & vetus chrisma incendi, & non amplius quam uno anno uti, permiserunt, atque deinceps novo frui, & non veteri, jubentes docuerunt. Si quis ergo his obviare tentaverit, omnem sibi per [a] vos, & per omnes recte intelligentes [b], indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia praviſſimarum mentium perversa doctrina, dum indulgentius frænis utitur [c], in prævaricationem præsumptionis delabitur: & nullatenus eruitur, nisi prudentium sustentatione & correctione liberetur. Illa autem, quæ circa divina mysteria & erga [d] baptizandos, in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplanda sunt intuitu, ne locum supervacuis intentionibus & superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere, quia docendi potius sunt, quam illudendi. [e] Ad nostram enim lætitiam benefacta perveniunt, & mœroris aculeis nos, quæ fuerint male facta, [f] pungunt. Hic [g] vero inter manus latronum & dentes luporum furentium, utcumque versamur, & contumaces sunt subditi atque oves. Nam [h] latratu canum, baculoque pastoris, luporum rabies deterrenda est. [i] Illa vero quæ fomentis non sanantur vulnera, ferro abscindi necesse est. Nec silere [k] possumus, ut cum hic ab illicitis revocemus aliquos, officii nostri provocamur instinctu, in speculis a domino constituti, ut vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda sunt resecemus, & quæ observanda sunt [l] censeamus.

II.

Consulere etiam nos (ut in prædictis literis vestris invenimus) super accusatione sacerdotum voluistis, quæ oppido apud vos (ut in eisdem apicibus reperimus) crebrescit. Significastis insuper, plerosque attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis non congruenter vivere sermonibus & sacramentis [m] quæ per eos populis ministrantur. O miseros homines, qui hos intuendo, Christum obliviscuntur: qui & multo ante prædixit, ut legi Dei potius obtemperetur, quam imitandi videantur illi, qui ea quæ dicunt, non faciunt: & traditorem suum tolerans, usque in finem etiam ad evangelizandum cum ceteris misit. Nam apostoli talem consuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt: similiter & successores eorum, quamquam multa de talibus, prævidentes spiritu Dei futura, statuerunt. Porro (ut legitis in Actibus apostolorum) *erat eo tempore inter fideles cor unum & anima una, neque aliquis eorum aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia communia*. Nulla enim inter eos accusatio, nisi familiaris erat, nec unquam inter imitatores eorum aut fideles fieri debet, dicente domino: *Quod tibi non vis fieri, alteri non facias*. Et idem: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*: &, *Dilectio proximi malum non operatur*. Ipsi ergo apostoli & successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, qui sunt [n] suspecti, vel qui heri, aut nudiustertius, vel dudum fuerunt inimici, quoniam suspecti facti sunt, & qui non sunt bonæ

næ converſationis, [a] vel quorum vita eſt accuſabilis, aut dubii in recta fide. Similiter quorum fides, vita & libertas neſcitur, vel qui infamiæ maculis ſunt aſperſi, aut ſceleribus irretiti. [b] Neque eos, ſacerdotes debere vel poſſe aut clericos accuſare, qui rite ſacerdotes fieri non poſſunt, nec ſui ſunt ordinis: quoniam ſicut ſacerdotes vel reliqui clerici a ſæcularium laicorum excluduntur accuſatione, ita illi ab iſtorum ſunt excludendi & alienandi criminatione. Et ſicut iſti ab illis, ita & illi ab iſtis non recipiantur: quoniam ſicut domini ſacerdotum ſegregata debet eſſe converſatio ab eorum converſatione, ita & litigatio; *quia ſervum Dei non oportet litigare*. Tales, cariſſimi fratres, accuſationes, & injuſtas aut nocivas æmulationes, pro viribus prohibete, quia contentio [c] ſummopere eſt vitanda. *Septies enim cadet juſtus in die, & reſurget, impii autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus*, ait Salomon, *ne gaudeas, & in ruina ejus non exultet cor tuum: ne forte videat dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam. Non contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur. Nec æmuleris viros malos, nec deſideres eſſe cum eis, quia rapinam meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur*. Hæc cavete, cariſſimi. Hæc meditamini, & fratribus in omnibus ſolatium præſtate: quia *in hoc cognoſcent omnes*, ut ipſa per ſe veritas ait, *quoniam mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem*. Si enim in rebus [d] ſæcularibus ſuum cujuſque jus, & proprius ordo ſervandus eſt: quanto magis in eccleſiaſticis diſpoſitionibus nulla debet induci confuſio? Quod iſta obſervatione obſervabitur, ſi nihil poteſtati, ſed totum æquitati tribuitur. Unde conſtat epiſcopos locorum ſingulorum, omnium qui ſub eorum degunt [e] moderamine, curam habere ſolicitam, & cauſas utilitateſque eorum cum Dei timore diſponere. Valde ergo iniquum eſt, ut alii quilibet, omiſſis ſuis, ſe illorum cauſis admiſceant. Sed illi eorum vitam & judicium competenti regularique debeant moderamine diſponere, qui eos in ſacerdotium ordinant, & a quibus jam ordinati ſunt: quoniam, ut lex loquitur, *Maledictus omnis eſt, qui tranſfert terminos proximi ſui. Et dixit omnis populus: Amen*. Deus ergo, fratres, ad hoc præordinavit vos, & omnes qui ſummo ſacerdotio funguntur, ut injuſtitias removeatis, & præſumptiones abſcindatis, & in ſacerdotio laborantibus ſuccurratis, & [f] opprobriis & calamitatibus eorum locum non præbeatis; ſed ei, qui calumniam & opprobrium patitur, adjutorium feratis, illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abſcindatis, & domino in ſuis ſacerdotibus opem feratis. Sacerdotes quoque dominus ſibi elegit, ut ſacrificent ei, & offerant oblationes domino. Levitas quoque ſub eis eſſe juſſit in miniſteriis eorum. Unde ad Moſen loquitur, dicens. *Princeps autem principum Levitarum Eleazar, filius Aaron ſacerdotis, erit ſuper excubitores eccleſiæ ſanctuarii*. De his enim loquutus eſt dominus ad Moſen. *Tolle Levitas pro primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Levitarum pro pecoribus eorum, eruntque Levitæ mei. Ego dominus*. Si Levitas ſuos eſſe dominus voluit, quanto magis ſacerdotes ſibi adſcivit? De quibus ait: *Si quis externorum acceſſerit, morietur*. Omnia vero, quæ domini ſunt, caute tractanda ſunt, & non leviter præcipitanda: quoniam & inter homines pro fidelibus habentur, qui dominorum ſuorum cauſas bene cuſtodiunt, & fideliter tractant, atque præcepta dominorum ſuorum bene cuſtodiunt, & non tranſgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi, qui dominorum ſuorum cauſas incaute & negligenter tractant, & præcepta eorum deſpiciunt, & non, ut debent, cuſtodiunt. Ideo hæc præmiſimus, ut cognoſcatur ab his, quibus incognitum eſt, quod & ſacerdotes (quos ſibi dominus de omnibus adſcivit, & ſuos eſſe voluit) non ſunt leviter tractandi, nec lacerandi, nec temere accuſandi, aut reprehendendi, niſi a magiſtris ſuis, quoniam eorum cauſas ſibi dominus reſervare voluit, & ſuo judicio vindicari. Nam in his & in aliis præceptis domini, & fideles cognoſcuntur, & infideles reprobantur. Tolerandi enim hi ſunt potius a fidelibus, quam exprobrandi, veluti palea cum tritico, uſque [a] ad ultimum ventilabrum, ſicut piſces mali cum bonis, uſque ad ſegregationem, quæ futura eſt in litore, hoc eſt, in fine ſæculi. Nullatenus ergo poteſt [b] condemnari humano examine, quem Deus ſuo judicio reſervavit, ut propoſitum Dei, quo decrevit ſalvare quod perierat, fiat immobile. Et ideo, quia voluntas ejus non immutatur, nullus præſumat ea quæ ſibi non ſunt conceſſa. Unde eſt illud quod apoſtolus loquitur dicens: *Jam quidem omnino delictum eſt, quia judicia habetis vobiſcum*. [c] *Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini?* Ad illud redeatur quod dominus ait: *Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in judicio tecum contendere, dimitte ei & pallium*. Et alio loco: *Qui auſert quæ tua ſunt, ne repetas*. Sunt autem quædam, quæ leviſſima putarentur, niſi in ſcripturis demonſtrarentur opinione graviora. Quis unquam dicentem fratri ſuo, Fatue, reum gehennæ putaret, niſi ipſa veritas diceret? Illi vero qui illa peccata perpetrant, de quibus apoſtolus ait: *Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur*: valde cavendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntarie noluerint, compellendi: quia infamiæ maculis ſunt adſperſi, & in barathrum delabuntur, niſi eis ſacerdotali auctoritate ſubventum fuerit. Similiter & illi de quibus ipſe ait: *Cum hujuſcemodi hominibus nec cibum ſumere*: quia infamia ſunt notati antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ redintegrentur: quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt. Manifeſtum eſt enim, quod hi extra nos ſunt, & a nobis diſcreti eſſe debent, cum quibus nos nec edere, nec cibum ſumere licet. Similiter & omnes perſonæ, quibuslibet turpitudinibus (*a*) ac ſcurrilitatibus ſubjectæ, infames ſunt effectæ: & omnes [d], qui adverſus patres armantur, infames efficiuntur. *Arenam vero & ſalem & maſſam ferri facilius eſt portare, quam hominem imprudentem & fatuum atque impium. Quoniam qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans, cogitat ſtulta. Multos enim ſupplantavit ſuſpicio illorum, & in vanita-*

[a] S. Aug. 1v. adverſ. Creſc. 26. & de utilitate pœnitentiæ cap. 12.
[b] Conſt. M. coll. Hadr. c. 51.
[c] S. Auguſt. Enchir. c. 78. & 79.
[d] Proclus ad Dominum Eccleſ. 22. Eccleſ. 30.

Num. 1.
1. Cor. 6.
Matth. 5.
Luc. 6.
6. q. 2. Illi qui. Galat. 5.
1. Cor. 5.
Eccleſ. 3.

(*a*) in Luc. deeſt „ *ac ſcurrilitatibus*.

*nitate detinuit ſenſus illorum. Cor durum male habebit in noviſſimo: & qui amat periculum, in ipſo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem, & * pravi cordis in illis ſcandalizabitur. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adjiciet ad peccandum.* Talia cogitantes ſancti apoſtoli, eorumque ſucceſſores, ſpiritu Dei repleti malos homines prævidentes, & ſimplices conſiderantes, difficilem, aut nunquam voluerunt eſſe accuſationem ſacerdotum, ne a malis potuiſſent everti aut ſubmoveri: quia ſi hoc facile concederetur ſæcularibus & malis hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent; quoniam ſemper fuit, & eſt, & (quod pejus eſt) nimis viget, ut mali bonos perſequantur, & carnales ſpirituales infeſtent. Idcirco (ut præ- B dictum eſt) ſtatuerunt, ne accuſarentur, aut ſi aliter fieri non poſſit, perdifficilis eorum fieret accuſatio, & a quibus (ut ſupra dictum eſt) non præſumeretur, neque a propriis ſedibus aut eccleſiis epiſcopi ejicerentur. Quod ſi quo modo præſumptum fuerit antequam & prius locus, & ſua omnia eis legibus [a] redintegrarentur, nullaterus a quoquam accuſarentur aut criminarentur, & niſi ſponte elegerint, cuiquam pro talibus non [b] reſponderent. Sed poſtquam (ut præfixum eſt) reſtituti fuerint, & ſua omnia eis legibus redintegrata, diſpoſitis ordinatiſque ſuis, magnum ſpatium, tractandi cauſa, eis concederetur. Et poſtea, ſi neceſſe fuerit, regulariter vocati, venirent ad C cauſam: & ſi juſtum viſum fuerit, accuſantium propoſitionibus ſuſtentatione fratrum reſponderent. Nulla enim permittit ratio, dum ad tempus eorum bona vel eccleſiæ atque res ab æmulis aut a quibuſcumque detinentur, ut aliquid illis objici debeat. Nec quiſquam poteſt eis quoquo modo quidlibet majorum vel minorum objicere, dum eccleſiis, rebus, aut poteſtatibus carent ſuis. Similiter ſtatutum eſt, & nos eadem ſtatuta firmantes, ſtatuimus, ut ſi aliquis clericorum ſuis epiſcopis infeſtus aut inſidiator fuerit, eoſque criminari voluerit, aut conſpirator fuerit, ut mox ante examinatum judicium ſubmotus a clero, [c] curiæ tradatur, cui diebus vitæ ſuæ deſerviat, & infamis abſ- D que ulla reſtitutionis ſpe permaneat. Nec ullus unquam præſumat, accuſator ſimul eſſe & judex vel teſtis: quoniam in omni judicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt, judices electos, & accuſatores, ac defenſores, atque teſtes. Similiter ſtatuentes, apoſtolica auctoritate jubemus, ne paſtorem ſuum oves, quæ ei commiſſæ [d] fuerant, niſi in fide erraverit, reprehendere audeat: quia facta præpoſitorum, oris gladio [e] ferienda non ſunt, neque poteſt eſſe diſcipulus ſuper magiſtrum, dicente veritatis voce: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper dominum ſuum. Odibilis autem coram Deo & hominibus eſt ſuperbia, & execrabilis omnis iniquitas: Perdidit Deus memo-* E *riam ſuperborum, & reliquit memoriam humilium ſenſu. Semen hominum honorabitur, hoc quod timet Deum. Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis ejus. Fili,* ait Salomon, *in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem, cui honor competit. Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe juſte. Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum: & in medio ſeniorum ne adjicias loqui.* Exemplo Cham filii Noe, damnantur [a] qui patrum ſuorum culpas in publicum produnt, aut eos accuſare vel detrahere præſumunt: veluti Cham, qui patris ſui Noe pudenda non operuit, ſed deridenda monſtravit. Similiter & illi exemplo Sem & Japheth juſtificantur, qui reverenter operiunt, & non produnt ea, quæ patres ſuos exceſſiſſe cognoſcunt. Si enim a fide deviaverit epiſcopus, erit corrigendus prius ſecrete a ſubditis ſuis. Quod ſi incorrigibilis (quod abſit) apparuerit, tunc erit accuſandus ad primates ſuos, ut ad ſedem apoſtolicam. Pro aliis vero actibus ſuis magis eſt tolerandus ab ovibus & ſubditis ſuis, quam accuſandus, aut publice derogandus: quia [b] cum in eis a ſubditis delinquitur, ejus ordinationi obviatur, qui eos ei prætulit, dicente Apoſtolo: *Dei ordinationi reſiſtit, qui poteſtati reſiſtit.* Qui vero omnipotentem Deum metuit, nec contra evangelium, nec contra apoſtolos, nec contra prophetas, vel ſanctorum patrum inſtituta, aliquid ullo modo agere conſentit. Sacerdotes ergo honorandi ſunt, non lacerandi vel exprobrandi ſunt. Legitur in Eccleſiaſtico: *In* E *tota anima tua time Deum, & ſacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros ejus non derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotem, & propurga te cum brachiis. Da illi partem, ſicut mandatum eſt tibi, primitiarum, & de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & ſacrificium ſanctificationis offeres domino, & initia ſanctorum: & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua.* Hæc non tantummodo vobis, ſed omnibus fratribus per vos nota fieri volumus, ut unanimes, [c] unum ſentientes, per- c maneamus in Chriſto nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, ſed Deo ſalvatori noſtro placentes. Cui eſt honor, & gloria in ſæculorum ſæcula. Amen. [1]

* *pravum cor in* Idem infra in decr. *Steph.* II

3. q. 1. Epiſcopi ſi a propriis.

a Conc. V. ſub Symmacho.

b Hadrian. coll. 3.

3. q. 1. Epiſcopi ſi a propriis.

11. q. 1. Statuimus, ut ſi quis clericorum.

c Curia hæc valde ſuſpecta eſt Ant. Auguſt. in cap. 38. coll. Hadr.

d Conc. V. Rom. ſub Symmacho

e S. Greg. Paſt. P. II. c. 3. *Matth.* 10. *Luc.* 6. *Ruleſ.* 10

Ibidem.

Notæ Severini Binii.

a Epiſcopos.) Indicatur materiam ſacramenti confirmationis eſſe chriſma, quod eſt unguentum ex oleo & balſamo mixtum, & ab epiſcopo conſecratum. Ex eo enim quod ſcribit, Chriſtum ritum conficiendi apoſtolos docuiſſe, utique aliquam formam benedicendi & conſecrandi tradidiſſe, dubium non eſt. Unde præterquam quod ſanctiſſimi patres, Clemens, Dionyſius, Irenæus, Urbanus pontifex epiſtola ſua, &c. hoc alibi ſanctum chriſma, alibi unguentum ſanctificatum nominent, conciliis Florentino & Tridentino nunc aperte definitum eſt, quod univerſæ eccleſiæ, ex inſtitutione Chriſti, ab apoſtolis traditum erat. Bellarm. Suarez, Valent. de ſacram. confirm. Hanc epiſtolam Poſſevinus in apparatu ſacro, verbo, *Fabianus*, a quibuſdam, neſcio quibus, velut apocryphan rejici aſſerit. Qui confirmationem a Melchiade inſtitutam eſſe ajunt, ex hac & præcedentis Urbani epiſtola ſatis refutantur.

b In illa die dominus.) Ut chriſma conficiatur & conſecretur feria quinta in cœna dominica, ab apoſtolis inſtitutum eſſe ait, ideoque ab ea conſuetudine nequaquam recedendum eſſe decernit. Hunc ritum eodem tempore obſervatum fuiſſe indicat Cyprianus, vel quiſquis auctor eſt ejus libri, ſerm. de unct. chriſm. his verbis: *Hodie in eccleſia* (loquitur de die cœnæ domini) *ad populum acquiſitionis ſanctificandum, in participatione dignitatis & nominis ſacrum chriſma conficitur, in quo mixtum oleo balſamum, regię ſacerdotalis gloria exprimit unitatem, quibus dignitatibus initiandis, divinitus eſt unctio inſtituta.* Eadem conſuetudo colligitur ex Iſidoro, Alcuino, Ruperto, & aliis antiquis divinorum officio-

1 In MS. additur: *Data* XIV. *Kal. Novemb. Maximo, & Africano viris clariſſ. Coſſ.* ideſt anno Chriſti 236. *Hard.*

ficiorum ſcriptoribus. Unde in concilio Meldenſi c. 46. expreſſe præcipitur, *ut nemo ſacrum chriſma, niſi in quinta feria majoris hebdomadæ conficere præſumat*. Et hanc ob cauſam in cap. quoniam, de ſent. excomm. in 6. dicitur, chriſma eſſe conficiendum in die cœnæ domini, etiamſi terra interdicta exiſtat. Errant igitur, qui putant fuiſſe aliquando uſitatum in eccleſia, ut quolibet anni tempore chriſma conficeretur. Quod dicitur cap. omni tempore, de conſecr. diſt. 4. Item conc. Tolet. 1. cap. 20. licere epiſcopo omni tempore chriſma conficere, intelligendum eſt non ſimpliciter de omni tempore: ſed accommodate, de omni tempore annuali, quod ad conficiendum chriſma præſcriptum eſt. Accedit quod concilia non aliquam temporis, ſed potius certi miniſtri determinationem præfinire intendant: quaſi dicerent ſolli epiſcopo, non presbytero liceat omni tempore conſueto, ſacrum chriſma conficere. Nam concilium Tolet. expreſſe intendit prohibere abuſum quorumdam presbyterorum, qui confectionem chriſmatis ſibi uſurpabant. Vide Suarez tom. 3. diſp. 38. ſect. 1.

EPISTOLA III.

FABIANI PAPÆ

AD HILARIUM EPISCOPUM.

Ut peregrina judicia reſpuantur atque accuſatus in ſuo loco cauſam ſuam peragat, & ut omnis qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum, & ſi non probaverit quod objicit, pœnam quam intulerit, patiatur.

I. *Qui non debeant admitti ad accuſationem.*
II. *De peregrinis judiciis.*
III. *De pulſatis.*
IV. *Si quis iratus crimen objecerit, vel objecta non probaverit.*
V. *Si epiſcopus accuſatus ſedem apoſtolicam appellavit.*

Dilectiſſimo fratri Hilario epiſcopo Fabianus.

DIvinæ circa nos gratiæ memores [a] eſſe debemus, qui nos per dignationis ſuæ miſericordiam, ob hoc ad faſtigium ſacerdotale provexit, ut mandatis ipſius inhærentes, & in quadam ſacerdotum ejus ſpecula conſtituti, prohibeamus illicita, & ſequenda doceamus. In tantum enim in occiduis partibus, quibus moraris, audivimus aſtutiam diaboli ſævire in populum [b] Chriſtianum, atque multiplici deceptione prorumpere, ut non ſolum laicos ſæculares, ſed ipſos quoque domini ſacerdotes premat atque vexet. Unde, in grandi mœrore poſiti, diſſimulare non poſſumus, quod corrigere atrociter debemus. Quapropter competens adhibenda eſt talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas, mortifera [c] capitis peſte nihil poſſit, ſed ſegnius tracta pernicies, reatu non legitimæ curationis, involvat pariter ſauciatos & medentes.

a Leo-ceſſor

b III.

c pe- pro- ac ad unſque ha- etiam n. Six-

I.

Ob id ergo ſtatuentes decernimus, ut hi, [d] qui non ſunt bonæ converſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, aut quorum fides, vita & libertas neſcitur, non poſſint domini ſacerdotes accuſare, ne viles perſonæ ad accuſationem eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti ſunt, vel qui ſunt ſuſpicioſi, vocem adverſum majores natu non habeant accuſandi: quia ſuſpicioſa vox, & inimica, veritatem ſolet opprimere.

d coll.

II.

Peregrina vero [a] judicia, ſalva in omnibus apoſtolica auctoritate, generali ſanctione prohibemus: quia indignum eſt ab externis, ut judicetur, qui provinciales, & a ſe electos debet habere judices, niſi fuerit appellatum. Unde oportet, ſi aliquis epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ut ab omnibus audiatur qui ſunt in provincia epiſcopis: quia non oportet accuſatum alicubi, quam in foro ſuo, audiri. Si quis vero judicem adverſum ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat. [b] Appellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis injuriare cuſtodia: ſed liceat appellatori, vitiatam cauſam appellationis remedio ſublevare. Liceat etiam in cauſis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem ſupplicio ſententia deſtinarit.

a Idem Hadr. cap. 17. ex Cod. Theod. lib. 11. tit. 1. conſt. 10. 3. quæſt. 6. Si quis epiſcoporum. 1 quæſt. 6. Si quis judi.

b Vide Hadr. coll. c. 27. 32. 33. 34. ex interpr. Aniani in conſt. 2. 15. & 20. tit. 30. libri 11. Cod. Theod. nec non nota Ant. Aug.

III.

Pulſatus ante ſuum judicem cauſam dicat: & ante non ſuum judicem, pulſatus, ſi voluerit, taceat: & ut pulſatis, quoties appellaverint, [c] induciæ dentur.

3. q. 1. Pulſatus ante.

c Hadr. coll. c. 56.

IV.

Si quis ergo iratus, crimen aliquod cuilibet temere objecerit, convicium non eſt pro accuſatione habendum: ſed, permiſſo tractandi ſpatio, [d] id quod iratus dixit, per ſcripturam ſe probaturum eſſe fateatur: ut, ſi fortaſſe reſipiſcens, quæ præ iracundia dixit, iterare aut ſcribere noluerit, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo [e] qui crimen objicit, ſcribat ſe probaturum. Revera ſemper ibi cauſa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probaverit, quod objecit, pœnam quam intulerit ipſe patiatur.

1. q. 6. Qui crimen.

d Hadr. coll. 47. ex Aniano in conſt. 5. tit. primi lib. 11. Cod. Theod.

e Idem c. 48. ex Aniani interpr. in conſt. 11. ejuſdem tituli.

V.

Placuit etiam, [f] ut ſi epiſcopus accuſatus, appellaverit ad apoſtolicam ſedem, id ſtatuendum, quod ejuſdem ſedis pontifex cenſuerit. Hæc tamen omnino in ſacerdotum cauſa forma ſervetur, ne quemquam ſententia, non a ſuo judice dicta, [g] conſtringat. Occurrere quoque quiſque fidelium ruinis debet oppreſſorum & miſerorum * ſubſidio, quo valeant, ex [z] revelatione alienæ vindictæ, a ſe Dei removere [h] vindictam. Libat enim domino proſpera, qui ab afflictis pellit adverſa. Unde ſcriptum eſt: *Frater fratrem adjuvans, exaltabitur*. Eccleſia enim Dei ſine macula & ruga debet exiſtere, & ideo non oportet eam a quibuſdam conculcari aut maculari, quia ſcriptum eſt: *Una eſt columba mea, perfecta mea*. Hinc iterum dominus ad Moſem ait: *Eſt locus penes me, & ſtabis ſuper petram*. [i] Quis eſt locus, qui non ſit domini, dum cuncta in ipſo, per quem creata ſunt, continentur? Eſt tamen locus apud Deum, videlicet ſanctæ eccleſiæ unitas, in qua ſupra petram ſtatur, dum confeſſionis ſoliditas humiliter tenetur.

f Hadr. coll. c. 21. In decret. Ivon. lib. 4.

g Cod. Theod. lib. 11. tit. 16. conſt. 2.

* conſilio,

h Conc. Tol. VIII. c. 2. Prov. 18.

i Cant. 6. Exod. 33. S. Greg. ep. 54. libri VII.

Te,

z Merlini editio, & MS. *relevatione*. Hard.

Te, frater, & omnes fratres noſtros eccleſiam Chriſti ſanguine redemptam regentes, monemus, ut omnes a præcipitio, in quo fratres, & domini paſtoribus detrahendo & perſequendo, verbis & factis labuntur, laqueis quibus poteſtis, retenteris, & * lacerari eos [a] in hamo iræ non permittatis, quia ſcriptum eſt: *Ira enim viri juſtitiam Dei non operatur.* [b] Hinc rurſum dicitur: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.* Hæc autem vos, Deo auctore, omnia ſervare non ambigo, ſed occaſione admonitionis exorta, bonis veſtris deſideriis & operibus me furtive ſubjungo, ut quod non admoniti facitis, quando vobis etiam admonens additur, jam non ſoli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos & omnes fideles diligere invicem, & non detrahere aut accuſare alterutrum; ſcriptum eſt enim: *Dilige proximum, & conjungere fide cum illo. Quod ſi denudaveris abſconſa illius, non perſequeris poſt eum. Sicut enim homo qui perdit amicum ſuum, ſic qui perdit amicitiam proximi ſui: & ſicut qui dimittit avem de manu ſua, ſic qui dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies. Non illum ſequaris quoniam longe abeſt. Effugit enim quaſi caprea de laqueo, quoniam vulnerata eſt anima ejus. Ultra eum non poteris colligare, & maledicti eſt concordatio. Denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo non abjiciet. In conſpectu oculorum tuorum* [c] *conculcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur: Noviſſime autem pervertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum. Multa* [d] *audivi, & non coæquavi ei, & dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet: & plaga doloſa, doloſi dividet vulnera. Qui fodit foveam, incidet in illam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. Facienti conſilium nequiſſimum, ſuper ipſum devolvetur: & non agnoſcet, unde adveniet illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta, ſicut leo inſidiabitur illis. Laqueo peribunt, qui oblectantur caſu juſtorum; dolor autem conſumet illos antequam moriantur. Ira & furor, utraque execrabilia ſunt: & vir peccator, continens erit illorum. Qui vindicari vult, a Deo inveniet vindictam: & peccata illius ſervans, ſervabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur. Homo homini* [1] *reſervat iram, & a Deo quærit medelam? In hominem ſibi ſimilem non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis* * *deprecatur altiſſimum? Ipſe, dum caro ſit, reſervat iram & propitiationem petit a Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento noviſſimorum, & deſine inimicari. Tabitudo enim, & mors imminent in mandatis ejus. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. Memorare teſtamenti altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te a lite, & minues peccata. Homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secundum enim ligna ſilvæ, ſic ignis exardeſcet: & ſecundum virtutem hominis, iracundia illius erit, & ſecundum ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendet ignem, & lis feſtinans effundet ſanguinem, & lingua teſtificans adducet mortem. Si ſufflaveris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur, & utraque ex ore proficiſcuntur. Siſurro & bilinguis, maledictus: multos enim turbavit pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem. Civitates muratas divitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſolvit. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, & privavit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic, quomodo qui interierunt per linguam ſuam. Beatus, qui tectus eſt a lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum ejus, & vinculis ejus non eſt ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum eſt: & vinculum illius, vinculum æreum eſt. Mors illius, mors nequiſſima: & utilis potius infernus, quam illa. Perſeverantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias injuſtorum. In flamma ſua non comburet juſtos. Qui derelinquunt dominum, incident in illam; & exardeſcet in illis, & non extinguetur: & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.* Iſta caveant omnes, & cohibeant linguam ſuam a malo, & labia eorum ne loquantur dolum. De cetero, carissimi, confortamini in domino, & in potentia virtutis ejus. Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias diaboli: quoniam non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus principes & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, ut poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam juſtitiæ, & calceati pedes in præparatione evangelii pacis, in omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Hæc, frater, quæ tibi ſcripſimus, generaliter omnibus nota fieri volumus, ut quæ ceteros tangunt, omnibus nota fiant. Omnipotens Deus te, frater, & reliquos fratres noſtros, ubique conſiſtentes, [a] protegat uſque in finem, qui cunctum [a] mundum dignatus eſt redimere, Jeſus Chriſtus dominus noſter, qui eſt benedictus in ſæcula. Amen. Data decimo ſeptimo Kalend. Novembr. Africano [b] & Decio viris [2] clariſſimis conſulibus. [b]

DE-

* labi eos
a in imo non in ima Jacobi 1
b Greg. ep. 128 lib. 11.
Eccleſ. 27.
* conjunge fidem
c condulcabit
d odivi
Eccleſ. 28.
* deprecatur? Ipſe
a a
b b

1 MS. *Servat*. Hard. 2 Non ſunt in Faſtis hi Coſſ.

A

DECRETA FABIANI,

EX DECRETO GRATIANI DESUMPTA,

nec prioribus inserta.

Inediis maceretur acerrimis qui fratri suo reconciliari non vult.

Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo qui contristavit, acerrimis maceretur inediis, usque dum gratanti B animo satisfactionem recipiat.

EJUSDEM EX GRATIANO.

Infamis efficitur qui sciens pejerare præsumit.

Quicumque sciens se pejeraverit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos pœniteat: & nunquam sit sine pœnitentia: & nunquam in testimonium recipiatur; communionem tamen post hoc percipiat.

EJUSDEM EX GRATIANO.

C

Furiosus & furiosa, matrimonium contrahere non possunt.

Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt. Sed si contractum fuerit, non separentur.

EJUSDEM EX GRATIANO.

Affines in quinta generatione copulari possunt, & in quarta, si fuerint inventi, non separentur.

D

De propinquis, qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione conjungantur: in quarta, si inventi fuerint, non separentur. In tertia tamen propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Æqualiter vir conjungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis, post mortem suæ uxoris.

EJUSDEM EX GRATIANO.

Ad titulum immediate præscriptum.

Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, E & separantur, non licebit eis, quandiu utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, nisi ignorantia excusentur.

EJUSDEM EX GRATIANO.

Consanguinei tantum, vel (si progenies defecit) antiqui & veraces, propinquitatem in synodo computent.

Consanguineos extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet, sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater & mater, soror & frater, patruus, avunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota est, episcopus canonice perquirat & si inventa fuerit propinquitas, separentur

35. q. 6. Consanguineos extraneorum. Et in decret. Ivo. lib. 7.

EJUSDEM EX GRATIANO

Ter in anno quisque fidelium communicet.

Etsi non frequentius, saltem in anno ter laici homines communicent, nisi forte quis majoribus quibus libet criminibus impediatur, in pascha videlicet, & pentecoste, & natali domini. (*a*)

De consecr. dist 2. Etsi non. Et in decr Ivo. lib. 1.

EJUSDEM EX GRATIANO.

C

Ante annos 30. presbyter non ordinetur.

Si quis triginta ætatis suæ non impleverit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiamsi valde sit dignus: quia & ipse dominus triginta annorum baptizatus est, & sic cœpit docere. Non oportet ergo, qui ordinandus est, usque ad hanc ætatem legitimam consecrari,

Dist. 78. Si quis 30. Et in decr. Ivo. lib. 3. Ex Martino Bracar. cap. 20

EJUSDEM DECRETA EX CODICE

decretorum sexdecim librorum, libro quinto, capite septimo.

D

Ut oblatio altaris singulis diebus dominicis fiat.

(*b*) Decernimus, ut in omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus fiat, tam panis quam vini, ut per has immolationes a peccatorum suorum fascibus liberentur.

EJUSDEM DECRETA

ex eodem, capite nono.

Ut presbyter illiteratus missam celebrare non audeat.

E Sacrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes vel actiones, & reliquas observationes in missa secundum ritum implere non potest.

(*a*) Est can. 50. conc. Turon. an. 813. (*b*) Conc. Matiscon. II. can. 4.

C. ANNUM CHRISTI 237.

CONCILIUM ROMANUM
Habitum circa annum CCXXXVII.

Harduinus in Indice Conc. tom. 1.

IN Romano Concilio damnatum fuisse Origenem a Fabiano Papa testis est Ruffinus libro 2. Invect. in Hieronymum: Damnatur (*Origenes*) a Demetrio episcopo, exceptis Palæstinæ & Arabiæ & Phœnices atque Achajæ sacerdotibus: IN DAMNATIONEM EJUS CONSENTIT URBS ROMA. Ipsa contra hunc COGIT SENATUM &c. *Hieronymus, in epist.* LXV. *ad Pammach. & Ocean.* Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum, Romanæ urbis episcopum, pœnitentiam agit cur talia scripserit, &c. *Vide & Eusebium, lib.* VI. *cap.* XXXVI.

ANNO CHRISTI 241. " 249.

CONCILIUM LAMBESITANUM
in Africa.

Causa, tempus & locus hujus conc. a 249.

HOc concilium Africæ habitum est in Lambesitana colonia anno Christi nati [a] 242. qui est Fabiani 4. & Gordiani imperatoris 2. annus. Convenerunt XC. episcopi adversus Privatum hæreticum, quem post causæ discussionem communi omnium sententia condemnarunt: sententiam vero eorum Fabianus pontifex eo ipso approbavit, quod eumdem ecclesiastica communione privaverit. De rebus in hac synodo adversus Privatum gestis, hæc Cypr. epist. 55. ad Corn. *Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatum veterem hæreticum, in Lambesitana colonia ante multos fere annos, ob multa gravia delicta 90. episcoporum sententia esse damnatum, antecessorum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non latet) Fabiani & Donati literis severissime notatum.* Quæ fuerint hæreses & errores hujus hominis, nondum constat; potius alienæ hæresis sectatorem, quam novæ alicujus institutorem fuisse, credibile est. De hoc eodem in quodam concilio Carthaginensi sub Cypriano, anno 255. vicissim prodeunte, plura dicemus.

ANNO CHRISTI 249. " 247.

CONCILIUM ARABICUM, [1]

Causa, tempus & locus conc. b 247.

COncilium hoc, teste Euseb. lib. 6. cap. 31. in Arabia celebratum est, anno 4. Philippi imperatoris, qui est Christi [b] 249: & Fabiani pontificis 11. contra hæreticos affirmantes, animas hominum mortales esse, easque una cum corporibus extingui, & in novissimo die cum iisdem vicissim resuscitari. Origenes in hoc concilio præsens, eos doctissime impugnavit, & simul expugnavit. Eusebii verba hæc sunt: *Per idem tempus* (anno scilicet 4. Philippi imperatoris) *quidam rursus in Arabia dogmatis cujusdam prorsus a veritate alieni auctores nascuntur, asserentes hominum animas una cum corporibus uno eodemque temporis articulo morte accumbere, & penitus extingui: at demum tempore resurrectionis universæ carnis cum iisdem vitam denuo recuperaturas. Non exiguo igitur episcoporum conventu ea de re coacto, Origenes ibi etiam rogatus, ut partes de illa controversia disputandi susciperet, sic orationis vi & impetu ferebatur, ut eorum mentes, qui se ante ei errori implicuissent, ad rectam fidem & sanam doctrinam traduceret.* Vide Baron. an. 249. n. 6.

Qui interfuerint.

SYNODI BOSTRENA ET ARABICA.
Ex libello synodico.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τῶ τὸ πολυμαθὲς Ὠριγένους, ἐν Βόστρᾳ τῆς Ἀραβίας, ἣτινα Ἡσαίας πάλαι Βόσορ ὠνόμασεν, ἐπώνυμον ὅσαν Βοσόρας, τῆς μητρὸς τῶ θεσπεσίω Ἰὼβ, ἐπὶ διορθώσει τοῦ ἱεροσοφιστοῦ Βηρύλλω, τῶ τῆς αὐτῆς πόλεως ἐπισκόπω, εἰς τὸ τῶ σκυτέως Θεοδότου φρόνημα παρασυρὲν τος, καὶ αὖθις πάλιν δρομήσαντος εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, ταῖς παραινέσεσιν Ὠριγένους.

SYnodus divina & sacra provincialis, collecta a doctissimo Origene in Bostra Arabiæ, quam Isaias olim Botron nominavit, cognominem Bosoræ matri divini Jobi: ad emendationem sacrisophistæ Berilli ejusdem urbis episcopi, qui in Theodoti coriarii sensum prolapsus fuerat, & ad orthodoxam rursus fidem Origenis cohortatione recurrerat.

Σύνο-

[1] Habitum fuit hoc Concilium circa annum 243. ut observat Harduinus, idemque est, ac Bostrenum & Arabicum libelli synodici, cujus Auctor ex unico bina Concilia fecit.

A

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀῤῥαβίᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ Ὠριγένους, καὶ ἑτέρων ἐπισκόπων δεκατεσσάρων, ἐπὶ τῇ τῆς πιστῶν διορθώσει, ἔκτινος λοιμώδους αἱρέσεως, ἀναφανείσης συμφθείρεσθαι τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασι, καὶ πάλιν συνανίστασθαι οἰηθέντων, τῇ παραινέσει δὲ τοῦ Ὠριγένους προκαθεζομένου, τὴν πλάνην ἀποθεμένων.

SYnodus divina & ſacra provincialis, in Arabia collecta ab Origene, aliiſque quatuordecim epiſcopis pro correctione fidelium ex quadam peſtilente hæreſi, quæ affirmabat una cum ipſis corporibus animas interire, eaſdemque rurſus cum corporibus reſurgere arbitrabantur; Origenis autem, qui præſidebat, cohortatione, errorem depoſuerunt.

CONCILIUM ASIATICUM

C. ANNUM CHRISTI 245.

Habitum circa annum Chriſti CCXLV.

Col. Balu.

INfelix ille deliruſque Noetus, cum auſus eſſet novas de divinitate & de Chriſto ſententias proponere, ſed & majori quadam arrogantia ac vecordia elatus ſeſe Moyſem, fratrem vero ſuum Aaronem eſſe diceret, a Presbyteris, inquit Epiphanius, ſive ab Epiſcopis ejus regionis evocatus ad reddendam fidei ſuæ rationem, primo negavit ſe quicquam ab Eccleſiæ placitis alienum docuiſſe; deinde quum quoſdam ad inſaniam ſuam pertraxiſſet, majorem in ſuperbiam atque inſolentiam elatus, atque audacior factus, palam hæreſim ſuam diſſeminavit. Proinde rurſum iidem illi

B *Præſules Eccleſiarum tam ipſum, quam qui ſe ad eum infeliciter aggregaverant, arceſſunt, atque iiſdem de rebus ſciſcitantur. Cumque ille perfricta fronte dogma ſuum aſſereret, eorum judicio ab Eccleſia pulſus eſt cum diſcipulis ſuis. Refert autem Epiphanius verba quæ ab Epiſcopis dicta in Concilio ſunt adverſus Noetum dicentem:* Unum Deum veneror, unum novi, nec præter ipſum alterum natum, paſſum, mortuum. *Volebat enim hæc myſteria patrata fuiſſe in perſona patris, adeoque Chriſtum non eſſe diverſum a patre. Tum Epiſcopi:*

Ὅτι σὲ Θεὸν δοξάζομεν καὶ αὐτὸν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν δικαίως δοξάζειν. καὶ σὲ Χριστὸν ἔχομεν, ἀλλ' ὡς οἴδαμεν σὲ Χριστὸν υἱὸν Θεοῦ, παθόντα καθὼς ἔπαθεν, ἀποθανόντα καθὼς ἀπέθανεν, ἀναστάντα, ἀνελθόντα εἰς τὸν οὐρανὸν, ὄντα ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ταῦτα λέγομεν μεμαθηκότες ἀπὸ τῆς θείων γραφῶν, ἃ καὶ ἐπιστάμεθα.

C Et nos; *inquiunt*, unum quoque Deum colimus, ſed quemadmodum legitime illum colere novimus. Itidemque Chriſtum habemus unum, ſed quemadmodum novimus, unum Chriſtum Dei filium, paſſum quomodo paſſus eſt, mortuum quomodo mortuus eſt; qui & reſurrexit, & in cœlum aſcendit, & ad patris dexteram manet, & venturus eſt judicare vivos & mortuos. Hæc nos ab ſcripturis ſacris accepta profitemur, quæ & novimus.

C. ANNUM CHRISTI 250.

CONCILIUM ACHAJÆ.

Habitum circa annum CCL.

Col. Balu.

COngregata fuit hæc ſynodus adverſus inep-
tam Valeſiorum ſive Eunuchorum ſectam, qui ſimpliciter interpretantes verba illa Domini, Sunt eunuchi qui ſe ipſos caſtraverunt propter regnum cœlorum, *& ſe ipſos caſtrabant & hoſpites ſuos, id eſt, peregrinos ad eos divertentes. Itaque damnati ſunt a ſynodo Achajæ, ut ſcribit auctor Prædeſtinati lib. 1. cap.* XXXVII.

D In triceſimam & ſeptimam hæreſim Valeſii incurrunt, qui infelices & ſe ipſos caſtrant, & hoſpites ſuos. Hoc modo dicunt illud impleri: *Qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum.* Alia quoque hæretica docere dicuntur & turpia; ſed quæ illa ſint nec ipſe Epiphanius commemorat, nec uſpiam potui reperire. Hi a ſynodo ſunt damnati Achajæ.

ANNO CHRISTI 253. & 250.

INTERREGNUM PONTIFICIUM

unius Anni.

Quo [a] clerus Romanus eccleſiam univerſam curavit.

ANNO Chriſti [a] 253. ſeptima Chriſtianorum perſecutio, corruptis multorum fidelium moribus cauſata, publico edicto Decii imperatoris promulgata, a Cypriano Dei revelatione jam ante cognita, tam horrenda, immanis & atrox fuit, ut non modo fulcra eccleſiæ plurima fugarit, ejuſque capita, nimirum Babylam Antiochenum, Alexandrum Hie-

E roſolymitanum, & demum ipſum eccleſiæ verticem Fabianum Romanum pontificem maximum abſtulerit, verum etiam metu & horrore omnibus incuſſo impedierit, ne per annum integrum, licet cauſæ graviſſimæ maxime id exigerent, ſucceſſor ei ſubrogari potuerit. Nam cum Cyprianus epiſtola ſua 16. editionis Pamel. Moſi & Maximo presbyteris, poſt Fabia-

Sedem uno integro anno vacaſſe. Ratio prima.

ni passionem, ut habet liber pontificalis, in carcerem missis, de annuo confessionis honore plurimum gratuletur, eosque velut fratres pace & unitate concordes salutet, manifestum est, eo tempore, quo hanc epistolam scripsit, jam annuum tempus defuncti Fabiani & in carceratorum presbyterorum supradictorum revolutum, ipsumque Cornelium Romanæ ecclesiæ præsulem & antistitem Fabiani successorem nondum creatum fuisse, adeoque ultra annum integrum sedem pontificiam vacasse Quos enim Cyprianus prædicta epistola 16. inter se unanimes & concordes fuisse demonstrat, eorumdem aliquos tempore electionis Cornelii, dum adhuc in carcere detinerentur, fraudibus & dolo Novati ad defectionem & schisma solicitatos & inductos esse constat ex Cypriani epistola 51. ad eosdem post mortem Decii, Volusiani imperatoris jussu e carceribus solutos, scripta: item ex quadam epistola Cornelii pontificis ad Fabium episcopum Antiochenum, quam infra ex Eusebii lib. 6. cap. 35. nunc in tomos conciliorum cum aliis quibusdam consulto retulimus. Accedit, quod idem Cyprianus epistola 40. ad plebem scribens initio secundi anni sui exilii, cleri tantum, non Romani pontificis meminerit, adeo ut satis liqueat, adhuc cum hanc epistolam scripsit, Romanam ecclesiam pastore destitutam fuisse: ita enim inquit: *Non sufficerat exilium jam biennii, & a vultibus atque oculis vestris lugubris separatio*, &c. & infra: *Cumque semel placuerit tam nobis, quam confessoribus & clericis urbicis; item universis episcopis, vel in nostra provincia, vel trans mare constitutis, ut nihil innovetur circa lapsorum causam, nisi omnes in unum convenerimus*. Certum igitur est, non minus quam integro anno post martyrium sancti Fabiani, sedem Romanam vacasse, & pastore destitutam, quasi viduam perseverasse. Quod sanctus Cyprianus prædicta epistola ait, se biennio exulasse, sedique pontificiæ clerum Romanum totidem annis præfuisse, ideoque non uno tantum, sed duobus annis sedes pontificia vacasse videatur, dicendum est, id non de absoluto, ut exponit Pamelius, sed de inchoato dumtaxat biennio intelligi debere: nam sedem tanto tempore vacasse, dictu monstrosum esset, cum nullus unquam hactenus id vel somniaverit, neque ut tamdiu differretur, reddita anno 254. ante festum paschæ, ut patet ex Baronio anno 40. pace ecclesiæ, ulla prorsus causa præcesserit. Vide Baronium anno Christi 253. numero 28. item anno 254. numero 30. & 31.

Ratio secunda.

Integro biennio vacasse quidam male asserunt. Explicatur locus Cypriani.

[a] *Clerus Romanus*.) Clerus Romanus probe sciens, ex antiquiori consuetudine, sublato visibili universalis ecclesiæ capite, suarum esse partium (quippe qui veluti propinquiora membra capiti inhærerent, quique Petri ecclesiæ administri essent) catholicæ ecclesiæ per totum terrarum orbem diffusæ prospicere atque consulere, in iis quæ licerent, ipsius capitis munera explevit. Principio igitur postquam glorioso martyrio Fabianus pontifex ex hac vita subtractus esset, ut exemplo capitis membra nullo mortis metu a Christi confessione dejicerentur, id transmarinis ecclesiis per literas (quas Cyprianus epistola 4. ad clerum se accepisse scribit per Clementium subdiaconum) significat. Baronius anno Christi 253. numero 26. & 27. Deinde cum idem Romanus clerus a Clementio subdiacono, iterum ex Africa misso, intellexisset Cyprianum episcopum monitu Spiritus sancti, (quod ipse Cyprianus epistola 15. testatur) magis quam mortis metu persecutoris gladium subterfugisse, & voluntarie in exilium abiisse, fugam Cypriani laudans, ad clerum Carthaginensem literas dedit (extant in Cypriani epistola 3.) quibus eum recte fecisse declarat, ut scilicet in tanta rerum perturbatione ad tempus ecclesia relicta, opportuniore tempore in medium prodiret, & dilatum martyrium majore cum utilitate ecclesiæ. Præterea ut a pastore relictam ecclesiam Carthaginensem in officio contineret, Carthaginensem clerum hortatur, ut & ipsi, suo exemplo, optimi pastoris specimen edant & vicem gerant, infirma ecclesiæ membra non negligant, & sacra martyrum corpora diligenter curent. Baronius anno 253. numero 32. 33. 34. 35. 36. Tertio eam, quam sanctus Cyprianus, de lapsis recipiendis, deque convulsa ab aliquibus ecclesiastica disciplina restituenda, sententiam per epistolam 29. significatam, (reddita ad eum epistola, quæ est apud Cyprianum 31.) clerus Romanus confirmat, ad evitandam invidiam odiumque lapsorum, in ecclesiasticam communionem recipi instantium: Synodum, de qua infra, convocat, ejusque de lapsis coercendis vel recipiendis decreta universæ ecclesiæ per literas circulares intimat. Baronius prædicto anno 253. numero 75. & sequentibus. Demum cum jam ingens lapsorum numerus præ foribus esset, & ut in ecclesiam reciperetur solicite instaret, Novatus etiam Africani schismatis auctor Romanam sedem vacantem adhuc dolis atque insidiis, ut infra dicemus, ambiret, totius Romanæ ecclesiæ clerus, nullo persecutionis adhuc Romæ durantis metu, aut principis adhuc viventis (ut patet ex epistola ejus 52. ad Antonianum) conatu prohibente, conveniunt, &, quod erat officii sui, Cornelium Romanum Christianæ religionis pontificem, divino judicio & suffragio jam ante quasi prælectum, episcopi, qui tunc in Urbe 19. aderant, jure suffragii eligunt: presbyteri vero cum plebe præsentes factam ab episcopis electionem suo testimonio comprobarunt. Baronius anno 254. num. 41. & sequentibus usque ad 46.

Ad clerum Romanum sede vacante pertinet cura universæ ecclesiæ. Cleri Romani facta.

D. CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS EPISTOLÆ ALIQUOT AD CLERUM ROMANUM. Paucæ item cleri Romani.

Quæ certa ratione hic collocatæ sunt, quod multum conferant ad rationem illorum temporum

DIVI CYPRIANI EPISTOLA AD CLERUM URBIS ROMÆ, De dormitione episcopi [a] Romani.

Cyprianus [b] *presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.*

CUM de excessu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres carissimi, & opinio dubia nutaret, accepi a vobis literas ad me missas per * Clementem hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso ejus exitu instruerer. Et exultavi satis, quod pro integritate administrationis ejus, consummatio quoque honesta processerit. In quo vobis quoque plurimum gratulor, quod ejus memoriam tam celebri & illustri testimonio prosequamini, ut per vos innotesceret nobis, quod & vobis esset circa præpositi memoriam glorioſum, & nobis quoque fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum pernicioſa est ad sequentium lapsum, ruina præpositi, intantum contra utile est & salutare, cum episcopus se per firmamentum fidei fratribus præbet imitandum. Legi etiam alias literas, quibus nec qui scripserint, nec ad quos scriptum sit, significanter expressum est. Et quoniam me in iisdem literis & scriptura, & sensus, & chartæ ipsæ quoque moverunt, ne quid ex vero vel subtractum sit vel immutatum, eamdem ad vos epistolam authenticam remisi, ut recognoscatis an ipsa sit, quam [c] Clement. hypodiacono perferendam dedistis: perquam etenim grave est, si epistolæ clericæ veritas mendacio aliquo & fraude corrupta est. Hoc igitur ut scire possimus, & scripturam & subscriptionem, an vestra sit, recognoscite, & nobis quid sit in vero rescribite. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

EPISTOLA [a] CLERI ROMANI AD CLERUM CARTHAGINENSEM. De secessu divi Cypriani.

[a] est ordine II. in ed. Pam. & Rig.

Intellexerat clerus Romanus a Clementio hypodiacono secessisse Cyprianum in persecutione. Pro suo itaque zelo fidei clerum Carthaginensem officii sui admonet, ac instruit, quid circa lapsos, interea dum abest illorum episcopus, fieri oporteat.

DIdicimus secessisse benedictum papam Cyprianum a Clementio subdiacono, qui a vobis ad nos venit certa ex causa; quod utique recte fecerit, propterea quod cum sit persona insignis, & imminente agone quem permisit Deus in sæculo colluctandi causa cum adversario, simul cum servis suis, volens etiam angelis & hominibus certamen hoc manifestare, ut qui vicerit coronetur; victus vero portaverit in se sententiam, quæ nobis manifesta est. Et cum incumbat nobis qui videmur præpositi esse, & vice pastoris custodire gregem: si negligentes inveniamur, dicetur nobis quod & antecessoribus nostris dictum est, qui tam negligentes præpositi erant: quoniam perditum non requisivimus, & errantem non correximus, & claudum non colligavimus, & lac eorum edebamus, & lanis eorum operiebamur. Denique & ipse dominus implens quæ erant scripta in lege & prophetis, docet, dicens: *Ego sum pastor bonus, qui pono animam meam pro ovibus meis: mercenarius autem, & cujus non sunt propriæ oves, cum viderit lupum venientem, relinquens effugit, & lupus dispergit oves;* sed & Simoni sic dicit: *Diligis me?* respondit: *Diligo*; ait ei: *Pasce oves meas*. Hoc verbum factum ex actu ipso quo cessit cognoscimus, & ceteri discipuli similiter fecerunt. Nolumus ergo, fratres dilectissimi, vos mercenarios invenire, sed bonos pastores, cum sciatis tum non minimum periculum incumbere, si non hortati fueritis fratres nostros stare in fide immobiles, ne præceps lens ad idololatriam funditus eradicetur fraternitas: nec enim hoc solum verbis vos hortamur, sed discere poteritis a pluribus a nobis ad vos venientibus, quoniam ea omnia nos Deo adjuvante & fecimus & facimus cum omni solicitudine & periculo sæculari, ante oculos plus habentes timorem Dei, & pœnas perpetuas, quam timorem hominum, & brevem injuriam; non deserentes fraternitatem, & hortantes eos stare in fide, & paratos esse debere ire cum domino: sed & ascendentes ad hoc quod compellebantur, revocavimus. Ecclesia ista fortis in fide, licet quidam terrore ipso compulsi, sive quod essent insignes personæ, sive apprehensi timore hominum revertuntur: quos quidem separatos a nobis non derelinquimus, sed ipsos cohortati sumus & hortamur agere pœnitentiam, si quo modo indulgentiam potuerunt recipere ab eo qui potest præstare: ne si relicti fuerint a nobis, peiores efficiantur. Videtis ergo, fratres, quoniam & vos hoc facere debetis, ut etiam illi qui ceciderunt, hortatu vestro corrigentes animos eorum, si apprehensi fuerint iterato, confiteantur, ut

Scripta sede vacante per mortem sancti Fabiani, quæ satis indicat prærogativam ecclesiæ Romanæ.

Exod. 34.

Joan. 16.

Joan. 21.

pos-

possint priorem errorem corrigere. Et alia quæ incumbunt vobis, etiam ipsa subdidimus, ut si, qui in hanc tentationem inciderunt, cœperint apprehendi infirmitate, & agant pœnitentiam facti sui, & desiderent communionem, utique subveniri eis debet. Sive viduæ, sive clinomeni, qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent. Sed & catechumeni apprehensi infirmitate, decepti esse non debebunt, ut eis subveniatur: & quod maximum est, corpora martyrum, aut ceterorum, si non sepeliantur, grande periculum imminet eis, quibus incumbit hoc opus. Cujusque ergo vestrum quacumque occasione effectum fuerit hoc opus, certi sumus eum bonum servum æstimari, ut *qui in minimo fidelis fuit, constituatur super decem civitates*. Faciat autem Deus, qui omnia præstat sperantibus in se, ut omnes nos in his operibus inveniamur. Salutant vos fratres qui sunt in vinculis, & presbyteri & tota ecclesia, quæ ipsa cum summa solicitudine excubat pro omnibus qui invocant nomen domini. Sed & nos petimus mutua vice, memores sitis nostri. Sciatis autem Bassianum pervenisse ad vos, & petimus vos, qui habetis zelum Dei, harum literarum exemplum ad quoscumque poteritis, transmittere, per idoneas occasiones, vel vestras, faciatis; sive nuncium mittatis, ut stent fortes & immobiles in fide. Optamus vos, carissimi, bene valere.

Luc. 19.

a XIV. in edit. Pam. & Rigal.

CYPRIANI [a] EPISTOLA AD CLERUM ROMANUM.

De secessu suo.

Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

QUoniam comperi, fratres carissimi, minus simpliciter & minus fideliter vobis renunciari, quæ hic a nobis & gesta sunt & geruntur, necessarium duxi has ad vos literas facere, quibus vobis actus nostri, & disciplinæ, & diligentiæ ratio redderetur. Nam sicut domini mandata instruunt, orto statim turbationis impetu primo, cum me clamore violento frequenter populus flagitasset, non tam meam salutem, quam quietem fratrum publicam cogitans, interim secessi, ne per inverecundam præsentiam nostram seditio, quæ cœperat, plus provocaretur. Absens tamen corpore, nec spiritu, nec actu, nec monitis meis defui, quo minus secundum domini præcepta fratribus nostris, in quibus possem, mea mediocritate consulerem, & quid egerim, loquuntur vobis epistolæ, pro temporibus emissæ numero tredecim, quas ad vos transmisi. In quibus nec clero consilium, nec confessoribus exhortatio, nec extorribus, quando oportuit, objurgatio, nec universæ fraternitati ad deprecandam Dei misericordiam allocutio, & persuasio nostra defuit, quantum secundum legem fidei, & timorem Dei, domino suggerente, nostra mediocritas potuit eniti. Posteaquam vero & tormenta venerunt, sive jam fortis fratribus nostris, sive adhuc ut torquerentur inclusis, ad corroborandos & confortandos eos noster sermo penetravit. Item cum comperissem eos qui sacrilegis contactibus manus suas atque ora maculassent, vel nefandis libellis nihilo minus conscientiam polluissent, exambire ad martyres passim, confessores quoque importuna & gratiosa deprecatione corrumpere, ut sine ullo discrimine atque examine singulorum darentur quotidie libellorum millia contra evangelii legem; literas feci quibus martyres & confessores consilio meo quantum possem ad dominica præcepta revocarem. Item presbyteris & diaconibus non defuit sacerdotii vigor, ut quidam minus disciplinæ memores & temeraria festinatione præcipites, qui cum lapsis communicare jam cœperant, comprimerentur, intercedentibus nobis. Plebi quoque ipsi quantum potuimus [a] animum composuimus, & ut ecclesiastica disciplina servaretur, instruximus. Postmodum vero cum quidam de lapsis, sive sua sponte, sive aliquo incitatore, audaci flagitatione [b] prorumperent, ut pacem sibi a martyribus & confessoribus promissam extorquere violento impetu niterentur, de hoc etiam bis ad clerum literas feci, & legi eis mandavi, ut ad illorum violentiam interim quoquo genere mitigandam, si qui libello a martyribus accepto de sæculo excederent, exomologesi facta, & manu eis in pœnitentiam imposita, cum pace sibi a martyribus promissa ad dominum remitterentur. Nec in hoc legem dedi, aut me auctorem temere constitui: sed cum videretur & honor martyribus habendus, & eorum qui omnia turbare cupiebant impetus comprimendus, & præterea vestra scripta legissem, quæ [c] de hoc ad clerum nostrum per Clementium hypodiaconum nuper feceratis, ut iis qui post lapsum infirmitate apprehensi essent & pœnitentes communicationem desiderarent, subveniretur; standum putavi & cum vestra sententia, ne actus noster qui adunatus esse & consentire circa omnia debet, in aliquo discreparet. Plane ceterorum causas quamvis libello a martyribus accepto differri mandavi, & in nostram præsentiam reservari: ut cum, pace a domino nobis data, plures præpositi convenire in unum cœperimus, communicato etiam vobiscum consilio disponere singula & reformare possimus. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

a

b

c

CYPRIANI [d] EPISTOLA AD CLERUM ROMANUM.

De Luciani inverecundia.

Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

POST factas ad vos literas, fratres carissimi, quibus actus noster expositus, & disciplinæ ac diligentiæ quantulacumque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam frater noster Lucianus & ipse unus de confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, minus dominica lectione fundatus, quædam conatus est, imperiti jampridem se vulgi auctorem constituens, ut manu ejus scripti libelli gregatim multis nomi-

d

ne

ne Pauli darentur; cum Mappalicus martyr cautus & verecundus, legis ac disciplinæ memor, nullas contra evangelium literas fecerit, sed tantum domestica pietate commotus matri suæ & sorori, quæ lapsæ fuerant, mandaverit pacem dari: Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas ejusmodi literas emiserit. Lucianus vero non tantum Paulo adhuc in carcere posito nomine illius libellos manu sua scriptos passim dedit, sed & post ejus excessum eadem facere sub ejus nomine perseveravit, dicens hoc sibi ab illo mandatum; nesciens domino magis quam conservo obtemperandum. Aurelii quoque adolescentis tormenta perpessi nomine libelli multi dati sunt, ejusdem Luciani manu scripti, quod literas ille non nosset. Cui rei ut aliquatenus posset obsisti, literas ad eos feci, quas ad vos sub epistola priore transmisi, quibus petere & suadere non destiti, ut dominicæ legis, & evangelii ratio teneretur. Postquam vero ad eos literas misi, ut quasi moderatius aliquid & temperantius fieret, universorum confessorum nomine idem Lucianus epistolam scripsit, qua pene omne vinculum fidei, & timor Dei, & mandatum domini, & evangelii sanctitas, & firmitas solveretur. Scripsit enim omnium nomine, universis eos pacem dedisse, & hanc formam per me aliis episcopis innotescere velle, cujus epistolæ exemplum ad vos transmisi. Additum est plane: de quibus ratio constiterit, quid post commissum egerint: Quæ res majorem nobis conflat invidiam, ut nos cum singulorum causas audire & excutere cœperimus, videamur multis negare; quod se nunc omnes jactant a martyribus & confessoribus accepisse. Denique hujus seditionis origo jam cœpit: nam in provincia nostra per aliquot civitates in præpositos impetus multitudinum factus est; & pacem quam semel cunctis a martyribus & confessoribus datam clamitabant, confestim sibi repræsentari coegerunt; territis & subactis præpositis suis, qui ad resistendum minus virtute animi & robore fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur, & in nostram præsentiam differebantur, per hanc epistolam, velut quibusdam facibus accensi, plus exardescere, & pacem sibi datam extorquere cœperunt. De quibus quales ad clerum nostrum literas fecerim, exemplum vobis misi: sed & quid mihi Caldonius collega pro integritate & fide sua scripserit, quidve ego ei rescripserim, utrumque ad vos legendum transmisi. Exempla quoque epistolæ Celerini boni & robusti confessoris, quam ad Lucianum eumdem confessorem scripserit, item quid Lucianus ei rescripserit, misi vobis; ut sciretis & laborem circa omnia & diligentiam nostram, & veritatem ipsam discerentis: Celerinus confessor, quam sit moderatus & cautus, & humilitate ac timore sectæ nostræ verecundus, Lucianus vero circa intelligentiam dominicæ lectionis, ut dixi, minus peritus, & circa invidiam verecundiæ nostræ relinquendam facilitate sua molestus. Nam cum dominus dixerit, *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti gentes tingi*, & in baptismo præterita peccata dimitti; hic præcepti & legis ignarus, mandat pacem dari & peccata dimitti in Pauli nomine: & hoc sibi dicit ab illo esse mandatum, sicut in literis ejusdem Luciani ad Celerinum factis animadvertetis. Quibus minime consideravit, quod non martyres evangelium faciant, sed per evangelium martyres fiant: quando & Paulus apostolus quem dominus vas electionis suæ dixit, posuerit in epistola sua, dicens: *Miror quod sic tam cito demutamini, ab eo qui vos vocavit in gratiam, ad aliud evangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui qui vos turbant, & volunt convertere evangelium Christi: sed licet nos, aut angelus de cœlo aliud annunciet, præterquam annunciavimus vobis, anathema sit: sicut prædiximus & nunc iterum dico, si quis vobis annunciaverit præterquam quod accepistis, anathema sit.* Opportune vero supervenerunt literæ vestræ, quas accepi ad clerum factas, item quas beati confessores Moses & Maximus, Nicostratus, & ceteri, Saturnino, & Aurelio, & ceteris miserunt, in quibus evangelii plenus vigor & disciplina robusta legis dominicæ continentur; laborantes hic nos, & contra invidiæ impetum totis fidei viribus resistentes, multum sermo vester adjuvit, ut divinitus compendium fieret; & priusquam venirent ad vos literæ, quas vobis proxime misi, declararetis nobis, quod secundum evangelii legem stet nobiscum fortiter atque unanimiter etiam vestra sententia. Opto vos, fratres, semper bene valere. Galat. 1.

C. CYPRIANI [a] EPISTOLA AD CLERUM ROMANUM.

[a] XXIX. edit. Pam. & Rigal.

De lapsis qui sibi pacem a Paulo martyre datam vindicabant.

Cyprianus presbyteris & diaconibus Romæ consistentibus fratribus salutem.

ET dilectio communis & ratio exposcit, fratres carissimi, nihil conscientiæ vestræ subtrahere de his quæ apud nos geruntur, ut sit nobis circa utilitatem ecclesiasticæ administrationis commune consilium: nam posteaquam ad vos literas feci, quas misi per Saturum lectorem, & Optatum hypodiaconum fratres nostros de quorundam prospecta temeritate, qui pœnitentiam agere, & Deo satisfacere detrectant, literas ad me fecerunt: pacem non dandam sibi postulantes, sed quasi jam datam sibi vindicantes, quod dicant Paulum omnibus pacem dedisse, sicut in literis eorum, quarum exemplum ad vos transmisi, legetis. Simul quid & ego eis breviter interim rescripserim, sed & quales postea ad clerum literas fecerim, ut scire possetis, hujus quoque rei exemplum vobis misi. Quod si ultra temeritas eorum nec meis nec vestris literis compressa fuerit, nec consiliis salutaribus obtemperarit, agemus ea quæ secundum evangelium dominus agere præcepit: Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere.

EPI-

[a] XXX. edit. Pam. & Rigal.

EPISTOLA [a] CLERI ROMANI AD CYPRIANUM.

Confirmat ſententiam ipſius de lapſis.

Cypriano papæ, presbyteri & diaconi Romæ conſiſtentes ſalutem.

CUM perlegiſſemus, frater, literas tuas, quas per Fortunatum hypodiaconum miſeras, gemino ſumus dolore perculſi, & duplici mœrore confuſi, quod neque tibi requies ulla in tantis perſecutionis neceſſitatibus traderetur, & lapſorum fratrum immoderata petulantia uſque ad periculoſam verborum temeritatem producta denotaretur. Sed quamquam nos atque animum noſtrum iſta, quæ diximus, graviter affligerent; tamen mœroris noſtri tam gravem ſarcinam, rigor tuus, & ſecundum evangelicam diſciplinam adhibita ſeveritas temperat: dum & quorumdam improbitatem juſte coercet, & hortando ad pœnitentiam, viam legitimam ſalutis oſtendit. Quos quidem ſatis mirati ſumus ad hoc uſque proſilire voluiſſe, ut tam urgenter, & tam immaturo atque acerbo tempore, in tam ingenti & immenſo crimine, atque delicto, pacem ſibi non tam peterent, quam vindicarent, imo jam & in cœlis habere ſe dicerent. Qui ſi habent, quid petunt quod tenent? ſi autem non habere illos probatur, hoc ipſo quod petunt, cur non judicium eorum ſuſtinent, a quibus petendam pacem, quam utique non habent, putaverunt? Quod ſi aliunde prærogativam communicationis habere ſe credunt, cum evangelio illam confere conentur, ut ita demum firmiter valeat, ſi ab evangelica lege non diſſonat. Ceterum quo pacto evangelicam poterit præſtare communicationem, quod contra evangelicam decretum videtur veritatem? Nam cum omnis prærogativa ita demum ad indulgentiæ privilegium ſpectet; ſi ab eo cui ſociari quærit, non diſcrepet qui a Deo, cui ſociari quærit, diſcrepat, neceſſe eſt indigentiam & privilegium ſocietatis amittat. Videant igitur quid in hoc negotio agere conentur: nam ſi aliud quidem evangelium, aliud autem martyres dicunt poſuiſſe decretum, collidentes contra evangelium martyres, [b] utrobique periclitabuntur. Nam & evangelii fracta jam & jacens videbitur eſſe majeſtas, ſi potuit alterius decreti novitate ſuperari: & de martyrum capite glorioſa confeſſionis corona detracta, ſi non illam de evangelii conſervatione invenientur conſecuti, unde martyres fiunt; ut merito nulli magis ſit competens nihil contra evangelium decernere, quam qui martyris nomen evangelio laborat accipere. Illud præterea vellemus addiſcere, ſi martyres non propter aliud martyres fiunt, niſi ut non ſacrificantes, teneant eccleſiæ uſque ad effuſionem ſanguinis ſui pacem, ne cruciatus dolore ſuperati perdendo pacem, perdant ſalutem: quo pacto ſalutem, quam ſi ſacrificaſſent ſe habituros non putaverunt, illis exiſtiment donandam, qui ſacrificaſſe dicantur, cum legem hanc debeant in aliis tenere, quam ipſi videbantur ſibi antepoſuiſſe? In quo negotio, hoc ipſum, quod pro ſe ipſis facere putaverunt, animadvertimus contra ſeipſos protuliſſe. Nam ſi dandam illis pacem martyres putaverunt, cur illos ad epiſcopum, ut ipſi dicunt, remittendos cenſuerunt? Is enim qui jubet fieri, poteſt utique facere, quod fieri jubet. Sed ut intelligimus, imo ut res ipſa loquitur & clamat, ſanctiſſimi martyres utrobique adhibendum putaverunt temperamentum & pudoris & veritatis. Nam & quia a multis urgebantur, dum ad epiſcopum illos remittunt, verecundiæ propriæ, ne ulterius inquietarentur, conſulendum putaverunt: & dum illis, non ipſi communicant, evangelicæ legis illibatam ſinceritatem cuſtodiendam judicaverunt. Tu tamen, frater, nunquam pro tua caritate deſiſtas lapſorum animos temperare, & errantibus veritatis præſtare medicinam; licet animus ægrorum medentium reſpuere ſoleat induſtriam. Recens eſt lapſorum nuper hoc vulnus, & adhuc in tumorem plaga conſurgens: & idcirco certi ſumus, quod ſpatio productioris temporis, impetu iſto conſeneſcente, amabunt hoc ipſum, ad fidelem ſe dilatos eſſe medicinam; ſi tamen deſint qui illos arment ad periculum proprium, & in perverſum inſtruentes pro ſalutaribus dilationum remediis, exitioſa depoſcant illis properatæ communicationis venena; neque enim credimus ſine inſtinctu quorumdam, auſuros fuiſſe omnes tam petulanter ſibi pacem vindicare. Novimus Carthaginenſis eccleſiæ fidem, novimus inſtitutionem, novimus humilitatem: unde etiam mirati ſumus, quod quædam in te per epiſtolam injecta durius notaremus: cum amorem veſtrum mutuum, & caritatem exemplis multis reciprocæ affectionis in vos invicem ſæpe comperiſſemus. Tempus eſt igitur ut agant delicti pœnitentiam, ut probent lapſus ſui dolorem, ut oſtendant verecundiam, ut monſtrent humilitatem, ut exhibeant modeſtiam, ut de ſubmiſſione provocent in ſe Dei clementiam, & de honore debito in Dei ſacerdotem, eliciant in ſe divinam miſericordiam. Quanto meliores ipſorum literæ fuiſſent, ſi pro ipſis preces ſtantium humilitate ipſorum adjutæ fuiſſent, quoniam & facilius impetratur quod petitur, quando is pro quo petitur, condignus eſt, ut quod petitur, impetretur. Quod autem pertinet ad Privatum Lambeſitanum, pro tuo more feciſti, qui rem nobis ſolicitam nunciare voluiſti: omnes nos decet, pro corpore totius eccleſiæ, cujus per varias quaſque provincias membra digeſta ſunt, excubare: ſed nos etiam ante literas tuas fraus callidi hominis latere non potuit: nam cum antehac quidam ex ipſius nequitiæ cohorte veniſſet vexillarius Privati [a], & furto aç fraudulenter literas a nobis elicere curaret, nec quis eſſet, latuit, nec literas, quas volebat, accepit. Optamus te in domino bene valere.

[b] utrubique

EJUS-

EJUSDEM [a] CLERI ROMANI EPISTOLA AD CYPRIANUM.

De eodem.

Cypriano papæ, presbyteri & diaconi Romæ consistentes salutem.

QUamquam bene sibi conscius animus, & evangelicæ disciplinæ vigore subnixus, & verus sibi in decretis cœlestibus testis effectus, soleat solo Deo judice esse contentus, nec alterius aut laudes petere, aut accusationes pertimescere: tamen geminata sunt laude condigni, qui cum conscientiam sciant Deo soli debere se judici, actus tamen suos desiderant etiam ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod te frater, Cypriane, facere non mirum est, qui pro tua verecundia & ingenita industria, consiliorum tuorum nos non tam judices voluisti, quam participes inveniri; ut in tuis rebus gestis laudem tecum, dum illas probamus inveniremus; & tuorum consiliorum bonorum cohæredes, quia & affirmatores esse possimus. Idem enim omnes * credimur operati, in quo * deprehendimur eadem omnes censuræ & disciplinæ consensione sociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum, aut in bellis persecutionis tam necessarium, quam debitam severitatem divini vigoris tenere? quam qui remiserit, instabili rerum cursu erret semper necesse est, & huc atque illuc variis & incertis negotiorum tempestatibus dissipetur & quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo, navim ecclesiasticæ salutis illidat in scopulos, ut appareat non aliter saluti ecclesiasticæ consuli posse, nisi si qui & contra ipsam faciunt, quasi quidam adversi fluctus repellantur, & disciplinæ ipsius semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate servetur. Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos adversus improbos modo supervenerunt repentina subsidia, sed antiqua hæc apud nos severitas: antiqua fides, disciplina legitur antiqua; quoniam nec tantas de nobis laudes apostolus protulisset dicendo: *Quia fides vestra prædicatur in toto mundo*: nisi jam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est. Minus est enim dedecoris nunquam ad præconium laudis accessisse, quam de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse, quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse. Minus est, sine prædicatione virtutum ignobilem sine laude jacuisse, quam exhæredem fidei factum laudes proprias perdidisse: ea enim quæ in alicujus gloriam proferuntur, nisi anxio & solicito labore serventur, in invidiam maximi criminis intumescunt. Hoc nos non falso dicere superiores nostræ literæ probaverunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus adversus eos, qui seipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant, quasi evasuri irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso quod ipsum contestati fuerant, tenerentur. Sed etiam adversus illos qui acta fecisent licet præsentes cum fierent non adfuissent, cum præsentiam suam utique ut sic scriberentur mandando feciſſent. Non est enim immunis a scelere, qui ut fieret imperavit, nec est alienus a crimine, cujus consensu, licet non a se admissum crimen, tamen publice legitur, & cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intelligatur esse digestum, qui fallaces in excusatione præstigias quærit, negavit, & qui vult videri propositis adversus evangelium vel edictis vel legibus satisfeciſſe, hoc ipso jam paruit, quod videri paruisse se voluit. Nec non etiam contra illos quoque qui illicitis sacrificiis manus suas atque ora polluerant, pollutis ante mentibus propriis, unde etiam sunt ipsæ manus atque ora polluta, fidem nostram consensumque monstravimus. Absit enim ab ecclesia Romana vigorem suum tam profana facilitate dimittere, & nervos severitatis eversa fidei majestate dissolvere: ut cum adhuc non tantum jaceant, sed & cadant eversorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum utique non profutura præstentur, & nova per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad eversionem majorem eripiatur & pœnitentia. Ubi enim poterit indulgentiæ medicina procedere, si etiam ipse medicus intercepta pœnitentia indulget perciulis? si tantummodo operit vulnus, nec finit necessaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere. Quamquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis inclusit, & ad certamen evangelicum sua fides in confessione jam glorioſa semel coronavit, literas habeas conspirantes cum literis nostris, quibus severitatem evangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesiæ pudore revocarunt. Nisi hoc feciſſent, disciplinæ evangelicæ ruina non facile sarciretur, præsertim cum nulli magis tam congruens esset tenorem evangelici vigoris illibatum, dignitatemque servare, quam qui se excruciandos & excarnificandos pro evangelio furentibus tradidisset, ne martyrii honorem merito perderent, si in occasione martyrii prævaricatores evangelii esse voluisset: nam qui quod habet non custodit, in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet violat, violat illud quod possidebat. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus & reddimus; quod illorum carceris tenebras literis tuis illuminasti, quod ad illos venisti, quo modo introire potuisti, quod illorum animos sua fide & confessione robustos tuis allocutionibus literisque recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus prosecutus accendisti ad multo ardentiorem cœlestis gloriæ cupiditatem, quod pronos impulisti, quod, ut credimus & optamus, victores futuros viribus tui sermonis animasti: ut quamquam hoc totum de fide confitentium & de divina indulgentia venire videatur, tamen in martyrio suo, tibi ex aliquo debitores facti esse videantur Sed ut ad id, unde digressus sermo videbatur esse, rursus revertatur, quales literas in Siciliam quoque miserimus, subjectas habebis. Quamquam nobis differendæ hujus rei necessi-

[a] XI. & emur ende-

tas major incumbat, quibus, poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ viri Fabiani, nondum eſt epiſcopus propter rerum & temporum difficultates conſtitutus, qui omnia iſta moderetur, & eorum qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipſe tractaſti prius, eccleſiæ pacem ſuſtinendam, deinde, ſic collatione conſiliorum cum epiſcopis, presbyteris, diaconis, confeſſoribus, pariter ac ſtantibus laicis facta, lapſorum tractare rationem. Perquam enim nobis & invidioſum & oneroſum videtur, non per multos examinare, quod per multos commiſſum videatur fuiſſe, & unum ſententiam dicere, cum tam grande crimen per multos diffuſum notetur exiſſe; quoniam nec firmum decretum poteſt eſſe, quod non plurimorum videbitur habuiſſe conſenſum. Aſpice totum orbem pene vaſtatum, & ubique jacere dejectorum reliquias, & ruinas, & idcirco tam grande expeti conſilium, quam late propagatum videtur eſſe delictum. Non ſit minor medicina, quam vulnus eſt: non ſint minora remedia quam funera: ut quomodo qui ruerunt, ob hoc ruerunt, quod cæca temeritate nimis incauti fuerunt; ita qui hoc diſponere nituntur, omni conſiliorum moderamine utantur, ne quid non ut oportet factum tamquam irritum ab omnibus judicetur. Uno igitur eodemque conſilio, iiſdem precibus & fletibus tam nos, qui uſque adhuc videmur temporis iſtius ruinas ſubterfugiſſe, quam illi qui in has temporis videntur clades incidiſſe, divinam majeſtatem deprecantes, pacem eccleſiaſtico nomine poſtulemus: mutuis votis nos invicem foveamus, cuſtodiamus, armemus: oremus pro lapſis, ut erigantur; oremus pro ſtantibus, ut non ad ruinas uſque tententur; oremus ut qui cecidiſſe referuntur, delicti ſui magnitudinem agnoſcentes, intelligant non momentaneam neque præproperam deſiderare medicinam; oremus ut effectus indulgentiæ lapſorum ſubſequatur & pœnitentiam, ut intellecto ſuo crimine, velint nobis interim præſtare patientiam, nec adhuc fluctuantem turbent eccleſiæ ſtatum; ne interiorem nobis perſecutionem ipſi incendiſſe videantur, & accedat ad criminum cumulum, quod etiam inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens inverecunda. Pulſent ſane fores, ſed non utique confringant. Adeant ad limen eccleſiæ, ſed non utique tranſiliant. Caſtrorum cœleſtium excubent portis, ſed armati modeſtia, qua intelligant ſe deſertores fuiſſe. Reſumant precum ſuarum tubam, ſed qua non bellicum clangant. Arment ſe quidem modeſtiæ telis, & quem negando mortis metu fidei dimiſerant clypeum, reſumant, ſed ut contra hoſtem diabolum vel nunc armati, non contra eccleſiam, quæ illorum dolet caſus, armatos eſſe ſe credant. Multum illis proficiet petitio modeſta, poſtulatio verecunda, humilitas neceſſaria, patientia non otioſa. Mittant legatos pro ſuis doloribus lacrymas; advocatione fungantur ex intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commiſſi criminis & pudorem. Imo ſi dedecoris admiſſi magnitudinem perhorreſcunt, ſi pectoris & conſcientiæ ſuæ lethalem plagam & ſinuoſi vulneris altos receſſus vere medica manu tractant, erubeſcant & petere, niſi quia majoris eſt rurſum & periculi & pudoris, auxilium pacis non petiiſſe. Sed hoc totum in ſacramento, ſed in ipſis poſtulationis lege temporis facto temperamento, ſed poſtulatione demiſſa, ſed prece ſubdita; quoniam & qui petitur flecti debet, non incitari, & ſicut reſpici debet divina clementia, ſic reſpici debet & divina cenſura, & ſicut ſcriptum eſt: *Donavi tibi omne debitum, quia me rogaſti*: ſic ſcriptum eſt: *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, & angelis ejus*. Deus enim, ut eſt indulgens, ita eſt præceptorum ſuorum exactor, & quidem diligens, & ſicut ad convivium vocat, ſi habitum nuptiarum non habentem ligatis manibus & pedibus extra ſanctorum cœtum foras jactat. Paravit cœlum, ſed paravit & tartarum. Paravit refrigeria, ſed paravit etiam æterna ſupplicia. Paravit inacceſſibilem lucem, ſed paravit etiam perpetuæ noctis vaſtam æternamque caliginem. Cujus temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes, diu, & quidem multi, & quidem cum quibuſdam epiſcopis vicinis nobis & appropinquantibus, & quos ex aliis provinciis longe poſitis perſecutionis iſtius ardor ejecerat, ante conſtitutionem epiſcopi nihil innovandum putavimus, ſed lapſorum curam mediocriter temperandam eſſe credimus; ut interim dum epiſcopus dari a Deo nobis ſuſtinetur, in ſuſpenſo, eorum qui moras poſſunt dilationis ſuſtinere, cauſa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ ſuæ finem urgens exitus dilationem non poteſt ferre, acta pœnitentia & profeſſa frequenter ſuorum deteſtatione factorum, ſi lacrymis, ſi gemitibus, ſi fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi ſigna prodiderint, cum ſpes vivendi ſecundum hominem nulla ſubſtiterit, ita demum caute & ſolicite ſubveniri, Deo ipſo ſciente quid de talibus faciat, & qualiter judicii ſui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam noſtram improbi homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accuſent noſtram quaſi duram crudelitatem. Optamus te beatiſſime ac glorioſiſſime papa in domino ſemper bene valere & noſtri meminiſſe.

CON-

ANNO CHRISTI 253. " 250.

[a] CONCILIUM ROMANUM
A CLERO ROMANO
SEDE VACANTE CONGREGATUM.

[a] *Concilium.*) Hoc concilium Romæ habitum est, anno Christi 253. hanc ob causam. Plurimi ex lapsis, quorum alii sacrificati erant, qui quomodocumque vel immolaverant, vel immolata gustaverant: alii thurificati, qui thus obtulissent: alii idololatræ, qui quemlibet religionis cultum idolis publice exhibuissent: alii libellatici, qui quidem privatim vel per se, vel per alium edita aliqua professione fidem negaverant, ne vero sicut ceteri ignominiose ad aram traherentur, id pecunia redimebant. Baron. anno 253. num. 18. 19. & 24. Ex his, inquam, cum plurimi in Africana ecclesia lapsi a Cypriano ardentius, datis nomine ecclesiæ libellis supplicibus, pacem peterent, isque non sine prævia pœnitentia ac satisfactione recipi posse neque debere respondisset; Lucianus autem confrater quosvis sine discrimine recepisset, Romanæ ecclesiæ sententiæ ac judicio per literas se submittit, ejusque consilium hac in re inquirit: clerus vero Romanus, ad evitandam invidiam odiumque lapsorum, ne ipsi tantum viderentur auctores atque promulgatores ecclesiasticæ disciplinæ, persecutione adhuc instante, hanc synodum celebravit, & ad eam vicinos quosque episcopos, & quotquot ex aliis regionibus extorres Romæ fidei causa mutato habitu delitescebant, convocavit. Qui simul congregati constituerunt, ut infirmi quidem de vita periclitantes, prævia confessione & pœnitentia recipiantur, aliorum vero causa & reconciliatio ad electionem novi Romani pontificis suspendatur. Decretum hoc extat epistola illa quam scripsit clerus Romanus, de qua supra: verba illius hæc sunt: *Ante constitutionem episcopi nihil innovandum putavimus, sed lapsorum curam mediocriter temperandam esse credimus, ut interim dum episcopus dari a Deo nobis sustinetur, in suspenso, eorum, qui moras possunt dilationis sustinere, causa teneatur. Eorum autem quorum vitæ suæ finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia & professa frequenter suorum detestatione factorum, si lacrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis ac vere pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute & solicite subveniri, Deo ipso sciente quid de talibus faciat, & qualiter judicii sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus, ut nec pronam nostram impii homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem.* Deinde leges iisdem præscribit hasce, ut ad communionem & unitatem ecclesiæ, a qua per negationem exciderant, recipi petant, non per vim, seditiones aut turbas, sed humilem pœnitentiam & lacrymas. *Pulsent*, inquit, *fores, sed non utique confringant, adeant ad limen ecclesiæ, sed non transiliant*, &c. Hæc de lapsis coercendis vel recipiendis decreta ejus synodi, universæ ecclesiæ catholicæ servanda, præscripta, & ad singulas toto terrarum orbe diffusas ecclesias transmissa sunt, ut scilicet universus orbis catholicus observet, quod a cathedra Petri etiam vacante dimanare intelligit. Cyprianus epistola 52. ad Antonianum. Baron. anno 253. n. 78. 79. 80. & 81.

Synodi decreta promulgantur per universam ecclesiam.

ANNO CHRISTI 254. " 251.

VITA,
EPISTOLÆ ET DECRETA
CORNELII PAPÆ.
Ex Libro Pontificali Damasi Papæ.

[a] COrnelius natione Romanus, ex patre Castino, [b] sedit annos [a] (*a*) tres in episcopatu, & dies decem. [c] (Hic sub Cæsare * Decio) martyrio coronatur. [d] Sub hujus episcopatu Novatus Novatianum extra ecclesiam ordinavit, & in Africa Nicostratum. Hoc facto, [e] confessores qui se separaverant a Cornelio, cum Maximo presbytero, qui cum Mose fuit, Dad ecclesiam sunt reversi, & facti sunt confessores fideles. Post hoc Cornelius episcopus [f] Centumcellas pulsus est, & ibi scriptam epistolam de sua confirmatione, missam a Cypriano, (quam Cyprianus in carcere subscripsit, & dedit Celerino lectori) suscepit. [g] Hic temporibus suis rogatus a quadam matrona Lucina, corpora Apostolorum beatorum Petri &

(*a*) *Luc.* an. II. mens. XI. dies III.

Pauli e catatumbis levavit noctu. Primum quidem corpus beati Pauli, beata Lucina posuit in prædio suo via Ostiensi ad locum ubi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius episcopus, & posuit juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in Vaticano palatii Neroniani, in monte aureo, 3. Kalendas Julii. Post hoc Cornelius ambulavit Centumcellas. Eodem tempore *b* audivit * Decius, quod epistolam accepisset a beato Cypriano Carthaginensi episcopo; qui misit Centumcellas, & (*a*) adduxit beatum Cornelium. Quem jussit sibi (*b*) cum præfecto urbis *i* in * Tellude (*c*) noctu præsentari. Cui ita dixit: Sic definisti, ut nec deos consideres, nec præcepta principum audias, nec nostras minas timeas, ut contra rempublicam literas accipias, & dirigas? Cornelius episcopus respondit, dicens: Ego *k* de corona domini mei literas accepi & direxi, & non contra rempublicam, (sed magis per spirituale consilium) ad animas redimendas. Tunc * Decius iracundia plenus, jussit os beati Cornelii cum plumbatis cædi, & præcepit eum duci ante templum Martis, ut adoraret. Quod si non fecerit, dicens: Capite truncetur. *l* Post hoc, id est, 3. Nonas Martii, antequam passus est, omnia bona ecclesiæ tradidit Stephano archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non vellet, decollatus est in loco supradicto. Cujus corpus nocte collegit beata * Lucina cum clericis, & sepelivit in crypta juxta cœmeterium Callisti in prædio suo via Appia, 18. Kalendas Octobris. Et *m* cessavit episcopatus dies * trigintaquinque.

* Volusianus.

* Telluris

Ansulis inclusa desunt in *Luc.*

* Volusianus.

a Luciana

* 66. *ita & Luc.*

Notæ Severini Binii.

Cornelius quando pontifex factus. 251.

a Cornelius.) Anno " 254. post pascha, mense nimirum Aprili, vel saltem eo tempore quod intermedium est inter pascha & initium Maii, Decio imperatore adhuc vivente, (ut infra patebit verbis, *Hic sub*) Cornelius in sede pontificia, postquam a martyrio Fabiani ultra annum vacasset, Deo volente, clero & plebe approbante, substituitur. Ante Idus Majas hujus anni electum fuisse constat ex epist. Cypr. 55. ad Cornelium scripta. Decium imperatorem post designatum Fabiani successorem adhuc supervixisse, & paulo post exordium sedis, bello victum extinctumque fuisse, testatur Cyprianus epist. 5. ad Antonianum, his verbis: *Tyrannum*, (puta Decium) *armis & bello postmodum victum, Cornelius prior sacerdotio suo vicit.* Circa paschale tempus autem sedem pontificiam adhuc vacasse, indicat ejusdem Cypr. epist. 40. instante paschate ad suos data, quibus post pascha reditum pollicetur: verba ejus hæc sunt: *Cumque semel placuerit tam nobis quam confessoribus & clericis urbis, item universis episcopis, vel in nostra provincia, vel trans mare constitutis, ut nihil innovetur circa lapsorum causam, nisi omnes in unum convenerimus*, &c. Quibus sane verbis cum cleri tantum, nulla de Romano pontifice mentio fiat, satis liquet eo tempore, quo prædictæ literæ scriptæ sunt, Romanam ecclesiam pastore adhuc destitutam fuisse. Hunc in recipiendis lapsis, nimiæ facilitatis incusant iidem illi schismatici, qui Africanæ ecclesiæ episcopos, & maxime Cyprianum, duræ nimis austeritatis accusarant: Cornelium per saltum in sedem pontificiam promotum, & a fide apostatam fuisse, malitiose calumniabantur. Calumniis fidem dederunt etiam ex Romanis clericis, qui in carcere detinebantur, Maximus, Nicostratus, Urbanus, aliique plures. Horum schismaticorum factio eo temeritatis & audaciæ progressa est, ut legitimam Cornelii pont. electionem annullare, & Novatianum in ejus locum subrogare, non sine magnis ecclesiæ turbationibus, conati fuerint. Qui multis ob hanc & lapsorum causam conciliis habitis (de quibus infra) jure condemnantur, & in hæresin graviorem labuntur. Hujus sectarii appellati fuerunt Novatiani, ab auctore schismatis: & Cathari, id est, mundi, eo quod turpiter a fide lapsos, & incontinentes, ad ecclesiam non reciperent, & secundas nuptias damnarent. Cornelius quibus virtutibus præditus, quibus calumniis exagitatus fuerit, refert Cyprianus epist. ad Antonianum, de qua infra. Plura infra in notis sequentibus. Vide Baron. anno 254. & sequentibus.

Calumniæ schismaticorum contra Cornelium.

Confessores incarcerati a Novatiano seducuntur.

Novatiani ex schismaticis fiunt hæretici.

Schismaticorum nomina quæ?

b Sedit annos tres & dies 10.) Verius, non ultra unum annum, 5. menses, & dies 14. Nam quem supra circa mensem Aprilem anni 254. pontificatum accepisse diximus, eumdem 14. Septembris anni 255. martyrii palmam consecutum esse, partim ex tabulis ecclesiasticis, partim ex iis, quæ verbis sequentibus notabimus, constat.

c Hic sub Cæsare Decio martyrio coronatur.) Cornelium, Decio imperatore adhuc vivente, martyrio coronatum esse, falsum est. Constat enim ex iis quæ supra diximus, ipso exordio pontificatus Cornelii circa mensem Aprilem anno 254. divina ultione, (ut inquit Cyprian. epist. 5. & lib. de lapsis) armis & bello victum occubuisse. Nam Eusebio & Cassiodoro testantibus anno tantum uno, & mensibus tribus imperavit. Cum igitur principio imperii sui 20. Januarii interfici mandaverit Fabianum pontificem, a cujus obitu usque ad initium Cornelii, sedes pontificia anno uno, & duobus vel tribus mensibus vacavit, necessum est affirmare Decium imperatorem initio pontificatus Cornelii e vivis sublatum fuisse: Cornelium vero non sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano imperatoribus Romanis, 14. Septembris, anno 255. Christi nati qui est secundus Galli & Volusiani, & primus instauratæ Decianæ persecutionis, martyrii coronam obtinuisse. Et hæc quamquam satis superque demonstrata sint illis testimoniis quæ supra attulimus: ad omnem tamen hac de re ambiguitatem prorsus tollendam, accedit aliud testimonium Cypriani, qui epist. 58. ad Lucium papam Cornelii successorem scribens, hæc ait: *Intelligimus, frater carissime, & tota cordis luce perspicimus, divina majestatis salutaria & sancta consilia. Unde illic repentina persecutio exorta sit, inde contra Christi ecclesiam, & episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes secularis potestatis subito proruperis*, &c. Quibus verbis asserit Cornelium martyrem esse factum, quando repentina persecutio in ecclesia exorta est; Gallo nimirum & Volusiano imperantibus. Nam post mortem Decii, Gallus & Volusianus initio sui imperii ecclesiæ pacem dederunt, vinctos e carceribus dimiserunt, & a sanguine Christianorum manum ac gladium subtraxerunt, adeo ut eam ob causam senatus (ut refert Aurelius Victor in Gallo) ab imperatoribus deficiens Hostilianum Perpennam, ad exturbandos (ut cœperat Decius) Christianos, in imperium evexisset: verum is cum paulo post quam persecutionem Christianorum instauraset, sævissima peste tunc recens exorta absumptus esset, Gallus & Volusianus persecutionem a Decio cœptam, ab Hostiliano instauratam, anno imperii sui secundo prosequuntur. Hæc Cyprianus initio libelli de lapsis, & multis epist. item Dionysius Alexandrinus epist. quæ est apud Eusebium lib. 7. cap. 1. Itaque hinc verum esse constat, Cornelium, (quod præter Cypriani prædictis locis testantur Euseb. in chron. & lib. 7. histor. c. 1. & 2. Hieronym. de script. ecclesiast. in Cornelio,) non sub Decio, sed sub Gallo & Volusiano imperatoribus martyrem factum esse. Quorum persecutio, cum una & eadem sit cum ea quæ auctore Decio cœpta, & paulo post quam per pacem redditam interrupta fuisset, deinceps secundo anno Galli & Volusiani instaurata, per integrum decennium usque ad obitum Valeriani continuata est, frequenter in actis martyrum Decii persecutio, a primo auctore sic dicta, reperitur nominata fuisse. Et probabile est auctorem libri pontificalis hujus ignorantia deceptum esse, ita ut quod sub persecutione Decii factum esse legitur, id sub Decio contigisse putaverit: ideoque ea quæ sub Gallo & persecutione Decii facta esse legebantur, quasi sub Decio, non sub Gallo contigissent, inconsulte correxerit. Baronius anno Christi 254. num. 46. & sequentibus, & anno 255. num. 55. 56. & 57.

d Sub hujus episcopatu Novatus Novatianum extra ecclesiam ordinavit.) Vide quæ de hoc schismate primo, in Romana ecclesia sub hujus pontificatu exorto, supra in Fabiano diximus, & quæ infra in notis ad primam epist. Cornel. dicemus.

e Confessores.) Qui & quales fuerint hi confessores, vide in notis Fabiani, & epist. 1. Cornelii.

f Centumcellas pulsus est.) Hic locus egregie describitur a Plinio secundo libro 6. epist. 31. Ad eum ibi degentem, & de prostrata perfidia triumphantem, Cyprianus scripsit epistolam edit. Pamel. 57. quæ sic incipit. *Cognovimus, frater carissime, fidei ac virtutis vestræ,*

(*a*) *Luc.* exhibuit. (*b*) cum præfecto urbis *deest in Luc.* (*c*) *Luc. addit* ante templum palatii, quem ita aggreditur dicens: si definisti &c. *deest autem* noctu.

ſtra, &c. De exilio Cornelii intelligendum eſt illud Dionyſii Alexandrini apud Euſebium lib. 7. cap. 1. *Sanctos & pios viros, qui pro pace ejus imperii proque vitæ incolumitate enixe Deum precabantur*, (Gallus ſcilicet & Voluſianus) *crudeliter exegerunt*, ideoque in eumdem offenſionis lapidem, in quem Decius impegerat, cum ſuo magno malo incurrerunt : nam ut inſtaurata per ipſos perſecutione, dira & immenſa lues ab Æthiopia orta, in univerſum prope orbem progreſſa, vix intra decennium quieſcit, ita atrocem toto orbe vulgatam Chriſtiani ſanguinis innocentis internecionem, ſæva & atrox decennalis peſtis ſcelerum impiorum vindex, & Chriſtiani ſanguinis ultrix totum terrarum orbem concomitatur. Oroſius lib. 7. cap. 2. Euſeb. in chron. Baron. anno Chriſti 255. num. 41. & 45. & anno 256. num. 6. & ſequentibus.

g Hic temporibus.) Corpora ſanctorum apoſtolorum, Petri in Vaticano, Pauli in via Oſtienſi ſepulta, iſtinc ſemel ſublata, & ad catatumbas translata, ac demum proprlis locis, in quibus nunc ſunt reſtituta, & eccleſiis ac trophæis deſuper erectis exornata eſſe, omnium fere ſcriptorum eccleſiaſticorum una & communis eſt ſententia. Quo tempore vero eorum translatio ad catatumbas, & viciſſim eorumdem in Vaticanum & viam Oſtienſem reſtitutio, & eccleſiarum deſuper erectarum ſtructura contigerit, maximopere variatur. Quidam ex recentioribus qui ad Platinam & librum pontificalem additiones ſcripſit, temporibus Heliogabali, anno Chriſti 221. circa initium pontificatus Calliſti ad catatumbas utriuſque corpus translatum, ibique uſque ad tempora Cornelii reconditum fuiſſe exiſtimavit. Idque ideo, quod teſte Lampridio in Heliogabalo, ipſe imperator hoc tempore ad agitandas quatuor elephantorum quadrigas in Vaticano, inter alia ſepulcra quæ obſiſtebant, etiam ſepulcrum apoſtoli Petri demolitus fuerit. Verum amplioribus ſpatiis Vaticanus patuit, quam ut neceſſe fuerit hæc facta eo loco ubi eſſet ſepulcrum Petri : imo cum hoc ipſum a latere circi Neronis, monti inhæreat, locus ille ad agitandas immanium beſtiarum quadrigas nimis importunus, hanc ſententiam non leviter refellit : oportuiſſet enim prius circum, quam ſepulcra, dirutum fuiſſe : nam tranſitus inter circum & Petri ſepulcrum, alioquin nimis anguſtus eſſet. Eſto, Petri ſepulcrum dirutum fuerit, nullam ſane cauſam attuleris, quare ſimul cum corpore Petri, & corpus ſancti Pauli via Oſtienſi reconditum, etiam tolli ac transferri oportuerit. Auctor libri pontificalis hoc loco, quod idem epiſtola prima ſequenti Cornelii dicitur ab hoc pontifice Cornelio, e catatumbis Petri in Vaticanum, Pauli in viam Oſtienſem, ubi ante fuerant, translata, vel potius reſtituta fuiſſe. Quod ſi verum eſt, non video quomodo defendi poſſit id quod idem auctor libro pontificali ſcribit permultos Romanos pontifices, ante Zephyrinum recenſitos, in Vaticano juxta corpus beati Petri ſepultos eſſe : item illud, quod adverſus Proclum Montani ſectatorem ſub Zephyrino, teſte Euſebio lib. 2. cap. 24. & Hieron. de ſcrip. eccleſ. in Gajo, Romæ diſputans vir ſpectatiſſimæ vitæ & eruditionis Gajus ajebat, hiſce verbis : *Ego apoſtolorum trophæa perſpicue poſſum oſtendere, nam ſi libet ad Vaticanum proficiſci, aut in viam, quæ Oſtienſis dicitur, te conferre, trophæa eorum, qui iſtam eccleſiam ſuo ſermone & virtute ſtabilierunt, invenies.* Cum ergo prædictorum ſententia ſatis ſuperque refutata ſit, niſi quod abſurdius eſt, dicatur bis e catatumbis, in locum ſepulturæ primæ translata eſſe, hoc quod de SS. corporum Petri & Pauli translatione S. Greg. lib. 3 epiſt. 30. ſcribit, cum Baron. anno domini 221. num. 3. 4. 5. & 6. verius eſſe opinor nimirum quod Græci paulo poſt tempus paſſionis apoſtolorum Petri & Pauli, ſacra corpora furtim ſublata, ad catatumbas quidem tranſtulerint, ſed divino miraculo, ne longius ferrent, præpediti, & a cœptis deſiſtere coacti fuerint : quodque deinceps fideles hac re comperta in ſua loca eorumdem apoſtolorum corpora retulerint. Verba Gregorii prædicta epiſtola 30. ad Conſtantiam Auguſtam ſcribentis, hæc ſunt : *De corporibus vero SS. apoſtolorum quid ergo dicturus ſum? dum conſtat quia eo tempore quo paſſi ſunt, ex oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, ſicut civium ſuorum, repeterent : quæ ducta uſque ad ſecundum urbis miliarium, in loco qui dicitur ad catatumbas, collocata ſunt. Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex domini pietate meruerunt, levaverunt, & in locis, in quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.* Itaque cum major ſit auctoritas Gregorii pontificis, quam incerti auctoris illius libri qui falſo Damaſo adſcribitur, ſitque etiam dictu abſurdum, bis ea corpora ad catatumbas delata, bis ſuis propriis locis per translationes diverſas reſtituta eſſe, auctorem libri pontificalis incertum erraſſe potius eſt dicendum, quam Gregorium pontificem ad Auguſtam mendacia perſcripſiſſe. Si objicias " primam epiſtolam " ſuppoſititia eſt. Cornelii, qua idem, quod liber pontificalis aſſerit, de corporum apoſtolicorum tranſlatione ſcribitur, ego illa Refellitur quædam objectio. quæ iſtinc objiciuntur, vel ſurreptitia, vel ſaltem minoris auctoritatis eſſe reſpondeo, quam ſunt ea quæ e Gregorio ſcribuntur illis epiſtolis, de quibus nunquam ne quidem in minimo eſt dubitatum. Baron anno 221. num. ult. Sed dices ſecundo, non videri quo pacto factum fuerit, ut tot tantiſque perſecutionum procellis Romana eccleſia exagitata ipſæ SS. Apoſtolorum memoriæ, eorumque præclara omnibus conſpicua trophæa diruta & funditus everſa non fuerint, cum tamen Tertulliani auctoritate manifeſtum ſit, gentiles ſub perſecutionibus quibuſdam præcedentibus in Chriſtianorum ſepulcra debacchari, oſſa martyrum refodere, diſſipare atque diſperdere conſueviſſe. Fateor, hoc me nunquam ſatis admirari potuiſſe, atque miraculorum pene omnium maximum eſſe ſemper dijudicaſſe, ut aliorum martyrum ſepulcra deſolantes, oſſa deſanctorum contumelioſe tractantes homines furioſi, apoſtolorum ſepulcris pepercerint, & ab ædificiis deſuper extructis pariter abſtinuerint, illo opinor Dei conſilio, ut omnibus innoteſceret, quod ſancti apoſtoli jam mortui, omnes armorum potentia furentes imperatores longe ſuperent, quod ſupra talem tamque firmam petram iſtud ædificium fundatum, a qua nullo ventorum aut procellatum impetu dejici poſſit. Baron. anno Chriſti 215. num. 3. Miraculum de corporibus apoſtolorum.

h Audivit Dettius.) Hæc Cornelii pontificis acta, Acta Cornelii corrupta. quæ & hic, & apud Adonem in martyrologio ejus extant, corrupta eſſe patet ex iis quæ ſupra diximus. Auctor enim pontificalis exiſtimans Cornelium in perſecutione Decii paſſum, ſub ipſo imperatore Decio adhuc vivente, martyrio affectum eſſe, corrupte loco Deciapæ perſecutionis, nomen Decii ſubſtituit : qui error ut emendetur, nomen Decii, quod in textum irrepſiſſe certum eſt nomine Voluſiani, (cui, ut ex litteris Cornelii ad Viennenſem epiſcopum patet, una cum imperio perſecutio demandata eſt) in margine ſcripto adnotavimus.

i In Tellude.) Id eſt, in templo, in quo ſæpe ſenatus cogi conſuevit, ut ex Cicerone, Dione, & Livio apparet. Vide Baron. anno 255. num. 6. Templum Telludis.

k De corona domini.) Fidelem Chriſti plebem, eamque populi multitudinem, quæ epiſcopum vallare conſueverat, intelligit, niſi fortaſſe voluerit ſignificare coronam martyrii. Cujus argumenti eſt Cypriani epiſt. 57. edit. Pamel. ad Cornel. noviſſime ſcripta. Baron. anno 255. num. 79. Corona domini quæ. Libri pontificalis error.

l Poſt hoc, id eſt, 3. Nonas Martii.) His verbis auctor libri pontificalis ad menſem Martium Cornelii martyrium referens, graviter errat, quia manifeſtum eſt eadem die, nimirum 14. Septembris, licet non eodem anno, Cornelium & Cyprianum martyrium conſummaſſe. An Cornelina ordines ſacros contulerit.

m Ceſſavit epiſcopatus.) Emendatiores codices habent 35. diebus poſt obitum Cornelii ſedem vacaſſe. Quod vero ordinatio nulla ab eo facta legatur, temporis quo ſedit brevitatem arguit, cum vix aliquem alium ſit reperire, qui abſque ordinatione pontificatum exegerit. Baron. anno 255. num. 63. Veneta autem editio habet, in quodam vetuſto exemplari de ordinationibus Cornelii hæc extare. *Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, & ordinavit presbyteros 4. diaconos 4. epiſcopos per diverſa loca numero 7.* De ſcriptis vero Cornelii papæ eadem Veneta editio conciliorum hæc ſubjungit : *Epiſtolas atque decreta epiſcopis atque catholicis viris per diverſa loca direxit.* De quibus ſcriptis lib. de ſcript. eccleſ. in Cornel. hæc S. Hieron. *Cornelius Romanæ urbis epiſcopus ad quem S. Cypriani extant epiſtolæ, ſcripſit epiſtolam ad Flavianum* (alii hunc dicunt Fabium) *Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum de ſynodo Romana, Italica & Africana : & altam de Novatiano, & de his qui lapſi ſunt tertiam de geſtis ſynodi : quartam ad eumdem Flavianum valde prolixam, & Novatiani hæreſeos cauſam & anathema continentem.* Baron. anno 255. numer. 63. Scripta Cornelii papæ.

[a] Bar. aliisque merito suspectra, cum sequenti quæ non est majoris apud eruditos fidei.

[a] *a* EPISTOLA I.

CORNELII PAPÆ

De translatione corporum apostolorum Petri & Pauli: & de Novato, aliisque hæreticis.

Carissimis atque dilectissimis fratribus, sanctæ Dei ecclesiæ filiis, & omnibus domino recta fide famulantibus, Cornelius episcopus.

[b] fidens caritatis vestræ benevolentia.

VIdens [b] caritatis vestræ benevolentiam, quia apostolorum amatores estis, eorumque fidem & doctrinam tenetis, decrevi vobis scribere (domino auctore) quædam ex his quæ nunc temporis necessaria sunt sciri, & quæ apud nos in ecclesia Romana (auxiliante domino) meritis apostolorum nuper acta sunt sive geruntur: quoniam patrocinante caritate, credo vos paterna gratia scripta sedis apostolicæ libenter suscipere, & mandata ejus peragere, atque de ejus profectibus gratulari: quia quisquis se in radice caritatis inserit, nec a viriditate deficit, nec [c] a fructibus inanescit, nec amore fœcunditatis opus efficax amittit. Ipsa enim caritas exercet corda fidelium, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed fiat totum dulce quod agitur, dum ejus proprium sit, nutrire concordiam, servare mandata, atque dissociata conjungere, prava dirigere, & ceteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare.

[c] S. Greg. epist. 124. lib. VII. Vide & 49. lib. VIII.

Quapropter rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cujusdam devotæ fœminæ atque nobilissimæ matronæ Lucinæ, *b* levata sunt corpora [d] apostolorum Petri & Pauli de catatumbis. Et primo quidem beati Pauli corpus, levatum silentio, [*] positum est in prædio prædictæ matronæ, via Ostiensi ad latus ubi decollatus est. Postea vero beati apostolorum principis Petri accepimus corpus, & condecenter posuimus illud juxta locum, ubi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in Vaticano palatii Neroniani, tertio Kalendarum Juliarum die, orantes Deum & dominum nostrum Jesum Christum, ut intercedentibus suis sanctis apostolis, maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conservet voluntate diebus vitæ vestræ, & in fructu boni operis vos perseverabiles reddat. Vos vero his congaudete, quia & ipsi sancti apostoli de vestro congratulantur gaudio. Vos semper Deum laudate, & ipse glorificetur in vobis. Scriptum est enim: *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo.* [e] Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio [f] commendare. Unde quidem tanto nos necesse est importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque dominicæ vocis ad suscipiendam ejus requiem suadet assertio.

[d] Ado in chronico & in martyrologio iis similia scribit, quæ refelluntur a S. Greg. ep. 30. libri III. ac Baronio. [*] depositum.

Psal. CXV.

[e] S. Martinus I. in ep. ad S. Amandum.

[f] commodare.

Hæc invidens antiquus hostis, suscitavit *c* nobis adversarium Novatum, rectæ fidei & sanctæ doctrinæ æmulum, *d* qui extra ecclesiam ordinavit Novatianum, & in Africa [a] Nicostratum, utrosque hæreticos, sicut ille erat. Hi vero conatibus quibus potuerunt, *e* multos a recta & catholica fide suadentes recedere fecerunt, & post se in perversam & Deo odibilem doctrinam corruere persuaserunt. Sed sicut istorum tergiversationibus nimis sumus contristati, & de eorum perditione contriti, sic de aliorum conversatione, domino auxiliante, sumus lætificati. Deus autem omnipotens, qui tristibus miscet læta, oppido nos lætificavit, quod quidam confessores, qui dudum fuerant fideles, a nobis & a recta fide, diabolo instigante, se separantes, cum Maximo presbytero ad ecclesiam catholicam & fidem rectam sunt reversi, & denuo, sicut prius [b], facti sunt confessores fideles. Quapropter, carissimi, hortamur vos & deprecamur per dominum nostrum Jesum Christum, prædictos hæreticos, & omnes quos a recta fide & doctrina apostatare cognoveritis, exhortationibus & bonis studiis vestris ad catholicam fidem & rectam doctrinam convertere contendite, & in Dei voluntate persistere suadete. Et non solum hos, sed omnes qui nondum fidem rectam perceperunt, ad catholicam fidem perducere festinate. *Quia neque mors,* [c] *neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia* (magistro gentium docente) *poterit nos separare a caritate domini nostri Jesu Christi*, &, quæ in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes adversariorum, quatenus fidem intemeratam usque in finem conservantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certare properant. *Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Ecce enim judex ante januam assistit*, coronas hilariter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. *Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ meæ*, sed cadet de promissione propter negationem. *Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod assumite* [1] *armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, adversus* [2] *omnes inimicos sanctæ ecclesiæ & vestros, & induite vos loricam justitiæ, & calceati pedes in præparatione evangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia jacula nequissimi* [3] *ignita extinguere. Et galeam salutis* [4] *assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem*, radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Jesu domino nostro. Sed *& nunc*, fratres, *commendamus vos domino, &* [5] *omnes verbo gratiæ ejus, qui potest perficere, & dare hæreditatem nobis cum omnibus sanctis. Ipse autem Deus pacis &* [6] *consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum*, ut vobis invicem succurratis, & non sitis divisi, *ut unanimes, uno ore & uno corde honorificetis eum*, in concordiam & consolationem fratrum, *qui potest confirmare vos secundum evangelium ejus, juxta revelationem æterni mysterii, temporibus scilicet perpetuis*, quibus

[a] D pr. &

[b] fu

[c] H quei repe cato riis cum epis

Rom.

Abac Jacob

Heb.

Ephe

Act.

Rom.

Rom

1. MS. collegii Paris. Soc. Jesu teste Harduino legit, *Arma Dei*. 2 Id. MS. *adversus inimicos*. 3 Id. MS. *Ignea*. 4. Id. MS. *accipite*. 5 In cod. MS. abest *omnes*. 6 Id. MS. *solationis*.

bus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere considerare etiam debetis, quod illi qui fratribus invident, eosque damnare atque perdere cupiunt, [1] per se sua dogmata destruunt. Dicit enim dominus: *Omne regnum in se divisum, non stabit:* & omnis scientia & lex adversum se divisa, non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes, divinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data * septimo Idus Septembris, Decio [a] & Maximo [2] viris clarissimis consulibus.

Notæ Severini Binii.

a Epistola I. *Cornelii papæ.*) S. Cornelium plures epistolas scripsisse, testatur Hieron. libro de scriptor. eccles. in Cornelio, verbis supra allatis. Primam, cujus meminit, cum ipsis actis conciliorum excidisse refert Baron. anno 255. num. 3. Secundam, cujus ibidem mentionem facit, hanc esse, ideoque immerito de fide & auctoritate taxari puto, quæ probatæ fidei testem Hieronymum " adepta est, & cujus scripta cum rerum historia conveniunt. Quod vero SS. corporum Petri & Pauli e catatumbis translationem Cornelio attribuit, id ex libri pontificalis erroribus in hanc epistolam mendose irrepsisse, probabile esse videtur: nam ea verius primo seculo paulo post ipsorum passionem accredit, ut testimonio S. Gregorii pontificis supra demonstratum est.

b Levata sunt corpora.) Vide quæ supra diximus in notis ad vitam Cornelii, verbo, *Hic temporibus*, &c.

c Suscitavit nobis adversarium Novatum.) Novatus fuit Africanæ ecclesiæ episcopus, qui Felicissimum diaconum & schismaticum Montensium (sic dicti, quod sectarii illius in monte convenirent) auctorem, invito Cypriano ordinaverat, & ad schisma conflandum, ejusdem odio & invidia, antesignanus extiterit: qualis autem fuerit, Cyprianus epist. 49. his verbis declarat. *De Novato nihil ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi, rerum novarum semper & cupidus, avaritiæ inexplebili rapacitate furibundus*, &c. Sede vacante ad evertendam Romanam ecclesiam Romam veniens, Novatianum Romanum presbyterum, male in Cornelium vitio ambitionis animatum, acrius in eum impellit, eo quod Cornelius, fratrum suorum consilio pœnitentes lapsos in ecclesiam reciperet: cum tamen in Africa Cypriano sacrosanctæ ecclesiæ communionem a lapsis petitam, ille ad certum tempus differendam esse respondisset. Plura in notis sequentibus. Baronius anno 254. numero 32. usque ad 41. item numero 59. & quibusdam sequentibus.

d Qui extra ecclesiam ordinavit Novatianum.) Novatus qui semel in Africa per suos cathedram contra cathedram diro schismate collocarat, ut infelicia germina ipse cum Felicissimo uno ac primo tot infelicium casuum auctore in transmarinam quoque ecclesiam propagaret, Romam se contulit, nactus occasionem sedis vacantis, per fraudem multorum animos sibi conciliavit, ut eorum favore, vel ipse, vel saltem aliquis ex sibi faventibus in sede pontificia collocetur, atque ita semel conflatum schisma contra Cyprianum rectius solidetur. Sed cum, Deo volente, Cornelius opinione citius pontifex crearetur, per fraudem ac dolum, gravibus calumniis in Cornelium sparsis, præter multos confessores gloria præclaros, tres episcopos in eumdem concitavit, qui Novatianum clandestine pontificem Romanum electum ordinarunt, & primum schisma ecclesiæ Romanæ conflarunt. Res gesta describitur a Cypriano epist. 49. ad Cornelium, & 52. ad Antonianum secundum editionem Pamel. & constat ex epist. Cornel. ad Fabium Antiochenum, quam ex Eusebio nunc primum in hoc tomo conciliorum imprimi curavimus. Baron. prædicto anno numero 65. & sequentibus.

e Multos a recta fide recedere fecerunt.) Romanos clericos in errore adhuc detentos hosce, Maximum, Nicostratum, Urbanum, Sidonium, Macarium, Celerinum, & alios, uno Mose presbytero excepto, in suam sententiam per dolos ac fraudes pellexerunt, ut patet ex prædicta epistola.

EPISTOLA II.

CORNELII PAPÆ

AD * RUFUM COEPISCOPUM ORIENTALEM.

* RUSTICUM

Ne sacerdotes domini sicut vulgus solet facere, præsumant jurare vel compellantur.

I. *Si sacramentum ab episcopis fieri debeat.*
II. *De causis episcoporum, & ut quidquid adversus absentes agitur, vacuum habeatur.*

*Cornelius episcopus * Rufo coepiscopo [a] in domino salutem.* * Rustico [a] episcopo

EXigit dilectio tua, frater carissime, ut ex auctoritate sedis [b] apostolicæ tuis debere- [b] Greg. ep. 32. lib. XII.
mus consultibus respondere. Quod licet non prolixe, sed succincte agere festinaremus, propter quasdam importunitates, quæ nostris præpedientibus peccatis, in nos supervenere, tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius & investigare permittimus. Non enim potest mens attrita, & oneribus atque importunitatibus gravata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, ut hæc & alia, quæ necessaria fore cognoverimus, tuæ sanctitati velimus denegare: sed quod hic minus invenitur, latius perquiratur.

I.

a Sacramentum autem hactenus a summis sacerdotibus vel [c] Dei [3] ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognovimus, nec [4] [d] spontaneos [d] juravisse reperimus. Summopere ergo sanctus Jacobus apostolus prohibens sacramentum, loquitur, dicens: *Ante omnia, fratres mei, nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester, Est, est, Non, non: ut non sub judicium decidatis.* Et dominus in evangelio: *Audistis quia dictum est antiquis: Non perjerabis, reddes autem domino juramenta tua. Ego autem dico vobis non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia civitas magni regis est: neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester, Est, est, Non, non: quod autem his abundantius est, a malo est*, id est, ab exigente & a jurante. Hæc, frater carissime, ipse dominus prohibet, id est, non debere jurare. Hæc apostoli maxime omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri, qui huic sanctæ universali apostolicæ ecclesiæ præfuerunt ante nos, hæc prophetæ & reliqui sancti doctores, per universum mundum dispersi ad prædicandum, juramenta fieri vetant. Quorum nos exempla si cœperimus enumerare, aut in schedula hac inserere, ante deficiet hora diei, quam eorum exempla de hac causa prohibita. Quæ nos sequen-

[c] 2. q. 5. Sacramentum hactenus.
[d] reliquis sponte
Jacob. 5.
Matth. 5.
2. q. 5. Nos sanctorum sequentes.

1 Id. MS. pro se. 2 Non sunt in fastis hi consules. 3 Ita etiam Gratianus; in cit. MS. *vel reliquis exigi*.
4 In cit. MS. & apud Gratianum: *nec sponte eos*.

quentes, ſanctorum apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum jura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus. Unde & ipſe dominus in tabulis lapideis, quas Moſi dedit, propria manu ſcripſit, dicens: *Vide ne aſſumas nomen domini Dei tui in vanum*: & reliqua. Nos autem (ut paulo ſuperius prælibavimus) ſacramentum epiſcopis neſcimus oblatum, nec unquam fieri debet: quoniam (ut ſupra memoratum eſt) *præceptum eſt a domino, non jurandum, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt: neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per caput ſuum, quia nullus poteſt unum capillum creare.* Unuſquiſque enim ſicut ante altare ſtans, Dei timorem habet præ oculis, & propriam conſcientiam mundam ſervat Deo, quod in memoria retinet, nullatenus habet intermittere, quoniam, *os, quod mentitur, occidit animam.* Et apoſtolus ait: *Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo, quoniam ſumus invicem membra.* Et alibi: *Nolite mentiri invicem.* Hæc ſunt præcepta ſalvatoris, hæc prophetarum, hæc ſanctorum patrum inſtituta. [a] Quæ ſi quis in vanum duxerit, hoſtis eſt animæ ſuæ: quia nemo contra prophetas, nemo contra apoſtolum, nemo contra evangelium facit aliquid abſque periculo. [b] Et ſummopere prævidendum eſt, ne paſtorem ſuum oves, quæ ei commiſſæ fuerant, reprehendere [c] (niſi a fide exorbitaverit) neque accuſare præſumant: quoniam tales accuſationes vim non habent, neque eis nocere poſſunt. *Unum vero, cariſſimi*, ut ait beatus apoſtolus Petrus, *non lateat vos, quia unus dies apud dominum ſicut mille anni, & mille anni ſicut unus dies. Non tardat dominus* * *promiſſis, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti. Adveniet autem dies domini ut fur, in qua cœli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſolventur.* Cum hæc igitur omnia diſſolvenda ſint, ex his poteſtis conſiderare, quales oportet vos eſſe in ſanctis converſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in adventum diei Dei, per quem cœli ardentes ſolventur, & elementa ignis ardore tabeſcent. *Vos autem cariſſimi*, dixit Judas Apoſtolus, *memores eſtote verborum quæ prædicta ſunt ab Apoſtolis domini noſtri Jeſu Chriſti, qui dicebant vobis, quoniam in noviſſimo tempore venient illuſores, ſecundum ſua deſideria ambulantes* † *impietatum. Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos, animales, ſpiritum non habentes. Vos autem, cariſſimi, ſuperædificantes vosmetipſos ſanctiſſimæ veſtræ fidei, in Spiritu ſancto orantes, ipſos vos in dilectione Dei ſervate, expectantes miſericordiam domini noſtri Jeſu Chriſti in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero ſalvate, de igne rapientes. Aliis autem miſeremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis eſt, maculatam tunicam.* Nullus [a] enim ſacerdotum cauſam ſuam alieno committat judicio, niſi ad ſedem apoſtolicam fuerit appellatum. Sed unuſquiſque comprovinciales judices [b] & notos habeat, niſi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infeſtos, aut ſuſpectos inibi judices habuerit, pro quibus cauſis ad majoris auctoritatis judices, & ad alias provincias appellare & venire conceſſum eſt.

Extd. 20. 2. q. 5. Nos ſacramentum.

Matth. 5. Jacob. 5.

[a] Ep. ad Oceanum de vita clericorum apud Hieronymum.

[b] Conc. Carth. I. cap. 12.

[c] Conc. Rom. V. ſub Symmach.

2. Pet. 3.

* Sic MS. Q. alia, *promiſſi*, ut & Græca, vulgata Latina, *promiſſionem.*

In epiſtola ſua canonica, v. 17.

† Sic MS. Q. editionis vulgatæ, ſic & Græca; alia *in impietate*, excuſa habent *in impietatibus*

II.

Omnia ergo quæ adverſus abſentes in omni negotio aut loco aguntur aut judicantur, omnino evacuentur: quoniam abſentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. [c] Facile ergo homo hominem fallere poteſt, non tamen Deum [d] cujus oculis omnia nuda ſunt & aperta. Unde ait propheta: *Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Sapiens ergo non eſt, qui nocet. Nec quidquam mali vult, qui fidelis eſt, aut cuiquam inſidias machinatur. Hortamur, frater, & monemus tuam dilectionem, ut omnes ſemper, prout melius potueris, adjuves, confortes & conſoleris. Et ſacramenta, ſuper quibus hanc ſanctam Romanam, ac univerſalem eccleſiam conſulere voluiſti, fieri prohibeas, & neminem unquam infeſtes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat ſanctitas pervenire, ut omnes hæc mala caveant. Et ſicut generaliter tam ab ipſo domino, quam a ſanctis & reliquis apoſtolicis viris, & ceteris patribus, ſunt prohibita, ita generaliter ab omnibus cuſtodiantur. Bene [e] valere beatitudinem tuam ſemper optamus, & ſacris virtutibus proficere te deſideramus, frater cariſſime atque amantiſſime. Data undecimo Kalendas, Junii, Maximo [f] & Decio [g] viris clariſſimis conſulibus.

[c] Facile ergo.

[d] Deum.

[e] Bene.

[f] Non ſunt in faſtis hi Conſules

[g] viris clariſſimis.

Nota Severini Binii.

[a] *Sacramentum autem hactenus.*) Quando ab epiſcopis ac reliquis clericis juramentum licite præſtetur, vel exigatur, vide canoniſtas 2. qu. 4. can. ſacramentum hactenus, de quo prolixe Covarruvias, aliique plures.

EPI-

EPISTOLA III.

CORNELII PAPÆ

AD FABIUM EPISCOPUM ANTIOCHENUM.

I. Quomodo Confessores ab illo decepti fraudes ejus detexerint, & palam Ecclesiæ notas fecerint. II. Contra omnes leges ordinatus episcopatum sibi arrogat. III. Cleri Romani populique multitudine a schismate non deterretur. IV. Urgente infirmitate in lecto perfusus seu baptizatus, minime consignatus est. V. Persecutionis tempore presbyterum se negare mavult, quam fratribus subvenire. VI. Præter leges, clero ac plurimis de populo intercedentibus, per gratiam episcopi ad presbyterium provectus fuit. VII. Qui corpus & sanguinem Christi porrigens, singulos sibi jurare cogat. VIII. Eum ab omnibus deseri.

Ἵνα δὲ γνῷς ὅτι προπαλαι ὀρεγόμενος τῆς ἐπισ- A
κοπῆς ὁ θαυμάσιος ἧτος, καὶ κρύπτων ἐν ἑαυτῷ τὴν προπετῆ ταύτην αὐτοῦ ἐπιθυμίαν ἐλάνθανεν, ἐπικαλύμματι τῆς αὐτοῦ ἀπονοίας τὴν κατιρχὰς σωὶ αὐτῷ τοὺς ὁμολογητὰς ἐχηκοέναι χρώμενος, εἰπεῖν βέλομαι. Μάξιμος πρεσβύτερος τῆς παρ' ἡμῖν καὶ Οὐρβανὸς διὰ τὴν ἐξ ὁμολογίας δόξαν ἀείσιτα καρπωσάμενοι, Σιδόνιός τε καὶ Κελερῖνος, ἀνὴρ ὃς πάσας βασάνους δι' ὧν τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον καρτερικώτατα διενέγκας, καὶ τῇ ῥώμῃ τῆς αὐτοῦ πίστεως, τὸ ἀσθενὲς τῆς σαρκὸς ἐπιῤῥώσας, κατακράτος νενίκηκε τὸν ἀντικείμενον· ὅτοι δὴ ἓν οἱ ἄνδρες καταγνόντες αὐτὸν, καὶ καταφράσαντες τὴν ἐν αὐτῷ πανουργίαν τε καὶ παλιμβολίαν, τάς τε B
ἐπιορκίας καὶ ψευδολογίας, καὶ τὴν ἀκοινωνησίαν αὐτοῦ καὶ λυκοφιλίαν, ἐπανῆλθον εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ ἅπαντα αὐτοῦ τὰ τεχνάσματα, καὶ πονηρεύματα, ἃ ἐκ πολλοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὑπεσέλλετο, παρόντων ἱκανῶν τοῦτο μὴ ἐπισκόπων, τοῦτο δὲ πρεσ-

UT autem scias qualiter admirandus ille [2] dignitatis episcopalis cupiditate incensus, & temerariam atque effrenatam illam ambitionem suam intra se tegens latuit, dum hoc vesaniæ velamentum obtendit, quod Confessores ab initio secum habuisset, volo enarrare. Maximus nostræ ecclesiæ presbyter & Urbanus egregiam ex iterata confessione gloriam adepti, Sidonius quoque & [3] Celerinus, vir qui cuncta tormentorum genera per Dei misericordiam fortissime sustinuit, & fortitudine fidei suæ infirmitatem carnis roborans, adversarium penitus devicit: hi igitur viri cum cognovissent illum, & fraudem ejus ac versutiam, necnon perjuria & mendacia, atque [4] a societate & communione abhorrentem ejus animum & lupinam consuetudinem deprehendissent, ad Sanctam Ecclesiam reverterunt: cunctasque illius præstigias & flagitia, quæ jam pridem intra se occultans [5] reprimebat, præsentibus aliquot [6] episcopis, ac

Affert P. Constant. pag. 145.

Concil. General. Tom. I. Fff

---

1 Fragmenta ista Eusebius lib. 6. hist. c. 43. nobis asservavit hoc eis præmisso proœmio: *Exstant adhuc epistolæ Cornelii Romanorum episcopi ad Fabium Antiochensis ecclesiæ præsulem missæ, in quibus & Romanæ synodi gestia, & omnium per Italiam & Africam altasque locorum illorum provinciarum sententiæ declarantur. Aliæ præterea latino sermone conscriptæ exstant epistolæ Cypriani & aliorum antistitum, qui cum ipso* (Cypriano) *in Africa congregati sunt*, (hæ a Cornelio, ni fallor, cum litteris proxime memoratis Fabio missæ.) *His adjuncta erat alia ejusdem Cornelii epistola de his quæ in synodo* (Romana) *decreta fuerant; & rursus alia de facinoribus Novati*, seu potius Novatiani, qui ab Eusebio ejusque interprete Rufino, necnon a Socrate lib. 4. c. 28. ac plerisque Græcis Novatus constanter appellatur. Tum ex hac postrema exscribit fragmenta quæ subjicimus. Cum autem Eusebius tres saltem memoret Cornelii epistolas, atque unam Cypriani & sociorum, nec ullam latine conscriptam declaret, nisi hanc Cypriani & sociorum ejus, inde prædictas Cornelii epistolas græce missas fuisse Valesius merito colligit: maxime cum idem historicus aliis etiam in locis, ubi ex aliquo latino scripto testimonium profert, ea de re lectorem admonere non negligat. Quam ob causam nostri muneris esse duximus græcum epistolæ hujus textum repræsentare cum interpretatione Valesii, nisi ubi litteræ græcæ fides aliud suaserit. Hieronymus lib. de viris illustr. quatuor Cornelii ad Fabium epistolas recensens, hanc *valde prolixam* fuisse testatur. Post damnatum in Italiæ atque Africæ conciliis Novatiani errorem, & post Confessorum Maximi & sociorum reditum ad Ecclesiam, cum Novatianus *jam nudatus ac pene solus remansisset, fratribus quotidie eum deserentibus & ad Ecclesiam redeuntibus*, adeoque aliquanto post superiores epistolas scripta fuit.

2 Novatianus scilicet, quem vago pronomine designare Cornelius pro more satis habet.

3 Cum Cyprianus, quoties eorumdem Confessorum mentionem facit, ubique Macarium Celerini hujus loco memoret, existimat Tillemontius eumdem Confessorem duplici, Macarii scilicet ac Celerini, nomine donatum: simulque monet hunc alium esse a Celerino Cathaginensis ecclesiæ lectore sæpius apud Cyprianum commendato.

4 Ita loqui videtur Cornelius propter peculiarem Novatiani opinionem, quam Eusebius lib. 6. c. 43. μισαδελφίαν καὶ ἀπανθρωποτάτην, *a fraterna caritate abhorrentem & inhumanissimam* vocat: quia videlicet hæreticus iste lapsis communionis ac pacis spem omnem adimebat. Eadem hæresis & apud Cyprianum in Tractatu ad Novatianum, & ab Hieronymo initio epistolæ ad Oceanum, *Caina hæresis* appellatur, licet diversa quadam ratione. Sic nempe nuncupatur a prædicti Tractatus scriptore, quia *nonnisi tantum occidere gestit*; ab Hieronymo autem, quia Cainò similis desperanti ac dicenti, *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, peccatis nonnullis veniæ spem prorsus negat, adeoque *dicit aliqua esse peccata, quæ Christus non possit purgare sanguine suo.*

5 Immo, si laudato apud Cyprianum Tractatui fidem habeamus, multa præ se ferens Christianæ *pietatis officia* presbytero digna, utpote qui antea *semper in domo una, id est Christi Ecclesia, proximorum delicta ut propria fleverit, onera fratrum, sicut Apostolus hortatur, fleverit, lubricos in fide cœlesti allocutione corroboraverit.* Sed huic laudi non respondent quæ infra num. 5. gessisse narratur.

6 Quinque adfuisse epist. 6. n. 2. dicuntur. Mirum est tantum hic presbyteros memorari, ac taceri diaconos aliosve clericos, præsertim cum laici etiam adfuerint. In epistola quidem 6. n. 2. dicitur *presbyterium* hac occasione contractum. Sed hoc vocabulo cleri cœtus a potiori ejus parte designari solebat. Forte etiam eadem ratione hic presbyterorum nomine totus clerus significatur.

ac presbyteris & laicis quam pluribus evulgarunt, ingemiscentes & dolentes, quod a fraudulenta & maligna illa bestia inducti, ad modicum tempus ab Ecclesia defecissent.

2. *Deinde post pauca ait*. Vix credibile est, frater carissime, quantam in eo varietatem ac mutationem brevi temporis spatio factam conspexerimus. Nam egregius ille, qui tremendis quibusdam sacramentis fidem fecerat, sese episcopatum nequaquam concupiscere, repente episcopus tamquam ex machina aliqua in medium projectus apparet. Nempe ille [1] dogmatum conditor atque ecclesiasticæ disciplinæ propugnator, cum episcopatum sibi a Deo minime concessum præter fas arrogare atque subripere conaretur, duos sibi socios deploratæ salutis delegit, quos in exiguam atque vilissimam Italiæ partem destinaret: ut inde accitos episcopos tres, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet, affirmans atque constanter asseverans, ipsos quam primum Romam proficisci oportere, ut omnis undecumque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interventu sedaretur. Qui cum advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum artibus ac fallaciis satis triti; eos ille a quibusdam sui similibus, quos ad id comparaverat, inclusos, hora decima temulentos & crapula oppressos, imaginaria [2] quadam & vana manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque, cum nullo sibi competat jure, per insidias atque fraudem vindicat. Nec multo post unus [3] ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, cum lamentis & fletibus peccatum suum confitens. Quem nos, cum universus populus præsens deprecatus esset, ad communionem laicam suscepimus. Re-

A βυτέρων, & λαϊκῶν ἀνδρῶν παμπόλλων, ἐξήγγειλαν, ἀποδυρόμενοι καὶ μετανινώσκοντες ἐφ' οἷς πεισθέντες τῷ δολερῷ & κακοήθει θηρίῳ, πρὸς ὀλίγον χρόνον τῆς ἐκκλησίας ἀπελείφθησαν.

Εἶτα μετ' βραχέα φησίν. Ἀμήχανον ὅσον, ἀδελφὲ ἀγαπητὲ, ἔστιν καὶ μεταβολὴν ἐν βραχεῖ καιρῷ ἐθεασάμεθα ἐπ' αὐτῷ γεγενημένην· ὁ γάρτοι λαμπρότατος, καὶ δι' ὅρκων φοβερῶν τινῶν πιστόμενος τὸ μὴ δι' ὅλως ἐπισκοπῆς ὀρέγεσθαι, αἰφνίδιον ἐπίσκοπος ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφεὶς ἀναφαίνεται· ἵνα γάρτοι ὁ δογματισὴς, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστὴς, ἐθελουσίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνὸς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο· ὡς ἂν εἰς βραχύτι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστείλῃ· κἀκεῖθεν ἐπισκόπους ξένους, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλασῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ· διαβεβαιούμενος καὶ διϊσχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγγέλλεσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἤτις δήποτε ἂν διχοστασία γεγονυῖα, σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῷ μεσιτεύοντων διαλυθῇ· ὃς παραγνωμονοῦντας ἅτε δὴ (ὡς ἔφθημεν λέγοντες) ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥαδιουργίας, συγκλειοθέντας ὑπό τινων ὁμοίων αὐτῷ πεπαγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν ἐπικρατείᾳ τινὶ καὶ ματαίᾳ χειροθεσίᾳ ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι· ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ μὴ ἐπιβάλλεσθαι αὐτῷ ἐκδικεῖ. ἐξ ὧν εἷς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτῷ ἁμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, ὑπὲρ αὐτῷ δεηθέντος παντὸς παρόντος τοῦ λαοῦ· καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ ἐπισκόπων

ὁμοδό-

---

1 Christophorsonus hoc latine ita convertit: *Iste novæ sectæ inventor, & doctrinæ ecclesiasticæ, si Deo placet, propugnator*; Valesius vero, *Is qui se doctorem & ecclesiasticæ disciplinæ pro pugnatorem ferebat*. Vox δογματικὴ, & aliquid amplius quam *doctorem*, & nonnihil minus quam *novæ sectæ inventorem* sonat. Palam est Novatianum hic *ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem*, & num. 3. *Evangelii vindicem* ironice prædicari; quia nimirum ipse præclarum hunc titulum affectabat. Quocirca Cyprianus supra epist. 1. nu. 2. de illo ejusque asseclis scribit: *Si se assertores Evangelii Christi confitentur, prius ad Ecclesiam revertantur*. Nominatimque Novatianus, uti Valesius observat, suum de cibis Judaicis librum *plebi in Evangelio persistenti* inscripsit. En quos imitantur ætatis nostræ novatores, qui cum ab avita fide discesserint, sese puri Evangelii vindices jactitare non verentur.

2 Hoc est, quæ impositionis manuum quamdam potius imaginem præ se ferret, quam veritatem. Quapropter minus mirum est Pacianum hujusmodi ordinationem irritam & nullam censuisse, ac de ea sic epist. 2. scripsisse: *Novatianum absentem epistola episcopum finxit*, seu fecit: quia nimirum Confessorum epistola ad Novatianum absentem scripta, qua ei manus quasi in episcopum imponi consentiebant, ut episcopus fieret occasionem & auctoritatem præbuit. Pergit Pacianus: *Eum consecrante nullo linteata* (id est episcopalis) *sedes accepit*. Cur *consecrante nullo*, subinde explicat idipsum repetens his verbis: *Novatianum cognosco* SINE CONSECRATIONE LEGITIMA *episcopum factum per epistolam eorum, qui se confessores esse simularent*. Ideo igitur *nullo consecrante* in episcopali sede collocatum dixit, quia eum *sine consecratione legitima episcopum factum*, nonnisi de imaginaria & vana ac prorsus nulla consecratione gloriari posse persuasum haberet. Ipsi certe Confessores, teste Cornelio epist. 6. n. 1. eo se abductos fatebantur, *ut paterentur ei manus quasi in episcopum imponi*. Neque Cyprianus epist. 44. seu 46. suum eis dolorem dissimulat, quod illos *alium* (a Cornelio) *episcopum fieri consensisse* comperisset. Hoc autem, quod Cornelius ac Cyprianus tacuerant, Pacianus nos docet, eos scilicet hunc assensum per epistolam significasse. Sane violentam hujusmodi ordinationem ab episcopis vino & crapula oppressis intempestiva hora factam, præsentibus piis Confessoribus horrori non fuisse valde stupendum esset. Inde & illud sequitur, ut hac illustrium Confessorum epistola ad seducendos episcopos simplices abusus sit Novatianus, ne ab imponendis ipsi manibus abhorrerent. Cur vero de iis, quos pro fide carcerem passos esse Cornelii, Cypriani, aliorumque testimoniis constat, Pacianus quod *se Confessores esse simularent*, dixit? Quia nimirum hanc confessionis gloriam ab Ecclesia discedendo obscurarant ac perdiderant, non secus atque homo in pluribus justitiæ exercitatus operibus, peccato admisso, justi titulum ac laudem amittit.

3 Episcopum illum existimat Valesius Trophimum, de quo Cyprianus in epistola 10. sequente ad Antonianum plura scribit. Sed quæ ibi de hoc Trophimo Cyprianus eloquitur, ægerrime cum iis componantur, quæ nunc Cornelius de Novatiani ordinatore narrat. Quippe cum Antonianus, mendacibus Novatiani litteris commotus, a Cypriano scribi sibi petiisset, *Cornelius qua ratione Trophimo & thurificatis communicet*: rescribit is præsul n. 9. Cornelium *nulla libelli, ut quidam jactitant, labe maculatum esse; sed neque cum episcopis, qui sacrificaverant, communicationem sacrilegam miscuisse*. Tum num. 10. subjicit; *Nam & de Trophimo, de quo tibi scripsit desideratis, non ita res est, ut ad te pertulit rumor & mendacium malignorum ... Tractatu illic cum collegis plurimis habito susceptus est Trophimus, pro quo satisfaciebat fratrum reditus & restituta multorum salus. Sic tamen susceptus est Trophimus, ut laicus communicet, non secundum quod ad te malignorum litteræ pertulerunt, quasi lo-*

ὀγδόχῳ εἰς τὸς τόπως ὧν οἷς ἦσαν χειροτονήσαν- A liquis etiam (duobus) episcopis successores [1] ordinavimus, eosque in loca illorum misimus.
τες, ἀπεστάλκαμεν.

Ὁ ἐκδικητὴς ἓν τῷ διαγγελίῳ ἐκ ἠπίστατο σὺν ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ; ἐν ᾗ ἐκ ἠγνόει (πῶς γὰρ;) πρεσβυτέρως εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ, διακόνως ἑπτὰ, ὑποδιακόνως ἑπτὰ, ἀκολούθως δύο & τεσσαράκοντα, ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς δύο καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, ὃς πάντως ἡ τοῦ δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. ὧν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ ὅπως ἀναγκαῖον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πλήθων ἀριθμὸς μὴ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεως τε B καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέζεψέ τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν ἐκκλησίαν.

3. Ille ergo Evangelii vindex ignorabat [2] unum episcopum esse oportere in Ecclesia catholica? in qua non ei latebat (quomodo enim latere posset?) presbyteros esse [3] quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolythos duos & quadraginta, exorcistas autem & lectores cum ostiariis quinquaginta duos, viduas cum [4] thlibomenis plus mille quingentas. Quibus universis Domini gratia & benignitas alimenta suppeditat. Neque tamen tanta tamque [5] necessaria in Ecclesia multitudo, tam ingens numerus divinæ providentiæ copiis opulentus & abundans, cum immenso atque innumerabili populo, ab hujusmodi desperatione & audacia eum deterruit, & ad Ecclesiam revocavit. Clerus Romanus.

Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προσίθησι τοῦτα. Φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεθαρρηκὼς ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· ἄρα γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνεσράφ-

4. *Rursum & aliis interjectis hæc addit.* Agedum, exponamus deinceps, quibus operibus quibusve vitæ institutis episcopatum ambire ausus sit. Num propterea quod ab initio [6] vitam in Ecclesia exegerit, & mul-

rum sacerdotii usurpet. Hæc autem aliaque Cypriani de Trophimi receptione verba qui expenderint, deprehendent 1°. Trophimum sacrificantium labe fuisse adspersum, 2°. eum ad Ecclesiam rediisse cum maximo fratrum numero, *qui omnes regressuri ad Ecclesiam non essent, nisi cum Trophimo*, 3°. eum a Cornelio susceptum esse tractatu ante habito non cum plebe sua quemadmodum in ordinatoris Novatiani receptione actum est, sed *cum collegis plurimis*, hoc est in frequenti episcoporum concilio; indeque mendaciter divulgatum esse, Cornelium cum sacrificantibus communicare, & Trophimo hujus criminis reo pristinum sacerdotii locum reddidisse. Si etiam excutiamus qui fuerint illi *maligni*, quorum *litteris* & *rumoribus* hæc mendacia fata sunt, non alii forsitan invenientur a Novatiano, cujus litteris commotus Antonianus Cyprianum de hujusmodi mendaciis interrogavit. Horum certe vel Novatianus, vel socii ejus fatores fuerunt. Nemo autem id Novatiano ejusve asseclis displicuisse & crimini versum esse sibi persuaserit, quod ordinator ipsius ab illo susceptus atque communione donatus esset.

1 Evaristum, in cujus locum Zetus episcopus constitutus fuisse in superiore epistola 5. dicitur, ex his duobus episcopis unum exstitisse Valesius probabiliore conjectura putat. Hinc quippe facile intelligitur, quo pacto *Evaristum auctorem schismatis fuisse* Cornelius in laudata epistola scribat. Ita autem duobus illis episcopis successores ordinatos esse hic memoratur, ut & quodam modo innuatur loco ejus, qui ad communionem laicam susceptus est, neminem esse suffectum. Sed ex quo episcopus ad communionem laicam dejectus prædicatur, sedem illius vacare, eique prospiciendum esse satis intelligitur.

2 Ita probata ac pervulgata erat hæc regula, ut Confessores ad Ecclesiam redeuntes in superiori epistola 6. n. 2. illam tanquam rem omnibus notam, & quam nulli ignorare liceat, profiteantur. Sic & Cyprianus in sequente epistola ad Antonianum n. 7. ubi Cornelium legitime ordinatum esse multis probavit, addit demum: *Cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debeat factus est, non jam secundus ille, sed nullus est*.

3 In latinam Valesii interpsetationem *quatuor & quadraginta* mera oscitantia irrepsisse certo argumento est ista illius in hæc verba annotatio: *Ex hoc loco colligi potest, quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46. fuerint presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est*. In hunc locum gravius peccat Blondellus cum eum ita perstringit, ut nullam subdiaconorum faciat mentionem, exindeque confici putet nullos tum Romæ subdiaconos fuisse institutos. Sed lectionis illius falsitatem cum græcus Eusebii textus, tum latina Rufini interpretatio demonstrant. Tradit & Optatus lib. 2. quadraginta & amplius basilicas Romæ exstitisse, quando illuc Victor Gabiensis proxime post exortum Donatistarum schisma ab his schismaticis missus est. Hi quippe, inquit Optatus, *ibi inter 40. & quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habebant*. Quem locum, dum Blondellus Apolog. pag. 223. de ipsius Optati ætate interpretatur, ab eo male intellectum esse Valesius recte notat.

4 Hoc verbo etiam latine nobis uti licere duximus ad imitationem cleri Romani ad clerum Carthaginensem edit. Oxon. epist. 8. sic scribentis: *Sive viduæ, sive* THLIBOMENI (male apud Pamel. epist. 3. *Clydomeni*, & apud alios *Clinomeni*,) *qui se exhibere non possunt, utique habere debent qui eis ministrent*. Quo in loco qui intelligendi sint *thlibomeni*, statim explicatur adjunctis verbis, *qui se exhibere non possunt*, hoc est qui sustentare se ac victui necessaria suppeditare sibi non valent, ut patet ex his Cypriani lib. Testimon. n. 61. *Habentes itaque* EXHIBITIONEM *& tegumentum, his contenti simus*. Eodem exhibitionis verbo eodem intellectu utitur & Tertullianus lib. de Idolol. c. 5. & 8. ubi artifices qui idola confingere non desinebant arguens, solitam eorum vocem, *Non habeo aliud quo vivam*, sibi objicit, ac deinde sic refellit: *Si ita* EXHIBITIONIS *necessitas obtenditur, habent & alias species, quæ sine exorbitatione disciplinæ, id est sine idolii conflictura*, OPEM VICTUS PRÆSTENT. Hoc est igitur *exhibere*, quod *opem victus præstare*. Adeoque non male Rufinus pro *thlibomenis* substituit *indigentibus*. Observavit Valesius ecclesiam Antiochenam Chrysostomi ætate, ipso Chrysostomo teste homil. 67. in Matth. tametsi mediocres reditus possideret, plusquam tria millia viduarum & virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos, vinctos & clericos.

5 Verterat Christophorsonus. *Nemo in tanta ministrorum multitudine... nemo ex tanto egentium numero Dei providentia lucupletato... nemo denique ex maxima illa & innumerabili frequentia*. Qua in interpretatione istud non placet, quod præter græci textus fidem sic ministros Ecclesiæ ab egenis distinxit, quasi non illi perinde atque hi divinæ providentiæ divitiis sustentarentur. Certe Rufinus hunc locum aliter intellexit, siquidem de presbyteris, diaconis ceterisque clericis non secus atque de viduis, & indigentibus dicit: *Quos omnes Deus alit in Ecclesia sua*. Subinde ecclesiarum proventus sic distributi sunt in quatuor partes, ut una pars episcopo, altera clericis ceteris, tertia egenis, quarta fabricis cederet. Verum antea etiamsi par non erat eorum divisio, in alios tamen usus nequaquam impendebantur.

6 Illud *in Ecclesia* perinde est atque in Ecclesiæ ministerio. Nec aliud sonare mihi videtur *ab initio*, atque ab ineunte ætate & ab infantia. Et ea quidem tum forte obtinebat disciplina, qua ii qui in clerum adsciscendi erant, se, ut loquitur Siricius epist. 1. n. 13. *Ecclesiæ vovere obsequiis ab infantia sua*, vel ut idipsum Zosimus epist. 9. n. 5 enuntiat, *ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dare*, & ita per omnes cleri gradus episcopatum promereri solebant. Quocirca Cyprianus in epistola sequenti n. 7. etiamsi Cornelium ecclesiasticis ministeriis *ab initio* seu ab infantia nomen dedisse non aperte dicat: hinc tamen eum commendat, quod *non ad episcopatum subito pervenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in divinis administrationibus Deum promeritus, ad sacerdotii sublime fastigium cunctis religionis gradibus adscendit*. Hic igitur quæritur, an similibus meritis ornatus sit Novatianus; & ea illi defuisse demonstratur.

ta pro ipsa certamina subierit, atque in multis magnisque periculis religionis causa fuerit? Minime vero: quippe cui [1] fidei susciplendæ occasio fuit satanas in illum ingressus, ac diu in ipso commoratus. Qui quidem, cum [2] ei ab exorcistis subveniretur, in morbum gravissimum collapsus, ita ut jam jam moriturus existimaretur; in ipso [3] lecto, in quo jacebat, perfusus ([4] fidem) suscepit: si tamen homo hujuscemodi [5] susceptisse dicendus est. Sed neque postquam liberatus est a morbo, reliqua percepit, quæ secundum regulam [6] Ecclesiæ per-

Α. θαι, καὶ πολλὰς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν· ὧν γε ἀφορμὴ τὸ πιστεῦσαι γέγονεν ὁ σατανᾶς φοιτήσας εἰς αὐτὸν, καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἐκκαὸν· ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐξορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθανεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· ὥστε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκ-

κλησίας

---

1 Ejus scilicet fidei, quæ suscipientem deinceps *fidelem* denominet. Hæc autem appellatio, si Jerosolymitanæ ecclesiæ, ac forte paucarum aliarum morem excipias, olim solis baptismo initiatis impertiebatur. Qui enim antea catechumeni, electi, competentes nuncupabantur, tum primum *fideles*, cum tincti fuerant, nuncupari solebant. Hinc in concilio Eliberitano *cathecumenus*, immo & *Christianus*, a *fideli* distinguitur. In eo quippe, ut ex can. 45. & 59. apparet, cum catechumeno simul & tincto commune est *Christiani* nomen; sed appellatio *fidelis* soli tincto competit. Cyrillus vero Jeros. licet hoc *fidelis* nomen etiam electis tribuat, quia videlicet hi jam baptismi sollemniis initiari incipiebant, illud tamen pariter a catechumeni vocabulo sedulo distinguit. Unde Catech. 1. n. 4. ait, *Antea catechumenus erat, nunc fidelis vocabere:* & Catech. 5. n. 1. *Quantam vobis dignitatem contulerat Dominus, ab ordine catechumenorum ad ordinem fidelium vos transferens.* Quocirca non probatur interpretatio Valesii, locum hunc sic latine reddentis, *cui causam atque initium credendi præbuit satanas*, nisi post verbum *credendi* subaudiatur, ea fide quæ credentem fidelem denominet. Forsitan enim Novatianus jam tum inter catechumenos, adeoque non sine credendi initio, constitutus erat. Cornelius certe verbo τὸ πιστεῦσαι, baptismum intellexit sed τὸ βαπτισθῆναι consulto vitasse videtur, quia Novatianus per περίχυσιν, hoc est per adspersionem seu perfusionem, (utraque enim vox Cypriano in epistola 76. ad Magnum synonima est,) hoc sacramentum susceperat.

2 Christophorsonus hæc latine ita reddidit. *Qui quidem ubi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam gravem morbum... incidisset.* Sed si Novatianus ante hunc morbum a spiritu malo fuisset liberatus, nequaquam dicendus esset satanas ei baptismi suscipiendi causam præbuisse. Eadem Cornelii verba sic Rufinus perstringit: *Addit autem etiam hoc, quod idem ipse Novatus* (leg. *Novatianus*) *in juventute spiritu immundo vexatus sit; & cum tempus aliquod consumsisset apud exorcistas, ægritudinem incurrerit gravem, ita ut desperaretur.* Unde confirmatur quod superius conjectabamus, Novatiano scilicet, prius quam baptismum susciperet, aliquod saltem fidei initium non defuisse. Quid enim apud exorcistas ageret omni fide destitutus? Id ei forte contigit, quod Cyprianus ætate sua erga homines illi similes agi & contingere solere epist. 76. ad Magnum testatur, *ut per exorcistas voce humana & potestate divina flagelletur & uratur & torqueatur diabolus, & cum exire se & homines Dei dimittere sæpe dicat, in eo quod dixerit fallat*; ideoque vult ille præsul, *ut si aliquis in illo movetur, quod quidam de iis, qui ægri baptizantur, spiritibus adhuc immundis tentantur; sciat diaboli nequitiam pertinacem usque ad aquam salutarem valere, in baptismo vero omne nequitiæ suæ virus amittere.* Moxque addit: *Hoc denique rebus ipsis experimur, ut necessitate urgente in ægritudine baptizati, & gratiam consecuti, careant immundo spiritu, quo antea movebantur.* Unde perspicuum est iis etiam, qui a spiritibus immundis vexabantur, baptismum fuisse collatum, nec opus fuisse ut ab iis prius liberarentur, quam hoc sacramentum percipierent. Hoc ipsum & Eliberitana synodus can. 37. constituit his verbis: *Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet.* Neque aliud a concilio illo decretum esse, quam quod saltem in Novatiano jam factum erat, ex hoc Cornelii loco elicitur.

3 Hinc hujusmodi homines *Clinici* a verbo græco κλίνη, quod lectum sonat, sunt dicti. Quamvis autem Cyprianus κλινικοῦ vocabulum apud medicos & Evangelistas de paralyticis & ægrotis in lecto decumbentibus, vel etiam de medicis qui ægrotos hujusmodi curant, dictum esse non ignoraret; tamen unde ad quoddam baptizatorum genus translatum sit hoc nomen, epist. 76. ad Magnum sibi incompertum esse significat his verbis: *Quod quidem eos salutari aqua & fide legitima Christi gratiam consecutos, non Christianos, sed Clinicos vocant, non invenio unde hoc nomen assumant.* Forte ab ipsius Novatiani baptismo cœpit hic usus, ejusque odio inventus statim invaluit. Sic vero Cyprianus in laudata epistola loquitur, ut eum quemadmodum schismaticus iste baptizatus esset, quod mirari subit, fugisse videatur. Etiamsi igitur catechumenos, imminente mortis periculo, in lecto perfundendi mos tum novus dici nequeat, eum tamen usum, quo illi *Clinici* appellari cœperunt, recentem fuisse Cyprianus innuit.

4 In græco nihil est quod *fidei* vocabulo respondeat. Ejus loco Valesius post Christophorsonum supplevit *baptismi* nomen. Hic potius subaudiendum videtur superius verbum τὸ πιστεῦσαι.

5 De hujusmodi baptismo dubius postea Magnus Cyprianum consuluit, *quid ipsi de illis videretur, qui in infirmitate & languore gratiam Dei consequuntur, an habendi sint legitimi Christiani, eo quod aqua salutari non loti sint, sed perfusi.* Notat & Cyprianus epist. 76. ipsi respondens hoc aliud de iisdem dubitationis genus, *An consecuti sunt quidem gratiam dominicam, sed breviore & minore mensura muneris divini ac Spiritus-sancti; ut habeantur quidem Christiani, non sint tamen ceteris coæquandi.* Cyprianus autem ibid. *Christianum* judicare se rescribit *quisquis fuerit in Ecclesia lege & jure fidei divinam gratiam consecutus*, nec ambigendum esse quin legitimum sit baptisma per adspersionem seu infusionem susceptum, ac demum *in nullo mutilari & debilitari posse divina beneficia.* Sed neque Cornelius nunc an baptismalem gratiam consecutus esset Novatianus, ideo dubitat, quia ille non *lotus*, sed *perfusus* esset, hoc est quia baptismum per adspersionem, non per immersionem susceperat; sed eam ob causam, ob quam Neocæsariense concilium can. 12. hujusmodi hominem presbyterii honore indignum judicat: *quia* videlicet *hujus fides non est ex libera voluntate, sed ex necessitate*, οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης. Ubi & in transcursu observare licet vocem πίστις pro baptismi vocabulo usurpari. Eo autem æquior fuit Cornelii dubitatio, quod Novatianus a morbo convalescens quæ sibi deerant supplere neglexit.

6 Rufinus hæc ita latine expressit: *Nec reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, sollemniter adimpleta sunt nec signaculo chrismatis consummatus est.* Quæ Rufini verba Valesius annotationibus in hunc locum de signaculo chrismatis, quod in baptismo confertur, interpretatus, ipse Cornelium de signaculo, quod Confirmationis sacramento percipimus, loqui non censet. Sed quid vetat, quominus etiam Rufini verba de hoc eodem sacramento interpretemur, eaque de signaculo illo dicta intelligamus, de quo Cyprianus epist. 73. ad Jubaianum scribit: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, & per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum-sanctum consequantur, & signaculo dominico consummentur.* Nam & ille signaculum ibi prædicat, cujus proprium est *consummare* suscipientem. Vitio quis verterit, quod Rufinus *chrismatis* vocem, quæ græco in textu non enuntiatur, addiderit. Sed additamentum illius contra temporis hujus usum nihil peccat, immo illum apte explicat. Ut enim Cyprianus epist. 70. cum toto Africano concilio docet, *Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei & habere in se gratiam Christi possit.* Ibi enim unctionem a baptismi sacramento distinctam prædicari, & quæ proxime antecedunt, & particula *quoque*, & verba *qui baptizatus sit*, non *qui baptizatur* aut *qui baptizandus est*, evincunt. Porro ex eo, quod Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset, Valesius manasse putat morem, de quo Theodoretus lib. 3. hæret. fab. c. 5. ita loquitur: *Novatiani successores iis, quos baptizant, sanctissimum*

κλησίας κανόνα· τὸ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου. τοῦτο δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τὸ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε;

Καὶ πάλιν μετ' βραχέα φησίν· Ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωΐαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερον εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν' ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτὸν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς, ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικειμένοις δεομένοις βοηθεῖν· τοσοῦτον ἀπέχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις· ὡς καὶ χαλεπαίνοντι ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι· μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη· ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας ἐρασής.

Ὑπερβὰς δέ ὀλίγα, τοῦτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων, καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς ἐκεῖνος τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον. ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν· ἐπεὶ μὴ εἶχον ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσου περικυθέντα, ὥσπερ καὶ ἔτος, εἰς κληρονόμον γράσθαι, ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι.

Εἶτ' ἄλλο τι τούτοις χεῖρον προσίθησι τοῦ ἀνδρὸς ἀποπημάτων, λέγων οὕτως. Ποιήσαι γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέ-

A cipienda sunt, neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quomodo Spiritum sanctum potuit accipere?

5. *Et iterum aliquanto post dicit.* Qui persecutionis tempore præ metu ac nimio vitæ amore presbyterum se esse negavit. Admonitus enim ac rogatus a diaconis, [1] ut è cubiculo in quo se ipsum incluserat egressus, fratribus succurreret, quantum presbytero liceret ac fas esset fratribus in periculo constitutis & auxilio indigentibus subvenire: tantum abfuit ut rogantibus diaconis morem gereret, quin potius indignabundus abiit ac discessit. Neque enim B presbyterum se amplius velle esse respondit: sed alterius philosophiæ amore ac studio teneri.

6. *Paucis autem transcursis, hæc rursum adjungit dicens.* Nam præclarus ille vir Ecclesiam Dei dereliquit, in qua [2] post susceptam fidem presbyterio cohonestatus est per gratiam & indulgentiam episcopi, qui imponens ei manum ad presbyterii ordinem eum provexit. Intercedebat omnis clerus, & multi ex laicis, eo quod non liceret eum, qui quemadmodum & ille in lectulo urgente morbo perfusus fuisset, in clerum [3] aliquem assumi. Verum rogavit episcopus ut eum unum ordinare sibi permit-C teretur.

7. *Deinde aliud adjungit facinus omnium, quæ ab illo commissa sunt, longe gravissimum, ita dicens.* Etenim [4] oblationibus factis portionem singulis dividens, dum eam tradit, mi-

---

chrisma non præbent. Quapropter eos, qui ex hac hæresi corpori Ecclesiæ conjunguntur, laudatissimi patres inungi præceperunt. Sed Nicæni patres c. 8. tantum præcipiunt, ut Novatiani per manus impositionem suscipiantur. His concinentes Siricius epist. 5. c. 8. & Innocentius epist. 2. c. 8. constituunt, *ut venientes a Novatianis vel Montensibus per manus* (addit Innocentius *tantum*) *impositionem suscipiantur*, nulla inunctionis facta mentione. Ibi autem Theodoretus etsi de Novatiano nonnulla tradit ad accuratam rerum fidem non satis exacta, ad canonem 7. concilii CP. I. haud dubie respicit.

1 In hac Rufini interpretatione, *cum subvenire in exitu catechumenis rogaretur, e cellula in qua latebat timens procedere, presbyterum se esse denegavit*, nimia deprehenditur interpretis licentia: cum verba Cornelii de omnibus auxilio presbyteri indigentibus dicta ad unos catechumenos, quibus & diaconi subvenire poterant, referat. Quocirca neque placet quod Theodoretus lib. 3. hæret. fab. eamdem narrationem ita exponit: *Qui vero remedium* (lapsus) *adipisci postulabant, arguebant eum, quod sæpe rogatus ut ad ipsos properaret, & verbis confirmaret qui tyranni machinis pulsabantur, occultans se ipse & latere studens, presbyterum etiam se esse denegarit.* Ex hoc autem loco liquet, quam merito superius a Cornelio postulatum sit, an Novatianus *in multis magnisque periculis religionis causa fuerit?*

2 Non displiceret alibi quod Valesius vertit, *post susceptum baptismum;* id enim hæc proprie sonant: in qua, baptismo suscepto, fidelis jam dici atque haberi cœpit. Sed litteræ hærendum duxi, cum Cornelium, ubi de ritu quo Novatianus initiatus est, loquitur, baptismi vocabulo constanter abstinere observarim. Rufinus unum verbum πιστεύσας his duobus latinis, *gratiam consecutus*, reddidit. Quod eodem redit. Nam *gratia*, vel *gratia Dei*, seu *gratia Christi* vocabulis baptismus sæpe apud veteres designatur. Quid enim sibi vult illud Cypriani epist. 76. ad Magnum, *Quæsisti quid mihi videatur de illis, qui in infirmitate & languore Dei gratiam consequuntur*, nisi istud, quid mihi videatur de iis qui in infirmitate baptizantur? Ita & in his Leonis epist. 18. n. 4. ubi sabbato Paschæ baptisma celebrandum tradit, *Ipsa igitur operis qualitas docet celebrandæ generaliter gratiæ legitimum diem, in quo* &c. *celebrandæ gratiæ* perinde esse liquet atque *celebrandi baptismi.*

3 Hoc est, *in aliquem cleri gradum.* Nam *clerum* pro cleri gradu a Cornelio usurpari ex proximis illius verbis, εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον, liquet. Eadem loquendi ratione apud Cyprianum edit. Rigalt. vetus auctor in Tractatu de non rebaptizandis hæreticis dixit: *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in* QUOCUMQUE CLERO *constitutum, ac multo magis episcoporum audere deceat.* Et rursum: *Immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in* CLERO ALIQUO *constitutus.* Quod licet Valesius recte observarit, a littera tamen græca, quam servare fas est, nonnihil recedit in hunc modum: *Nec quemquam ex iis, qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille perfusi fuissent, in clerum assumi.* Plus enim illud, *quemquam ex iis*, unde exceptio omnis excluditur, quam particula ων sonat: sicut significantius aliquid præ se fert *in aliquem clerum*, quam simpliciter *in clerum.* Disciplinæ hujus severitatem aliquanto post Cornelii ævum temperavit Neocæsariense concilium, hominem in lecto perfusum non ab omni cleri gradu, sed a presbyterio dumtaxat excludens; immo eum etiam ad hunc gradum provehi permittens *propter consequens ejus studium & fidem, hominumque raritatem.* Præsenserat Fabianus, seu quivis alius Novatiani ordinator, hujusmodi exceptionem per ecclesiasticam regulam permitti. Nec temere divinat; qui episcopo huic maxime Novatiani ingenium & eloquentiam, quæ in illius scriptis ac nominatim in epistola apud Cyprianum 31. ab ipso scripta suspicitur, placuisse conjectat. Qui autem Novatiani ordinationi, cum ad presbyterii ordinem proveheretur, interfuerunt, ecclesiasticas objicientes regulas, quibus quempiam in lecto perfusum ad ullum cleri gradum assumi prohibebatur, simili ratione antea intercedere debuerant, si ullus ei gradus collatus fuisset. Quocirca presbyterii dignitatem ipsi per saltum, inferioribus aliis ordinibus prætermissis, collatam esse Valesius atque Tillemontius inde conjiciunt.

4 Apud Valesium, *oblatione facta.* Et hic hærentes græco retinemus *oblationibus factis*, hoc est, pane & vino consecratis. Novatianum per se, non diaconorum ministerio corpus Christi suis porrexisse plane hinc discimus. An vero dissimili ratione Servatoris nostri sanguinem iis tradiderit, dubitare licet propter subnexa verba, *Jura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri.* Negandum tamen non est, usu tum receptum esse, ut fideles

miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus manibus suis comprehensas retinens, nec prius dimittens, quam jurati ista dixerint (ipsis enim utar illius verbis:) Jura mihi per corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te numquam partes meas deserturum, nec ad Cornelium amplius esse rediturum. Et miser homo non prius gustat, quam [1] sibi ipse malum imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset, [2] Amen; ejus loco dicit, Non revertar deinceps ad Cornelium.

8. *Et post alia rursus hæc dicit.* Jam vero scias illum nudatum ac desertum esse, fratribus cum quotidie derelinquentibus, & ad Ecclesiam redeuntibus. Quem etiam Moyses [3] beatus martyr, egregio & admirando martyrio nuper apud nos perfunctus, dum adhuc superstes esset, audaciam & amentiam ejus perspectam habens, a communione sua separavit una [4] cum quinque presbyteris, qui se pariter cum illo ab Ecclesia segregarant.

Ἀρος, καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο, ὀμνύειν ἀντὶ τοῦ ἀλογεῖν τοὺς πολλαπλοῦς ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος καὶ μὴ ἀφεὶς ἓς ἂν ὀμνύοντες εἴπωσι ταῦτα· (τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις·) ὅμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν, καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον· καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος ὁ πρότερον γδυσπε, εἰμὴ πρότερον αὐτῷ καταράσαιτο. καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, τὸ ἀμήν, οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον λέγει.

Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτα φησίν. Ἤδη δὲ οἶδε γεγυμνῶσθαι καὶ ἔρημον γεγονέναι, καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἑκάστου τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀπανερχομένων. ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμασὴν μαρτυρίαν, ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποχίσασιν ἑαυτοὺς τῆς ἐκκλησίας.

9. *De*

---

diaconorum ministerio sanguinem vel etiam corpus Christi perciperent. Scribit quippe Justinus apolog. 2. ad Antoninum: *Postquam antistes gratiarum actionem perfecit, & populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane, vino & aqua consecratis partem dividunt unicuique præsentium.* In Africa saltem calicem, quo sanguis Christi continebatur, a diaconis porrigi consuevisse docet illud Cypriani lib. de lapsis: *Ubi vero sollemnibus adimpletis, calicem diaconus offerre præsentibus cœpit.* Eumdem morem Romæ usitatum innuit apud Ambrosium lib. 1. offic. c. 4. pia expostulatio S. Laurentii archidiaconi S. Xistum pontificem sic interpellantis; *Cui commisisti Dominici sanguinis consecrationem* (hoc est consecrati sanguinis Domini dispensationem,) *cui consummandorum consortium sacramentorum, huic sanguinis tui consortium negas?* Ad idem ministerium referri commode potest: quod de diaconis Romanæ ecclesiæ loquens antiquus auctor quæst. vet. & nov. Test. apud Augustinum append. to. 3. c. 101. generaliter dicit: *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, & sic dare plebi.* Verum sacerdotibus id, quod diaconis committere consueverunt, per se præstare nusquam est prohibitum... Immo, si Chrysostomum homil. 46. in Matth. audiamus, *soli sacerdoti licet calicem sanguinis dominici præbere.* Sed cum sanctus ille Doctor non addat *plebi*, ejus sententiam ex verbis quæst. vet. ac nov. Testam. proxime allatis explicari nil vetat. Ut verbo dicam, corpus & sanguinem Christi populis tradere semper sacerdotibus ex officio, diaconis autem tamquam sacerdotum ministris ex quodam concessu, & necessitate postulante, olim licuit, seu, ut cum auctore Constit. apost. lib. 8. c. 28. loquar, *Diaconus non offert: oblatione vero ab episcopo aut presbytero facta, dat populo, non tamquam sacerdos, sed tamquam qui ministrat sacerdotibus.* Hinc Carthaginense IV. concilium can. 37. hoc præmittit monitum; *Diaconus ita se presbyteri ut episcopi ministrum noverit*: ac deinde can. 38. istud adjungit, *Ut diaconus, præsente presbytero, eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, jussus eroget.* Porro, ut laudatus scriptor quæst. vet. & nov. Testam. loco citato observat, *major ordo intra se habet & minorem. Presbyter enim & diaconi agit officium & exorcistæ & lectoris.*

1 Græce ἑαυτῷ, non αὐτῷ, apud Georgium Syncellum legi, eamque lectionem præferendam esse monet Valesius: ac simul observat, nullum esse jusjurandum sine expressa vel tacita imprecatione. Eo Novatianum adegisse videtur quotidiana suorum defectio.

2 Nempe fideles, dum corpus ipsis tradebatur, tradenti respondere solebant *Amen*. Hinc Hieronymus adv. errores Johann. Jeros. ad Pammach. *Qua conscientia*, inquit, *ad Eucharistiam accedam, & respondebo* AMEN, *cum de caritate dubitem porrigentis?* Huc spectat illud Augustini Serm. 272. nov. edit. *Audis corpus Christi, & respondes* AMEN. Et lib. 12. contra Faustum c. 10. *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terris, cum eo accepto ab omnibus respondetur* AMEN. Ritus ille apud Ambrosium lib. 4. de sacram c. 5. explicatur his verbis: *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis* AMEN, *jam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi.... Dicit tibi sacerdos*, CORPUS CHRISTI, *& tu dicis* AMEN, *id est verum.* Cum his consentit & Cyrillus Jerosol. in Catechesi ultima.

3 In epistolis 16. & 25. Cypriani ad hunc Moysen & socios Confessores, necnon in epistola 26. eorumdem Confessorum ad Cyprianum, Moysis nomen in capite ceterorum constanter præponitur. Hunc in carcere defunctum Valesius existimat, nititurque his verbis Bucheriani catalogi in Fabiano: *Post mortem ejus* (Fabiani) *Moyses & Maximus presbyteri & Nicostratus diaconus comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eo tempore supervenit Novatus ex Africa, & separavit Novatianum & quosdam Confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses* XI. *dies* XI. Sed catalogum illic accuratum non esse vel hinc probatur, quod Novatiani schisma sic narrat ut Moysi morte posterius, cum ea anterius fuisse palam hic Cornelius testetur. Si vero Cyprianum consulamus, ad imitationem Cornelii titulos, quibus Moysen exornat, pro diversis temporibus mutat. Nam in epistola 10. sequenti n. 5. respiciens ad id tempus, quo Moyses celebri Novatiani epistolæ de lapsis subscripsit, illum *tunc adhuc confessorem*, pro tempore autem, quo ipse ad Antonianum scribebat, *nunc jam martyrem* appellat. Verum neque inde quidquam certi adversus Valesii sententiam conficitur: cum Cyprianus etiam eos, qui etsi non torti, in carcere tamen vitam finiunt, martyres habendos censeat. Quamvis igitur in id propendeam animo, ut qui ob *egregium & admirabile martyrium* commendatur, eum in diversis tormentorum generibus constanter perferendis mirabilem se exhibuisse credam: propter diuturnitatem tamen durissimi carceris, quo a Christi confessione ad mortem usque deterreri non valuit, egregium & admirabile dici potuit ejus martyrium. Moyses autem cum tantum esset presbyter, Novatianum communionis exsortem fecit, non potestate atque auctoritate judicis, sed ea cautione qua cuique fideli uti licet erga eos, quorum fides perversa vitaque pestilens manifeste deprehenditur.

4 Qui sint illi quinque prerbyteri Romani, qui cum Novatiano sese ab Ecclesia segregarunt, sibi incompertum Valesius fatetur. Maximum tamen presbyterum, Maximo confessori cognominem, quem Novatianus legatum postea misit in Africam, quique Carthagine episcopus ordinatus est, unum ex illis fuisse opinatur. Tillemontius hist. eccl. to. 3. pag. 442. huic adjici posse putat Hippolytum, qui Prudentio teste, Novatiano primum addictus, ac postmodum schisma ejus detestatus, labem illam celebri martyrio absterserit. Hic cavendum, ne quinque presbyteri, quos Moyses martyr a communione sua segregavit, cum iis confundantur quinque presbyteris factionis Novati, de quibus Cyprianus tum infra epist. 12. ad Cornelium, tum epist. 40. ad plebem suam plura edisserit. Hi quippe Afri, illi Romani; hi Felicissimo, illi Novatiano addicti; pacem hi concedebant lapsis nulla exacta pœnitentia; illi etiam pœnitentibus negabant.

9. *De reliqua epiſtola Euſebius iſtud dumtaxat ſummatim ſubnectit* : Sub finem autem epiſtolæ catalogum texuit epiſcoporum, qui Romam [1] convenientes, amentiam Novati (*leg.* Novatiani) condemnaverant, nomina quoque illorum & quam quiſque regebat eccleſiam adſcribens. Eorum item, qui Romæ quidem minime adfuerant, ſuperiorem tamen ſententiam ſuffragio ſuo approbaverant, vocabula & civitates, unde ſinguli litteras dederant, accurate commemorat.

---

1 Iſta Euſebii verba nonnulli conferentes cum iis, quibus Hieronymus de ſcript. eccl. c. 76. Cornelium ad Fabium ſcripſiſſe tradit *de ſynodo Romana, Italica & Africana*, ſanctum illum Doctorem ibi ad hanc Cornelii epiſtolam reſpicere arbitrantur. Sed alias potius commemorare videtur ejuſdem papæ ad eumdem Fabium litteras, in quibus teſte Euſebio pag. 242. *& Romanæ ſinodi geſta, & omnium per Italiam & Africam aliaſque locorum illorum provinciat ſententiæ declarantur*. Quorſum vero Cornelius ad Fabium ſcribens, ſive epiſcoporum qui Romano concilio adfuerant, ſive eorum qui ejuſdem ſynodi decreta per litteras comprobaverant, nomina & eccleſias tam accurate annotaverit, e ſubjecta Cypriani epiſtola 12. n. 8. colligere licet, ubi, cum idem præſul ad Cornelium proxime miſiſſe ſe dixiſſet *nomina epiſcoporum, qui ſani & integri in Eccleſia catholica fratribus præſunt*, ſtatim adjungit : *Quod utique de omnium noſtrorum conſilio placuit, ut erroris diluendi ac perſpiciendæ veritatis compendium fieret, & ſcires tu & collega noſtri, quibus ſcribere, & litteras mutuo a quibus vos accipere oporteret* : monetque ceteros, quos in epiſtola ſua tacuit, vel ſacrificio aut libello maculatos eſſe aut hæreſi perverſos. Idem igitur præſtitit & Cornelius, ut communione qui epiſcopi eſſent digni, qui indigni, non lateret. Exinde, eademque de cauſa, Romanos pontifices operam dediſſe conjectat Tillemontius, ut ſi qui epiſcoporum collegio recens ſociati eſſent, ceteri ubique terratum præſules ea de re certiores fierent. Certe lecturi ſumus Cyprianum a Stephano papa petiiſſe, ut quem ſubſtituere in Marciani Arelatenſis epiſcopi locum, ſibi quam primum ſignificaret.

EPISTOLA IV.

CORNELII PAPÆ

AD [a] LUPICINUM EPISCOPUM VIENNENSEM.

Cornelius epiſcopus Romanus, fratri Lupicino Viennenſi epiſcopo ſalutem.

SCIAS, frater cariſſime, aream dominicam *a* vento perſecutionis acerrime commoveri, & edictis imperatorum Chriſtianos ubique tormentis variis affici: nam *b* in urbe Roma imperator ad hoc conſtitutus eſt, unde publice *c* neque in cryptis notioribus miſſas agere Chriſtianis licet. Exhortetur itaque caritas veſtra omnes credentes in Chriſtum, *ne timeant eos qui occidunt corpus, ſed potius eum qui habet corpus & animam poteſtatem perdendi*. Jam plures fratrum martyrio coronati ſunt. Ora ut perficiamus curſum noſtrum nobis a domino revelatum. Vale frater in domino, & ſaluta omnes qui nos amant in Chriſto.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Vento perſecutionis.) Hæc de Moſe Romano presbytero ſub Decio olim jam prope biennium in vinculis detento, cujus etiam in epiſtola ad Fabium mentio extat, intelligit, ſicut & de quibuſdam aliis. Baron. anno 255. num. 47.

b In urbe Roma imperator ad hoc conſtitutus eſt.) Voluſianum Galli filium a patre Auguſti nomine inſignitum ſignificat, niſi placeat intelligere Hoſtilianum Perpennam, qui (ut inquit Aurelius Victor in Gallo) Gallo & Voluſiano imperantibus imperator a ſenatu creatus, non multo poſt peſtilentia abſumptus interiit. Senatus enim fortaſſe cum videret Gallum & Voluſianum eccleſiæ pacem reddidiſſe, ad exturbandos, ſicut cœperat Decius, Chriſtianos, hunc Hoſtilianum in imperium evexit: poſt quem peſte defunctum, Gallus & Voluſianus a Decio cœptam, ab Hoſtiliano inſtauratam, Chriſtianorum vexationem proſequuntur.

c Neque in cryptis notioribus miſſas agere Chriſtianis licet.) Cœmeteria, quæ alias cryptæ arenariæ dicebantur, ut ſupra in Calliſto notavimus, a Chriſtianis die dominico frequentari & ſacrificiis ibidem oblatis honorari ſolebant, perfecutione vero hac reſtaurata, omnis Dei cultus, & univerſa Chriſtianorum ſacrificia tam privata, quam publica prohibita ſunt.

EPISTOLA V.

[a] Hæc & ſequens epiſtola cum iis, quas Clerus Romanus ſcripſit, docent, quid diſtent æra lupinis, & ſubæratæ merces aureis veterum ſcriptis. Eſt XLVI. inter ep. Cypriani in editionibus Pam. & Rigal.

CORNELII PAPÆ

AD CYPRIANUM.

De confeſſoribus ad unitatem regreſſis.

Cornelius Cypriano fratri ſalutem.

QUantam ſolicitudinem & anxietatem ſuſtinuimus de his confeſſoribus [b], qui dolo & malitia hominis callidi & veteratoris fuerant circumventi & pene decepti, & ab eccleſia alienati, tantam lætitiam adepti ſumus: & Deo omnipotenti, & Chriſto domino noſtro gratias agimus, cum [c] eos, cognito ſuo errore, intelligamus, hominis maligni velut ſerpentis aſtutia venenata derelicta, ad eccleſiam unde exierant, ſicut ipſi ex ſuo corde profitentur, ſimplici voluntate [d] veniſſe. Et primo quidem fratres noſtri probatæ fidei, amantes pacem, unitatem optantes tumorem [e] illum horum mollitum jam annunciabant. Fides tamen non idonea, ut facile nobis credere daretur, illos penitus eſſe mutatos. Poſtea vero Urbanus & Sidonius confeſſores ad presbyteros noſtros venerunt, affirmantes Maximum confeſſorem & presbyterum ſecum pariter cupere in eccleſiam redire: ſed quoniam multa præceſſerant ab eis deſignata, quæ tu quoque a coepiſcopis noſtris & literis meis cognoviſti: ut non temere eis fides haberetur, ex ipſorum ore & confeſſione, iſta quæ per legationem mandaverant, placuit audiri. Qui cum veniſſent, & a presbyteris, quæ * geſſerant, exigerentur, noviſſime quod per omnes eccleſias literæ calumniis & maledictis plenæ, eorum nomine [f] frequenter miſſæ fuiſſent, & pene omnes eccleſias perturbaſſent, circumventos ſe eſſe affirmaverunt, neque in iſtis literis quid ineſſet, ſciſſe: tantummodo circumductos ſe, commiſiſſe quoque [g] ſchiſmata, & hæreſis auctores fuiſſe: ut paterentur ei manus quaſi in epiſcopum imponi. Qui, cum hæc & cetera eis fuiſſent exprobrata, ut abolerentur, & de memoria.

b anno 252.

c ii

d venerunt

e illorum

* geſta erant

f frequentes

g ſchiſmatica,

ria tollerentur, deprecati sunt. Omni igitur A actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium. Adfuerunt etiam episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, ut firmato consilio, quid circa personas eorum observari deberet, consensu omnium statueretur. Et ut * motum omnium & consilium singulorum dignosceres, etiam sententias nostras placuit in notitiam vestri perferri, quas & subjectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Urbanus, Sidonius, & Macarius, & plerique fratres, qui se eis adjunxerant, summis precibus desiderantes, ut ea quæ ante fuerant gesta, in oblivionem cederent, nullaque eorum mentio haberetur, proinde atque si nihil esset vel commissum vel dictum, B invicem omnibus remissis, cor mundum & purum jam Deo exhiberent, sequentes evangelicam vocem, dicentem *beatos esse puros corde, quoniam ipsi Deum videbunt*. Quod erat consequens, omnis hic actus populo fuerat insinuandus, ut & ipsos viderent in ecclesia constitutos, quos errantes & palabundos jamdiu viderant, & dolebant. Quorum voluntate cognita, magnus fraternitatis concursus factus est. Una vox erat omnium, gratias Deo agentium, gaudium pectoris lacrymis exprimentium, complectentium eos, quasi hodie pœna carceris fuissent liberati. Et ut ipsorum propria verba designem: *Nos* [a], inquiunt, *Cornelium episcopum sanctissimæ catholicæ ecclesiæ, ele-* C *ctum a Deo omnipotente, & Christo domino nostro, scimus. Nos errorem nostrum confitemur: Nos imposturam passi sumus, circumventi sumus perfidia & loquacitate* * *captiosa. Nam etsi videbamur quasi quamdam communicationem cum schismatico & hæretico homine habuisse, sincera tamen mens nostra semper in ecclesia fuit. Nec enim ignoramus unum Deum esse, & unum Christum esse dominum, quem confessi sumus, unum Spiritum sanctum, unum episcopum in catholica ecclesia esse debere.* Ista eorum professione non moveremur: ut quod apud potestatem sæculi erant confessi, in ecclesia constituti comprobarent? Quapropter Maximum presbyterum locum suum [b] ignoscere jussimus: ceteros cum ingenti populi suffragio recepimus. Omnia au- D tem remisimus Deo omnipotenti, in cujus potestate sunt omnia reservata. Hæc igitur, frater carissime, eadem hora, eodem momento ad te perscripta transmisimus, & Nicephorum [c] acolythum, descendere ad navigandum festinantem, de statione ad vos statim dimisi, ut nulla procrastinatione habita, velut præsens in isto clero, & in isto populi cœtu, Deo omnipotenti & Christo domino nostro gratias ageres. Credimus autem fore, quinimmo jam pro certo confidimus, ceteros quoque, qui in hoc errore sunt constituti, in ecclesiam brevi reversuros, cum auctores suos viderint nobiscum agere. Has literas puto te debere, frater carissime, & ad ceteras ecclesias mittere, E ut omnes sciant schismatici hujus & hæretici dolum & prævaricationem de die in diem evacuari. Bene vale, frater carissime.

* votum

Matth. 5.

a Formula professionis Maximi & aliorum pœnitentium & ad ecclesiam redeuntium, quam utinam imitentur schismatici omnes atque hæretici.

* factiosa.

Unus episcopus in catholica ecclesia.

b agnoscere

c acolytum vel acoluthum.

EPISTOLA [a] VI.

CORNELII PAPÆ AD CYPRIANUM.

De factione Novatiani cum suis.

Cornelius Cypriano fratri salutem.

NE quid minus ad pœnam futuram hujus [b] scelerati hominis deesset, prostratus virtutibus Dei (cum Maximus, & Longinus, & [c] Machæus inde fuissent expulsi) denuo resurrexit: & sicut prioribus literis tibi, quas per Augendum confessorem misi, significavi, puto Nicostratum, & Novatum, & Evaristum, & Primum, & Dionysium, illo jam pervenisse. Invigiletur ergo, ut omnibus coepiscopis nostris & fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, & non solum patronæ suæ carnali, cujus rationes gessit, fraudes & rapinas fecisse, verum etiam, quod est illi ad perpetuam pœnam reservatum, ecclesiæ deposita non modica abstulisse: Evaristum vero auctorem schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antea præfuerat, Zetum, in locum ejus episcopum esse constitutum. Majora vero & graviora hic designavit malitia & inexplebili pravitate sua, quam quæ illic apud suos semper exercuit, ut scias quales duces & protectores iste schismaticus & hæreticus lateri suo semper junctos habeat.

EPISTOLA VII.

CORNELII PAPÆ AD CYPRIANUM

In causa rebaptizandi venientes ab hæresi.

DIlectionis tuæ non delectabilia, & contra fidei regulam scripta suscepi, in quibus nauseas recognovi, & venena sermonum adversus catholicam per totum orbem diffusam Ecclesiam horribilibus a te superseri zizaniis non laudavi. Quæ peto velociter tollas ac prædamnes. Quod prius quidem te facere oportebat quam in mundo lethale virus adspersum simplicium & innocentium interficeret mentes. Non ergo dignum est rebaptizare. Ergo eradica, & extrica, ut diximus, florulentis sermonibus atque dignis per posteriorem epistolam priora scripta, quæ contra catholicam fidem [d] servare censuerunt genimina viperarum. Non enim decet tantæ urbis antistitem excellentissimumque doctorem, ut dum putas hæresis baptisma prædamnandum, verum baptisma sermonibus maculare [e] audias quæ doles contra apostolum scilicet repugnare dicentem: *unus Deus, una fides, unum baptismum.*

D. CY-

D. CYPRIANI CARTHAGINENSIS EPISCOPI

EPISTOLÆ AD CORNELIUM PAPAM

Quæ cum ad præcedentium historiam & intelligentiam multum conferant, huc eas transtulimus.

EPISTOLA I. [a] CYPRIANI AD CORNELIUM PAPAM.

Quod ordinationem Novatiani non receperit.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

VEnerunt ad nos, frater carissime, missi a Novatiano, Maximus presbyter, & Augendus diaconus, & [b] Machæus quidam, & Longinus. Sed enim cum ex literis, quas secum ferebant, & ex eorum sermone atque asseveratione Novatianum episcopum factum comperissemus, illicitæ & contra ecclesiam catholicam factæ ordinationis pravitate commoti, a communicatione eos nostra statim cohibendos esse censuimus, refutatis interim ac retusis quæ obstinate ac pertinaciter asserere tentabant. Nam ego & collegæ mei plurimi, qui ad me convenerant, expectavimus adventum collegarum nostrorum Caldonii & Fortunati, quos ad te nuper & coepiscopos nostros, qui ordinationi tuæ adsuerant, legatos miseramus, ut eis adventantibus, & rei gestæ veritatem reportantibus, majore auctoritate, & [c] elucidata per eos probatione, partis adversæ improbitas frangeretur: supervenerunt vero Pompejus & Stephanus collegæ nostri, qui & ipsi quoque ad instruendos illic nos, manifesta secundum gravitatem ac fidem suam indicia ac testimonia protulerunt, ut nec necesse fuerit audiri ultra eos qui a Novatiano venerant missi: qui cum in statione, invidiosis quoque conviciis & clamoribus turbulentis prorumperent, & flagitarent ut crimina, quæ se afferre ac probare dicebant, publice a nobis & a plebe cognoscerentur, gravirati nostræ negavimus convenire, ut collegæ nostri jam delecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, [d] ventilari ultra famam ore maledico & æmulantium voce pateremur. Et quia, quibus refutati & compressi sunt, & illicitis conatibus hæresim fecisse nudati sunt, in epistolam congerere longum fuit, ex Primitivo compresbytero nostro plenissime singula, cum ad vos venerit, audietis. Ac ne eorum furens audacia unquam desisteret, hic quoque in schismatis partes Christi membra distrahere, & catholicæ ecclesiæ corpus unum scindere ac laniare nituntur, ut ostiatim per multorum domos, vel oppidatim per quasdam civitates discurrentes, obstinationis suæ, & erroris scissi sibi quærant comites. Quibus semel responsum dedimus, nec mandare desistimus, ut pernicioſa dissensione & concertatione deposita, impietatem esse sciant matrem deserere, & agnoscant atque intelligant, episcopo semel facto, & collegarum ac plebis testimonio & judicio comprobato, alium constitui nullo modo posse: proinde pacifice sibi ac fideliter consuluisse, ut si se assertores evangelii & Christi esse confitentur, prius ad ecclesiam revertantur: Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA [a] II. CYPRIANI AD CORNELIUM.

[a] X I, I I. edit. Pam & Rig.

De ordinatione ejus a se comprobata, & Feliciſſimo.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

QUOD servis Dei, & maxime sacerdotibus justis & pacificis congruebat, frater carissime, miseramus nuper collegas nostros Caldonium & Fortunatum, ut non tantum persuasione literarum nostrarum, sed præsentia sua, & consilio omnium vestrum, eniterentur quantum possent, & elaborarent, ut ad ecclesiæ catholicæ unitatem scissi corporis membra componerent, & Christianæ caritatis vinculo copularent. Sed quoniam diversæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia, non tantum radicis & matris sinum atque complexum recusavit, sed etiam glisceute & in pejus reerudescente discordia, episcopum sibi constituit, & contra sacramentum semel traditum divinæ dispositionis & catholicæ unitatis, adulterium & contrarium caput extra ecclesiam fecit: acceptis literis tam tuis, quam collegarum nostrorum, item adventantibus bonis viris, & nobis carissimis collegis nostris Pompejo & Stephano, a quibus hæc omnia nobis cum [b] lætitia communi asseverata sunt firmiter & probata, secundum quod divinæ traditionis, & ecclesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter veritas exigebat, literas nostras ad te direximus. Sed & per provinciam nostram hæc eadem collegis nostris singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum literis dirigendos esse mandavimus, quamquam mens nostra & propositum jam tunc fratribus & plebi illic universæ manifestatum fuisset, quando literis nuper ab utraque parte susceptis, tuas literas legimus, & episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimavimus. Honoris etiam communis memores, & * gravitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectum tenentes ea quæ ex diverso in librum ad nos transmissum congesta fuerant, acerbationibus criminosis respuimus, considerantes pariter & ponderantes, quod in tanto fratrum religiosoque conventu confidentibus Dei sacerdotibus, & altari posito, nec legi debeant, nec audiri. Neque enim facile promenda sunt, & incaute ac temere publicanda, quæ discordioso stylo scripta audientibus scandalum moveant, & fratres longe positos, ac trans mare constitutos, incerta opinione confundant. Viderint, qui vel furori suo, vel libidini servientes, & divinæ legis ac sanctitatis immemores, jactitare interim gestiunt, quæ probare non possunt. Et cum innocentiam destruere, atque expugnare non valeant, satis habent, fama mendacii & falso rumore maculas inspergere. Certe quod præpositis & sacerdotibus congruit, danda opera est, ut talia cum a qui-

[b] tristitia

* gratiæ

quibuſdam ſcribuntur, per nos reſpuantur. Ubi enim erit, quod diſcimus ac docemus ſcriptum eſſe, *Contine linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur inſidioſe?* Item alibi: *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua compleſtebatur inſidias: Sedens adverſus fratrem tuum detrahebas, & adverſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum?* Item quod apoſtolus dicit: *Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: ſed bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* Porro hæc fieri debere oſtendimus, ſi quando talia quorumdam calumnioſa temeritate conſcripta ſunt, legi apud nos non patimur. Et idcirco, frater cariſſime, cum ad me talia adverſum te & compresbyteros tecum conſidentes ſcripta veniſſent, & clero & plebi legi præcepi, quæ religioſam ſimplicitatem ſonabant, nec ullis maledictorum & conviciorum latratibus perſtrepebant. Quod autem ſcripta collegarum noſtrorum, qui illic ordinationi tuæ adfuerant, deſideravimus, non veteres mores obliti, novum aliquid quærebamus. Nam ſatis erat, ut tu te epiſcopum factum literis nunciares: niſi eſſet ex diverſo diſcrepans factio, quæ criminoſis & calumnioſis commentis ſuis collegarum pariter ac fratrum plurimorum turbaret mentes, & corda confunderet. Cui rei ſopiendæ neceſſarium duximus, ut ſcribentium nobis inde collegarum noſtrorum firma & ſolida auctoritas * pareretur, qui moribus ac vitæ & diſciplinæ tuæ condigna literarum ſuarum teſtimonia prædicantes, æmulis quoque & rerum vel novitate vel pravitate gaudentibus, omnem ambigendi, & diſcrepandi ſcrupulum ſuſtulerunt, & ſecundum conſilium noſtrum ſalubri ratione * liberatas in hoc fluctu æſtuantium fratrum mentes, ſincere ac firmiter tuum ſacerdotium probaverunt. Hoc enim vel maxime, frater, & laboramus, & laborare debemus, ut unitatem a domino, & per apoſtolos nobis ſucceſſoribus traditam, quantum poſſumus, obtinere curemus: & quod in nobis eſt, palabundas & errantes oves, quas quorumdam pervicax factio, & hæretica tentatio a matre ſecernit, in eccleſiam colligamus, illis ſolis foris remanentibus, qui in obſtinatione ſua vel furore perſeveraverunt, & ad nos redire noluerunt; diſcretionis ac ſeparationis a ſe factæ, & eccleſiæ derelictæ, ipſi rationem domino reddituri. Quantum vero hic ad [a] presbyterium quorumdam & Feliciſſimi cauſam pertinet, quid hic actum ſit, ut ſcire poſſes, literas ad te collegæ noſtri manu ſua ſubſcriptas miſerunt. Qui, auditis eis, quid ſenſerint, & quid pronunciaverint, ex eorum literis diſces. Melius autem, frater, facies, ſi etiam exempla literarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi per Caldonium & Fortunatum collegas noſtros proxime miſeram, quæ de eodem Feliciſſimo & de presbyterio ejuſdem ad * clerum iſtic noſtrum & ad plebem ſcripſeram, legi illic fratribus jubeas, quæ & ordinationem & rationem rei geſtæ loquantur, ut tam iſtic, quam illic circa omnia per nos fraternitas inſtruatur. Exemplaria autem eadem nunc quoque per Mettium hypodiaconum a me miſſum & Nicephorum acolythum tranſmiſi. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

Pſal. 33. *Pſal. 49.* *Epheſ. 4.*

* pararetur,

* libratæ

[a] f. presbyterorum.

* Eccleſiam noſtram & ad plebem,

EPISTOLA III. [a] CYPRIANI,

AD CORNELIUM.

Quod ad confeſſores a Novatiano ſeductos literas fecit.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

ET religioſum nobis, & neceſſarium exiſtimavi, frater cariſſime, ad confeſſores, qui illic ſunt, & Novatiani & Novati obſtinatione & pravitate ſeducti, de eccleſia receſſerunt, literas breves facere, quibus eos pro affectione mutua convenirem, ut ad matrem ſuam, id eſt, eccleſiam catholicam, revertantur: quas literas tibi a Mettio hypodiacono legi prius mandavi, ne quis aliud me ſcripſiſſe fingeret, quam quod meis literis continetur. Mandavi tamen eidem Mettio a me ad vos miſſo, ut de tuo arbitrio rem gerat: & ſi eaſdem literas confeſſoribus putaveris eſſe reddendas, tunc eas tradat. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

EPISTOLA IV. [b] CYPRIANI,

AD CORNELIUM.

De Polycarpo Adrumetino.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

LEGI literas tuas, frater cariſſime, quas per Primitivum compresbyterum noſtrum miſiſti, in quibus te comperi motum, quod cum de [c] Adrumetina colonia Polycarpi nomine ad te literæ dirigerentur, poſteaquam nos, ego & Liberalis, in eumdem locum veniſſemus, cœpiſſent illuc ad presbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod ſcire te volumus, & pro certo credere, nulla id levitate aut contumelia factum. Sed cum ſtatuiſſemus collegæ complures, qui in unum conveneramus, ut legatis ad vos coepiſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis, omnia interim integra ſuſpenderentur, donec ad nos iidem collegæ noſtri, rebus illic aut ad pacem redactis, aut pro veritate compertis, redirent: presbyteri & diaconi in Adrumetino conſiſtentes, Polycarpo coepiſcopo noſtro abſente, ignorabant, quid nobis in commune placuiſſet. At ubi nos in præſentiam venimus, comperto conſilio noſtro, ipſi quoque id, quod & ceteri, obſervare cœperunt, ut in nullo eccleſiarum iſtic conſiſtentium conſenſio diſcreparet. Quidam tamen mentes nonnunquam & animos ſermonibus ſuis turbant, dum aliter quædam, quam ſe habet veritas, nunciant. Nos enim ſingulis navigantibus, ne cum ſcandalo ullo navigarent, rationem reddentes, ſcimus nos hortatos eos eſſe, ut eccleſiæ catholicæ matricem & radicem agnoſcerent, & tenerent. Sed quoniam latius fuſa eſt noſtra provincia, habet enim Numidiam & Mauritanias duas ſibi cohærentes, ne in urbe ſchiſma factum abſentium animos incerta opinione confunderet, placuit, ut per epiſcopos, retenta a nobis rei veritate,

& ad

& ad comprobandam ordinationem tuam, facta auctoritate majore, tum demum scrupulo omni de singulorum pectoribus excusso, per omnes omnino in provincia ista positos, literæ fierent, sicuti fiunt, ut te universi collegæ nostri & communicationem tuam, id est, catholicæ ecclesiæ unitatem pariter & caritatem probarent firmiter ac tenerent. Quod divinitus eveniſſe, & consilium nostrum providenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatus tui & veritas pariter & dignitas apertissima luce & manifestissima & firmissima comprobatione fundata est, ut ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, & ex relatione ac testimoniis coepiscoporum, Pompeii & Stephani, & Caldonii, ac Fortunati, ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio justa, & glorioſa quoque innocentia ab omnibus noscetur. Quod ut simul cum ceteris quoque collegis nostris stabiliter ac firmiter administremus, atque ut catholicæ ecclesiæ pacem concordiæ unanimitate teneamus, perficiat divina protectio, ut dominus, qui sacerdotes sibi in ecclesia sua eligere & constituere dignatur, electos quoque & constitutos, sua voluntate atque opitulatione tueatur, gubernantes inspirans, ac subministrans, & ad improborum contumaciam frænandam, vigorem, & ad lapsorum fovendam pœnitentiam, lenitatem. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA a V. CYPRIANI AD CORNELIUM.

a II. amegal.

Responsum congratulatorium, de confessorum reditu ex schismate.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

ET egisse nos, & agere, frater carissime, maximas gratias sine cessatione profitemur Deo patri omnipotenti, & Christo ejus, domino, & Deo nostro salutari, quod sic ecclesia divinitus protegatur, ut unitas ejus & sanctitas non jugiter, nec in totum perfidiæ & hæreticæ pravitatis obstinatione vitietur. Legimus enim literas vestras, & voti communis ampliſſimum gaudium exultanter excepimus, Maximum presbyterum & Urbanum confessores, cum Sidonio & Macario ad ecclesiam catholicam regressos esse, id est, errore depositio & schismatico, imo hæretico furore deserto, unitatis ac veritatis domicilium fideli sanitate repetiisse, ut unde ad gloriam processerant, illuc glorioſi redirent: ne qui Christum confessi essent, Christi postmodum castra desererent: nec tentarent caritatis atque unitatis fidem, qui victi robore & virtute non fuerant. Ecce incolumis & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta & solida confitentium dignitas, a desertoribus & profugis recessisse, proditores fidei & ecclesiæ catholicæ impugnatores reliquisse. Merito illos revertentes, summo (ut scribitis) gaudio, & clerus, & plebs, & fraternitas omnis excepit: quoniam in confessoribus gloriam suam conservantibus, & ad unitatem revertentibus, nemo non socium se & participem eorum gloriæ computat. Hujus diei lætitiam de nostris possumus sensibus æstimare. Nam cum istic ad literas vestras, quas de eorum confessione misistis, lætatus sit omnis fratrum numerus, & summa alacritate hunc nuncium communis gratulationis exceperit, quid illic, ubi res ipsa & præsens lætitia sub oculis omnium gerebatur? Cum enim dominus in evangelio suo dicat, *esse summum gaudium in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente*: quanto majus est gaudium & in terris pariter & in cœlo, super confessoribus ad ecclesiam Dei cum gloria sua & cum laude redeuntibus, & redeundi viam ceteris exempli sui fide & probatione facientibus? Hic enim quosdam fratres nostros error induxerat, quod sibi communicationem confessorum sequi viderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & ecclesia catholica una esse, nec scindi nec dividi posse monstrata est. Nec quisquam jam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, cum probatum sit, bonos & glorioſos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia, & perfidia extra ecclesiam detineri. Opto te, frater carissime, semper bene valere. Luc. 15.

EPISTOLA a VI. CYPRIANI

a XLIX. edit. Pam. & Rig.

Responsum ad Cornelium de Novati sceleribus.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

ET cum diligentia & cum dilectione fecisti, frater carissime, festinato ad nos mittendo Nicephorum acolythum, qui nobis & de confessoribus regressis glorioſam lætitiam nunciaret, & adversus Novatiani & Novati novas & pernicioſas ad impugnandam Christi ecclesiam machinas pleniſſime instrueret. Nam cum pridie istuc veniſſet hæreticæ pravitatis nocens factio, ipsa jam perdita, & alios qui sibi consenserint perditura, postero die Nicephorus cum vestris litteris supervenit: quibus & didicimus, & docere atque instruere ceteros cœpimus, Evaristum de episcopo jam nec laicum remansisse, cathedræ & plebis extorrem, & de ecclesia Christi exulem, per alias longe provincias oberrare, & ipsum veritatis ac fidei naufragum factum, circa quosdam sui similes paria naufragia concitare: Nicostratum vero, diaconio sanctæ administrationis amisso, ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis, & viduarum ac pupillorum depositis denegatis, non tam in Africam venire voluisse, quam conscientia rapinarum & criminum nefandorum, illinc ab urbe fugisse: & nunc ecclesiæ desertor ac profugus, quasi mutasse sit hominem, mutare regionem, confessorem se ultra jactat & prædicat, cum Christi confessor nec dici, nec esse jam possit, qui ecclesiam Christi negavit. Nam cum Paulus apostolus dicat: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carne una. Sacramentum illud magnum est, ego autem dico in Christum & in Ecclesiam.* Cum hoc, inquam, beatus apostolus dicat, & Christi pariter atque ecclesiæ unitatem individuis nexibus cohærentem sancta sua voce testetur, quomodo potest esse cum Christo, qui cum sponsa Christi atque in ejus ecclesia non est? Aut Ephes. 5.

Aut quomodo assumit sibi regendæ aut gubernandæ ecclesiæ curam, qui spoliavit & fraudavit ecclesiam Christi? Nam de Novato nihil inde ad nos fuerat nunciandum, cum magis per nos vobis debeat Novatus ostendi, rerum novarum semper cupidus, avaritiæ inexplebilis rapacitate furibundus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflatus, semper istic episcopis male cognitus, quasi hæreticus semper & perfidus, omnium sacerdotum voce damnatus, curiosus semper, ut prodat: ad hoc adulatur, ut fallat: nunquam fidelis, ut diligat: fax & ignis, ad conflanda seditionis incendia: turbo & tempestas, ad fidei facienda naufragia: hostis quietis, tranquillitatis adversarius, pacis inimicus. Denique Novato illinc a vobis recedente, id est, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & glorioſi ac boni confessores, qui de ecclesia, illo incitante, discesserant, posteaquam ab urbe ille discessit, ad ecclesiam reverterunt. Idem est Novatus, qui apud nos primum discordiæ & schismatis incendium seminavit, qui quosdam istic ex fratribus ab episcopo segregavit, qui in ipsa persecutione ad avertendas fratrum mentes, alia quædam persecutio nostris fuit. Ipse est qui Felicissimum satellitem suum, diaconum, nec permittente me, nec sciente, sua factione & ambitione constituit; & cum sua tempestate Romam quoque ad evertendam ecclesiam navigans, similia illic & paria molitus est, a clero portionem plebis avellens, fraternitatis bene sibi cohærentis, & se invicem diligentis concordiam scindens. Plane quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic majora & graviora commisit. Qui istic adversus ecclesiam diaconum fecerat, illic episcopum fecit. Nec hoc quisquam miretur in talibus. Feruntur mali semper suo furore dementes: & posteaquam scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratæ mentis agitantur. Nec remanere in ecclesia Dei possunt, qui deificam & ecclesiasticam disciplinam nec actus sui conversatione, nec morum pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoque ecclesiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in ejus furore conspicimus. Pater etiam ejus in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodum nec sepultus. Uterus uxoris calce percussus, & abortione properante, in parricidium partus expressus: & damnare nunc audet sacrificantium manus, cum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius, qui nascebatur, occisus est. Hanc conscientiam criminum jam pridem timebat: propter hoc se non de presbyterio excitari tantum, sed & communicatione prohiberi, pro certo tenebat. Et urgentibus fratribus, imminebat cognitionis dies, quo apud nos causa ejus ageretur, nisi persecutio ante veniſſet, quam iste voto quodam evadendæ & lucrandæ damnationis excipiens, hæc omnia commisit & miscuit, ut qui ejici de ecclesia & excludi debebat, judicium sacerdotum voluntaria discessione præcederet: quasi evasisse sit pœnam, prævenisse sententiam. Circa ceteros autem fratres elaboramus, quos ab eo circumventos dolemus, ut veteratoris pernicioſum latus fugiant, ut lethales laqueos solicitantis evadant, ut, de qua ille pelli divinitus meruit, ecclesiam repetant. Quos quidem, domino adjuvante, per ejus misericordiam regredi posse confidimus. Neque enim potest perire, nisi quem constat esse periturum, cum dominus in evangelio suo dicat: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* Qui plantatus non est in præceptis Dei patris & monitis, solus poterit de ecclesia ille discedere: solus, episcopis derelictis cum schismaticis & hæreticis in furore remanere. Ceteros vero nobiscum adunabit Dei patris misericordia, & Christi Domini nostri indulgentia, & nostra patientia. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

EPISTOLA * VII. CYPRIANI AD CORNELIUM.

De Fortunato & Feliciſſimo, ſive contra hæreticos.

Cyprianus Cornelio fratri ſalutem.

† LEgi literas tuas, frater carissime, quas per Saturum fratrem nostrum acolythum misisti, & dilectionis fraternæ, & ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas, quibus significasti, Felicissimum hostem Christi, non novum, sed jam pridem ob crimina sua plurima & gravissima abstentum, & non tantum mea, sed & plurimorum coepiscoporum sententia condemnatum, rejectum a te illic esse: & cum venisset, stipatus * caterva & factione desperatorum, vigore pleno (quo episcopum agere oportet) pulsum de ecclesia esse, de qua jam pridem cum sui similibus, Dei majestate & Christi domini, & judicis nostri severitate depulsus est, ne schismatis & dissidii auctor, ne pecuniæ commissæ sibi fraudator, ne stuprator virginum, ne matrimoniorum multorum depopulator atque corruptor, ultra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctam, pudicam, præsentiæ suæ dedecore, & impudica atque incesta contagione violaret.

† Sed enim lecta alia tua epistola, frater, quam primis literis subjunxisti, satis miratus sum, cum animadvertissem, te minis atque terroribus eorum qui venerant aliquantum esse commotum, cum te, secundum quod scripsisti, aggressi essent cum summa desperatione, comminantes, quod si literas quas attulerant, non accepisses, publice eas recitarent, & multa turpia ac probrosa, & ore suo digna, proferrent. Quod si ita res, est, frater carissime, ut nequissimorum timeatur audacia, & quod mali jure atque æquitate non possunt, temeritate atque desperatione perficiant, actum est de episcopatus vigore, & de ecclesiæ gubernandæ sublimi ac divina potestate: nec Christiani ultra aut durare, aut esse jam possumus, si ad hoc ventum est, ut perditorum minas atque insidias pertimescamus. Nam & Gentiles & Judæi minantur, & hæretici, atque omnes, quorum pectora & mentes diabolus obsidet, venenatam rabiem suam quotidie furiosa voce testantur: non tamen idcirco cedendum est, quia minantur: aut ideo adversarius & inimicus major est Christo, quia tantum sibi vindicat & assumit in sæculo. Manere debet apud nos, frater carissime, fidei robur

bur immobile, & ſtabilis, atque inconcuſſa virtus contra omnes incurſus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ objacentis fortitudine & mole debet obſiſtere. Nec intereſt, unde epiſcopo aut terror aut periculum veniat, qui terroribus & periculis vivit obnoxius, & tamen ſit de ipſis terroribus & periculis glorioſus. Neque enim ſolas Gentilium vel Judæorum minas cogitare & ſpectare debemus, cum videamus ipſum dominum a fratribus eſſe detentum, & ab eo, quem inter apoſtolos ipſe delegerat, proditum: inter initia quoque mundi, Abel juſtum non niſi frater occiderit, & Jacob fugientem perſecutus ſit frater infeſtus, & Joſeph puer venierit vendentibus fratribus. In evangelio etiam legimus eſſe prædictum, magis domeſticos inimicos futuros: & qui prius copulati ſacramento unanimitatis fuerint, ipſos invicem tradituros. Nihil intereſt, quis tradat aut ſæviat, cum Deus tradi permittat, quos diſponit coronari. Neque enim nobis ignominia eſt, pati a fratribus, quod paſſus eſt Chriſtus: nec illis gloria eſt, facere quod fecerit Judas. Quæ autem ſui elatio eſt, quæ comminantium tumens & inflata ac vana jactatio, illic abſenti minari, cum hic me habeant in poteſtate præſentem? Convicia eorum, quibus ſe & vitam ſuam quotidie lacerant, non timemus: fuſtes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus jactant, non perhorreſcimus. Quod in illis eſt, homicidæ ſunt apud Deum tales: necare tamen non poſſunt, niſi eis dominus necare permiſerit. Et cum nobis ſemel moriendum ſit, illi tamen & verbis & delictis ſuis quotidie perimunt. Sed non idcirco, frater cariſſime, relinquenda eſt nobis eccleſiaſtica diſciplina, aut ſacerdotalis ſolvenda cenſura, quoniam conviciis infeſtamur, aut terroribus quatimur, quando occurrat & moneat ſcriptura divina dicens: *Ille vero qui præſumit, & contumax eſt, vir ſui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tamquam infernus animam ſuam.* Et iterum: *Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria ejus in ſtercora erit & in vermes. Hodie extollitur, & cras non invenietur, quoniam converſus eſt in terram ſuam, & cogitatio ejus periit.* Et iterum: *Vidi impium exaltatum, & extolli ſuper cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.* Exaltatio & inflatio, & arrogans ac ſuperba jactatio, non de Chriſti magiſterio, qui humilitatem docet, ſed de Antichriſti ſpiritu naſcitur, cui exprobrat per prophetam dominus, & dicit: *Tu autem dixiſti in animo tuo, in cœlum aſcendam, ſuper ſtellas Dei ponam ſedem meam. Sedebo in monte alto, ſuper montes altos in Aquilonem, aſcendam ſuper nubes, & ſimilis ero altiſſimo.* Et addidit dicens: *Tu vero ad inferos deſcendes in fundamenta terræ, & qui videbunt te, ſuper te mirabuntur.* Unde & parem talibus pœnam ſcriptura divina loco alio comminatur, & dicit: *Dies enim domini ſabaoth ſuper omnem injurioſum & ſuperbum, & ſuper omnem elatum & excelſum.* De ore itaque & de verbis ſuis unuſquiſque ſtatim proditur, & utrum Chriſtum in corde ſuo, an vero Antichriſtum habeat, loquendo detegitur, ſecundum quod dominus in evangelio ſuo ait: *Progenies viperarum, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis nequam? De abundantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono theſauro emittit bona, & nequam homo de nequam theſauro emittit nequam.* Unde & dives ille peccator, qui de Lazaro in ſinu Abrahæ poſito, atque in refrigerio conſtituto, implorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur; inter omnes corporis partes magis os ejus & lingua dat pœnas, quia plus ſcilicet lingua ſua & ore peccaverat. Nam cum ſcriptum ſit: *Neque maledici regnum Dei conſequentur*; & iterum in evangelio ſuo dominus dicat: *Qui dixerit fratri ſuo, fatue, & qui dixerit raca, reus erit gehennæ ignis*; quomodo poſſunt cenſuram Dei ultoris evadere, qui talia ingerunt non ſolum fratribus, ſed & ſacerdotibus; quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur, ut quiſquis ſacerdoti ejus, & ad tempus hic judicanti, non obtemperaret, ſtatim necaretur? In Deuteronomio dominus Deus loquitur, dicens: *Et homo * quæcumque fecerit in ſuperbia, ut non exaudiat ſacerdotem aut judicem, quicumque fuerit, in diebus illis morietur homo ille; & omnis populus, cum audierit, timebit, & non agent impie etiam nunc.* Item ad Samuelem, cum a Judæis ſperneretur, Deus dicit: *Non te ſpreverunt, ſed me ſpreverunt.* Et dominus quoque in evangelio: *Qui audit*, inquit, *vos, me audit, & eum qui me miſit: & qui rejicit vos, me rejicit: qui me rejicit, rejicit eum qui me miſit.* Et cum leproſum mundaſſet: *Vade*, inquit, *& demonſtra te ſacerdoti.* Et cum poſtea tempore paſſionis alapam accepiſſet a ſervo ſacerdotis, cumque ei dixiſſet, *Sic reſpondes pontifici?* adverſus pontificem dominus contumelioſe nihil dixit, nec quidquam de ſacerdotis honore detraxit, ſed innocentiam ſuam magis aſſerens & oſtendens: *Si male*, inquit, *locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem bene, quid me cædis?* Item in Actibus apoſtolorum poſtmodum beatus Paulus, cum ei dictum eſſet: *Sic inſilis in ſacerdotem Dei maledicendo?* quamvis domino jam crucifixo, ſacrilegi & impii & cruenti illi eſſe cœpiſſent, nec jam quidquam de ſacerdotali honore & auctoritate retinerent: tamen ipſum, quamvis inane nomen & umbram quamdam ſacerdotis cogitans Paulus, *Neſciebam*, inquit, *fratres, quia pontifex eſt: ſcriptum eſt enim: Principem populi tui non maledices.* Cum hæc tanta ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus ſacerdotalis auctoritas & poteſtas de divina dignatione firmatur; quales putas eſſe eos, qui ſacerdotum hoſtes & contra eccleſiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quam inde quod ſacerdoti Dei non obtemperatur; nec unus in eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus judex vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundum magiſteria divina obtemperaret fraternitas univerſa, nemo adverſum ſacerdotum collegium quidquam moveret: nemo poſt divinum judicium, poſt populi ſuffragium, poſt coepiſcoporum conſenſum, judicem ſe jam non epiſcopi, ſed Dei faceret: nemo diſſidio unitatis Chriſti eccleſiam ſcinderet: nemo ſibi placens, ac tumens, ſeorſum foris novam hæreſim conderet, niſi ſi ita eſt aliquis ſacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet, ſine Dei judicio fieri ſacerdotem: cum dominus in evangelio ſuo dicat: *Nonne duo paſſeres*

* quicumque fuerit in

1. Cor. 6
Matth. 5.
Deut. 17
1. Reg. 8
Luc. 10
Matth. 8
Joan 18.
Luc. 18
Act. 23.
Ibidem

seres esse veneunt, & neuter eorum cadit in terram sine Patris vestri voluntate? Cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non scien-
Matth. 10. te, aut non permittente Deo, in ecclesia Dei fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores ejus non de ejus sententia ordinari? Hoc est fidem non habere, qua vivimus: hoc est Deo honorem non dare, cujus nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus. Plane episcopi non de voluntate Dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem evangelii fiunt, sicut ipse dominus
Osee 8. in duodecim prophetis ponit, & dicit, *Sibi metipsis regem constituerunt, & non per me.* Et
Osee 9. iterum: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabuntur.* Et per Isajam quoque Spiritus sanctus clamat, &
Isai. 30. dicit: *Væ vobis filii desertores, Hæc dicit dominus: Habuistis consilium, & non per me: & feeistis conventionem, & non per spiritum meum, adjicere peccata super peccata.* Ceterum dico enim provocatus, dico dolens, dico compulsus, quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi universi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter junctus, plebi suæ in episcopatu quadriennio jam probatus, in quiete serviens disciplinæ, in tempestate proscriptus, applicito & adjuncto episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus in circo, in amphitheatro, dominicæ dignationis testimonio honoratus: his ipsis etiam diebus, quibus has ad te literas feci, ob sacrificia quæ edicto proposito celebrare populus jubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo, cum talis, frater carissime, a quibusdam desperatis & perditis, & extra ecclesiam constitutis, impugnari videtur: apparet, quis impugnet, non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit aut protegit, sed ille qui Christi adversarius, & ecclesiæ ejus inimicus, ad hoc ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, ut gubernatore sublato, atrocius atque violentius circa ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quemquam fidelem, & evangelii memorem, atque apostoli præmonentis mandata retinentem, movere debet, frater carissime, si quidam in extremis temporibus superbi & contumaces, & sacerdotum Dei hostes aut de ecclesia recedunt, aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nunc futuros, & dominus & apostoli ejus ante prædixerint. Nec præpositum servum deseri a quibusdam, miretur aliquis, quando ipsum dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes Dei patris factorum suorum testimoniis comprobantem, discipuli sui reliquerint: & tamen ille non increpuit recedentes, aut graviter comminatus est, sed magis conversus ad apostolos
Joan. 6. suos, dixit: *Numquid & vos vultis ire?* servans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimet ipse
Matth. 16. vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem domino fuerat ecclesia, unus pro omnibus loquens, &
Joa. 6. ecclesiæ voce respondens, ait: *Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognovimus, quoniam tu es Filius Dei vivi.* Significans scilicet & ostendens, eos qui a Christo recesserint, culpa sua perire:

A ecclesiam tamen quæ in Christum credat, & quæ semel id, quod cognoverit, teneat, nunquam ab eo omnino discedere: & eos esse ecclesiam, qui in domo Dei permanent. Plantationem vero plantatam a Deo Patre non esse, quos videmus non frumenti stabilitate solidari, sed tamquam paleas, dissipantis inimici spiritu ventilari. De quibus & Joannes in epistola sua
1. dicit: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Item Paulus monet nos, cum mali de ecclesia pereunt, non moveri, nec recedentibus perfidis fidem minui. *Quid enim,* inquit, Ro
si exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Absit. Est Ti
B *enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ convenit, frater carissime, dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem quis ultro & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad ecclesiam redire noluerit, nos in die judicii inculpatos futuros, qui consulimus sanitati; illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari. Nec movere nos debent convicia perditorum, quo minus a via recta & a certa regula non recedamus, quando & apostolus instruat dicens: *Si hominibus placerem, Christi servus non* Ga
essem. Interest, utrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur,
C dominus offenditur: si vero enitimur & elaboramus, ut possimus Deo placere; & convicia & maledicta debemus humana contemnere. Quod autem tibi de Fortunato isto pseudoepiscopo, a paucis & inveteratis hæreticis constituto, non statim scripsi, frater carissime, non ea res erat, quæ in notitiam tuam deberet per nos festinato statim, quasi magna aut metuenda, perferri; maxime quando & Fortunati nomen jam satis nosses, qui est unus de quinque presbyteris, jam pridem de ecclesia profugis, & sententia coepiscoporum nostrorum, multorum & gravissimorum virorum nuper **
abstentis, qui super hac re priore anno ad te literas fecerunt. Item Felicissimum signiferum
D seditionis recognosceres, qui & ipse in iisdem coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem literis continetur, qui non tantum ab iis istic
* abstentus, sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. Cum hæc in notitia tua esse considerem, & pro certo hærere memoriæ & disciplinæ tuæ scirem, necessarium non putavi, celeriter & urgenter hæreticorum tibi ineptias nunciandas. Neque enim ad catholicæ ecclesiæ majestatem, pariter ac dignitatem pertinere debet, quid apud se hæreticorum & schismaticorum moliatur audacia. Nam & pars Novatiani Maximum presbyterum, nuper ad nos a Novatiano legatum missum, atque a nostra communicatione rejectum, nunc istic sibi fe-
E cisse pseudoepiscopum dicitur. Nec tamen de hoc tibi scripseram, quando hæc omnia contemnantur a nobis, & miserim tibi proxime nomina episcoporum istic constitutorum, qui integri & sani in ecclesia catholica fratribus præsunt. Quod utique ideo de omnium nostrorum consilio tibi placuit scribere, ut erroris diluendi, ac perspiciendæ veritatis compendium fieret, & scires tu & collegæ nostri, quibus scribere, & literas mutuo a quibus vos accipere oporteret. Si quis autem præter hos, quos epistola nostra complexi

su-

sumus, scribere vobis auderet, sciretis eum vel sacrificio, vel libello esse maculatum, vel unum de hæreticis, perversum scilicet & profanum. Nactus tamen occasionem familiarissimi hominis & clerici, per Felicianum acolythum, quem cum Perseo collega nostro miseras, inter cetera, quæ in notitiam tuam perferenda hinc fuerant, etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum istic Felicianus frater noster vel vento retardatur, vel accipiendis aliis epistolis a nobis detinetur, Felicissimo ad vos properante, præventus est: ita enim semper scelera festinant, quasi contra innocentiam festinatione prævaleant. Per Felicianum autem significavi tibi, frater, venisse Carthaginem Privatum veterem hæreticum, ita- in " Lambesitana colonia ante multos fere an- nos, ob multa & gravia delicta, nonaginta epi- 90. scoporum sententia condemnatum, anteceso- um. rum etiam nostrorum (quod & vestram conscientiam non latet) Fabiani & Donati literis severissime notatum: qui cum causam suam apud nos in concilio, quod habuimus Idibus Maiis, quæ proxime fuerunt, velle se agere diceret, nec admissus esset, Fortunatum istum sibi pseudoepiscopum, dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam, quem ipse extra ecclesiam in hæresi pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & Jovinus & Maximus comites cum Privato hæretico adfuerunt, ob nefanda sacrificia & crimina in se probata, sententia novem episcoporum collegarum nostrorum condemnati, & iterato quoque a pluribus nobis in concilio anno priore abstenti. Cum his autem quatuor junctus est & Repostus Suturnicensis, qui non tantum in persecutione ipse cecidit, sed & maximam partem plebis suæ sacrilega persuasione dejecit. Hi quinque cum paucis vel sacrificatis, vel male sibi conscius, Fortunatum sibi pseudoepiscopum cooptarunt, ut criminibus in unum convenientibus talis esset scilicet rector, quales illi qui reguntur. Hinc jam & cetera mendacia, frater carissime, potes noscere, quæ illic homines desperati & perditi ventilaverunt, ut cum de sacrificatis vel de hæreticis amplius quam quinque pseudoepiscopi non fuerint qui Carthaginem venerint, & Fortunatum sibi dementiæ suæ socium constituerint; illi tamen quasi filii diaboli, & mendacio pleni, ausi sunt, ut scribis, jactitare vigintiquinque episcopos adfuisse: quod mendacium & istic prius apud fratres nostros jactitabant, dicentes vigintiquinque episcopos de Numidia esse venturos, qui sibi episcopum facerent: quo in mendacio suo posteaquam, quinque solis convenientibus naufragis & a nobis abstentis, detecti sunt, atque confusi, Romam cum mendaciorum suorum merce navigaverunt, quasi veritas post eos navigare non posset, quæ mendaces linguas rei certæ probatione convinceret. Atque hæc est, frater, vera dementia, non cogitare, nec scire, quod mendacia non diu fallant; noctem tamdiu esse quamdiu illucescat dies: clarificato autem die, & sole oborto, luci tenebras & caliginem cedere, & quæ grassabantur per noctem latrocinia cessare. Denique si nomina ab eis quæreres, non haberent vel quos falso nominarent: tanta apud eos etiam malorum penuria est, ut ad illos nec de sacrificatis, nec de hæreticis vigintiquinque colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simplicium & abA sentium mendacio numerus inflatur; quasi etsi verus esset hic numerus, aut ab hæreticis ecclesia, aut ab injustis justitia vincatur. Nec me oportet, frater carissime, paria nunc cum illis facere, & ea quæ commiserunt atque hucusque committunt meo sermone decurrere: cum considerandum sit nobis, quid proferre & scribere sacerdotes Dei oporteat: nec tam dolor apud nos debeat, quam pudor loqui; & ne videar provocatus maledicta potius, quam crimina & peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus ecclesiæ factis: conjurationes, adulteria, & varia delictorum genera prætereo; unum illud (in quo non mea, nec hominum, sed Dei causa est) de eorum facinore non puB to esse reticendum; quod a primo statim persecutionis die, cum recentia delinquentium facinora ferverent, & sacrificiis nefandis non tantum diaboli altaria, sed adhuc manus ipsæ lapsorum atque ora fumarent, communicare cum lapsis & pœnitentiæ agendæ intercedere non destiterunt. Clamat Deus: *Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino soli*. Et dominus in evangelio dicit: *Qui me negaverit, negabo illum*. Et alio loco indignatio & ira divina non tacet, dicens: *Illis fudistis libamina, & illis imposuistis sacrificia: super hæc non indignabor? dicit dominus*. Et intercedunt, ne rogetur Deus, qui indignari se ipse testatur. Intercedunt, ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus, C qui negantem se negare profitetur. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso literas misimus, nec auditi sumus concilio frequenter acto, non consensione tantum nostra, sed & comminatione decrevimus, ut pœnitentiam fratres agerent, ut pœnitentiam non agentibus nemo temere pacem daret: & illi contra Deum sacrilegi, contra sacerdotes Dei impio furore temerarii, de ecclesia recedentes, & contra ecclesiam parricidalia arma tollentes, elaborant (ut opus suum diaboli malitia consumment) ne vulneratos divina clementia in ecclesia sua curet; miserorum pœnitentiam mendaciorum suorum fraude corrumpunt, ne Deo indignanti satisD fiat; ne Christum dominum suum, qui Christianus esse vel erubuit ante, vel timuit, postmodum quærat; ne ad ecclesiam, qui de ecclesia recesserat, redeat. Datur opera, ne satisfactionibus & lamentationibus justis delicta redimantur, ne vulnera lacrymis abluantur. Pax vera falsæ pacis mendacio tollitur, salutaris sinus matris noverca intercedente præcluditur, ne de pectore atque ore lapsorum fletus & gemitus audiatur. Compelluntur adhuc insuper lapsi, ut linguis, atque ore, quo in Capitolio ante deliquerant, sacerdotibus convicium faciant; confessores, & virgines, & justos quosque fidei laude præcipuos atque in ecclesia glorioso contumeliis & maledicis vocibus prosequantur. A quibus quidem non tam nostroE rum modestia, & humilitas, & pudor cæditur, quam illorum ipsorum spes, & vita laceratur. Neque enim qui audit, sed qui facit convicium miser est: nec qui a fratre vapulat, sed qui fratrem cædit, in lege peccator est: & cum nocentes innocentibus injuriam faciunt, illi patiuntur injuriam, qui facere se credunt. Denique hinc illis percussa mens, & hebes animus, & sensus alienus est. Ita est Dei non intelligere delicta, ne sequatur pœnitentia, sicut scriptum est: *Et dedit illis Deus spiritum transpunctionis*; ne

Exod. 22.

Matth. 10.

Isai. 57.

Isa. 29.

re-

revertantur scilicet, & curentur, & deprecationibus & satisfactionibus justis post peccata sanentur. Paulus apostolus in epistola sua ponit
2. Thes 2. & dicit: *Dilectum veritatis non habuerunt ut salvi fierent: ac propterea mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed sibi placent in injustitia.* Primus felicitatis gradus est, non delinquere: secundus, delicta cognoscere. Illic currit innocentia integra & illibata quæ servet, hic succedit medela quæ sanet: quod utrumque isti offenso Deo perdiderunt, & ut amissa sit gratia, quæ de baptismi sanctificatione percipitur, & non subveniat pœnitentia, per quam culpa curatur. An putas, frater, levia esse adversus Deum facinora, parva & modica delicta, quod per illos non rogatur majestas indignantis Dei, quod non timetur ira, & ignis, & dies domini? quod imminente Antichristo, examinatur fides militantis populi, dum tollitur vigor & timor Christi? Viderint laici hoc quomodo curent: sacerdotibus labor major incumbit in asserenda, & procuranda Dei majestate, ne quid videamur in hac parte negligere, cum admoneat dominus
Malach 2. & dicat: *Et nunc præceptum hoc ad vos est, o sacerdotes: Si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro ut detis honorem nomini meo, dicit dominus, immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram.* Honor ergo non datur Deo, quando sic Dei majestas & censura contemnitur, ut cum se ille indignari & irasci sacrificantibus dicat, & cum pœnas æternas & supplicia perpetua comminetur, proponatur a sacrilegis atque dicatur: ne ira cogitetur Dei, ne timeatur judicium domini, ne pulsetur ad ecclesiam Christi: sed sublata pœnitentia, nec ulla exomologesi criminis facta, despectis episcopis atque calcatis, pax a presbyteris verbis fallacibus prædicetur; & ne lapsi surgant, aut foris positi ad ecclesiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur? Quibus etiam satis non fuit ab evangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitentiæ sustulisse, fraudibus involutos, vel adulteriis commaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne Deum rogarent, ne in ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni & sensu & fructu pœnitentiæ removisse; nisi foris sibi extra-ecclesiam & contra ecclesiam constituissent conventiculum perditæ factionis, cum male sibi conscriorum & Deum rogare ac satisfacere nolentium caterva confluueret. Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, navigare audent, & ad Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis & profanis literas ferre, nec co-
Rom. 1. gitare eos esse Romanos (quorum fides, Apostolo prædicante, laudata est) ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ autem causa veniendi & pseudoepiscoporum contra episcopos factum nunciandi? aut enim placet illis quod fecerunt, & in suo scelere perseverant: aut si displicet & recedunt, sciunt quo revertantur. Nam cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac justum, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regat unusquisque & gubernet, rationem sui actus domino redditurus; oportet utique eos quibus præsumus non circumcursare, nec episcoporum concordiam cohærentem sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint; nisi si paucis desperatis & perditis minor videtur esse auctoritas episcoporum in Africa constitutorum, qui jam de illis judicaverunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis vinctam judicii sui nuper gravitate damnarunt. Jam causa eorum cognita est: jam de eis dicta sententia est: nec censuræ congruit sacerdotum mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi, cum dominus doceat & dicat: *Sit sermo vester, est est, non non.* Si eorum qui de illis priore anno judicaverunt numerus cum presbyteris & diaconis computetur, plures tunc adfuerunt judicio & cognitioni, quam sunt iidem isti qui cum Fortunato nunc videntur esse conjuncti. Scire enim debes, frater carissime, eum posteaquam pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, jam pene ab omnibus esse desertum. Namque ii, quibus in præteritum præstigia obtendebantur, & dabantur verba fallacia, quod simul ad ecclesiam regressuri dicerentur; posteaquam viderunt illic pseudoepiscopum factum, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie atque ad ecclesiam pulsant: nobis tamen, a quibus ratio domino reddenda est, anxie ponderantibus, & solicite examinantibus, qui recipi & admitti ad ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renituntur, ut recipi omnino non possint, cum scandalo & periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quædam colligenda sunt, ut quæ integra & sana sunt, vulnerentur: nec utilis aut consultus est pastor, qui ita morbidas & contactas oves gregi admiscet, ut gregem totum mali cohærentis afflictatione contaminet. O si posses, frater carissime, istic interesse nobiscum, cum pravi isti & perversi de schismate revertuntur; videres quis mihi labor sit persuadere patientiam fratribus nostris, ut animi dolore sopito recipiendis malis curandisque consentiant. Namque ut gaudent & lætantur, cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita contra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles, & protervi, & vel adulteriis, vel sacrificiis contaminati, & post hæc adhuc insuper & superbi, sic ad ecclesiam remeant, ut bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, imo extorqueo, ut tales patiantur admitti: & justior factus est fraternitatis dolor, ex eo quod unus atque alius, obnitente plebe, & contradicente, mea tamen facilitate susceptis, pejores extiterunt, quam prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ servare potuerunt, quia nec cum vera pœnitentia venerant. De istis vero quid dicam, qui nunc ad te cum Felicissimo omnium criminum reo navigaverunt, legati a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te literas afferentes, quam est & ipse, cujus literas fuerunt, falsus; quam est ejus peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis vita, quam turpis, ut etsi in ecclesia essent, ejici tales de ecclesia debuissent? Denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad ecclesiæ limen accedere, sed foris per provinciam circumveniendis fratribus, & spoliandis pererrant: & omnibus

jam

jam satis noti, atque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos navigant. Neque enim potest illis frons esse ad nos accedendi, aut apud nos consistendi; cum sint acerbissima & gravissima crimina, quæ eis a fratribus ingerantur. Si judicium nostrum voluerint experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum: nec ecclesia istic cuiquam clauditur, nec episcopus alicui denegatur; patientia & facilitas & humanitas nostra venientibus præsto est. Opto omnes in ecclesiam regredi, opto universos commilitones nostros intra Christi castra, & Dei patris domicilia concludi: remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in Deum commissa sunt, non pleno judicio religionis examino, delictis plusquam oportet remittendis pene ipse delinquo: amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia revertentes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum se sibi non lamentationibus & satisfactionibus, sed terroribus facere; pro certo habeant, contra tales clausam stare ecclesiam domini, nec castra Christi invicta & fortia, & domino tuente munita, minis cedere. Sacerdos Dei evangelium tenens, & Christi præcepta custodiens occidi potest, non potest vinci. Suggerit & subministrat nobis exempla virtutis ac fidei Zacharias antistes Dei, qui cum terreri minis & lapidatione non posset, in templo Dei occisus est, clamans & idemtidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: *Hæc dicit dominus: Dereliquistis vias domini, & dominus derelinquet vos.* Neque enim, quia pauci temerarii & improbi cœlestes & salutares vias domini derelinquunt, & sancta non agentes a sancto Spiritu deseruntur, ideo & nos divinæ traditionis immemores esse debemus, ut majora esse furentium scelera, quam sacerdotum judicia censeamus; aut existimemus plus ad impugnandum posse humana conamina, quam ad protegendum prævalet divina tutela. An ad hoc, frater carissime, deponenda est catholicæ ecclesiæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta majestas, & sacerdotalis quoque auctoritas ac potestas, ut judicare velle se dicant de ecclesiæ præposito extra ecclesiam constituti? de Christiano hæretici? de sano saucii? de integro vulnerati? de stante lapsi? de judice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid superest, quam ut ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus, ac domini altare removentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque consessum simulacra atque idola cum aris suis transeant, & Novatiano declamandi adversum nos atque increpandi largior & plenior materia præstetur; si ii qui sacrificaverunt, & Christum publice negaverunt, non tantum rogari, & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperint terroris sui potestate dominari? Si pacem postulant, arma deponant: si satisfaciunt, quid minantur? aut si comminantur, sciant quia a Dei sacerdotibus non timentur: neque enim & Antichristus, cum venire cœperit, introibit ecclesiam, quia minatur; aut armis ejus & violentiæ cre-

ditur, quia resistentes perempturum se esse profitetur. Armant nos hæretici, dum nos putant sua comminatione terreri, nec in * pace nos dejiciunt, sed magis erigunt, & accendunt, dum ipsam pacem persecutione pejorem fratribus faciunt. Et optamus quidem ne quod loquuntur furore, impleant crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus peccant, factis quoque delinquant. Oramus ac deprecamur Deum, quem provocare illi & exacerbare non desinunt, ut eorum corda mitescant, ut furore depositio ad sanitatem mentis redeant, ut pectora operta delictorum tenebris pœnitentiæ lumen agnoscant: & magis petant fundi pro se preces atque orationes antistitis, quam ipsi fundant sanguinem sacerdotis. Si autem in suo furore permanserint, atque in istis insidiis ac minis suis parricidalibus crudeliter perseveraverint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic jacens & abjectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis invalidus, qui non contra hostes & impugnatores Dei divinitus erigatur, cujus non humilitas & infirmitas vigore & robore domini protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut a quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis præmium de domino recepturi. Illorum flenda & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæcat, ut æterna gehennæ supplicia non cogitantes, Antichristi jam propinquantis adventum conentur imitari. Et quamquam sciam, frater carissime, pro mutua dilectione quam debemus, & exhibemus invicem nobis, florentissimo illic clero tecum præsidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi legere te semper literas nostras, tamen nunc & admoneo & peto, ut quod alias sponte atque honorifice facis, etiam petente me facias, ut hac epistola mea lecta, si quod illic contagium venenati sermonis, & pestiferæ seminationis irrepserat, id omne de fratrum auribus & pectoribus exuatur, & bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repurgetur. Declinent autem de cetero fortiter, & evitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, *quorum sermo ut cancer serpit:* sicut apostolus dicit: *Corrumpunt ingenia bona confabulationes pessimæ.* Et iterum: *Hæreticum hominem post unam correptionem evita, sciens quia perversus est hujusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus.* Et per Salomonem loquitur Spiritus sanctus: *Perversus*, inquit, *in ore suo portat perditionem, & in labiis suis ignem condit.* Item denuo monet dicens: *Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam.* Et iterum: *Malus obaudit linguæ iniquorum, justus autem non intendit labiis mendacibus.* Quod quamquam sciam illic fraternitatem nostram, vestra scilicet providentia monitam, sed & sua vigilantia satis cautam, nec capi hæreticorum venenis posse, nec decipi, tantumque apud illos prævalere & magisteria & præcepta divina, quantus illis in Deum timor est: tamen ex abundanti vel solicitudo nostra, vel caritas scribere ad vos ista persuasit, ut nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis convivia vel colloquia misceantur, simusque ab eis tam separati, quam sunt illi de ecclesia profugi: quia scriptum est: *Si autem & ecclesiam contempserit, sit tibi tamquam ethnicus & publicanus.* Et beatus apostolus non monet tantum, sed &

* facie.

2. Tim. 2.
1. Cor. 15.
Tit. 3.
Prov. 26
Eccles. 28.
Prov. 17.
Matth. 18

2. Thess. 3. jubet, a talibus ut recedatur. *Præcipimus*, inquit, *vobis in nomine domini Jesu Christi, ut recedatis ab omnibus fratribus ambulantibus inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis*. Nulla societas fidei & perfidiæ potest esse. Qui cum Christo non est, qui adversarius Christi est, qui unitati & paci ejus inimicus est, nobiscum non potest cohærere. Si cum precibus & satisfactionibus veniunt, audiantur: si maledicta & minas ingerunt, respuantur. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

---

a LVII. edit. Pamelii & Rigaltii.

EPISTOLA VIII. a CYPRIANI AD CORNELIUM PAPAM

De confessione ejus.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

COgnovimus, frater carissime, fidei ac virtutis vestræ testimonia gloriosa, & confessionis vestræ honorem sic exultanter accepimus, ut in meritis ac laudibus vestris, nos quoque participes ac socios computemus. Nam cum nobis & ecclesia una sit, & mens juncta, & individua concordia; quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus, tamquam in suis propriis, gratuletur? Aut quæ fraternitas non in fratrum gaudio ubique lætetur? Exprimi satis non potest, quanta istic exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de vobis prospera & fortia comperissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum confessione creviſſe: ut dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites: & confessorem populum suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri: ut non inveniamus, quid prius prædicare in vobis debeamus, utrumne tuam promptam & stabilem fidem, an inseparabilem fratrum caritatem. Virtus illic episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis offensa est: dum apud vos unus animus, & una vox est, ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, fratres carissimi, fides, quam de vobis beatus apostolus prædicavit. Hanc laudem virtutis & roboris firmitatem jam tunc in spiritu prævidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocabat. Dum sic unanimes, dum sic fortes estis, magna ceteris fratribus unanimitatis & fortitudinis exempla tribuistis. Docuistis granditer Deum timere, Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo jungi, in persecutione fratres a fratribus non separari: concordiam simul junctam vinci omnino non posse: quidquid simul petitur a cunctis, Deum pacis pacificis exhibere. Prosilierat adversarius terrore violento Christi castra turbare: sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est: & quantum formidinis & terroris attulit, tantum fortitudinis invenit & roboris. Supplantare se iterum posse crediderat Dei servos, & velut tirones & rudes, quasi minus paratos & minus cautos, solito suo more concutere. Unum primo aggressus, ut lupus ovem secernere a grege, ut accipiter columbam ab agmine volantium separare tentaverat. Nam cui non est adversus omnes satis virium, circumvenire quærit solitudinem singulorum. Sed retusus adunati exercitus fide pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare jam sobrios & armatos ad prælium stare; vinci non posse, mori posse: & hoc ipso invictos esse, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes; cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed prompte & animas & sanguinem tradere, ut cum tanta in sæculo malitia & sævitia grassetur, a malis & sævis velocius recedatur. Quale illud fuit sub oculis Dei spectaculum glorioſum, quale in conspectu Christi & ejus ecclesiæ gaudium, ad pugnam, quam tentaverat hostis inferre, non singulos milites, sed * semel tota castra prodiisse? Omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, cum accurrerit properanter, & venerit quisquis audivit. Quot illic lapsi glorioſa confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores: ut appareat, nuper * subitatos esse, & novæ atque insuetæ rei pavore trepidasse: rediisse ad se postmodum, fidem veram & vires suas de Dei timore collectas, ad omnem patientiam constanter & firmiter roborasse: nec jam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam. Quid ad hæc Novatianus, frater carissime? Utrumne jam deponit errorem, an vero (qui dementium mos est) ipsis bonis & prosperis nostris plus adactus est ad furorem? & quo magis ac magis dilectionis ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis & zeli recrudescit insania: nec vulnus suum miser curat, sed adhuc gravius & se & suos vulnerat? in perniciem fratrum lingua sua perstrepens, & facundiæ venenatæ jacula contorquens, magis durus sæcularis philosophiæ pravitate, quam philosophiæ dominicæ lenitate pacificus, desertor ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor caritatis? Agnoscitne jam quis sit sacerdos Dei, quæ sit ecclesia & domus Christi? qui sint Dei servi, quos diabolus infestet? qui sint Christiani, quos Antichristus impugnet? Neque enim quærit illos, quos jam subegit: aut gestit avertere, quos jam suos fecit. Inimicus & hostis ecclesiæ, quos alienavit ab ecclesia & foras duxit, ut captivos & vinctos contemnit & præterit: eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare. Quamquam etsi aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi hujusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ: nec in domo Dei inter unanimes habituros esse, quos videmus de pacifica & divina domo furore discordiæ recessisse. Hortamur plane, quantum possumus, frater carissime, pro caritate mutua, qua nobis invicem cohæremus, ut (quoniam providentia domini monentis instruimur, & divinæ misericordiæ consiliis salubribus admonemur appropinquare jam certaminis & agonis nostri diem) jejuniis, vigiliis, orationibus insistere cum omni plebe non desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare & perseverare fortiter faciunt. Hæc sunt munimenta spiritalia & tela divina, quæ protegunt. Memores nostri invi-

Romanæ ecclesiæ robur.

invicem ſimus, concordes atque unanimes, utrobique pro nobis ſemper oremus, preſſuras & anguſtias mutua caritate relevemus. Et ſi quis iſtinc noſtrum prior divinæ dignationis celeritate præceſſerit, perſeveret apud Deum noſtra dilectio, pro fratribus & ſororibus noſtris apud miſericordiam Patris non ceſſet oratio. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere

EPISTOLA * IX. CYPRIANI AD ANTONIANUM DE CORNELIO ET NOVATIANO.

ARGUMENTUM EX PAMELIO.

Cum Antonianus acceptis literis a Novatiano in partes illius animo propendere cœpiſſet, confirmat illum Cyprianus in priori ſententia: ut nempe cum Cornelio, hoc eſt, cum eccleſia catholica communicare pergat. Quod ut perſuadeat, totius tragœdiæ inter Cornelium & Novatianum hiſtoriam texit, & Cornelium virum optimum & legitime electum, Novatianum vero multis ſceleribus obnoxium illegitimam electionem uſurpaſſe docet: obiter etiam ſub initium epiſtolæ ſe excuſant de mutata quod ad lapſorum rationem attinet ſententia, & ſub finem, in quo Novatiana hæreſis conſiſtat, explicans.

Cyprianus Antoniano fratri ſalutem.

ACcepi primas literas tuas, frater cariſſime, concordiam collegii ſacerdotalis firmiter obtinentes, & catholicæ eccleſiæ cohærentes, quibus ſignificaſti cum Novatiano te non communicare, ſed ſequi conſilium noſtrum, & cum Cornelio coepiſcopo noſtro unum tenere conſenſum. Scripſiſti etiam, ut exemplum earumdem literarum ad Cornelium collegam noſtrum tranſmitterem, ut depoſita omni ſolicitudine jam ſciret te ſecum, hoc eſt, cum catholica eccleſia communicare. Sed enim ſupervenerunt poſtmodum aliæ literæ tuæ per Quintum compresbyterum miſſæ, in quibus animadverti animum tuum Novatiani literis motum nutare cœpiſſe. Nam cum & conſilium & conſenſum tuum firmiter ante fixiſſes, deſideraſti in his literis, ut reſcriberem tibi, quam hæreſim Novatianus introduxiſſet, vel Cornelius quà ratione Trophimo & thurificatis communicet. Quod quidem ſi pro ſolicitudine fidei anxie curas, & rei dubiæ veritatem ſolicitus exploras, reprehendenda non eſt in timore divino æſtuantis animi ſolicitudo ſuſpenſa. Quoniam tamen video poſt primam ſententiam epiſtolæ tuæ, Novatiani literis poſtmodum te eſſe commotum, illud, frater cariſſime, primo in loco pono: graves viros, & ſemel ſuper petram ſolida ſtabilitate fundatos, non dico aura levi, ſed nec vento aut turbine commoveri, ne animus dubius & incertus variis opinionibus, velut quibuſdam ventorum incurſantium flatibus, frequenter agitetur, & a propoſito ſuo cum quadam levitatis reprehenſione mutetur. Quod ne vel apud te vel apud quemquam Novatiani literæ faciant, ut deſideraſti, frater, rationem rei tibi breviter exponam. Et quidem primum quoniam de meo quoque actu motus videris, mea apud te & perſona & cauſa purganda eſt, ne me aliquis exiſtimet a propoſito meo leviter receſſiſſe: & cum evangelicum vigorem primo & inter initia defenderim, poſtmodum videar animum meum a diſciplina & cenſura priore flexiſſe: ut his, qui libellis conſcientiam ſuam maculaverint, vel nefanda ſacrificia commiſerint, laxandam pacem putaverim. Quod utrumque non ſine librata diu & ponderata ratione a me factum eſt. Nam cum acies adhuc inter manus eſſet, & prælium glorioſi certaminis in perſecutione ferveret, toto hortatu, & pleno impetu militum vires fuerant excitandæ, & maxime lapſorum mentes claſſico quodam noſtræ vocis animandæ, ut pœnitentiæ viam non ſolum precibus & lamentationibus ſequerentur, ſed (quoniam repetendi certaminis & reparandæ ſalutis dabatur occaſio) ad confeſſionis potius ardorem, & martyrii gloriam noſtris increpiti vocibus provocarentur. Denique cum de quibuſdam ad me presbyteri & diaconi ſcripſiſſent eos immoderatos eſſe, & ad communicationem accipiendam feſtinanter urgere; reſcribens eis in epiſtola mea quæ extat, & hoc addidi: Qui ſi nimium properant, habent in ſua poteſtate quod poſtulant, tempore ipſo ſibi pluſquam poſtulant largiente. Acies adhuc geritur, & agon quotidie celebratur. Si commiſſi vere & firmiter pœnitet, & fidei calor prævalet, qui differri non poteſt, poteſt coronari. De eo tamen quod ſtatuendum eſſe circa cauſam lapſorum diſtuli; ut cum quies & tranquillitas data eſſet, & epiſcopis in unum convenire indulgentia divina permitteret, tunc communicato & librato de omnium collocatione conſilio, ſtatueremus quid fieri oporteret: ſi quis vero ante conſilium noſtrum, & ante ſententiam de omnium conſilio ſtatutam lapſis temere communicare voluiſſet, ipſe a communicatione abſtineretur. Quod etiam Romam ad clerum tunc adhuc ſine epiſcopo agentem, & ad confeſſores Maximum presbyterum & ceteros in cuſtodia conſtitutos, nunc in eccleſia cum Cornelio junctos, pleniſſime ſcripſi, quod me ſcripſiſſe, de eorum reſcriptis poteris noſcere, nam in epiſtola ſua ita poſuerunt. Quamquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipſe tractaſti, prius eſſe eccleſiæ pacem ſuſtinendam; deinde ſic collatione conſiliorum cum epiſcopis, presbyteris, diaconibus confeſſoribus pariter ac ſtantibus laicis facta lapſorum tractare rationem. Additum eſt etiam Novatiano tunc ſcribente, & quod ſcripſerat ſua voce recitante, & presbytero Moſe, tunc adhuc confeſſore, nunc jam martyre ſubſcribente, ut lapſis infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur. Quæ literæ per totum mundum miſſæ ſunt, & in notitiam eccleſiis omnibus & univerſis fratribus perlatæ ſunt. Secundum quod tamen ante fuerat deſtinatum, perſecutione ſopita, cum data eſſet facultas in unum conveniendi, copioſus epiſcoporum numerus, quos integros & incolumes fides ſua & domini tutela protexit, in unum convenimus, & ſcripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum ſalubri moderatione libravimus, ut nec in totum ſpes communicationis & pacis lapſis denegaretur, ne plus deſperatione deficerent, & eo quod ſibi eccleſia claudere-

deretur, secuti sæculum gentiliter viverent; nec tamen rursus censura evangelica solveretur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur causæ, & voluntates, & necessitates singulorum, secundum quod libello continetur, quem ad te perveniſſe confido, ubi ſingula placitorum capita conſcripta ſunt. Ac ſi minus ſufficiens epiſcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrum, qui & ipſe cum plurimis coepiſcopis habito concilio, in eamdem nobiſcum ſententiam pari gravitate & ſalubri moderatione conſenſit. De quo tibi neceſſe nunc ſuit ſcribere, ut ſcias me nihil leviter egiſſe, ſed ſecundum quod literis meis fueram ante complexus, omnia ad commune concilii noſtri conſilium diſtuliſſe, & nemini quidem ex lapſis prius communicaſſe, quando adhuc erat, unde non tantum indulgentiam, ſed & coronam lapſus acciperet: poſtea tamen ſicut collegii concordia, & colligendæ fraternitatis ac medendi vulneris utilitas exigebat, neceſſitati temporum ſuccubuiſſe, & ſaluti multorum providendum putaſſe, & nunc ab his non recedere, quæ ſemel in concilio noſtro de communi collatione placuerunt, quamvis multa multorum vocibus ventilentur, & mendacia adverſus ſacerdotes Dei, de diaboli ore prolata, ad rumpendam catholicæ unitatis concordiam ubique jactentur. Sed te oportet ut bonum fratrem atque unanimem conſacerdotem, non quid maligni atque apoſtatæ dicant facile ſuſcipere; ſed quid collegæ tui modeſti & graves viri faciant, de vitæ & diſciplinæ noſtræ exploratione perpendere. Venio jam nunc, frater cariſſime, ad perſonam Cornelii collegæ noſtri; ut Cornelium nobiſcum verius noveris, non de malignorum & detrahentium mendacio, ſed de domini Dei judicio, qui epiſcopum fecit, & coepiſcoporum teſtimonio, quorum numerus univerſus per totum mundum concordi unanimitate conſenſit. Nam, quod Cornelium cariſſimum noſtrum Deo, & Chriſto, & eccleſiæ ejus, item conſacerdotibus cunctis laudabili prædicatione commendat; non iſte ad epiſcopatum ſubito pervenit, ſed per omnia eccleſiaſtica officia promotus, & in divinis adminiſtrationibus dominum ſæpe promeritus, ad ſacerdotii ſublime faſtigium cunctis religionis gradibus aſcendit. Tum deinde epiſcopatum ipſum nec poſtulavit, nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogantiæ & ſuperbiæ ſuæ tumor inflat, invaſit; ſed quietus & modeſtus, & quales eſſe conſueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis conſcientiæ ſuæ, & pro humilitate ingenitæ ſibi & cuſtoditæ verecundiæ, non ut quidam vim fecit, ut epiſcopus fieret; ſed ipſe vim paſſus eſt, ut epiſcopatum coactus acciperet. Et factus eſt epiſcopus a plurimis collegis noſtris, qui tunc in urbe Roma aderant, qui ad nos literas honorificas, & laudabiles, & teſtimonio ſuæ prædicationis illuſtres de ejus ordinatione miſerunt. Factus eſt autem Cornelius epiſcopus de Dei & Chriſti ejus judicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc adfuit, ſuffragio, & de ſacerdotum antiquorum & bonorum virorum collegio; cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cum locus Petri & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret, quo occupato de Dei voluntate, atque omnium noſtrum conſenſione firmato, quiſquis jam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt, nec habeat eccleſiaſticam ordinationem, qui eccleſiæ non tenet unitatem: quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet jactans & ſibi plurimum vindicans profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit, quiſquis poſt unum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, jam ſecundus ille, ſed nullus eſt. Tum deinde poſt epiſcopatum non exambitum, nec extortum, ſed de Dei, qui ſacerdotes facit, voluntate ſuſceptum, quanta in ipſo ſuſcepto epiſcopatu ſuo virtus? quantum robur animi; qualis firmitas fidei? quod nos ſimplici corde & perſpicere penitus, & laudare debemus: ſediſſe intrepidum Romæ in ſacerdotali cathedra eo tempore, cum tyrannus infeſtus ſacerdotibus Dei ſanda atque infanda comminaretur; cum multo patientius & tolerabilius audiret levari adverſus ſe æmulum principem, quam conſtitui Romæ æmulum ſacerdotem. Nome hic, frater cariſſime, ſummo virtutis & fidei teſtimonio prædicandus eſt? nonne inter glorioſos confeſſores & martyres deputandus, qui tantum temporis ſedit expectans corporis ſui carnifices, & tyranni ferocientis ultores, qui Cornelium adverſus edicta feralia reſiſtentem, & minas, & cruciatus, & tormenta fidei vigore calcantem, vel gladio invaderent, vel crucifigerent, vel igne torrerent, vel quolibet inaudito genere pœnarum viſcera ejus & membra laniarent? Etiam ſi majeſtas domini protegentis & bonitas ſacerdotem, quem fieri voluit, factum quoque protexit: tamen Cornelius, quantum ad ejus devotionem pertinet & timorem, paſſus eſt quidquid pati potuit, & tyrannum armis & bello poſtmodum victum, prior ſacerdotio ſuo vicit. Quod autem quædam de illo inhoneſta & maligna jactantur, nolo mireris, cum ſcias hoc eſſe opus ſemper diaboli, ut ſervos Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet; Dut qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis rumoribus ſordidentur. Exploraſſe autem collegas noſtros ſcias, & veriſſime comperiſſe, nulla illum libelli, ut quidam jactant, labe maculatum eſſe, ſed neque cum epiſcopis, qui ſacrificaverunt, communicationem ſacrilegam miſcuiſſe; ſed eos demum, quorum cauſa audita & innocentia comprobata ſit, conjunxiſſe nobiſcum. Nam & de Trophimo, de quo tibi ſcribi deſideraſti, non ita res eſt, ut ad te pertulit rumor, & mendacium malignorum. Nam ſicut antèceſſores noſtri ſæpe fecerunt, colligendis fratribus noſtris cariſſimus frater noſter Cornelius neceſſitati ſuccubuit: & quoniam cum Trophimo pars maxima plebis abſceſſerat, redeunte nunc ad eccleſiam Trophimo, & ſatisfaciente, & pœnitentia deprecationis errorem priſtinum confitente, & fraternitatem, quam nuper abſtraxerat, cum plena humilitate & ſatisfactione revocante, auditæ ſunt ejus preces, & in eccleſiam domini non tam Trophimus quam maximus fratrum numerus, qui cum Trophimo fuerat, admiſſus eſt: qui omnes regreſſuri ad eccleſiam non eſſent, niſi cum Trophimo comitante veniſſent. Tractatu ergo illic cum collegis plurimis habiro,

bito, ſuſceptus eſt Trophimus, pro quo ſatisfaciebat fratrum reditus, & reſtituta multorum ſalus: ſic tamen admiſſus eſt Trophimus, ut laicus communicet, non ſecundum quod ad te malignorum literæ pertulerunt, quaſi locum ſacerdotis uſurpet. Sed & quod paſſim communicare ſacrificatis Cornelius tibi nunciatus eſt, hoc etiam de apoſtatarum fictis rumoribus naſcitur. Neque enim poſſunt laudare nos qui recedunt: aut expectare debemus ut placeamus illis, qui nobis diſplicentes, & contra eccleſiam rebelles, ſolicitandis de eccleſia fratribus violenter inſiſtunt. Quare & de Cornelio, & de nobis quæcumque jactantur, nec audias facile, nec credas, frater cariſſime. Si qui enim infirmitatibus occupantur, illis, ſicut placuit, in periculo ſubvenitur: poſteaquam tamen ſubventum eſt, & periclitantibus pax data eſt, ſuffocari a nobis non poſſunt, aut opprimi, aut vi & manu noſtra in exitum mortis urgeri: ut quoniam morientibus pax datur, neceſſe ſit mori eos qui acceperint pacem: cum magis in hoc judicium divinæ pietatis & paternæ lenitatis appareat, quod qui pignus vitæ in data pace percipiunt, hic quoque ad vitam percepta pace teneantur. Et idcirco ſi accepta pace commeatus a Deo datur, nemo hoc debet in ſacerdotibus criminari, cum ſemel placuerit fratribus in periculo ſubveniri. Nec tu exiſtimes, frater cariſſime, ſicut quibuſdam videtur, libellaticos cum ſacrificatis æquari oportere, quando inter ipſos etiam qui ſacrificaverint, & conditio frequenter & cauſa diverſa ſit. Neque enim æquandi ſunt, ille qui ad ſacrificium nefandum ſtatim voluntate profiluit, & qui reluctatus & congreſſus diu ad hoc funeſtum opus neceſſitate pervenit: ille qui & ſe & omnes ſuos prodidit, & qui ipſe pro cunctis ad diſcrimen accedens, uxorem, & liberos, & domum totam periculi ſui perfunctione protexit: ille qui inquilinos vel amicos ſuos ad ſacinus compulit, & qui inquilinis & colonis pepercit, fratres etiam plurimos qui extorres & profugi recedebant, in ſua tecta & hoſpitia recepit, oſtendens & offerens domino multas viventes & incolumes animas, quæ pro una ſaucia deprecentur. Cum ergo inter ipſos qui ſacrificarint multa ſit diverſitas; quæ inclementia eſt, & quam acerba duritia libellaticos cum iis qui ſacrificaverint jungere? quando is cui libellus acceptus eſt, dicat: Ego prius legeram & epiſcopo tractante cognoveram non ſacrificandum idolis, nec ſimulacra ſervum Dei adorare debere; & idcirco, ne hoc facerem quod non licebat, (cum occaſio libelli fuiſſet oblata, quem nec ipſum acciperem, niſi oſtenſa fuiſſet occaſio) ad magiſtratum vel veni, vel alio eunte mandavi Chriſtianum me eſſe, ſacrificare mihi non licere, ad aras diaboli me venire non poſſe, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet faciam. Nunc tamen etiam iſte qui libello maculatus eſt, poſteaquam nobis admonentibus didicit, nec hoc ſe facere debuiſſe, & ſi manus pura ſit, & os ejus feralis cibi contagia nulla polluerint, conſcientiam tamen ejus eſſe pollutam; flet auditis nobis, & lamentatur, & quod deliquerit nunc admonetur, & non tam crimine quam errore deceptus, quod jam de cetero inſtructus & paratus ſit, conteſtatur. Quorum ſi pœnitentiam reſpuamus habentium aliquam fiduciam tolerabilis conſcientiæ, ſtatim cum uxore, cum liberis, quos incolumes reſervaverat, in hæreſim vel ſchiſma diabolo invitante rapiuntur: & adſcribetur nobis in die judicii, nec ovem ſauciam curaſſe, & propter unam ſauciam multas integras perdidiſſe. Et cum dominus relictis nonaginta novem ſanis unam errantem & laſſam quæſierit, & inventam humeris ſuis ipſe portaverit; nos non tantum non quæramus lapſos, ſed & venientes arceamus: & cum pſeudoprophetæ gregem Chriſti nunc vaſtare & lacerare non deſinant, occaſionem canibus & lupis demus, ut quos perſecutio infeſta non perdidit, eos nos duritia noſtra & inhumanitate perdamus. Et ubi erit, frater cariſſime, quod apoſtolus dicit? *Omnibus per omnia placeo, non quærens quod mihi utile eſt, ſed quod multis ut ſalventur. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Et iterum: *Factus ſum infirmus infirmis, ut infirmos lucrarer.* Et iterum: *Si patitur membrum unum, compatiuntur & cetera membra: & ſi lætatur unum membrum, collætantur & cetera membra.* Alia eſt philoſophorum & Stoicorum ratio, frater cariſſime, qui dicunt omnia peccata paria eſſe, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Chriſtianos autem & philoſophos plurimum diſtat. Et cum apoſtolus dicat: *Videte ne quis vos deprædetur per philoſophiam & inanem fallaciam*, vitanda ſunt quæ non de Dei clementia veniunt, ſed de philoſophiæ durioris præſumptione deſcendunt. De Moyſe autem legimus in ſcripturis dictum: *Et fuit Moyſes homo lenis nimis.* Et dominus in evangelio ſuo dicit: *Eſtote miſericordes, ſicut, & Pater veſter miſertus eſt veſtri.* Et iterum: *Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus.* Quam poteſt exercere medicinam, qui dicit? ego ſolos ſanos curo, quibus medicus neceſſarius non eſt: Opem noſtram, medelam noſtram vulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuos eſſe, ſed magis ſemianimes jacere eos, quos perſecutione funeſta ſauciatos videmus: qui ſi in totum mortui eſſent, nunquam de eiſdem poſtmodum & confeſſores & martyres fierent. Sed quoniam eſt in illis quod pœnitentia ſequente revaleſcant, ad fidem, & ad virtutem de pœnitentia robur armatur; quod armari non poterit, ſi quis deſperatione deficiat, ſi ab eccleſia dure & crudeliter ſegregatus ad gentiles ſe vias & ſæcularia opera convertat, vel ad hæreticos & ſchiſmaticos rejectus ab eccleſia tranſeat. Ubi etſi occiſus propter nomen poſtmodum fuerit extra eccleſiam conſtitutus, & ab unitate atque a caritate diviſus, coronari in morte non poterit. Et ideo placuit, frater cariſſime, examinatis cauſis ſingulorum libellaticos interim admitti, ſacrificatis in exitu ſubveniri: quia exomologeſis apud inferos non eſt, nec ad pœnitentiam quis a nobis compelli poteſt, ſi fructus pœnitentiæ ſubtrahatur. Si prælium prius venerit, corroboratus a nobis invenietur armatus ad prælium: ſi vero ante prælium infirmitas urſerit, cum ſolatio pacis & communicationis abſcedit. Neque enim præjudicamus domino judicaturo, quo minus ſi pœnitentiam plenam & juſtam peccatoris invenerit, tunc ratum faciat quod a nobis fuerit hic ſtatutum. Si vero nos aliquis pœnitentiæ ſimulatione deluſerit, Deus, qui non deridetur, & qui cor

Matth. 18.

1. Cor. 10.

2. Cor. 4.

1. Cor. 9.

1. Cor. 12.

Coloſſ. 2.

Num. 12.

Luc. 6.

Matth. 9.

homi-

hominis intuetur, de his quæ nos minus perſpeximus judicat, & ſervorum ſententiam dominus emendet, dum tamen nos meminiſſe, frater, debeamus ſcriptum eſſe : *Frater fratrem adjuvans exaltabitur*. Et apoſtolum quoque dixiſſe. *In contemplatione habentes unuſquiſque, ne & vos tentemini, alterutrum onera ſuſtinete, & ſic adimplebitis legem Chriſti*. Item quod ſuperbos redarguens, & arrogantiam frangens in epiſtola ſua ponat. *Et qui ſe putat ſtare, videat ne cadat*. Et alio in loco dicat : *Tu quis es qui judicas alienum ſervum? Domino ſuo ſtat aut cadit : ſtabit autem : potens eſt enim Deus ſtatuere eum*. Joannes quoque Jeſum Chriſtum dominum advocatum & deprecatorem pro peccatis noſtris præbet dicens : *Filioli mei, iſta ſcribo vobis ne delinquatis ; & ſi quis deliquerit, advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum, & ipſe eſt deprecatio pro delictis noſtris*. Et Paulus quoque apoſtolus in epiſtola ſua poſuit : *Si cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis nunc juſtificati in ſanguine illius liberabimur per illum ab ira*. Cum pietatem & crementiam cogitantes, non acerbi adeo, nec duri, nec in fovendis fratribus inhumani eſſe debemus, ſed dolere cum dolentibus, & cum flentibus flere, & eos quantum poſſumus auxilio & ſolatio noſtræ dilectionis erigere, nec adeo immites & pertinaces ad eorum pœnitentiam retundendam, nec iterum ſoluti & faciles ad communicationem temere laxandam. Jacet ecce ſaucius frater ab adverſario in acie vulneratus : inde diabolus conatur occidere quem vulneravit, hinc Chriſtus hortatur ne in totum pereat quem redemit. Cui de duobus aſſiſtimus, in cujus partibus ſtamus? utrumne diabolo favemus, ut perimat, & ſemianimem fratrem jacentem, ſicut in evangelio ſacerdos & Levites, præterimus? an vero ut ſacerdotes Dei & Chriſti, quod & Chriſtus docuit & fecit imitantes, vulneratum de adverſarii faucibus rapimus, ut curatum Deo judici reſervemus? Nec putes, frater cariſſime, hinc aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapſis laxata ſit pœnitentia, & quod pœnitentibus ſpes pacis oblata. Manet vere fidentium robur immobile, & apud timentes ac diligentes corde toto Deum ſtabilis & fortis perſeverat integritas. Nam & mœchis a nobis pœnitentiæ tempus conceditur, & pax datur, non tamen idcirco virginitas in eccleſia deficit, aut continentiæ propoſitum glorioſum per aliena peccata langueſcit. Floret eccleſia tot virginibus coronata, & caſtitas ac pudicitia tenorem gloriæ ſuæ ſervat, nec quia adultero pœnitentia & venia laxatur, continentiæ vigor frangitur. Aliud eſt ad veniam ſtare, aliud ad gloriam pervenire ; aliud miſſum in carcerem non exire inde, donec ſolvat noviſſimum quadrantem, aliud ſtatim fidei & virtutis accipere mercedem ; aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emundari, & purgari diu igne, aliud peccata omnia paſſione purgaſſe ; aliud denique pendere in die judicii ad ſententiam domini, aliud ſtatim a domino coronari. Et quidem apud anteceſſores noſtros quidam de epiſcopis iſtic in provincia noſtra dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt ; non tamen a coepiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt, aut catholicæ eccleſiæ unitatem vel duritie, vel cenſuræ ſuæ obſtinatione ruperunt ; ut quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat, de eccleſia ſepararetur. Manente concordiæ vinculo, & perſeverante catholicæ eccleſiæ individuo ſacramento, actum ſuum diſponit & dirigit unuſquiſque epiſcopus, rationem propoſiti ſui domino redditurus. Miror autem quoſdam ſic obſtinatos eſſe, ut dandam non putent lapſis pœnitentiam, aut pœnitentibus exiſtiment veniam denegandam, cum ſcriptum ſit : *Memento unde ceciderit, & age pœnitentiam, & fac priora opera*. Quod utique ei dicitur, quem conſtat cecidiſſe, & quem dominus hortatur per opera rurſus exurgere, quia ſcriptum eſt : *Eleemoſyna a morte liberat*, & non utique ab illa morte quam ſemel Chriſti ſanguis extinxit, & a qua nos ſalutaris baptiſmi & redemptoris noſtri gratia liberavit, ſed ab ea quæ per delicta poſtmodum ſerpit. Alio item loco pœnitentiæ tempus datur, & pœnitentiam non agenti dominus comminatur : *Habeo*, inquit, *adverſus te multa, quod uxorem tuam Jezabel, quæ ſe dicit propheten, ſinis docere, & ſeducere ſervos meos, fornicari, & manducare de ſacrificiis : & dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult a fornicatione. Ecce mitto eam in lectum, & qui cum ea fornicati ſunt in maximam tribulationem, niſi pœnitentiam geſſerint ab operibus ſuis*. Quos utique ad pœnitentiam dominus non hortaretur, niſi quia pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in evangelio : *Dico*, inquit, *vobis, ſic erit gaudium in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quam ſuper nonaginta novem juſtis, quibus non eſt opus pœnitentia*. Nam cum ſcriptum ſit : *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum*, utique qui neminem vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiam denuo ad vitam redire. Ideo & per Joel prophetam clamat & dicit : *Et nunc dicit dominus Deus : Revertimini ad me ex toto corde veſtro, ſimulque & jejunio, & fletu, & planctu, & diſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & revertimini ad dominum Deum veſtrum, quia miſericors & pius eſt, & patiens, & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat adverſus malitias irrogatas*. In pſalmis etiam legimus cenſuram pariter & clementiam Dei comminantis ſimul atque parcentis ; punientis ut corrigat, & cum correxerit reſervantis. *Viſitabo*, inquit, *in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum : Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis*. Dominus quoque in evangelio pietatem Dei Patris oſtendens ait. *Quis eſt ex vobis homo quem ſi petierit filius ejus panem, lapidem porriget illi? aut ſi piſcem poſtulaverit, ſerpentem illi porriget? Si ego vos, cum ſitis nequam, ſcitis bona data dare filiis veſtris, quanto magis Pater veſter cœleſtis dabit bona poſcentibus ſe?* Comparat hic dominus carnalem patrem & Dei Patris æternam largamque pietatem : quod ſi iſte in terris nequam pater offenſus graviter a filio peccatore & malo, ſi tamen eundem poſtmodum viderit reformatum, & depoſitis prioris vitæ delictis ad ſobrios & bonos mores, & ad innocentiæ diſciplinam pœnitentiæ dolore correctum, & gaudet & gratulatur, & ſuſceptum, quem ante projecerat, cum voto paternæ exultationis amplectitur ; quanto magis unus ille & verus Pa-

ter

ter bonus, misericors & pius, imo ipsa bonitas & misericordia & pietas lætatur in pœnitentia filiorum suorum, nec iram pœnitentibus, aut plangentibus & lamentantibus pœnam comminatur, sed veniam magis & indulgentiam pollicetur. Unde dominus in evangelio *beatos dicit plangentes*, quia qui plangit, misericordiam provocat: qui pervicax & superbus est, iram sibi & pœnam judicii venientis exaggerat. Et idcirco, frater carissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communicationis & pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit, nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum. Quod vero ad Novatiani personam pertinet, frater carissime, de quo desiderasti tibi scribi quam hæresim introduxisset; scias nos primo in loco nec curiosos esse debere quid ille doceat, cum foris doceat. Quisquis ille est, & qualiscumque est, Christianus non est, qui in Christi ecclesia non est. Jactet se licet, & philosophiam vel eloquentiam suam superbis vocibus prædicet; qui nec fraternam caritatem, nec ecclesiasticam unitatem tenuit, etiam quod prius fuerat amisit. Nisi si episcopus tibi videtur, qui episcopo in ecclesia a sexdecim coepiscopis facto, adulter atque extraneus episcopus fieri a desertoribus per ambitum nititur: & cum sit a Christo una ecclesia per totum mundum in multa membra divisa, item episcopatus unus episcoporum multorum concordi numerositate diffusus; ille post Dei traditionem, post connexam & ubique conjunctam catholicæ ecclesiæ unitatem, humanam conetur ecclesiam facere, & per plurimas civitates novos apostolos suos mittat, ut quædam recentia institutionis suæ fundamenta constituat: cumque jampridem per omnes provincias & per urbes singulas ordinati sint episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti, ille super eos creare alios pseudoepiscopos audeat. Quasi possit aut totum orbem novi conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici corporis compaginem discordiæ suæ semination rescindere; nesciens schismaticos semper inter initia fervere, incrementa vero habere non posse, nec augere quod illicite cœperint, sed statim cum prava sua æmulatione deficere. Episcopatum autem tenere non posset, etiamsi episcopus prius factus, a coepiscoporum suorum corpore & ab ecclesiæ unitate descisceret, quando apostolus admoneat, ut invicem nosmetipsos sustineamus, ne ab unitate quam Deus constituit, recedamus, & dicat: *Sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem Spiritus in conjunctione pacis*. Qui ergo nec unitatem Spiritus, nec conjunctionem pacis observat, & se ab ecclesiæ vinculo atque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem, qui episcopatus nec unitatem voluit tenere, nec pacem. Tum deinde quantus arrogantiæ tumor est, quanta humilitatis & lenitatis oblivio, arrogantiæ suæ quanta jactatio, ut quis aut audeat, aut facere se posse credat, quod nec apostolis concessit dominus, ut ziznia frumento putet se posse discernere, aut quasi ipsi paleam auferre & aream purgare concessum sit, paleas conetur a tritico separare. Cumque apostolus dicat: *In domo autem magna non solum vasa aurea sunt & argentea, sed & lignea & fictilia*, aurea & argentea vasa videatur eligere, lignea vero & fictilia contemnere, abjicere, damnare, quando non nisi die domini vasa lignea divini ardoris incendio concrementur, & fictilia ab eo, cui data est ferrea virga, frangantur. Aut si se cordis & renis scrutatorem constituit & judicem, per omnia æqualiter judicet, & cum sciat scriptum esse: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat*, fraudatores & mœchos a latere atque a comitatu suo separet: quando multo & gravior & pejor sit mœchi quam libellatici causa, cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit: hic existimans sibi satis esse quod non sacrificaverit, errore deceptus sit; ille matrimonii expugnator alieni, vel lupanar ingressus ad cloacam & cœnosam voraginem vulgi, sanctificatum corpus & Dei templum detestabili colluvione violaverit: sicut apostolus dicit: *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem mœchatur, in corpus suum peccat*. Quibus tamen & ipsis pœnitentia conceditur, & lamentandi ac satisfaciendi spes relinquitur secundum ipsum apostolum dicentem: *Timeo ne forte veniens ad vos lugeam multos ex iis qui ante peccaverunt & non egerunt pœnitentiam de immunditiis quas fecerunt & fornicationibus & libidinibus*. Nec sibi in hoc novi hæretici blandiantur; quod se dicant idololatris non communicare, quando sint apud illos & adulteri & fraudatores, qui teneantur idololatriæ crimine, secundum apostolum dicentem: *Hoc enim scitote intelligentes quia omnis fornicator aut immundus, aut fraudator, quod est idololatria, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei*. Et iterum: *Mortificate itaque membra vestra quæ in terra sunt, exponentes fornicationem, immunditiam & concupiscentiam malam & cupiditatem, quæ sunt idolorum servitus, propter quæ venit ira Dei*. Nam cum corpora nostra membra sint Christi, & singuli simus templum Dei, quisquis adulterio templum Dei violat, Deum violat, & qui in peccatis committendis voluntatem diaboli facit, dæmoniis & idolis servit. Neque enim mala facta de sancto Spiritu veniunt, sed de adversarii instinctu, & de immundo spiritu natæ concupiscentiæ contra Deum facere, & diabolo servire compellunt. Ita fit ut si peccato alterius inquinari alterum dicunt, & idololatriam delinquentis ad non delinquentem transire sua asseveratione contendunt, excusari secundum suam vocem non possint ab idololatriæ crimine, cum constet de apostolica probatione mœchos & fraudatores, quibus illi communicant, idololatras esse. Nobis autem secundum fidem nostram, & divinæ prædicationis datam formam competit ratio veritatis, unumquemque in peccato suo ipsum teneri, nec posse alterum pro altero reum fieri, cum dominus præmoneat & dicat: *Justitia justi super eum erit, & scelus scelerati super eum erit*. Et iterum: *Non morientur patres pro filiis, & filii non morientur pro patribus. Unusquisque in peccato suo morietur*. Quod legentes scilicet & tenentes, neminem putamus a fructu satisfactionis & spe

1. Tim. 2.

Joan. 5.

2. Cor. 12.

Ephes. 5.

Coloss. 3.

Ezech. 18.

4. Reg. 10.

pacis

pacis arcendum, cum sciamus juxta scripturarum divinarum fidem, auctore & hortatore ipso Deo, & ad agendam pœnitentiam peccatores redigi, & veniam atque indulgentiam pœnitentibus non denegari. Atque o frustrandæ fraternitatis irrisio! o miserorum lamentantium caduca deceptio! o hæreticæ institutionis inefficax & vana traditio! hortari ad satisfactionis pœnitentiam, & subtrahere de satisfactione medicinam: dicere fratribus nostris: Plange & lacrymas funde, & diebus ac noctibus ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto tuo largiter & frequenter operare, sed extra ecclesiam post omnia ista morieris: quæcumque ad pacem pertinent, facies; sed nullam pacem quam quæris, accipies. Quis non statim pereat? Quis non ipsa desperatione deficiat? Quis non animum suum a proposito lamentationis avertat? Operari tu putas rusticum posse, si dixeris: Agrum peritia omni rusticitatis exerce, culturis diligenter insiste; sed nullam messem metes, nullam vindemiam premes, nullos oliveti tui fructus capies, nulla de arboribus poma decerpes? Vel si ei, cui dominium est, usum navium suadeas, & dicas: Materiam de excellentibus silvis mercare, frater, carinam prævalidis & electis roboribus intexe, clavo, funibus, velis, ut fabricetur atque armetur navis, operare: sed cum hæc feceris, fructum de actibus ejus & cursibus non videbis. Præcludere est atque abscindere iter doloris ac pœnitendi viam, ut cum in scripturis dominus Deus revertentibus ad se & pœnitentibus blandiatur, nostra duritia & crudelitate dum fructus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentia ipsa tollatur. Quod si invenimus a pœnitentia agenda neminem debere prohiberi, & deprecantibus atque exorantibus domini misericordiam, secundum quod ille misericors & pius est, per sacerdotes ejus pacem posse concedi, admittendus est plangentium gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non negandus. Et quia apud inferos confessio non est, nec exomologesis illic fieri potest, qui ex toto corde pœnituerint & rogaverint, in ecclesiam debent interim suscipi, & in ipsa domino reservari, qui ad ecclesiam suam venturus de illis utique, quos in ea intus invenerit judicabit. Apostatæ vero & desertores, vel adversarii & hostes, & Christi ecclesiam dissipantes, nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti, secundum apostolum, possunt ad ecclesiæ pacem, quando nec spiritus nec ecclesiæ tenuerunt unitatem. Hæc interim, frater carissime, pauca de multis quantum potui breviter decurri, quibus & desiderio tuo satisfacerem, & te magis ac magis collegii & corporis nostri societati conjungerem. Si autem tibi veniendi ad nos opportunitas & facultas fuerit, plura in commune conferre, & uberius ac plenius quæ in salutarem concordiam faciant, tractare poterimus. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

DECRETUM CORNELII PAPÆ

[1] ex Gratiani decreto desumptum, in prioribus decretalibus non extans.

Ut a jejunis juramenta præstentur.

Honestum etiam videtur, ut qui in sanctis audet jurare, hoc jejunus faciat cum omni honestate & timore Dei; & ut pueri ante annos quatuordecim non cogantur jurare.

ANNO CHRISTI 254. a 252.

CONCILIUM CARTHAGINENSE PRIMUM IN CAUSA LAPSORUM CELEBRATUM

Anno CCLIV. [2] tempore Cornelii Papæ.

Tempus loci concilii. *a* 252. aut sub finem præcedentis.

a (*Concilium.*) Carthaginense concilium hoc habitum est Carthagine post pascha, anno domini *a* 254. estque Cypriano episcopo auctore convocatum. Initio illius legati, quos Novatianus cum literis ad Africanam ecclesiam scriptis allegaverat, a Cypriano excommunicantur: patres autem in synodo congregati literas eorum, quas ipsi calumniis & mendaciis in sanctum Cornelium plenissimas publice in concilio legi urgebant, schismatis causa ex literis Cornelii, relatione quorumdam ecclesiæ episcoporum Roma revertentium, plene cognita rejiciunt, tamquam indignas quæ in tam sacro sacerdotum conventu legantur & audiantur. Cyprianus epistola 41. 42. & 55. Felicissimus schismatis Africani infelix auctor, & quinque illi presbyteri Carthaginenses fidei desertores, ac schismatici sectarii, de quibus Cyprianus epistola 40. jam ante bis excommunicati, in hoc sacro episcoporum conventu, causam suam acturi adsunt, audiuntur, & demum tertio excommunicantur. Id aperte constat ex epist. Cypriani 52. & 55. item ex literis synodicis ad Cornelium scriptis, quarum quidem S. Cyprianus epist. 42. meminit, sed injuria temporum interciderunt. Decretum est in hoc concilio, ut lapsi pœnitentiam agentes in ecclesiæ communionem quidem recipiantur; sed non citra urgentem necessitatem ante satisfactionis tempus impletum admittantur. Hæc Cyprianus epist. 52. ad Antonianum scribens his verbis significat: *Secundum quod tamen antea fuerat destinatum, persecutione sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & domini tutela protexit, in unum convenimus: & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus desperatione deficerent, & eo quod sibi ecclesia clauderetur, secuti sæculum, gentiliter viverent: nec tamen rursus censura evangelica*

Acta concilii hujus.

Decretum concilii.

[1] Gratian. 16. 22. q. 5. Versus e Capitular. lib. 1. cap. 63. *Harduinus.*

[2] Doctissimus Pagi, qui Cornelium summum Pontificatum adeptum statuit an. 251. quarto die Junii, hoc primum Carthaginense sub Cypriano Concilium inceptum autumat mense Majo ejusdem anni 251. ante Cornelii P. ordinationem, & ad mensem Augustum usque prorogatum.

gelica ſolveretur ut ad communicationem temere proſilirent, ſed traheretur diu pœnitentia, & rogaretur dolenter paterna clementia, & examinarentur cauſæ & voluntates & neceſſitates ſingulorum. Vide Baron. anno Chriſti 254. num. 83. uſque ad 90. excluſive.

ANNO CHRISTI 254. 252.

CONCILIUM ROMANUM I.

IN CAUSA LAPSORUM,

Celebratum anno [a] CCLIV. *tempore Cornelii Papæ.*

AUctoritate Cornelii pontificis ad petitionem Cypriani Romæ hæc ſynodus ob eamdem lapſorum cauſam anno 254. celebrata eſt: in qua decretum Carthaginenſis concilii, de quo ſupra, confirmatum eſt; nimirum, ut lapſi ad pœnitentiam quidem admitterentur, ſed ad communionem non niſi tempore ſatisfactionis peracto reciperentur. Hæc omnia ex eadem 52. epiſtola Cypriani ad Antonianum probantur his verbis: *Ac ſi minus ſufficiens epiſcoporum numerus in Africa videbatur, etiam Romam ſuper hac re ſcripſimus ad Cornelium collegam noſtrum, qui & ipſe cum plurimis coepiſcopis habito concilio, in eamdem nobiſcum ſententiam, pari gravitate & ſalubri moderatione, conſenſit*, &c.

De ſacerdotibus lapſis hoc peculiariter decretum, & conſtitutum eſt hoc eodem concilio, ut ſacerdotes lapſi prævia pœnitentia & ſatisfactione ad eccleſiam quidem recipiantur, ſed a ſacerdotali functione deinceps abſtineant, & laica tantum communione contenti in eccleſia communicent. Hoc decretum per literas Cornelius promulgavit, ut teſtatur Cyprianus epiſtola 67. in fine. Vigore hujus decreti Cornelius pontifex, ut conſtat ex 52. epiſtola Cypriani, Trophimum quemdam epiſcopum lapſum ad laicam tantum communionem recepit, eique, quamquam ad eccleſiam admiſſus eſſet, epiſcopali munere interdixit. Eamdem conſtitutionem a Fortunatio epiſcopo Aſſuritano lapſo non obſervatam fuiſſe, Cyprianus epiſtola 64. vehementer exclamat. Item epiſtola 68. de Baſilide & Martiale loquens, eo quod lapſi eſſent, hæc ad Hiſpanos ſcribit: *Fruſtra tales epiſcopatum ſibi uſurpare conantur, cum manifeſtum ſit ejuſmodi homines nec eccleſiæ Chriſti poſſe præeſſe, nec Deo ſacrificia offerre debere: maxime cum jampridem nobiſcum & cum omnibus omnino epiſcopis in toto mundo conſtitutis, etiam Cornelius collega noſter, ſacerdos pacificus ac juſtus, & martyrio quoque dignatione domini honoratus, decreverit, hujuſmodi homines* (lapſos nimirum ſacerdotes & epiſcopos) *ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione autem cleri atque ſacerdotali honore prohiberi*. Baron. anno 254. num. 90. & 91.

Trophimus epiſcopus lapſus recipitur ad laicam communionem.

CONCILIUM ROMANUM II.

QUO NOVATIANUS CONDEMNATUR,

Anno [b] CCLV. *ſub Cornelio Papa.*

ANno domini 255. Romæ ſub Cornelio pontifice habitum eſt hoc concilium, in quo 60. epiſcopi congregati, decreverunt; Novatianum ejuſque fautores ſchiſmaticos, eo quod ab unitate eccleſiæ ipſi ſe præſcidiſſent, & lapſis pœnitentiam & reconciliationem denegarent, excommunicandos eſſe, ſicuti etiam de facto excommunicatos denunciarunt: lapſos vero ad reconciliationem & pœnitentiam admittendos eſſe decreto ſuo confirmarunt. Acta hujus concilii, cum ſubſcriptionibus epiſcoporum, teſte Euſebio lib. 6. cap. 35. in extrema parte illius epiſtolæ, quam Cornelius ad Fabium Antiochenum ſcripſit, extiterunt, ſed magno antiquitatis eccleſiaſticæ detrimento exciderunt. De hoc concilio prædicto lib. 6. cap. 35. hæc Euſebius; *Ob quam rem* (Novatianum alioſque ejusdem ſchiſmatis ſectatores) *concilium maximum Romæ cogitur, in quo ſexaginta epiſcopi, atque presbyteri totidem atque amplius, una cum diaconis in unum conveniunt. A paſtoribus etiam, ſeparatim per ſingulas cujuſque regionis provincias, quid ea de re agendum eſſet, deliberantibus, colloquia fiunt. A quibus omnibus tandem decernitur; Novatianum ejuſque fautores tanta ſuperbia inflatos, & quotquot illius inhumaniſſimæ, & a fraterna caritate alieniſſimæ opinioni aſſentirentur, in eorum numero qui erant ab eccleſia excluſi haberi: fratres autem qui caſu infelici prolapſi fuiſſent, pœnitentiæ medicamentis curari, & ad ſanitatem reſtitui*. Vide Baron. anno domini 255. num. 2. & 3.

[a] Hic Auctor Baronium ſecutus in duo ſecat unicum a Cornelio Pontifice celebratum Romæ concilium, menſe Octobri anni 251. in quo ſimul & ſynodi Carthaginenſis decreta de Lapſis recipiendis roborata, & Novatianus cum ſuis anathemate percuſſus. Nec aliud eſt *Concilium Italicum* Hieronymi; cum enim non pauci in Italia Epiſcopi Romano Concilio minime interfuiſſent, eorum quoque ſententiam Cornelius ſeorſim poſtulavit; unde idem Concilium *Romanum* ac *Italicum* Hieronymus appellavit. Conſule doctiſſimum Pagium in Critic. Annal. Baron. ad an. 251. num. 25. & 26. Nec plura Cornelii Romana Concilia memorat Auctor Synodici.

ANNO CHRISTI 255. 253.

CONCILIUM ITALICUM.

SUB CORNELIO PAPA,

De causa Novatiani,

Celebratum anno domini [a] CCLV.

a 253. aut circiter.

Decretum hujus concilii

EPiscopos Italiæ ob hanc eamdem causam Novatiani circa hæc tempora convenisse, idem quod præcedente Romano concilio secundo constitutum est, confirmasse & decrevisse, testatur Hieron. lib. de scriptor. eccles. in Cornelio, hisce verbis: *Cornelius Romanæ urbis episcopus*, &c. *scripsit epistolam ad Flavianum Antiochenæ ecclesiæ episcopum de synodo Romana, Italica, & Africana*. Eusebius prædicto libro 6. cap. 35, de hoc concilio hæc ait: *Epistolæ quidem Cornelii episcopi Romani scriptæ ad Fabium episcopum ecclesiæ Antiochenæ, ad nos pervenerunt, quæ tum acta concilii Romæ habiti, tum quæ ab omnibus in Italia, in Africa, inque aliis locis de eo errore decreta erant, evidenter declarant*. Vide Baronium anno domini 255. num. 2. & 3.

CONCILIUM CARTHAGINENSE II.

IN CAUSA SCHISMATICORUM

Feliciſſimi & Novatiani,

Celebratum anno [b] CCLV. [1] *ſub Cornelio Papa.*

b 253.

Tempus, locus & causa habiti concilii.

c 253.

HOc concilium anno domini [c] 255. Idibus Maii Carthagine in Africa celebratum est, in causa duorum schismaticorum, Feliciſſimi nimirum, & Novatiani, quorum ille omnes omnino lapsos absque pœnitentia mox susscipi debere pertinaciter defendebat: Novatianus vero in alterum extremum nimis declinans, neminem eorum qui lapsi essent in ecclesiam recipiendum esse non minore pertinacia asserebat. Ad hanc ergo controversiam determinandam, auctoritate Cypriani episcopi, quadraginta duo episcopi Africanæ ecclesiæ congregantur, qui media via incedentes, definiverunt lapsis reditum ad ecclesiam postulantibus, pacem & reconciliationem concedendam esse, si impositam sibi pœnitentiam adimpleviſſent: idque ordinarie observari constituerunt, nisi vel vitæ extremæ periculum imminens, vel instans tyrannorum persecutio (quam futuram esse Spiritus sanctus Cypriano revelaverat) pœnitentiarum injunctarum, aut etiam injungendarum, indulgentiam, relaxationem & dispensationem postularet. Privatus veterator hæreticus, ut causam suam ageret, ad hanc synodum ipse cum suis introire tentavit quidem, sed quia antea sæpe damnatus fuisset, repulsus est: qua de causa ille sociis quibusdam collectis, Fortunatum quemdam profugum & abstentum, adversus Cyprianum, pseudoepiscopum creat, & postea statim per Feliciſſimum, & magnam schismaticorum catervam ad Cornelium papam ablegatam, ut schismatis & hæreses suspicionem averterent, apostolicæ sedis communionem solicite admodum appetunt. Verum cum Romam adnavigassent, & a pontifice Cornelio aliquoties audiri & recipi postulassent, eique contra Cyprianum querelas offerre tentassent, ab eodem protinus rejecti sunt: quippe qui per literas a Cypriano scriptas, hos schismatis atque hæreseos auctores & propugnatores, profugos & absentes, jam satis cognoviſſet. Vide Baronium anno 255. num. 5. sequentibus. Synodica epistola ad Cornelium transmissa extat apud Cyprianum inter suas [a a] 54. quam huc transtulimus commode.

Decretum concilii.

Privatus hæreticus ab aditu concilii cum repellatur.

EPISTOLA D. CYPRIANI

ET SYNODI AFRICANÆ

AD CORNELIUM.

De lapsis.

Cyprianus, Liberalis, [2] *Caldonius, Nicomedes, Cæcilius, Junius, Marutius, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus,* [3] *Rogatianus, Sattius, Secundinus, alius Saturninus, Eutyches, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculanus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hortensianus, Gerianus, Jambus,* [4] *Donatus, Pomponius, Polycarpus, Demetrius, alius Donatus, Privatianus, Fortunatus, Rogatus, &* * [5] *Mummillus, Cornelio fratri salutem.*

STatueramus quidem jampridem, frater cariſſime, participato invicem nobiscum consilio,

1 Anno potius 252. Idibus Maiis juxta exactiorem Pagi Chronologiam, quem consule ad an. 252. n. 8.

2 MS noster *Calydonius, Nichomedes, Cecilius, Julius, Marrucius*. Hard. cujus sunt & sequentes notæ.

3 MS. noster *Rogatianus, Tertillus*, (al. *Terullus*) *Lucinus, Eutices, Amplus, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculaneus .... Verianus .... Pompejus .... alius Fortunatus*. 4 MS. noster *Donatus, Privatianus*; omissis interjectis, qui neque in Corb. MS. leguntur. 5 MS. noster *Manubas*, al. *Manulus*.

NO ISTI 253.

filio, ut qui in persecutionis infestatione sup- A plantati ab adversario, vel lapsi fuissent, ac sacrificiis se illicitis maculassent, agerent diu pœnitentiam plenam: & si periculum infirmitas urgeret, pacem [1] sub ictu mortis acciperent. Nec enim [2] fas erat, aut permittebat paterna pietas & divina clementia, ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus & deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, ut de sæculo recedentes, sine communicatione & pa-
romi- ce domini dimitterentur; quando [3] permiserit ipse, qui legem dedit, *ut ligata in terris,*
16. & *etiam in cœlis ligata essent*: solvi autem possent illic, quæ hic prius in ecclesia solverentur. Sed enim cum videamus diem rursus alterius infe- B stationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis de divina dignatione commissam exhortationibus nostris præparemus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant, & prælium flagitant, intra castra domini colligamus; necessitate cogente censuimus, eis qui de ecclesia domini non recesserunt, [4] sed pœnitentiam agere, & lamentari, ac dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium (quod imminet) armari & instrui oportere. Obtemperandum est namque osten- C sionibus atque admonitionibus justis, ut a pastoribus oves in periculo non deserantur, sed grex omnis in unum congregetur, & exercitus domini ad certamen militiæ cœlestis armetur. Merito enim trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, ut infirmis in exitu subveniretur, quamdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lacrymas, & subvenire sero morientibus in infirmitate pateretur. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est: nec morientibus sed viventibus communicatio a nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & cum ad D hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela; quos tutos esse contra adversarium volumus, munimento dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesia poculum domini jure communionis admittimus? Interesse debet, frater carissime, inter eos, qui vel apostataverunt, & ad sæculum, cui renunciaverant, reversi gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt: & inter eos qui ab ecclesiæ limine non recedentes, & im- E plorantes jugiter ac dolenter divina & paterna solatia, nunc se ad pugnam paratos esse, & pro domini sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter & pugnare profitentur. Hoc in tempore pacem nos non dormientibus, sed vigilantibus damus: pacem non deliciis, sed armis damus: pacem non ad quietem, sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audimus, & optamus, & credimus, fortiter steterint, &

ANNO CHRISTI 253. 253.

adversarium nobiscum in congressione prostraverint, non pœnitet pacem concessisse tam fortibus: imo episcopatus nostri honor grandis & gloria est, pacem dedisse martyribus, ut sacerdotes, qui [5] sacrificia Dei quotidie celebramus, hostias Deo & victimas præparemus. Si autem (quod dominus avertat a fratribus nostris) aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat, & impendentis prælii tempore communicationem non præliaturus accipiat; seipsum fallit, & decipit, qui aliud corde occultat, & aliud voce pronunciat. Nos, inquantum nobis & videre & judicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari & mentem perspicere non possumus. *De his judicat occultorum scrutator & cognitor cito venturus, & de arcanis cordis atque abditis judicaturus.* Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adjuvari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est, quia sunt quidam negaturi; cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Ne quisquam dicat: Qui martyrium tollit, sanguine suo baptizatur: nec pax illi ab episcopo necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem, & accepturo majorem de domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta eucharistia erigit & accendit. Dominus enim in evangelio suo ait: *Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Quando autem dicat: in traditis atque in confessione nominis constitutis, loqui Spiritum Patris, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri, qui non prius, pace accepta, receperit Spiritum Patris, qui corroborans servos suos, ipse loquitur & confitetur in nobis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit, & in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte incurrerit, aut in febribus & languore decesserit; nonne nobis imputabitur, quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo & parentibus ac liberis, sequi dominum suum maluit, sine pace & sine communicatione decedit? Nonne nobis vel negligentia segnis, vel duritia crudelis adscribetur in die judicii, quod pastores, creditas & commissas nobis oves nec curare in pace, nec in acie voluerimus armare? Nonne nobis ingeretur a domino, quod per prophetam suum clamat, & dicit: *Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis: & quod crassum est, interficitis, & oves meas non pascitis: quod infirmatum est, non confirmastis, & quod male habuit, non corroborastis, & quod contribulatum est, non [6] consolati estis, & quod errabat, non revocastis, & quod periit, non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis labore: & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sunt pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri: & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam*

1. *Regum* 16.

Matth. 10. Ex hoc loco & similibus confirmatur necessitas confessionis.

Ezech. 34.

1 Corb *sub iflum*. 2 Corb. *veritas*. 3 MS. novem *promiserit*; in nostro, & Corb. *permiserit*. 4 In Colbert. MS. *& pœnitentiam*. 5 MS. noster *sacrificium Deo*. 6 Ita etiam MS. noster: alias *non consolidastis*.

eos, ut non pascant oves meas, & jam non pascent eas, & extraham oves meas de ore eorum, & pascam eas cum judicio. Ne igitur ore nostro quo pacem negamus, quod duritiam magis humanæ crudelitatis, quam divinæ & paternæ pietatis dulcedinem opponimus, oves nobis commissæ a domino reposcantur; placuit nobis, sancto Spiritu suggerente, & domino per visiones multas & manifestas admonente, quia hostis nobis imminere prænunciatur, & ostenditur colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, imo pugnaturis arma suggerere: quod credimus vobis quoque, paternæ misericordiæ contemplatione, placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit, qui urgente certamine pacem fratribus & sororibus non putat

Vides quomodo confirmari petant quodammodo suam a Cornelio ut summo pontifice, sententiam.

A dandam, reddet ille rationem in die judicii domino, vel importunæ censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos, quod fidei & caritati & solicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra, protulimus; diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem qualis fuit, sed graviorem multo & acriorem multo venire: hoc nobis divinitus frequenter ostenditur; de hoc nos providentia & misericordia domini sæpius admonere dignatur; de cujus ope & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi: quia qui in pace militibus suis futuram prænunciat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

SYNODI TRES EX LIBELLO SYNODICO.

ROMANA [1] CORNELII.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, πατερων μακαρίων, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα, ὑπὸ Κορνηλίου τοῦ μακαριωτάτου πάπα, καὶ ἑτέρων δέκα καὶ ὀκτὼ ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναύατον, παγίδα τῶν μετανοεῖν βουλομένων.

B SYnodus divina & sacra provincialis patrum beatorum Romæ congregata a Cornelio beatissimo papa, aliisque octodecim episcopis: quæ Novatum, laqueum illum pœnitentiam agere volentium, abdicavit.

CARTHAGINENSIS [2], CYPRIANI.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Καρθαγένῃ τῇ Νεαπόλει τῆς Ἀφρικῆς καλουμένῃ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἱερομάρτυρος Κυπριανοῦ, γενομένου αὐτῆς ἐπισκόπου, καὶ ἑτέρων ὀγδόηκοντα τεσσάρων ἐπισκόπων, ἀποκηρύξασα Ναύατον, ὡς τὴν μετάνοιαν τοῖς πταίουσι κλείοντα.

C SYnodus divina & sacra provincialis, Carthagine, nova Africæ civitate dicta, collecta a sacro martyre Cypriano, qui ejus erat episcopus, aliisque octoginta quatuor episcopis: quæ Novatum, utpote pœnitentiam lapsis negantem, abdicavit.

ANTIOCHENA, DEMETRII.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα, ὑπὸ Δημητριανοῦ τοῦ ταύτης ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καθελοῦσα Ναύατον, ὡς ὄντα φιλαμαρτήμονα.

SYnodus divina & sacra provincialis Antiochiæ collecta a Demetrio, ejusdem sanctissimo episcopo: quæ Novatum deposuit, tanquam qui peccatoribus patrocinaretur.

ANNO CHRISTI 252. Ex nova Collectione Baluzii.

D *PRimam hujus synodi notitiam debemus Dionysio Episcopo Alexandrino: qui ad Cornelium Papam scribens, cujus literas adversus Novatum scriptas acceperat, ei significavit se ab Heleno Tarsi Ciliciæ Episcopo & a ceteris qui cum illo convenerant, Firmiliano scilicet Cæsareæ Cappadociæ & Theoctisto Cæsareæ Palæstinæ provinciæ Episcopis, invitatum fuisse ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. Scribebat etiam sibi nunciatum esse quod Fabianus quidem Episcopus Antiochenus diem extremum obiisset, Demetrianus vero in ejus locum esset constitutus. Hæc tantum Dionysius, ut refert Eusebius lib.* VI. *cap.* XLVI. *historiæ ecclesiasticæ. Auctor vero synodici addit Novatum in ea synodo depositum fuisse, tamquam qui peccatoribus patrocinaretur. Quod fortassis accepit auctor ille ex epistola ejusdem Dionysii scripta ad Dionysium tunc quidem Romanæ urbis Presbyterum, sed qui aliquanto post tempore ejusdem urbis Episcopus est constitutus. Fragmentum ex ea epistola refert idem Eusebius l.* VII. *cap.* VIII. *his verbis.*

Νοουα-

1 De hac supra pag. 866. 2 De hac itidem supra pag. 867.

Νοβατιανὸν μὲν γὰρ δικαίως ἀπεχθανόμεθα, διϊσχόψαντι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τινὰς τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἑλκύσαντι· ὃς περὶ τοῦ θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισηγησαντι· καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι· ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ λεκτὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον· καὶ τὴν πρὸ αὐτοῦ πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀναιδέποντι· τότε πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ αὐτῶν, εἰ καί τις ἐν αὐτοῖς ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς, παντελῶς φυγαδεύοντι.

A Nam Novatianum merito averſamur, quippe qui Eccleſiam diſcidit, & quoſdam ex fratribus ad impietatem blaſphemiamque pertraxit, qui nefariam de Deo doctrinam invexit, & clementiſſimum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum quaſi implacabilem calumniatur, qui præterea ſacrum lavacrum obliterat, fidemque & confeſſionem quæ baptiſmum præcedunt evertit, & ſpiritum ſanctum penitus ab illis fugat, tametſi aliqua ſpes ſubſit vel quod in illis adhuc maneat vel quod ad eos reverſurus ſit.

ANNO CHRISTI 255. vel 253.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA LUCII PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

a LUcius natione Romanus, ex patre [a] Porphyrio, *b* ſedit annos tres, menſes tres, dies tres. Martyrio coronatur. *c* Fuit autem temporibus Galli & Voluſiani, uſque ad Valerianum [b] ſecundo & (*a*) Gallienum coſſ. *d* Hic in exilio fuit relegatus, poſtea nutu Dei, incolumis ad eccleſiam reverſus eſt. Hic præcepit, ut duo presbyteri & tres diacones in omni loco epiſcopum non deſererent, propter teſtimonium eccleſiaſticum, *e* Qui etiam a Valeriano capite truncatus eſt, (*b*) quarto nonas Martii. Hic omnem poteſtatem eccleſiæ dedit (*c*) archidiacono ſuo Stephano, dum ad paſſionem pergeret. Hic fecit ordinationes* duas per menſem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, *f* epiſcopos per diverſa loca (*d*) ſeptem. Qui etiam ſepultus eſt in cœmeterio Caliſti via Appia (*e*), & ceſſavit epiſcopatus dies 35.

B Lucii ad Cyprianum, non eſt pontificis Romani, ſed alterius cujuſdam cognomini epiſcopi Baron. anno 257. num. 4. Hujus pontificatus peſtis ingens & immanis omnes totius orbis provincias depopulata eſt. Eutrop. in Gallo &c. Euſeb. in chron. Hanc peſtem dira fames & atrocia bella comitabantur: quæ cum impius Demetrianus Africæ proconſul in invidiam Chriſtianorum refunderet, & eorum impietate omnia mala hæc mortalibus contingere affirmaret Cyprianus pulchra & acri apologia ſceleſti præſidis audaciam retundit, & plane compeſcit. Clariſſimum de Lucio & Cornelio S. Cypriani elogium extat ejus epiſt. 67. his verbis: *Servandus eſt anteceſſorum noſtrorum, beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater cariſſime, honorificare & ſervare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni Spiritu Dei, & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis patem cenſuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis, & pacis negandum non eſſe litteris ſuis ſignaverunt, quam rem omnes omnino utique cenſuimus: neque enim poterat apud nos eſſe cenſus diverſus, in quibus unus eſſet Spiritus.* Hæc Cyprianus prædicto loco. Baron. anno 255. num. 64. item 256. num. 2. & ſeqq.

Peſtis & fame ſub Lucio.

Lucii laus.

b Sedit annos tres, &c.) Si, quod infraſcribit auctor libri pontificalis, per menſem Decembrem duas ordinationes fecerit, & 4. Nonas Martii, ſub conſulatu Valeriani & Gallieni capite truncatus ſit, non 8. dumtaxat menſibus ut ſcribit Euſeb. ſed uno anno, quatuor menſibus & 12. diebus ſediſſe oportuit. Baronius anno 257.

Tempus ſedis.

c Fuit temporibus Galli.) Anno ſecundo Galli & Voluſiani pontifex creatus, quarto eorumdem imperatorum anno inchoato, capite truncatus martyrium conſummat. Euſeb. in chron. & in hiſt. libro 7. cap. 2. Vide quæ infra dicemus verbis: *Qui etiam a Valeriano*, &c.

Quoties exularit.

d Hic in exilio fuit relegatus.) Bis ob confeſſionem fidei exulavit; ſemel cum Cornelio, de quo exilio ſupra egimus, & ſemel jam pontificatum adeptus, ut conſtat ex epiſt. Cypriani 58. ad eumdem ſcripta.

e Qui etiam a Valeriano capite truncatus eſt.) Dionyſius Alexandrinus, qui his temporibus vixit, ideoque ad rerum geſtarum veritatem probandam inſtar omnium eſſe poteſt ac debet, apud Euſeb. lib. 7. cap. 9. abſque ulla ambiguitate teſtatur, Valerianum permultis ab exordio imperii ſui annis, optime meritum, nihil illis negotii faceſſiviſſe: martyrium igitur Lucii pontificis, quod teſte Cypr. epiſt. 58. ſæviente perſecutione

Valerianus initio imperii Chriſtianis favet.

Notæ Severini Binii.

a Lucius.) Poſt interregnum 35. dierum, anno Chriſti " 255. 20. Octobris, qui eſt ſecundus Galli & Voluſiani, Lucius pontifex, qui Cornelium ad Centumcellas in exilium ſecutus fuerat, ad urbem cum collegis reverſus, unanimi omnium conſenſu eidem Cornelio ſuccedit. Poſtquam vero ad apoſtolicæ cathedræ culmen aſſumptus eſſet, B. Cyprianus literis ad eum ſcriptis plurimum illi gratulatus eſt. Durante adhuc perſecutione, quæ a Decio cœpta, a Gallo & Voluſiano continuata eſt, juſſu imperatoris in ipſo pontificatus ſui ingreſſu relegatur; verum monitu Spiritu ſancti anno Chriſti " 256. Romam ab exilio revertitur, ob quam rem illi feliciter reſtituto, poſt partam confeſſionis gloriam, Cyprianus ſecunda epiſtola ad eum ſcripta gratulatur. Quam epiſtolam unicam apud Cyprianum extantem, quod ad hiſtoriam hanc eccleſiaſticam recte intelligendam multum conferat, huc transferri & epiſtolæ Lucii ſubjungi procuravi. Quæ vero ad Lucium papam perperam inſcripta eſt 77. Cypriani epiſtola, non ad Lucium Romanum pontificem, ſed ad alium epiſcopum ejuſdem nominis ſcripta eſt. Sicut illa 79.

(*a*) *Luc.* Gallicanum. (*b*) *Luc.* tertio. (*c*) *Luc. inſerit* omnis. (*d*) *Luc.* XVII. (*e*) *Luc. inſcrit.* VIII. Kal. Septemb.

Iussu Galli fit martyr.

cutione factum est, non Valeriani, sed Galli potius a Volusiani jussu contigisse necessario affirmari debet: quamquam quod hic dicitur a Valeriano capite truncatus esse, duplici ratione hac optime & verissime exponi possit: primo, ut per nomen Valeriani hic positum, intelligatur Valeriani persecutio; ita tabulæ ecclesiasticæ habent: sub qua persecutione Lucium martyrio affectum esse verissimum est. Quæ enim persecutio Decio auctore cœpta est, & Valeriani censura approbata fuit (nam illo tempore Valerianus censorem agebat, cujus hoc officii erat, ut latis legibus facinorosi quique punirentur) ea horum auctoritate semel promulgata, sic semper in posterum perseveravit, ut omnis illa reliquorum temporum persecutio, etiamsi aliquo temporis interstitio pax fuerit in ecclesia, Decii & Valeriani appellaretur. Unde etiamsi jussu Valeriani, juxta Dionysii Alexandrini testimonium, Lucium occisum esse falsum sit; attamen verum est, eumdem sub Valeriani persecutione, quæ censura ipsius, Decio adhuc vivente approbata, & ad decennium continuata fuit, martyrium subiisse. Secundo, sic exponi potest, ut quod jussu Galli & Volusiani, anno imperii eorum quarto accidit, id sub Valeriani imperio factum esse vere scribatur, propterea quod Valerianus in fine anni 255. a militibus Alpinis imperator acclamatus, cum Gallo & Volusiano adhuc viventibus biennio imperium obtinuerit, adeoque verum sit, sive sub Gallo, sive sub Valeriano Lucius occisus esse scribatur. Baron. anno 257. num. 2, & 3.

An & quando sub Valeriano passus sit?

Deciana persecutio cur Valeriani appelletur.

Valerianus quando imperator factus sit.

f Episcopos.) Ex iis fuit unus Melanius episc. Rothomagensis sanctitate celebris, de quo vide Baron. in not. ad mart. Rom. die 28. Octobris.

---

* EPISTOLA [a]

a Suspecta eodem jure cum aliis Isidori mercibus.

LUCII PAPÆ I.

AD GALLIÆ ATQUE HISPANIÆ Episcopos.

Ut duo presbyteri & tres diaconi in omni loco episcopo adhæreant propter testimonium ecclesiasticum: & de accusatione episcoporum: & de unanimitatis concordia inter metropolitanum ceterosque episcopos, & ut raptores atque ecclesiasticarum rerum ablatores, invasores, alienatores, ut fures & sacrilegi anathematizentur.

I. *Ut episcopus semper testes secum presbyteros ac diaconos habeat.*

II. *De criminationibus episcoporum, sive majorum natu, & ut audientia ad majores personas appellantibus non negetur.*

III. *Ut metropolitanus sine consilio episcoporum nihil agat, nec ipsi sine illius, nisi quod ad proprias ecclesias pertinet.*

IV. *Ut metropolitanus sine episcopis causam eorum non audiat.*

V. *Ne posteriores episcopi prioribus se præferant, nec eis inconsultis aliquid agant.*

VI. *De iis qui res ecclesiæ, vel oblationes fidelium auferunt, & qui eis consentiunt.*

Dilectissimis fratribus omnibus in partibus occidentalibus, tam in Galliis quam in Hispaniis consistentibus, Lucius episcopus in domino salutem.

a S. Leo ep. 28.

LIteras dilectionis vestræ, quas ad beati Petri apostoli sedem pro vestra causa [a] negotii misistis, libenter suscepimus: sed de vestris afflictionibus non modice contristati sumus. Significastis enim, vos tam a quibusdam, A non rectam fidem tenentibus, sed erroribus implicitis, quam & ab aliis eos imitantibus, persequi & infamari, atque vestras ecclesias suis dotibus & fidelium oblationibus spoliari, vestrosque ministros nimis vexari: & ideo multos a vobis & a recta fide discedere, quoniam eis non potestis defensionem impendere, nec ea quæ necessaria sunt ministrare. Nolite mirari, fratres, si vos malevoli & impii persequuntur; cum ipsum Christum caput nostrum sint persecuti. Unde & consolatricem ipsam habetis veritatem, quæ ait: *Si patrem familias Beelzebub vocaverunt, quanto magis (a) domesticos ejus?* Ipsa iterum consolans nos loquitur dicens. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret:* B *sed quia non estis de mundo, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*

I.

Propter tales, fratres, hortamur vos, sicut & in hac sancta ecclesia constitutum habemus, ut semper testes vobiscum sacerdotes & diaconos habeatis. Et licet conscientia sufficere possit propria, tamen propter malevolos, juxta apostolum, etiam *testimonium vos oportet habere bonum ab his quis foris sunt.* Quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, ut *b* duo presbyteri, vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant, propter testimo- C nium ecclesiasticum.

II.

Episcopi ergo non sunt leviter accusandi vel detrahendi, quia injuria eorum [a] ad Christum pertinet, cujus vice & legatione funguntur in ecclesia. Unde nobis & omnibus, qui nobiscum sunt in nostro solatio, sicut & olim factum invenimus, constitui placuit, ut criminationes majorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos qui crimina intendunt, [b] si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, [c] omni se carere suspicione atque inimicitia, & irreprehensibilem D fidem ac conversationem ducere. [d] Unde placuit, ut a quibuscumque judicibus ecclesiasticis, [e] ad alios judices ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, si fuerit provocatum, audientia non negetur.

III.

Item constituimus, sicut & a sanctis apostolis eorumque successoribus decretum reperimus, si quis metropolitanus episcopus, nisi quod solummodo ad propriam pertinet parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincialium episcoporum, [f] extra aliquid agere tentaverit, gradus sui periculo subjacebit: & quod egerit, irritum, habeatur & vacuum. Sed quic- E quid de comprovincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarum & clericorum atque sæcularium necessitatibus, aut de quibuscunque communibus causis agere, aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprovincialium agatur pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed concordia & humillima administratione, sicut dominus ait: *Non veni ministrari, sed ministrare.* Et alibi: *Qui major est vestrum, erit minister vester*, & reliqua. Simili-

(a) *Luc.* domesticos fidei.

militer ipſi comprovinciales epiſcopi, cuncta cum ejus conſilio, niſi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, juxta ſanctorum conſtituta patrum, ut uno animo, uno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula.

IV.

Similiter, auctoritate fulti apoſtolica, præcipimus, ut nullus metropolitanus [a] epiſcopus, abſque ceterorum omnium comprovincialium epiſcoporum inſtantia, aliquorum audiat cauſas eorum: quia irrita erunt, & ipſe cauſſam pro facto dabit.

V.

Epiſcopi vero per ſingulas provincias obſervent, ne poſteriores ſe prioribus ſuis præferant: [b] nec eis inconſultis, niſi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant: ſed omnes de communibus eorum cauſis conſonam ſententiam proferant & determinent, quoniam aliter acta nullas vires habebunt, [c] nec eccleſiaſtica reputabuntur. Bonum eſſet, fratres, & valde Deum timentibus & pie vivere volentibus neceſſarium, ſi intra catholicam eccleſiam nullius mali, aut infeſtationis alicujus, erga domini ſacerdotes, aut juſte & pie volentes vivere, germen exurgeret. Sed quia prævalente invidia, quod deterius eſt ſurgit & creſcit, atque nimis ſe in omnes partes extendit, idcirco neceſſe eſt, illud eccleſiaſtico & apoſtolico abſcindi mucrone, ne * ſervis Dei ac domini * ſacerdotibus valeat nocere, aut perdere. *Exhonoravit enim dominus*, ut in eccleſiaſtico legitur libro, *conventus malorum, & deſtruxit Deus eos uſque in finem. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Radices gentium ſuperbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipſis gentibus. Terras gentium evertit dominus, & perdidit eas uſque ad fundamentum. Arefecit ex ipſis, & diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum de terra. Perdidit Deus memoriam ſuperborum, & reliquit memoriam humilium ſenſu. Non eſt creata hominibus ſuperbia, neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet Deum: ſemen autem hoc exhonorabitur hominum, quod præterit mandata domini. In medio fratrum, rector illorum in honore: & qui timent dominum, erunt in oculis illius. Gloria divitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei eſt. Noli deſpicere hominem juſtum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem divitem. Magnus, & judex, & potens eſt in honore: & non eſt major illo, qui timet Deum. Servo ſenſato liberi ſervient, & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur. Noli te extollere in faciendo * opera tua, & noli cunctari in tempore anguſtiæ. Melior eſt qui operatur & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Fili, in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundum meritum ſuum. Peccantem in animam ſuam quis juſtificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum: & eſt homo, qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in ſubſtantia. Et qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſidere illum faciet. Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo. Brevis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In veſtitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altiſſimi ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & inviſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portavit diadema. Multi potentes oppreſſi ſunt valde, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Priuſquam interroges, ne vitupereres quemquam: & cum interrogaveris, corripe juſte. Priuſquam audias, nec reſpondeas verbum, & in medio ſeniorum ne adjicias loqui. De ea re, quæ te non moleſtat, ne certeris, & in judicio peccantium ne conſiſtas. Fili mi, ne in multis ſint actus tui, & ſi dives fueris, non eris immunis a delicto. Si enim ſecutus fueris, non apprehendes: & non effugies, ſi præcurreris. Eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius: & tanto magis non abundabit. Eſt homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate: & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltabit caput ejus, & mirati ſunt in illo multi, & honoraverunt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas a Deo ſunt. Datio Dei permanet juſtis: & profectus illius, ſucceſſus habebit in æternum. Eſt qui locupletatur parce agendo, & hæc pars mercedis illius in eo quod dicit. Inveni requiem mihi, & non manducabo de bonis meis ſolus: & neſcit, quod tempus præterea illum, & relinquet omnia aliis, & morietur. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in * opera mandatorum tuorum veteraſce. Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. Facile eſt enim in oculis Dei ſubito * honeſtari pauperem. Benedictio Dei in mercedem juſti feſtinat, & in honore veloci proceſſus illius * juſtificat. Ne dicas, quid eſt mihi opus? & quæ erunt mihi ex hoc bona? Nec dicas, ſufficiens mihi ſum, & quid ex hoc peſſimabor? In die bonorum, ne immemor ſis malorum: & in die malorum, ne immemor ſis bonorum: quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere unicuique ſecundum vias ſuas. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim inſidiæ ſunt doloſi. Sicut enim eructant præcordia * fœtantium, & ſicut perdix inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut perſpector videns caſum proximi ſui. [x] Bona in * malum convertit inſidiator, & in electis ponet maculam. A ſcintilla una augetur ignis, & ab uno doloſo augetur ſanguis. Homo vero peccator ſanguini inſidiatur. Attende tibi a peſtifero: fabricat enim mala, ne forte inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & ſubvertet in turbine, & abalienabit te a * tuis propriis. Tales, cariſſimi, valde ſunt cavendi, uſque dum aut convertantur, aut abſcindantur verbo divino. *Beatus autem eſt ille, qui non eſt lapſus in verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Felix qui non habet animi ſui triſtitiam, & non * abſcedit a ſpe ſua.* Scriptum eſt enim:

* opere
* honeſtare
* fructificat.
* fœtentium,
* mala convertens, in fidiatur.
* viis
Eccl. 11.
Eccl. 14.
* excidit.

x MS. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu teſte Harduino, *Bona enim in malum.*

enim: *Melior est unus timens Deum, quam mille impii*. Sapiens vero non [a] est omnis qui nocet.

VI.

Res quoque ecclesiarum vestrarum, & oblationem fidelium, quas significastis a quibusdam irrruentibus vexari, vobisque & ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum; testante [b] ipsa scriptura quæ ait: *qui abstulerit aliquid patri vel matri, & dicit hoc non esse peccatum, homicidæ particeps est*. Pater ergo noster sine dubio Deus est, qui nos creavit: & mater nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter generavit: Et ideo qui Christi pecunias & ecclesiæ aufert, fraudat & rapit, homicida in conspectu [c] justi judicis esse deputabitur. Unde scriptum est: *Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit*: qui autem pecunias vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. Unde & Judas qui pecuniam fraudavit, quæ usibus ecclesiæ, id est, pauperibus, quos ecclesia pascere debet, distribuebatur jussu Salvatoris (cujus vicem episcopi tenent) non solum fur, sed fur & [d] sacrilegus factus est. De talibus enim, id est, qui facultates ecclesiæ rapiunt, fraudant, vel auferunt, dominus comminans omnibus, per prophetam loquitur, dicens: *Deus, ne taceas tibi, ne sileas, & non quiescas, Deus. Quia ecce inimici tui tumultuati sunt, & qui oderunt te, levaverunt caput. Contra populum tuum nequiter tractaverunt, & inierunt consilium adversum arcanum tuum. Dixerunt: Venite, &* [1] *conteramus eos de gente, & non sit memoria nominis Israel ultra. Quoniam tacuerunt corde, pariter* [2] *contra te fœdus pepigerunt tabernacula Idumææ & Ismaelitarum, Moab & Agareni, Gebal & Ammon & Amalec, Palæstina cum* [3] *habitatoribus Tyri. Sed & Assur junxit se cum eis, facti sunt brachium filiorum Lot. Fac illis sicut Madian, sicut Sisaræ, sicut Jabin in torrente* * *Cison. Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquilinium terræ. Pone duces eorum sicut Oreb & Zeb, sicut Zebee & Salmana. Omnes principes eorum, qui dixerunt: Possideamus nobis pulchritudinem Dei: Deus meus pone illos ut rotam, quasi stipulam ante faciem venti. Quomodo ignis comburit silvam, & sicut flamma devorat montes, sic persequeris eos in tempestate tua, & in tuo turbine turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Confundantur & conturbentur usque in æternum, & erubescant, & pereant: Et sciant, quia nomen tuum dominus: solus tu excelsus super omnem terram*. Hæc fieri prophetæ, hæc apostoli, hæc successores eorum, & omnium catholicorum patrum vetant decreta: & tales præsumptiones, sacrilegium [e] esse dijudicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales præsumptores, & ecclesiæ raptores, [f] atque suarum facultatum alienatores, una vobiscum a liminibus sanctæ matris ecclesiæ anathematizatos, apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse judicamus. Et non solum eos, sed omnes consentientes eis: *quia non solum qui faciunt, rei judicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit. *Vos ergo, fratres, vigilate & orate.* A *Viriliter agite, & confortamini in domino, & omnia vestra*, juxta apostolum, *in caritate fiant*. A recta ergo fide & apostolico tramite propter ullam [a] persecutionem nolite recedere, scientes, quia (juxta salvatoris sententiam) *beati sunt qui persecutionem patiuntur propter justitiam*. Hæc est apostolorum viva traditio, [b] hæc vera caritas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis novitatibus * depravanda succubuit: sed, ut in exordio normam fidei apostolicæ percepit B ab auctoribus suis, apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est evangeliis: *Petre*, inquiens, *ecce Satanas expetivit, ut cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos*. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit, persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare: quoniam dominus & salvator omnium, cujus fides est, qui pro C nobis mori non dubitavit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidem beati Petri non defecturam promisit, & conformare eum fratres suos admonuit: quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen, divina dignatione, ministerio, pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui hujus [1] ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummulariis jubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. D Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationem justus judex Christus dominus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor [c] dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua debetis & potestis solicitudine, vigiletis ad investigandos hæreticos & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis pro viribus extirpetis: quoniam, ut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit E executus: ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Kalendis Aprilis, [d] Gallo & Volusiano viris clarissimis consulibus.

No-

Eccl. 16. 6. q. 1. Sapiens non est. Et supra in Decret. Cornelii 6.
a Sixti sent. 198.
b S. Bonif. ep. 19.
Prov. 28.
12. q. 2. Qui abstulerit.
17. q. 4. Qui rapit.
c S. Greg. ep. 36. lib. II.
Joan. 13.
S. Hier. ep. 2.
d S. August. tract. 50. in Joannem.
Psalm. 82. ex interpr. S. Hieronymi diversa a vulgata.
* Cisson.
e Sacrilegia judicant. 17. q. 4. Omnes raptores.
f Hincm. ep. 8. edit. Mog. Concil. Carisiacense in ep. ad episcopos Galliæ.
Rom. 1.
1. Cor. 16.

1 Id MS. *dispergamus*. 2 Id. MS. *contra eos*. 3 Id. MS. *habitantibus*.

Notæ Severini Binii.

a Epistola.) Non unam hanc dumtaxat, sed plures decretales epistolas Lucium pontificem scripsisse, testis est Cyprianus epistola 67. his verbis : *Illi enim*, loquitur de Cornelio & Lucio pontificibus, *pleni Spiritu Dei, & in glorioso martyrio constituti, dandam esse lapsis pacem censuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non esse, litteris suis signaverunt.* Quas hac de re Lucius scripsit epistolas non extant. Quæ apud Cyprianum 70. reperitur hoc nomine Lucii insignita, a quibusdam hujus pontificis esse creditum fuit, sed ignorantes fuisse episcopum eodem nomine appellatum, decepti sunt perperam eam, quæ alterius est, Lucio pontifici adscribentes. Baronius anno 257. num. 4.

b Duo presbyteri vel tres diaconi in omni loco episcopum non deserant.) Decernitur ut ad evitanda detractionis & infamiæ pericula propter testimonium ecclesiæ nusquam eant, nisi duorum presbyterorum & trium diaconorum comitatu stipati. Decreti hujus sanciendi calumniæ in Cornelium a Novatiano confictæ, de quibus supra, causam dedisse videntur. Baronius anno 257. num. 5.

EPISTOLA GRATULATORIA

DIVI CYPRIANI

AD LUCIUM PAPAM ROMANUM

reversum ab exilio.

Cyprianus cum collegis, Lucio fratri salutem.

ET nuper quidem tibi, frater carissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in ecclesiæ suæ administratione confessorem pariter & sacerdotem constituit divina dignatio : sed & nunc non minus tibi, & comitibus tuis, atque universæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria & laudibus vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna domini & larga protectio, ut pascendo gregi pastor, & gubernandæ navi gubernator, & plebi regendæ rector redderetur : ut appareret, relegationem vestram sic divinitus esse dispositam, non ut episcopus relegatus & pulsus ecclesiæ deesset, sed ut ad ecclesiam major rediret. Neque enim in tribus pueris minor fuit martyrii dignitas, *quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt*, aut non consummatus Daniel extitit in suis laudibus, *quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus a domino, vixit ad gloriam*. In confessoribus Christi dilata martyria non merita confessionis minuunt, sed magnalia divinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum in vobis videmus, quod apud regem fortes atque illustres pueri prædicaverunt : Ipsos quidem paratos esse ardere flammis, ne diis ejus servirent, aut imaginem quam fecerat, adorarent : Deum tamen quem colebant, quemque & nos colimus, potentem esse, ut eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus, ac de pœnis præsentibus liberaret. Quod invenimus in confessionis vestræ fide, & in domini circa vos protectione nunc gestum, ut cum vos parati fueritis & prompti omne subire supplicium, dominus tamen vos pœnæ subtraheret, & ecclesiæ reservaret. Regredientibus vobis, breviata non est episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis crevit sacerdotalis auctoritas, ut altari Dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur : & imminente Antichristo, paret ad prælium milites, non solum sermonis & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus, frater carissime, & tota cordis nostri luce perspicimus divinæ majestatis salutaria & sancta consilia, * unde illic repentina persecutio nuper exorta sit, unde contra ecclesiam Christi & episcopum Cornelium beatum martyrem, vosque omnes, sæcularis potestas subito proruperat, ut ad confundendos hæreticos & retundendos ostenderet dominus, quæ esset ecclesia, quis episcopus ejus, unus, divina ordinatione delectus, qui cum episcopo presbyteri sacerdotali honore conjuncti, quis adunatus & verus Christi populus, dominici gregis caritate connexus, qui essent quos inimicus lacesseret : qui contra, quibus diabolus ut suis parceret. Neque enim persequitur & impugnat Christi adversarius nisi castra & milites Christi : hæreticos, prostratos semel & suos factos, contemnit & præterit. Eos quærit dejicere, quos videt stare. Atque utinam nunc facultas daretur, frater carissime, ut interesse illic vobis regredientibus possemus, qui vos mutua caritate diligimus, ut adventus vestri lætissimum fructum præsentes cum ceteris ipsi quoque caperemus. Quæ illic exultatio omnium fratrum? qui concursus atque complexus occurrentium singulorum? Vix oculis adhærentium potest satisfieri, vix vultus ipsi atque oculi plebis possunt videndo satiari. De adventus vestri gaudio cognoscere illic fraternitas cœpit, qualis & quanta sit secutura, Christo veniente, lætitia : cujus quia cito appropinquabit adventus, imago jam quædam præcessit in vobis, ut quomodo Joannes præcursor ejus & prævius veniens, prædicavit Christum venisse, sic nunc episcopo confessore domini & sacerdote redeunte, appareat & dominum jam redire. Vicarias vero pro nobis ego & collegæ & fraternitas omnis has ad vos literas mittimus, frater carissime : & repræsentantes vobis per epistolam gaudium nostrum, fida obsequia caritatis expromimus, hic quoque in sacrificiis atque in orationibus nostris non cessantes Deo Patri & Christo Filio ejus domino nostro gratias agere, & orare pariter ac petere, ut qui perfectus est atque perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestræ glorioſam coronam, qui & ad hoc vos fortasse revocavit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestra consummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus, te frater carissime, semper bene valere.

* quod unde forte, inde

Matth. 3.

DECRETA LUCII PAPÆ,

ex Gratiano desumpta.

Officio & beneficio privetur episcopus, presbyter, vel diaconus, uxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Ministri altaris, presbyteri sive diaconi, ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam servent. Si vero post ordinationem suam ministros contigerit propriæ uxoris invadere cubile, sacrarii non intrent limina, neque sacra-

Distinct. 81. Ministri. Tria hæc decreta desumpta sunt ex epistola 2. Clementis

apocryphæ; quarum ex simili epist. I. Stephani cap. 6.

rii portitores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neque ad dominici corporis portionem accedant, neque propinquent, neque sine majoris natu auctoritate majora gerant officia, urceum sane ad altare vel calicem non sufferant.

EX EISDEM.

Clericus matronarum domicilia frequentans, deponatur.

Distinct. 81. Clericus. Habetur in epistola 2. Clem. ad Jacobum fratrem domini.

Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, neque frequenter properet sine majoris natu sacerdotis jussione. Nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Nec archidiaconus, sub prætextu humilitatis aut officii, frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos matronæ mandet aliquid secrete. Si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa liminibus ecclesiæ arceatur.

EX EISDEM.

De eodem titulo.

Distinct. 81. Sed si forte.

[1] Sed si forte aliqua interceſſio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam ire debeat, ipse per interventum pergat. Sin autem, de latere suo dirigat cum duobus aut tribus testibus, nemo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi soror aut proxima fuerit, & hoc cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ. 2. C.

Ex decretis Lucii Papæ cap. V.

Quod sit simoniacus quicunque reconciliationem pro munere, vel dignis negaverit, vel indignis concesserit.

Ex

UT nemo Presbyterorum xenium, vel quodcunque emolumentum temporale, imo detrimentum spiritale a quocunque publice peccante, vel incestuoso accipiat, ut episcopo, vel ministris peccatum illius reticeat: nec pro respectu cujusque personæ, aut consanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc episcopo innotescere detrectet: nec a quoquam pœnitente aut gratiam, aut favorem, aut munus suscipere præsumat: aut minus digne pœnitentem ad reconciliationem adducat, ei testimonium reconciliationis ferat: Vel quocunque livore alium quemlibet dignius pœnitentem a reconciliatione removeat: quia hoc simoniacum, & Deo, & hominibus contrarium est.

ANNO CHRISTI 257. " 255.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA STEPHANI PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a Jobio *ita & Luc.*
b quinque.
* Gallieni
* coss.

[a] STephanus natione Romanus, ex patre Julio [b], sedit annos [b] septem, menses quinque, dies duos. Martyrio coronatur. Fuit temporibus Valeriani & * Gallicani & Maximi, usque ad *c* Valerianum (*a*) quarto, & Gallicanum (*b*) tertio *. Hic constituit, sacerdotes & Levitas vestibus sacratis in usu quotidiano non uti, & nisi in ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros sex, diaconos 5. episcopos per diversa loca tres. Sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, quarto Nonas Augusti (*c*). Et cessavit episcopatus dies 22.

Notæ Severini Binii.

Stephanus quando pontifex factus? " 255.

a Stephanus.) Stephanus patria Romanus, postquam 35. diebus sedes pontificia pastore destituta fuisset, nona Aprilis, anno Christi " 257. qui est quartus Galli & Volusiani, Valeriani & Gallieni tertius, in sede pontificia collocatur. Initio hujus pontificatus, duobus prædictis imperatoribus Gallo & Volusiano, prout a Cypriano prædictum fuerat, occisis, ecclesia pace & quadam tranquillitate fruitur, usque ad annum Valeriani imperatoris quintum, & Christi " 259. quo imperatore Valeriano principio imperii sui erga Christianos benevolentissimus, optime affectus, a quodam mago Ægyptio in eosdem vicissim concitatur, atque ad resumendum contra eos arma inducitur. Dionysius Alexand. apud Euseb. lib. 7. cap. 9. Baron. anno 257. num. 6. & 7. Cum igitur pax reddita diuturna non esset futura, Cyprianus ac reliqui Africanæ ecclesiæ episcopi, multis conciliis in Africa habitis convenientes, summo conatu laborarunt, ut id, quod a fide catholica & bonis moribus alienum in ecclesiam irrepserat, emendarent, hæreses extirparent, vitia corrigerent, ac demum orthodoxæ fidei dogmata confirmarent. Aquariorum hæresin, aquam duntaxat in sacrificio offerentium, Cyprianus epistola 63. ad Cælium scripta, refutat, dicens, hos persecutione vigente summo mane, seu potius nocturno tempore, ad sacram synaxim convenientes, loco vini aquam obtulisse, ne scilicet Christi sanguinem in specie vini bibentes, odore vini, velut quodam Christianitatis indicio, proderentur. Baron. anno 257. n. 9. 10. & 11. Cum Martianus Arelatensis episcopus in Gallia hoc tempore Novatiano plurimum studeret, multos etiam in ejusdem errorem induxisset, Faustinus Lugdunensis episcopus cum Cypriano & reliquis coepiscopis Galliæ, per litteras ad Stephanum scriptas (Cypriani infra extant) solicite petivit, ut is ex officio & munere Martianum Novatiani sectarium e sede deponat, & alium in ejus locum substituat. Baron. anno 258. num. 8. 9. & 10. Sub hoc pontifice apud catholicæ ecclesiæ episcopos & doctores gravissima controversia moveri ac disputari cœpta est, hæc:

Cessat persecutio. " 257.

1 Hoc est ex Clementis Epist. 2. ad Jacobum fratrem Domini. *Harduinus.* (*a*) *Luc.* III. (*b*) *Luc.* II. (*c*) Luc. post hæc addit: *& presbyteri præfuerunt a consulatu Maximi, & Glabrionis III.* (sed deleta est unitas) *usque Tusco & Basso, a consulatu Tusci, & Bassi usque XIII. Kal. Augusti quo tempore fuit magna persecutio sub Decio.* Cætera quæ in edit. comparent desunt.

hæc: *An baptiſmus quem miniſter hæreticus ſecundum legitimam eccleſiæ catholicæ formam, ad debitam miniſtri intentionem, ſcilicet, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, contuliſſet, invalidus ſit, ideoque iterandus, quod a miniſtro hæretico adminiſtratus ſit?* Cyprianus cum Firmiliano Aſiæ, aliiſque plurimis orientalibus epiſcopis, id non modo affirmavit, verum etiam habitis hac de re plurimis in Africa conciliis idem aliquoties confirmavit unum eſſe baptiſmum, qui extra unam eccleſiam catholicam non inveniatur. Stephanus vero Romanæ eccleſiæ pontifex, docens antiquam apoſtolicam traditionem eſſe, qua baptizati ab hæreticis, ſola manuum impoſitione recipiebantur, ideoque, ut inquit Vincentius Lirinenſis, contra hæreſ. cap. 9. nihil hac in re innovandum, ſed omnino id quod ab apoſtolis traditum eſt tenendum eſſe docens, apoſtolicam traditionem velut quemdam murum inexpugnabilem, eorum ſententiis oppoſuit, eaque fere ſola fretus, illum baptiſmum ratum, validum, & nequaquam reiterandum eſſe definivit, quem miniſter hæreticus juxta formam a Chriſto præſcriptam & ab eccleſiam uſurpatam, contuliſſet. Ad hanc ſententiam Stephani pontificis non modo omnes fere patres Africani, verum etiam ii qui propugnatores erant contrarii dogmatis Firmilianus, Dionyſius, & Cyprianus accèſſerunt, quod ex Auguſtino epiſt. 48. ad Vincent. & de baptiſm. contra Donat. 6. cap. 2. item ex Hieronymo contra Luciferianos, aliiſque rationibus probat Baronius anno Chriſti 258. num. 49. 50. 51. De hac controverſia legantur Cypriani epiſtolæ 70. cum ſeptem ſequentibus. Auguſtinus de baptiſm. contra Donatiſtas. Hieronymus contra Luciferianos, Baronius præd. anno numero 11. & ſequentibus. Notetur etiam, quanta vis traditionum apoſtolicarum, quantaque Petri ſucceſſori inſit auctoritas, qui nullis aliis ferme armis, quam majorum traditione vallatus, omnem orientalium & occidentalium epiſcoporum impetum ſuſtinuerit, eorumque tela, ex divinis ſcripturis confertim petita, unico traditionum clypeo excepta retorſerit.

b Sedit annos ſeptem, menſes quinque, dies duos.) Annos tres, menſes tres, dies 22. ſub 4. conſulatu Valeriani, qui in faſtis apponitur anno Chriſti 260. martyrio coronatum eſſe Stephanum, liber pontificalis & acta Stephani teſtantur. Itaque repetito ſedis ejus exordio, dicto temporis ſpatio, eum ſediſſe oportuit. Baron. anno 260. numero 2.

c Valerianum quarto, &c.) Eodem quarto conſulatu Valeriani, acta ſancti Stephani emendatiora conſignata ſunt. Quod autem in quibuſdam ponatur Valeriani conſulatus tertius, Gallieni ſecundus, mendoſum eſſe probat Baronius anno Chriſti 260. num. 2.

---

a EPISTOLA I.

STEPHANI PAPÆ I.

AD HILARIUM EPISCOPUM.

Qui ſint infames & qui ad gradus eccleſiaſticos vel ad accuſationem non ſint admittendi: & de veſtimentis miniſtrorum, ut ſacrata ſint.

I. *Qui ſint infames, vel qui ad gradus eccleſiaſticos, ſive ad accuſationem non ſunt admittendi.*
II. *De reverentia præpoſitis exhibenda.*
III. *De veſtimentis eccleſiaſticis.*

Dilectiſſimo fratri atque familiari amico Hilario, Stephanus epiſcopus intimæ caritatis ſalutem

QUamquam ſperem, b dilectionem tuam ad omne opus bonum eſſe devotam, tamen pro familiaritate, qua nobis conjunctus eſſe cognoſceris, ut tua efficacior fiat induſtria, congruum nobis viſum eſt, has fraternitatis literas tuæ dilectioni debere dirigere. Monemus te, frater cariſſime, ſemper in bonis manere & a malis cavere: cum bonis & rectæ fidei ac ſanctæ converſationis hominibus aſſidue eſſe, & a perverſis, ac fratrum inſidiatoribus (niſi ut eos convertas, & ad concordiam reducas) ſeparari; quoniam ut ait apoſtolus, *corrumpunt bonos mores colloquia mala*. Et ipſa per ſe veritas dicit: *Si oculus tuus ſcandalizaverit te, erue eum, & projice abs te. Et ſi manus tua ſcandalizaverit te, abſcinde eam, & projice abs te. Similiter & de pede agendum eſt, quia melius eſt tibi, luſcum aut claudum intrare in regnum cœlorum, quam duos oculos aut duas manus, aut duos pedes habentem mitti in gehennam ignis.* Et in eccleſiaſtico invenitur, libro: *In bonis viri, inimici illius: in triſtitia vero & in malitia illius, amicus agnitus eſt. In labiis ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, ut ſubvertat te in foveam.* Et *qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.* Et *qui communicaverit ſuperbo, * induetur ſuperbia. Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. Ditiori te ne fueris ſocius. Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando ſe colliſerint, confringetur. Dives injuſte aget, & fremet, pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, convivet tecum, & evacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis & ter, & in noviſſimo deridebit te. Poſtea videns, derelinquet te, & caput ſuum movebit ad te. Humiliare Deo, & expecta manus ejus. Attende, ne ſeductus in a ſtultitia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus, in ſtultitiam ſeducaris. Advocatus a potentiore, diſcede: ex hoc enim magis te advocabit. Ne improbus, ſis, ne impingaris, & no longe ſis ab eo, * & eas in oblivionem. Ne retineas ex equo loqui cum illo, & ne credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius conſervabit verba tua, & non parcet de malitia & de vinculis: Cave tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum ſubverſione tuâ ambulas. Audiens vero illa quaſi in ſomnis, vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige Deum, & invoca illum in ſalute tua. Omne animal diligit ſimile ſibi, ſic & omnis homo proximum ſibi. Omnis caro ad ſimilem ſibi * conjungitur, & omnis homo ſimili ſibi * ſociatur. * Si communicabit lupus agno aliquando, * ſic peccator juſto. Quæ communicatio ſancto homini ad carnem? Aut quæ pax bona diviti ad pauperem? Venatio leonis, onager in eremo: ſic paſcua divitum ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas, ſic execratio diviti pauper. Dives commotus, confirmatur ab amicis: humilis autem cum ceciderit, expelletur & a notis. Diviti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & juſtificaverunt illum: humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur. Locutus eſt ſenſate, & non eſt datus ei locus. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius uſque ad nubes perducent. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubvertent illum. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſſima paupertas in ore impii. Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bona, ſive in mala. Veſtigium boni cordis & faciem bonam difficile invenies, & cum labore. Hæc, frater, cave tibi, & poſt concupiſcentias tuas non vadas.

Jer. 15. Matth. 18. & Marc. 9.

Eccleſ. 22.

Eccleſ. 13.

** induet ſuperbiam.*

a ſtultitiam.

** ii*

** conjungetur. * ſociabitur. Sicut*

I.

6. 9. 1. Infames esse eas. Et in decr. Ivo. lib. 4.

[a] Quod vero consuluisti sedem apostolicam, qui sunt infames, aut qui ad gradus ecclesiasticos non sunt admittendi, & nosse te credimus, & pro auctoritate sedis apostolicæ te informare non denegamus. Infames autem esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, [a] id est, omnes qui Christianæ legis normam abjiciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos. Sepulcrorum quoque violatores, & apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes qui adversus patres [b] armantur, qui in omni mundo infamia notantur. Similiter & incestuosos, homicidas, perjuros, raptores, [c] maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates ecclesiæ abstrahunt injuste, & qui [d] fratres calumniantur, aut accusant, & non probant: vel qui contra innocentes, principum animos ad iracundiam [e] provocant: & omnes anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos & omnes quos ecclesiasticæ [f] vel sæculi leges infames pronunciant; hos vero non [g] ad sacros ordines licet promovere, nec servos ante legitimam libertatem, nec pœnitentes, nec bigamos, nec eos qui curiæ deserviunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur: hi omnes nec ad sacros gradus debent provehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti: nec rectam fidem vel dignam conversationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare.

a Anianus in sent. Pauli lib. 1. tit. 2. const. 11. tit. 39. libri xi. cod. Theod.

b Proclus ad Domnum. Hadr. coll. c. 71.

c Anianus in const. 8. tit. 39. libri ix. cod. Theod.

d Cod. Theod. lib. ix. tit. 1. c. 11. Hadr. coll. 48.

e Anianus const. 3. tit. 39. libri ix. cod. Theod.

f Hadr. coll. c. 19.

g non ordines nec servos.

II.

h S. Greg. ep 20. lib. iv.

Sed & qualiter obedientia [h] vel reverentia sit præpositis exhibenda, ex tuis quoque subjectis ipse non ambigis. In qua re valde est utile, si id, quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda servaverit. [i] Omnipotens Deus, in cujus manu sunt omnia, de quo scriptum est: *Non est sapientia, non est consilium contra dominum*: ipse te tuosque, & divina & apostolicæ sedis instituta illibata servare, & nos atque omnes fideles ad potiora semper conscendere, & de die in diem deteriora cavere, & meliora ac Deo placita sectari atque perficere concedat.

i Idem ep. 34. ejusdem libri. Prov. 21.

III.

De consecr. dist. 1. Vestimenta. Idem habetur in decr. Sixti P. I. & Hyginii.

[b] Vestimenta vero ecclesiastica, quibus domino ministratur, cultusque divinus omni cum honorificentia & honestate a sacerdotibus reliquisque ecclesiæ ministris celebratur, & sacrata debent esse, & honesta. Quibus aliis in usibus (cum Deo ejusque servitio consecrata & dedicata sint) nemo debet frui quam ecclesiasticis & Deo dignis officiis. Quæ nec ab aliis debent contingi, aut ferri, nisi a sacratis hominibus, ne ultio, quæ Balthasar regem percussit, super hæc transgredientes, & talia præsumentes, veniat divina, & corruere eos faciat divinæ ultionis justum flagellum ad ima. Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & observare apostolica mandato auctoritate: quia & nostri, nobisque commissi in sancta apostolica & universali ecclesia, omnes hæc observare, nunc & futuris temporibus professi sunt. His breviter tuis, frater magnifice, respondi literis. Quibus tua dilectio ita societur, [a] ut nihil in his, quæ ad universalis ecclesiæ statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter. Et cum tali moderatione agantur cuncta, ut nec benevolentiæ partes, nec justitiæ negligantur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus judicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeat custodiri, catholicæ primitus servetur fidei integritas. Et quia per omnia angusta & arcta via est quæ ducit ad vitam, neque in sinistram, neque in dexteram ab ejus tramite devietur. Data quinto Nonas Maii, [b] Valeriano & Gallieno viris clarissimis consulibus.

a. S. ep

b. 25

Notæ Severini Binii.

a Quod vero consuluisti sedem.) Qui hîc a Stephano ob infamiam, bigamiam, defectum corporis aut animi irregulares esse declarantur, hos ad suscipiendos ordines sacros inhabiles & incapaces esse debere, apostolorum constitutionibus & canonibus, jamdiu ante hunc pontificem constitutum fuit, ut patet canonibus apostolorum 17. & quibusdam sequentibus. Vide quæ ibi diximus. Qui tas tit.

b Vestimenta, &c. *sacrata esse debent.*) Circa vestimenta, quibus utuntur ministri sacri, plura constituuntur. Primum, ut vestes, quibus sacerdotes, diaconi, reliquique ecclesiæ ministri sacri in ministeriis sacris utuntur, ab illis, quibus communiter induuntur, sint distinctæ. Alterum, ne quis iisdem extra sacrum ministerium utatur vel induatur. Tertium, ut ordinarie per episcopalem (vel saltem sacerdotis alicujus super hac re privilegium habentis) benedictionem fiat consecratæ, juxta ritum ab ecclesia præscriptum. Quartum, ne a laicis hominibus contingantur. Horum quædam ab antecessoribus pontificibus constituta, hoc decreto dumtaxat confirmantur. Nam Anacletus papa Clementis successor prima decretali epistola hæc ait: *Episcopus ministros locum habeat sacris indutos vestimentis*. Soter, ne a laicis, etiamsi sacratæ virgines sint, contingantur, constituit. Vide quæ diximus in notis ad vitam Sixti, & Soteris. Hæc autem bene & recte constituta esse, probatur exemplo veteris testamenti, in quo Deus propria & sancta vestimenta instituit, quibus sacerdotes & ministri Dei in templo & sacrificiis domini uterentur, ut constat Exodi cap. 28. Multo magis igitur (ut recte colligit Ivo Carnotensis epist. 124.) in lege nova sacerdotes ad divinum cultum ac ministerium recte peragendum, & præsertim ad corpus & sanguinem domini consecrandum sacris vestibus uti oportuit. Quæ vero primorum sæculorum pontificibus auctoribus recte constituta sunt, non modo posterioribus hisce, sed etiam anterioribus sæculis recepta fuisse, testatur Hieron. in cap. 54. Ezech. ubi dicit: *Religio divina alterum habitum habet in ministerio, alterum in usu vitaque communi*. Item epist. 3. ad Heliodorum refert, Nepotianum morti vicinum avunculo dixisse: *Hanc tunicam, qua utebar in ministerio Christi, mitte dilectissimo mihi ætate patri, fratri collegæ*, &c. ubi Marian. Victorius vestem illam casulam vel planetam fuisse interpretatur. Similiter Chrysost. hom. 83. in Matth. vestium sacrarum mentionem facit: & in liturgia ponit orationes, quas dicit sacerdos, cum sacras vestes induit. Joannes diaconus lib. 2. vitæ Greg. cap. 57. refert, Gregorium papam, inter alia dona misisse in Angliam vestimenta sacerdotalia & clericalia. Theodoretus lib. 2. hist. cap. 27. meminit cujusdam vestis sacræ, quam Constantinus Macario episcopo misit. Adde quod lib. 1. contra Pelagium scribit Hieronymus, episcopos, presbyteros, atque omnem clerum in sacrificii administratione candidis vestibus uti solitos fuisse. Itaque hoc de sacris vestimentis Stephani decretum, non tantum ab ipso ipsiusque quibusdam antecessoribus bene ac convenienter promulgatum est, sed etiam toto pene terrarum orbe omnibus sæculis receptum fuit, ac proinde eorumdem usus, quasi qui indifferens sit, non nisi ab hæreticis rejicitur, vel plane negligitur. De fac tuo tuu Rati tuti Conf nem fem cep pro stim Hie Chry Joan coni dore Hier

EPI-

EPISTOLA II.

STEPHANI PAPÆ I.

De expulsione episcoporum, & ut quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis injuste agitur pro sacrilegio reputabitur, & ut per scripta nullius accusatio suscipiatur, & de aliis pluribus atque utilibus causis.

I. *De accusationibus sacerdotum.*
II. *De episcopis rebus suis expoliatis, aut a sede pulsis.*
III. *Si quis episcopos vel actores sive defensores ecclesiæ, antequam eos caritative conveniat, accusare præsumpserit, ut sit puniendus.*
IV. *Qui non debeant admitti ad accusationem.*
V. *Accusationem per scripta non suscipiendam, nec absentem posse accusari vel accusare, nec debere respondere, priusquam locum accipiat deferendi.*
VI. *De primatibus, & metropolitanis, & de negotiis episcoporum ad ipsos referendis.*
VII. *Ut episcopus accusatus, ab omnibus comprovincialibus episcopis audiatur.*
VIII. *Ut omnis accusatio intra provinciam terminetur, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum: & de accusationibus criminalibus implicatis, vel sponte confessis, aut olim inimicis.*
IX. *Si clericus episcopum accusaverit, aut insidiatus fuerit.*
X. *Si laici res ecclesiasticas dispensare debeant.*
XI. *De personis accusatorum.*
XII. *De criminationibus doctorum, vel quod divinis vocibus damnati, episcopos non possunt accusare, vel in eos testificari.*

Stephanus sanctæ apostolicæ & universalis Romanæ ecclesiæ episcopus, omnibus per diversas provincias constitutis episcopis, in domino salutem.

PLurimum gaudemus in domino [a], & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magnifice, & dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur & tribulamur de vestra oppressione, super qua crebrior [b] commeantium usque ad nos fratrum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem ab illis, a quibus sustentari & portari atque honorari debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter necessarium est, ut remotis talium tergiversationibus, quibus venenosa malitia revelari, atque [c] obscurari bonitas & veritas solet, adminiculum non modicum vobis a fidelibus impendatur, atque ab hac apostolica sede suffragetur, quos per divinam gratiam Christi auxilio dignum est adjuvari, ne in totius ecclesiæ perturbationem imprudens procedat intentio, & ea quæ a sanctis prædecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus dudum fuerant prohibita, denuo reviviscant. Loci namque nostri [d] consideratione compellimur, ea quæ ad notitiam nostram emendanda pervenerunt, propter dominum non derelinquere, sed digna emendatione corrigere. Et si sæcularibus officiis ordo suus, & tradita a majoribus disciplina servanda est; quis ferat, ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendanda, non opem ferendo, postponere?

I.

Audivimus enim, vos a quibusdam accusari, non tam pro vestra culpa, quam pro eorum libitu, ut vestra rapere possint: & ideo vos nimis affligi, & concuti intantum, ut etiam a sedibus propriis pellamini, & tali occasione ecclesiæ, facultatesque vestræ vastentur ac deprædentur. Ista, carissimi, non oportet fieri, nec denuo replicari. Tamen necesse est, ut quæ toties usurpantur, sæpius replicentur & prohibeantur. Nam quidquid in sacratis Deo rebus & episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, & violari a quoquam non debent.

II.

Nullus enim episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut a quoquam ei potest crimen objici, priusquam integerrime [a] restauretur: & omnia, quæ illi ablata quocumque ingenio fuerant, legibus redintegrentur, & ipse propriæ sedi & pristino statui regulariter reddatur, ita ut omnes possessiones, & cuncta sibi injuste ablata, atque fructus omnes, ante cœptam accusationem, primates & synodus episcopo, de quo agitur, funditus restituant: quia hoc non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi leges fieri prohibent.

2. q. 2. Nullus episcoporum.

a Conc. Rom. III. & V. sub Symmac. Hadr.

III.

Neque aliquis eorum, aut ecclesiarum *a* actorum vel defensorum [b] ad aliquos prius accusari debet, quam ipsi caritative bis aut ter ab eis qui se læsos æstimant, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conveniantur, ut ab eis aut familiarem emendationem, aut justam percipiant excusationem. Quod qui præsumpserit, liminibus arceatur ecclesiæ usque ad condignam satisfactionem.

b Hadrian. coll. c. 2. ex can. 17. conc. V. Aurelianensis.

IV.

Accusatores vero & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerunt, & nos submovemus. *b* Nullus enim alienigena, aut accusator eorum fiat, aut judex. Unde & de Lot scriptum est: *Ingressus es ut advena, numquid ut judices?* Accusator autem vestrorum nullus sit servus [c], aut liber-tus, nullaque suspecta persona, aut infamis. Repellantur etiam cohabitantes inimicis, & omnes laici: quia infestationem blasphemiæ affectio amicitiæ incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infamatione. [1] Nullus * anathema suscipiatur, nec a quoquam credantur quæ ab eis vel dicuntur, vel conscribuntur.

3. q. 5. Accusatores. Et supra in decr. Telesphori & Inlii. Gen. 19.

c Hadr. coll. variis capp.

* anathematizatorum. 3. q. 4. Nullus anath.

Eos

1 MS. *Nullus enim*. Hard.

V.

2. q. 8. Per scripta.

Eos quoque dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis anathematizaverunt, aut eorum statuta anathematizant. Per scripta enim

* accusatio, accusatore, & eo qui accusatur absentibus.

nullius * accusatio susciptatur, sed propria voce, si legitima & condigna accusatoris persona fuerit, præsente videlicet eo, quem accusare desiderat: quia nullus absens aut accusari potest aut accusare.

a Hincm. cap. 15. libri 55.

[a] Nullus tamen præfati ordinis vir accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquam regulariter a suo primate vocatus sit, locumque defendendi &

* abluendi

* inquirendi accipiat ad abluenda crimina.

VI.

Idem supra in decr. Aniceti papæ.

b Hadr. coll. 25.

Nullî enim metropolitani, aut alii episcopi [c] appellentur primates, nisi hi qui primas sedes tenent [b] & quorum civitates antiqui primates esse censuerunt. Reliqui vero, qui ceteras metropolitanas civitates adepti sunt, non primates, sed aut archiepiscopi, aut metropolitani vocentur. Urbes enim & loca, quibus primates præsidere debent, non a modernis,

Dist. 80. Urbes, sed sub nomine Lucii, non Stephani.

[a] sed etiam multis ante adventum Christi sunt statutæ temporibus, *d* quorum primates etiam gentiles, pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post Christi adventum, apostoli & successores eorum patriarchas vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia, salva in omnibus apostolica auctoritate, & majores causæ, post apostolicam sedem sunt referendæ. Et licet (apostolo prohibente) inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi non poterint, accusationes episcoporum ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri: [c] studendum est tamen episcopis, ut dissidentes fratres magis ad pacem, quam ad judicium [d] coerceantur.

2 Cor. 6.

c Conc. Carth. IV. c. 26.

d cohortentur.

VII.

e Hadr. coll. 25. 27.

Episcopus [e] autem aliter non debet audiri aut judicari, nisi in præsentia omnium comprovincialium, & ab omnibus comprovincialibus episcopis: quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quæ vero personæ ad accusationem eorum non sunt admittendæ, & superius ex parte jam dictum est, & latius tam hi, quam & infames personæ, in epistola,

f episcopo

quam dudum Hilario [f] misimus, sunt annumeratæ.

VIII.

3. q. 6. Ultra provinciæ. Et in decr. Ivo. lib. 4.

Ultrà provinciæ vero terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio inter provinciam audiatur, & a comprovincalibus terminetur, nisi ad apostolicam sedem fuerit tantum appellatum.

3. q. 11. Neganda est.

[g] Et neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probaverint innocentes, quoniam periculosa est, &

g Vid. cod. Theod. lib. IX. const. 19. 22. 16. Anianum interpretem, Hadr. coll. &c.

admitti non debet rei adversus quemcumque professio Familiares vero, & sponte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui [a] hesterna die, aut pridie, aut ante fuerunt inimici.

a 8 ep

IX.

Clericus ergo, qui episcopum suum accusaverit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi servitus.

X.

Laicis quoque, quamvis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid * respondendi legitur unquam attributa facultas. Scimus, dilectissimi, quia semper carnales spirituales solent persequi, & malevoli benevolos infamare & lacerare. Ideoque apostoli & successores eorum, ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilem episcoporum accusationem, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inveniretur. [b] Throni enim Dei vocantur: ideo non debent moveri, aut affligi; vel perturbari. De ipsis ergo ait propheta: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.*

* respondendi

b C XI

Psal.

XI.

Hi vero, qui non sunt bonæ conversationis, & quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita & libertas nescitur, non possunt eos accusare. Primo semper accusatorum personæ, fides, vita, & conversatio est enucleatim inquirenda: & postea, quæ objiciunt, fideliter sunt pertractanda: quia nihil prius fieri debet, quam impetitorum personæ, fides, vitaque & conversatio diligenter discutiantur, ne alicujus invidia, aut inimicitia vel intentione mala quisquam vexetur.

XII.

c Criminationes adversus doctorem nemo [c] suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, quam lædendi, aut infamandi. Unde ait apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic implebitis legem Christi. Caritas autem non est ambitiosa, non inflatur, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi. Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et qui in Deo manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adjuvare & sustentare, sicut ipse dominus *omnes venit salvare, & animam suam dare in redemptionem pro nobis.* [d] Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocem obstruimus, quos humanis & divinis vocibus damnatos, vel mortuos esse agnoscimus. Prævidere ergo summopere debent omnes, qui sacerdotes Domini persequuntur, tam occulte quam manifeste, ne subjectis domini damnentur præceptis. Per Jeremiam autem prophetam, talibus comminando dominus, loquitur dicens: *Iniquitates vestræ declinaverunt * omnia, & peccata vestra amoverunt bona a vobis: quia inventi*

c H 67. Gal. 1. C 1. J

Mat.

d H 29.

Jer. * ba

sunt

1 Latinius legit, *sed jam*. Hard.

sunt in populo meo impii, & loquentes vana, statuerunt ad disperdendos viros, & comprehenderunt, ut laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorum plenæ dolo. Et per David ait: *Qui cogitaverunt malitias in corde, tota die versati sunt in præliis: exacuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum.* Et paulo post: *Cadent super eos carbones in igne, dejicies eos in foveas, ut non consurgant. Vir linguosus non dirigetur in terra, virum injustum mala capient in interitu. Scio, quia faciet dominus causam inopis, judicia pauperum.* Item idem: *Muta fiant labia dolosa:* & iterum per Michæam inquit: *Omnes in sanguine * judicantur, unusquisque proximum suum tribulat, omnes in malum manus suas præparant.* Hos dominus prævidens, apostolis præcepit ne facile servi sui lacerarentur, ne forte perderentur, aut in talem tentationem inciderent, quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli & successores eorum, decretorum normas statuerunt, ne talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes & simplices, quam salvare) facile reciperetur, sed ipsi his jaculis pellerentur procul, & domini discipulos, juxta voluntates & versutias eorum, minime perdere possent. Unde & ipse dominus ait: *Excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis.* Et alibi ipsa per se veritas de talibus dicit: *Melius est illi ut suspendatur mola asinaria in collo ejus & demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de pusillis istis.* Et Jacobus apostolus inquit: *Judicium sine misericordia fiet illi, qui non fecerit misericordiam.* Qua enim fronte quis peccatorum suorum veniam sperat a Deo se impetraturum, qui delinquenti fratri, nihil per pietatis & clementiæ officium vult condonare? Profecto necesse, est, ut æstimet se talem in judicio Deum experturum, (cum ante justi judicis tribunal fuerit constitutus) qualem se fratri suo exhibuerit: *Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis.* Et Joannes apostolus & evangelista ait: *Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Vos tamen, filii carissimi, hortamur, ut patienter mala vobis illata domini adminiculo portetis, & his apostolicis præceptis tales procul pellite, ne more canino vos lacerare aut mordere valeant. [a] Mementote etiam, quia juxta psalmographi vocem, *Homo sicut fœnum dies ejus, & ut flos agri, ita florebit.* Et apostolus ait: *Totus mundus in maligno positus est.* Unde precamur ne tales multum timeatis, quia infames sunt, & non multum vobis nocere possunt, quia eorum vox extincta est: quoniam sic odit Deus eos [b] qui adversus patres armantur, ut patrum invasores, qui in mundo infamia sunt notati. Armamini ergo his apostolicis adminiculis contra eos, & spiritu principali roborate cordá vestra, ut Deus, qui vos pastores in populo suo vocari voluit, non negligentes aut tepidos, aut lupis supervenientibus, fugientes inveniat, sed exemplo boni pastoris, agnos pariter cum matribus & filiis ac filiabus viriliter defensantes, atque sanctam matrem ecclesiam fideliter reportantes semper inveniat. Et quamquam [c] *dies mali sint*, vos tamen nolite esse imprudentes, *sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.*

Quamobrem confortamini, & state in fide, viriliter agentes, ac omnia vestra in caritate fiant; & secundum sanctum evangelium, *in patientia vestra possidebitis animas vestras.* Recordamini quoque sanctorum apostolorum & prophetarum: & quia multum laboraverunt in domino, ideo adepti sunt præmia sempiterna. Scitote etiam, quoniam juxta psalmistæ vocem: *Multæ tribulationes justorum, & de omnibus his liberabit eos dominus.* Quapropter filii carissimi, hortamur vos & deprecamur, ut crebris orationum vestrarum precibus Deum exoretis, [a] ut liberemur nos & vos, juxta dictum apostoli, *ab importunis & malis hominibus, quia non omnium est fides.* Flagitate etiam, ut Deus & dominus noster, qui est refugium pauperum, & spes humilium, sanctam suam ecclesiam, pretioso videlicet sanguine suo redemptam & nos, qui eamdem sanctam ecclesiam docere, regere, portare & tueri debemus, de prædictis oppressionibus & tentationibus hujus sæculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, ut sermo Dei currat, & glorificetur glorioſum evangelium domini nostri Jesu Christi; & gratia ejus in nobis vacua non fiat, ne sine fructu evangelii (quod absit) steriles in conspectu Dei appareamus, & vacui filiorum filiarumque numero revertamur, nec de abscondito talento, domino veniente, rei esse judicemur. Ista enim semper invidet Satan. Et idcirco tales adversum nos suscitat, qui nos premant & suffocent, ut domini oves (*a*) absque nobis rapiat, & in ima, non existentibus pastoribus qui eos custodiant & defendant, ruere faciat. Vos igitur pro viribus laborate, & orate, atque vigilate, ne hæc fiant, scientes, nos semper paratos esse in omnibus, quibuscumque dominus posse dederit, modis, vobis opem ferre, licet nos ab ipsis æmulis sanctæ Dei ecclesiæ, & nostris, non simus excepti; & tribulationes cordis nostri pro nostra & vestra tribulatione, sive ovium nobis commissarum, admodum sint dilatatæ. Vos quoque obsecramus, ut injunctum vobis a domino famulatum non negligatis, & omnes oppressos, & cunctos Dei servos, atque generaliter omnes Christianos, prout dominus posse dederit, adjuvare studeatis, [b] ut ante tribunal Christi mercedem habeatis perpetuam. Et scitote, quod memoria vestra coram Deo est assidue. Nam quemadmodum dolentes cognoscimus, vos ab iniquis & sceleſtis hominibus obturbari, ita continuo vobis compatimur, Deum orantes pro liberatione ac sublevatione vestræ afflictionis, quæ vobis (unde graviter angimur) ab iniquis in dies irrogatur. Et ante corpora apostolorum pro vobis preces fiunt quotidie, ut & vos liberemini ab importunis & malis hominibus, domini auxilio, & oves vobis commissæ, ad pascua æternæ vitæ una vobiscum perveniant sempiterna. Unitatem & communionem [c] dilectionis vestræ, valentem atque proficientem in salutem omnium populorum, creator omnium Deus omnipotens memorem nostri æternaliter custodiat. Amen. Data Nonis Aprilis, [d] Valeriano & (*b*) Gallieno viris clarissimis consulibus.

Ephes. 5. 1. *Cor.* 16. *Luc.* 12. *Rom.* 16. *Psal.* 33. a Idem Bonif. ep. 25. 2. *Thess.* 3. 1. *Cor.* 15 *Matth.* 25. b S. Bonif. ep. 26. 2. *Thessal.* 3. c S. Bonif. ep. 6. d an. Christi 255.

No-

(*a*) *Luc.* atque nos (*b*) *Luc.* Gallicano, sed antiqua manus emendat ut in textu.

Notæ Severini Binii.

Episcopi actores ecclesiæ.

a Actorum vel.) Episcopi dicuntur actores ecclesiæ : quia ipsis lege apostolica rerum ecclesiasticarum administratio cura & dispensatio commissa est. Vide quæ diximus in notis ad primam epistolam Alexandri, verbis : *Quam ad sacerdotes.*

Patriarchæ qui, & quot.

b Nullus alienigena aut accusator eorum fiat aut judex.) Vide notas epistolæ primæ Anacleti, verbis : *Peregrina judicia*, &c. item verbis : *Quoniam apostoli*, &c.

c Appellentur primates, &c.) Hoc loco ea quæ de numero & origine patriarchalium sedium diximus in notis ad 3. epistolam Anacleti confirmantur : itaque vide quæ ibidem diximus.

Nomen patriarcharum gentilibus & Judæis usitatum.

d Quorum primates etiam gentiles.) Sicut alia multa, ita etiam antiquissimum hoc nomen, primatum, & patriarcharum, feliciter in ecclesiam translatum est. Non tantum enim Judæi, sed etiam Ægyptii utebantur eo nomine atque primaria dignitate. Nam Herodotus cum agit de sacris Ægyptiorum, " patriarchas illos nominat, qui principem locum in sacris tenent. Insuper usus est eo nomine Hadrianus imperator Trajani successor, in epistola ad Servium consulem de Ægyptiorum incostantia, ubi teste Flavio Vopisco in Saturnino, hæc verba ait : *Ille ipse patriarcha cum in Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum*, Quod an imperator vere dixerit, & de quibus id intelligendum sit, vide Baronium anno Christi 132. num. 13. & 14.

" Ista non leguntur apud Herodotum & Baronio fucum aliquis fecit.

---

a LXVII. edit. Pam. & Rigal.

EPISTOLA a I. CYPRIANI

AD STEPHANUM PAPAM.

b Hanc epistolam quidam docti viri νοθεύειν arguere moliti sunt, aliis merito reclamantibus, cum & MSS. codices, & dictionis character, ceteraque omnia Cypriano illam vindicent, ut pluribus forte docebimur in notis.

De Marciano b episcopo Arelatensi, qui Novatiano consensit.

Cyprianus Stephano fratri salutem.

FAustinus collega noster Lugduni consistens, frater carissime, semel atque iterum mihi scripsit, significans ea, quæ etiam vobis scio utique nunciata, tam ab eo, quam a ceteris coepiscopis nostris in eadem provincia constitutis, quod Marcianus Arelate consistens Novatiano se conjunxerit, & a catholicæ ecclesiæ unitate, atque a corporis nostri & sacerdotii consensione discesserit, tenens hæreticæ præsumptionis durissimam pravitatem, ut servis Dei pœnitentibus & dolentibus, & ad ecclesiam lacrymis & gemitu & dolore pulsantibus, divinæ pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia claudantur, nec ad fovenda vulnera admittantur vulnerati, sed sine spe pacis & communicationis relicti, ad luporum rapinam & prædam diaboli projiciantur. Cui rei nostrum est consulere & subvenire, frater carissime, qui divinam clementiam cogitantes, & gubernandæ ecclesiæ libram tenentes, sic censuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapsis erigendis & curandis vulneratis, bonitatis & misericordiæ divinæ medicinam non denegemus. Quapropter facere te oportet plenissimas literas ad coepiscopos nostros in Galliis constitutos, ne ultra Marcianum pervicacem & superbum, & divinæ pietatis ac fraternæ salutis inimicum, collegio nostro insultare patiantur, quod necdum a nobis videatur abstentus, qui jampridem jactat & prædicat, quod Novatiano studens, & ejus pervicaciam sequens, a communicatione se nostra segregaverit; cum Novatianus ipse, quem sequitur, olim abstentus & hostis ecclesiæ judicatus sit: & cum ad nos in Africam legatos misisset, optans ad comunicationem nostram admitti, A hanc a concilio plurimorum sacerdotum, qui præsentes eramus, sententiam retulerit, se foris esse cœpisse, nec posse a quoquam nostrum sibi communicari, qui episcopo Cornelio in catholica ecclesia de Dei judicio, & cleri ac plebis suffragio ordinato, profanum altare erigere, & adulteram cathedram collocare, & sacrilega contra verum sacerdotem sacrificia offerre tentaverit. Proinde si resipiscere, & ad sanæ mentis consilium redire vellet, ageret pœnitentiam, & ad ecclesiam supplex rediret. Quam vanum est, frater carissime, ut Novatiano nuper retuso & refutato, & per totum orbem a sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatores adhuc nobis patiamur illudere, & de B majestate ac dignitate ecclesiæ judicare? Dirigantur in Provinciam, & ad plebem Arelate consistentem, a te literæ, quibus abstento Marciano, alius in locum ejus substituatur, & grex Christi, qui in hodiernum ab illo dissipatus & vulneratus contemnitur, colligatur. Sufficiat, multos illic ex fratribus nostris annis istis superioribus excessisse sine * pace: vel ceteris subveniatur qui supersunt, & diebus ac noctibus ingemiscunt, & divinam ac paternam misericordiam deprecantes, solatium nostræ opitulationis exposcunt. Idcirco enim, frater carissime, copiosum corpus est sacerdotum concordiæ mutuæ glutino atque unitatis vinculo copulatum, ut si quis ex collegio nostro hæresim facere, & gregem Christi lacerare & vastare tentaverit, subveniant ceteri, & quasi pastores utiles ac misericordes, oves dominicas in gregem colligant. Quid enim si in mari portus aliquis, munitionibus suis ruptis, infestus & periculosus esse navibus cœperit? Nonne navigantes ad alios proximos portus naves suas dirigunt, ubi sit tutus & salutaris introitus & statio secura? Aut si in via stabulum aliquod obsideri & teneri a latronibus cœperit, ut quisquis ingressus fuerit, insidiantium illic infestatione capiatur: nonne commeantes, hac opinione comperta, stabula alia in itinere appetunt tutiora, ubi sint fida hospitia, & receptacula commeantibus tuta? D Quare necessarium erit, frater carissime, ut fratres nostros, qui jactati Marciani scopulis petunt ecclesiæ portus salutares, suscipiamus ad nos prompta & benigna humanitate, & stabulum commeantibus præbeamus tale, quale est in evangelio, quo a latronibus sauciati & Luc. vulnerati suscipi & foveri & tutari ab stabulario possint. Quæ est enim major aut melior cura præpositorum, quam diligenti solicitudine & medela salubri fovendis & conservandis ovibus providere? cum dominus loquatur & dicat : *Quod infirmatum est, non confortastis : & quod* Ezec. *male habuit, non corroborastis : & quod contribulatum est, non consolati estis : & quod erravit, non revocastis : & quod periit, non inquisistis : & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non sint pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri, & non fuit qui inquireret, neque qui revocaret. Propterea hæc dicit dominus : Ecce ego super pastores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos, ut non pascant oves meas, & jam non pascent eas & extraham eas de ore eorum, & pascam eas cum judicio.* Cum ergo pastoribus talibus, per quos dominicæ oves negliguntur, & pereunt, sic dominus comminetur, quid nos aliud facere oportet, frater carissi-

* i. fel rec tio fiz

cariſſime, quam colligendis & revocandis Chriſti ovibus exhibere diligentiam plenam, & curandis lapſorum vulneribus paternæ pietatis ubhibere medicinam, quando etiam dominus in evangelio moneat & dicat: *Non eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus*. Nam etſi paſtores multi ſumus unum tamen gregem paſcimus, & oves univerſas, quas Chriſtus ſanguine ſuo & paſſione quæſivit, colligere & fovere debemus, nec pati ſupplices & dolentes fratres noſtros crudeliter deſpici, & ſuperba quorumdam præſumptione calcari, cum ſcriptum ſit: *Ille autem qui contumax eſt, vir ſui jactans, nihil omnino perficiet, qui dilatavit tamquam infernus animam ſuam:* & ejuſmodi homines dominus in evangelio ſuo culpet, & damnet dicens: *Vos eſtis qui juſtificatis vos in conſpectu hominum, Deus autem dignoſcit corda veſtra: quoniam quod excelſum eſt in hominibus, execratio eſt in conſpectu Dei*. Execrabiles & deteſtabiles dicit eſſe, qui ſibi placeant, qui tumidi & inflati aliquid ſibi arroganter aſſumant. Ex quibus cum Marcianus eſſe cœperit, & ſe Novatiano conjungens, adverſarius miſericordiæ & pietatis extiterit, ſententiam non dicat, ſed accipiat; nec ſic agat quaſi ipſe judicaverit de [a] collegio ſacerdotum, cum ipſe ſit ab univerſis ſacerdotibus judicatus. Servandus eſt enim anteceſſorum noſtrorum beatorum martyrum Cornelii & Lucii honor glorioſus: quorum memoriam cum nos honoremus, multo magis tu, frater cariſſime, honorificare & ſervare gravitate & auctoritate tua debes, qui vicarius & ſucceſſor eorum factus es. Illi enim pleni ſpiritu domini, & in glorioſo martyrio conſtituti, dandam eſſe lapſis pacem cenſuerunt, & pœnitentia acta fructum communicationis & pacis negandum non eſſe literis ſuis ſignaverunt, *quam rem omnes omnino utique cenſuimus*. Neque enim poterat eſſe apud nos ſenſus diverſus, in quibus unus eſſet ſpiritus: & ideo manifeſtum eſt eum Spiritus ſancti veritatem cum ceteris non tenere, quem videmus diverſa ſentire. Significa plane nobis, quis in locum Marciani [b] Arelate fuerit ſubſtitutus, ut ſciamus ad quem fratres noſtros dirigere, & cui ſcribere debeamus. Opto te, frater cariſſime, ſemper bene valere.

EPISTOLA II. [c] CYPRIANI AD STEPHANUM PAPAM.

De baptizandis iis qui ab hæreticis ſunt baptizati: quæ ejus ſententia non recipitur: item de non admittendis in clerum qui ab hæreſi redeunt.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri ſalutem.

AD quædam diſponenda & communis conſilii examinatione limanda, neceſſe habuimus, frater cariſſime, convenientibus in unum pluribus ſacerdotibus cogere & celebrare concilium, in quo multa quidem prolata atque tranſacta ſunt: ſed de eo vel maxime tibi ſcribendum, & cum tua gravitate ac ſapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad ſacerdotalem auctoritatem, & ad eccleſiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem, de divinæ diſpoſitionis ordinatione venientem, eos qui ſint foris extra eccleſiam tincti, & apud hæreticos & ſchiſmaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad eccleſiam, quæ una eſt, venerint, baptizari oportere; eo quod parum ſit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum ſanctum, niſi accipiant & eccleſiæ baptiſmum. Tunc enim demum plene ſanctificari & eſſe filii Dei poſſunt, ſi ſacramento utroque naſcantur, cum ſcriptum ſit: *Niſi quis* [a] *natus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum Dei*. Invenimus enim etiam in Actis apoſtolorum hoc eſſe ab apoſtolis cuſtoditum, & ſalutaris fidei veritate ſervatum, ut cum in domo Cornelii centurionis ſuper ethnicos, qui illic aderant, fidei calore ferventes, & in dominum toto corde credentes deſcendiſſet Spiritus ſanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apoſtolum Petrum, divini præcepti atque evangelii memorem præcepiſſe ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant ſancto Spiritu pleni, ut nihil prætermiſſum videretur, quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apoſtolica magiſteria ſervarent. Baptiſmum autem non eſſe quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Chriſto adverſantur, per gratiam Chriſti poſſe proficere, diligenter nuper expreſſum eſt in epiſtola [b] quæ ad Quintum collegam noſtrum, in Mauritania conſtitutum, ſuper ea re ſcripta eſt: item in literis [c] quas collegæ noſtri ad epiſcopos in Numidia præſidentes ante fecerunt, cujus utriuſque epiſtolæ exempla ſubdidi. Addimus plane & adjungimus, frater cariſſime, conſenſu & auctoritate communi, ut etiamſi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi ac rebelles contra eccleſiam ſteterint, vel apud hæreticos a pſeudoepiſcopis & antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione promoti ſint, & contra altare unum atque divinum ſacrificia foris falſa ac ſacrilega offerre conati ſint, eos quoque hac conditione ſuſcipi cum revertuntur, ut communicent laici, & ſatis habeant, quod admittuntur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim ſacerdotes & miniſtros, qui altari & ſacrificiis deſerviunt, integros atque immaculatos eſſe, cum dominus Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo*. Item in Exodo hæc eadem præcipiat & dicat: *Et ſacerdotes qui accedunt ad dominum Deum, ſanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus*. Et iterum: *Et cum accedunt miniſtrare ad altare ſancti, non adducent in ſe delictum, ne moriantur*. Quod autem majus poteſt eſſe delictum, aut quæ macula deformior, quam adverſus Chriſtum ſtetiſſe? quam eccleſiam ejus, quam ille ſanguine ſuo paravit & condidit, diſſipaſſe? quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, contra unanimem & concordem Dei populum hoſtilis diſcordiæ furore pugnaſſe? Qui etſi poſtmodum ad eccleſiam redeunt, reſtituere tamen eos & ſecum revocare non poſſunt, qui ab eis ſeducti & foris morte præventi, extra eccleſiam ſine communicatione & pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipſorum manibus expetentur,

[a] ex agat quaſi ipſe judicaverit de collegio ſacerdotum, cum ipſe ſit ab univerſis ſacerdotibus judicatus.

[b] eſt LXXI. edit. Pam. & Rigalt.

[c] LXX. edit. Pam. & Rigalt.

Hæreticorum profana ordinatio.

Joan. 3. [a] *renatus.*

Act. 10.

Levit. 22.

Exod. 19.

Exod. 20.

qui perditionis auctores & duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari: non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri. Nam quid bonis & innocentibus atque ab ecclesia non recedentibus reservamus, si eos qui a nobis recesserint, & contra ecclesiam steterint, honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere quæ & religiosa pariter & A vera sunt. Ceterum scimus quosdam, quod semel imbiberint, nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud se semel sint usurpata, retinere. Qua in re nec nos vim cuiquam facimus, aut legem damus, cum habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui domino redditurus. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

ANNO CHRISTI 257. [et] 255.

[a] CONCILIUM AFRICANUM I.

AD COLLAPSAM ECCLESIÆ

Disciplinam reformandam.

a CCLV. *Habitum anno* [a] CCLVII. *sub Stephano Papa.*

Tempus & causa concilii. b 255.

[a] *Concilium.*) Anno Christi [b] 257. persecutione cessante, ad quassatam ecclesiam componendam, Cyprianus ejusque collegæ episcopi Africanæ ecclesiæ, ex more convenerunt; partim ut rectam fidem & catholicam unitatem conservarent, partim etiam ut collapsam ecclesiasticam disciplinam restituerent, ac bonos mores fidelium informarent. In hac synodo constitutum est primo, ut diaconus ille, quem Rogatianus de protervia & conviciis sibi illatis coram patribus concilii denunciaverat, aut abstineatur, aut, nisi peccatum emendet, omnino deponatur. Idem de reliquis protervis & contumeliosis clericis constitutum esse volens: quia contumacia in clericis subjectis periculosa sit, ex qua ut plurimum in hæresim prolabi consueverunt. Verba Cypriani responsoria ad Rogatianum hac de re scribentis hæc sunt: *Hæc sunt initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de ecclesia receditur: sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumeliis suis exacerbaverit & provocaverit, fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel abstineas.* Secundo hac eadem synodo patres concilii intelligentes quod Geminius Victor Christianus ex hac vita discedens Fortunatum quemdam presbyterum testamento suorum filiorum tutorem nominasset, atque ita, juxta decretum concilii alicujus, olim hac de re in Africa sub antecessoribus celebrati, pœnam excommunicationis incurrisset; ipsum Geminium defunctum, eo quod presbyterum a cultu Dei ad sæcularia avocasset, excommunicatum esse denunciant; ideoque pro defuncto sacrificium offerri, nomen apud altare nominari severe admodum interdicunt: ipsumque antecessorum suorum decretum hac synodali constitutione confirmant. Hæc constant ex Cypriani epistola 66. qua sic ait: *Graviter commoti sumus ego & collegæ mei, qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant*, &c. Baron. anno 257. numero 13. & 14. Hoc B eodem concilio baptismum infantulorum in casu necessitatis ante octavum diem accelerandum esse, ad quorumdam dubitationem responsum esse videtur: maxime, quia concilium illud tempore ecclesiæ pacato celebratum, non sub Lucio, ut Veneta editio habet, sed potius circa initium Valeriani habitum fuisse, certo colligere liceat. Qualis illa de baptismo infantulorum controversia fuerit, ex [a] 59. epistola Cypriani ad Fidum presbyterum hic subjecta cognoscere licet.

Clericorum contumacium pœna.

Vide infra epistolam Cypriani ad Rogatianum.

Decretum secundum.

Clericos a testamentaria tutela eximit. Qui testamento clericos tutores constituunt, excommunicantur.

CYPRIANI EPISTOLA

AD FIDUM.

De infantibus baptizandis.

Cyprianus & ceteri collegæ qui in concilio ad fuerant, numero sexaginta sex, Fido fratri salutem.

LEgimus literas tuas, frater carissime, quibus significasti de Victore [a] quodam presbytero, quod ei antequam pœnitentiam plenam egisset, & domino Deo, in quem deliquerat, satisfeciisset, temere Therapius collega noster immaturo tempore & præpropera festinatione pacem dederit. Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum & plenum tempus satisfactionis, & sine petitu & conscientia plebis, nulla infirmitate urgente, ac necessitate cogente, pax ei concederetur: sed librato apud nos diu consilio, satis fuit objurgare Therapium collegam nostrum, quod temere hoc fecerit, & instruxisse, ne quid tale de cetero faciat. Pacem tamen quomodocumque a sacerdote Dei semel datam non putavimus auferendam, ac per hoc Victori communicationem sibi concessam usurpare permisimus. Quantum vero ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum vel tertium diem quo nati sint constitutos baptizari

x Est hoc Concilium Carthaginense III. sub Cypriano, ut admonet Harduinus, celebratum anno Christi 253. Fictitium illud autem putat Pagius ad annum Christi 254. n. 5. quem consule.

a MS. quondam. Hard.

tizari non oportere, & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octavum diem eum qui natus est baptizandum & sacrificandum non putares; longe aliud in concilio nostro omnibus visum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed universi potius judicavimus, nulli hominum nato misericordiam Dei & gratiam denegandam. Nam cum dominus in evangelio suo dicat: *Filius hominis non venit animas hominum perdere, sed salvare*; quantum in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdenda est. Quid enim ei deest, qui semel in utero Dei manibus formatus est? Nobis enim atque oculis nostris secundum dierum sæcularium cursum, accipere, qui nati sunt, incrementum videntur: ceterum quæcumque a Deo fiunt, Dei factoris majestate & opere perfecta sunt. Esse denique apud omnes, sive infantes, sive majores natu, unam divini muneris æqualitatem, declarat nobis divinæ scripturæ fides, cum Elisæus super infantem Sunamitis viduæ filium, qui mortuus jacebat, ita se Deum deprecans super stravit, ut capiti caput, & faciei facies applicaretur, & superfusi Elisæi membra singulis parvuli membris & pedes pedibus jungerentur. Quæ res, si secundum nativitatis nostræ & corporis qualitatem cogitetur, adulto & provecto infans non posset æquari, nec cohærere & sufficere possent parva membra majoribus. Sed illic æqualitas divina & spiritalis exprimitur, quod pares atque æquales sint omnes homines, quando a Deo semel facti sunt; & possit ætas nostra in incrementis corporum, secundum sæculum, non secundum Deum, habere discrimen: nisi si & gratia ipsa, quæ baptizatis detur, pro ætate accipientium vel minor vel major tribuitur; cum Spiritus sanctus non de mensura, sed de pietate atque indulgentia paterna æqualis omnibus præbeatur. Nam Deus ut personam non accipit, sic nec ætatem, cum se omnibus ad cœlestis gratiæ consecutionem æqualitate librata præbeat patrem. Nam & quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti, mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cœlestem gratiam dandam impedimento esse oportere; scriptum est enim: *Omnia munda sunt mundis*. Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu novus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari; quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato & recens nato quodam modo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur. Nam quod in Judaica circumcisione carnali octavus dies observabatur; sacramentum est in umbra atque in imagine ante præmissum, sed veniente Christo veritate completum. Nam quia octavus dies, id est, post sabbatum primus dies, futurus erat, quo dominus resurgeret, & nos vivificaret, & circumcisionem nobis spiritalem daret: hic dies octavus, id est, post sabbatum primus & dominicus, præcessit in imagine, quæ imago cessavit superveniente postmodum veritate, & data nobis spiritali circumcisione. Propter quod neminem putamus a gratia consequenda impediendum esse ea lege quæ jam statuta est, nec spiritalem circumcisionem impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino hominem admittendum esse ad gratiam Christi; quando & Petrus in Actibus apostolorum loquatur & dicat: *Dominus mihi dixit neminem communem dicendum & immundum*. Ceterum si homines impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset; magis adultos, & provectos, & majores natu possent impedire peccata graviora. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorum datur, & a baptismo atque a gratia nemo prohibetur; quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata. Et idcirco, frater carissime, hæc fuit in consilio nostra sententia, a baptismo atque a gratia Dei, qui omnibus misericors & benignus & pius est, neminem per nos debere prohiberi. Quod cum circa universos observandum sit, atque retinendum, tum magis circa infantes ipsos & recens natos observandum putamus, qui hoc ipso de ope nostra, ac de divina misericordia plus merentur, quod in primo statim nativitatis suæ ortu plorantes ac flentes nihil aliud faciunt quam deprecantur. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

ANNO CHRISTI 257. vel 255.

Act. 10.

CYPRIANI [a] EPISTOLA

[a] LXV. edit. Pam. & Rigalt.

AD ROGATIANUM EPISCOPUM.

De superbo diacono.

Cyprianus Rogatiano fratri salutem.

GRaviter & dolenter commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentes aderant, frater carissime, lectis literis tuis, quibus de diacono tuo conqueris es, quod immemor sacerdotalis loci tui, & officii ac ministerii sui oblitus, contumeliis & injuriis suis te exacerbaverit. Et tu quidem honorifice circa nos & pro solita tua humilitate fecisti, ut malles de eo nobis conqueri, cum pro episcopatus vigore & cathedræ auctoritate haberes potestatem, qua posses de illo statim vindicari; certus quod collegæ tui omnes gratum haberemus quodcumque circa diaconum tuum contumeliosum sacerdotali potestate fecisses, habens circa hujusmodi homines præcepta divina, cum dominus Deus in Deuteronomio dicat: *Et homo quicumque fecerit in superbia, ut non exaudiat sacerdotem aut judicem, quicumque fuerit in diebus illis, morietur homo ille: & omnis populus cum audierit, timebit: & non agent impie etiam nunc*. Et ut sciamus hanc Dei vocem cum vera & summa majestate processisse ad honorandos ac vindicandos sacerdotes suos, cum adversus Aaron sacerdotem tres de ministris, Core, & Dathan, & Abiron ausi sunt superbisse, & cervicem suam extollere, & sacerdoti præposito se adæquare, hiatu terræ absorpti ac devorati, pœnas statim sacrilegæ audaciæ persolverunt. Nec soli illi,

Deut. 17.

Num. 16.

ANNO CHRISTI 257. 255.

sed & ceteri ducenti quinquaginta, qui eis comites ad audaciam fuerunt, prorumpentera domino igne consumpti sunt: ut probaretur sacerdotes Dei ab eo qui sacerdotes facit vindicari. In libro quoque [a] regnorum, cum Samuel sacerdos a Judæorum populo ob senectutem, sicut tu modo, contemneretur, exclamavit iratus dominus & dixit: *Non te spreverunt, sed me spreverunt*. Et ut hoc ulciscereturr, excitavit ei Saul regem, qui eos injuriis gravibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas superbum populum calcaret & premeret, ut contemptus sacerdos de superbo populo ultione divina vindicaretur. Sed & Salomon in Spiritu sancto constitutus testatur & docet quæ sit sacerdotalis auctoritas & potestas, dicens; *Ex tota anima tua time Deum, & sacerdotes ejus sanctifica*. Et iterum: *Honora Deum, ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes ejus*. Quorum præceptorum memor beatus apostolus Paulus, secundum quod in Actibus apostolorum legimus, cum ei diceretur: *Sic insilis in sacerdotem Dei maledicendo?* Respondit & dixit: *Nesciebam fratres quia pontifex est: scriptum est enim: Principem populi tui non maledices*. Dominus etiam noster ipse Jesus Christus rex & judex & Deus noster usque ad passionis diem servavit honorem pontificibus, & sacerdotibus, quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: *Vade, & monstra te sacerdoti, & offer donum*. Humilitate ea, qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Item sub ictu passionis cum alapam accepisset, & ei diceretur, *sic respondes pontifici?* nihil ille contumeliose locutus est in personam pontificis, sed magis innocentiam suam tuitus est, dicens: *Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?* Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter atque patienter, ut nos humilitatis ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime & plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit. Meminisse autem diaconi debent, quoniam apostolos, id est, episcopos & præpositos dominus elegit: diaconos autem post ascensum domini in cœlos apostoli sibi constituerunt episcopatus sui & ecclesiæ ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit; possunt & contra nos audere diaconi, a quibus fiunt. Et ideo oportet diaconum, de quo scribis, agere audaciæ suæ pœnitentiam, & honorem sacerdotis agnoscere, & episcopo præposito suo plena humilitate satisfacere. Hæc sunt enim initia hæreticorum, & ortus atque conatus schismaticorum male cogitantium, ut sibi placeant, ut præpositum superbo tumore contemnant. Sic de ecclesia recedit, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem Dei rebellatur. Quod si ultra te contumeliis suis exacerbaverit & provocaverit; fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas vel abstineas. Nam si apostolus Paulus ad Timotheum scribens dixit: *Juventutem tuam nemo despiciat*: quanto magis tibi a collegis tuis dicendum est: Senectutem tuam nemo despiciat. Et quoniam scripsi quemdam cum eodem diacono tuo se miscuisse, & superbiæ ejus atque audaciæ participem esse; hunc quoque, & si qui alii tales extiterint, & contra sacerdotem Dei fecerint, vel coercere poteris, vel abstinere: nisi quod hortamur & monemus, ut peccasse se potius intelligant, & satisfaciant, & nos propositum nostrum tenere patiantur: magis enim optamus & cupimus contumelias & injurias singulorum clementi patientia vincere, quam sacerdotali licentia vindicare. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[a] Regum 2. Reg. 8.

Eccles. 7.

Act. 23.

Exod. 22.

Matth. 8.

Joan. 18.

Ibidem.

Act. 6.

2. Tim. 4.

CYPRIANI [a] EPISTOLA

[a] Ed. Pa

AD CLERUM ET PLEBEM FURNITANORUM

De Victore qui Faustinum presbyterum tutorem nominavit.

Cyprianus presbyteris, & diaconibus, & plebi Furnis consistentibus salutem.

GRaviter commoti sumus ego & collegæ mei qui præsentes aderant, & compresbyteri nostri qui nobis assidebant, fratres carissimi, cum cognovissemus quod Geminius Victor frater noster, de sæculo excedens, Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominaverit, cum jampridem in concilio episcoporum statutum sit, ne quis de clericis & Dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo constituat, quando singuli divino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari & sacrificiis deservire, & precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: *Nemo militans Deo obligat se molestiis sæcularibus, ut possit placere ei cui se probavit*. Quod cum de omnibus dictum sit; quanto magis molestiis & laqueis sæcularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupati, ab ecclesia recedere, & ad terrenos & sæculares actus vacare non possunt? Cujus ordinationis & religionis formam Levitæ prius in lege tenuerunt, ut cum terram dividerent, & possessiones partirentur undecim tribus, Levitica tribus, quæ templo, & altari, & ministeriis divinis vacabat, nihil de illa divisionis portione perciperet, sed aliis terram colentibus, illa tantum Deum coleret, & ad victum atque alimentum suum ab undecim tribubus de fructibus qui nascebantur decimas reciperet. Quod totum fiebat de auctoritate & dispositione divina: ut qui operationibus divinis insistebant, in nulla re avocarentur, nec cogitare, aut agere sæcularia cogerentur. Quæ nunc ratio & forma in clero tenetur, ut qui in ecclesia domini ordinatione clerica promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, nec molestiis & negotiis sæcularibus alligentur, sed in honore sportulantium fratrum, tamquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedant, sed die ac nocte cœlestibus rebus & spiritualibus serviant. Quod episcopi antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter providentes, censuerunt ne quis frater excedens, ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur: neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit avocare. Et

2. Tim.

idec.

ideo Victor, cum contra formam nuper in concilio a sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere, non est quod pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua nomine ejus in ecclesia frequentetur, ut sacerdotum decretum religiose & necessarie factum servetur a nobis; simul & ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes & ministros Dei, altari ejus & ecclesiæ vacantes, ad sæculares molestias devocet: observari enim de cetero poterit, ne ultra hoc fiat circa personam clericorum, si quod nunc factum est, fuerit vindicatum. Opto vos, fratres carissimi, semper bene valere. ANNO CHRISTI 257. 255.

ANNO CHRISTI 258. 256.

[a] CONCILIUM AFRICANUM II.

IN CAUSA BASILIDIS ET MARTIALIS

Habitum anno [a] CCLVIII. *sub Stephano Papa I.*

(*Concilium.*) Hoc concilium habitum est in Africa, anno Christi [a] 258. ad instantiam Hispaniæ episcoporum, eo fine, ut de causa Basilidis & Martialis Africanæ ecclesiæ judicium cognoscerent. Causa talis erat: Basilides Legionensis, & Martialis Asturicensis ecclesiæ episcopi, eo quod in persecutione fuissent lapsi libellatici, qui nimirum privatim fidem abnegantes, publicum idolorum cultum pecunia redemissent, episcopali honore ad denunciationem fidelium Hispanorum spoliantur, & in eorum locum Sabinus ac Felix substituuntur. Cessante persecutione, illi, sicut antea Feliciſſimus in Africa lapsus, absque ullo gradus & honoris dispendio ab ecclesia recipi temerario ausu contenderunt: quo conatu cum frustrarentur, Felicemque cum Sabino in locum suum substitutos viderent, Basilides livore tabescens ad apostolicam sedem Romam se contulit, ibique se injuste sede privatum conquerens, Stephano Romano pontifici supplicationem plurimis mendaciis refertam exhibet, ac per eam sedi ac honori pristino restitui supplicite rogat. Quod cum episcopi Hispaniæ audissent, ipsi duo suffecti episcopi, Sabinus ac Felix, ad Africanam ecclesiam ablegantur, & utrique literæ ad Cyprianum reliquosque ejus ecclesiæ episcopos scriptæ communicantur, ut scilicet iidem episcopi libellaticorum duorum causam cognoscant ac dijudicent. Cyprianus igitur cum legatos una cum literis prædictis excepisset, collegas antistites convocat, & in eorum sacro consessu literas ad se suosque collegas scriptas legi ac recitari, & ab iisdem legatis in concilium introductis suam ipsorum causam enarrari procurat. Quæ cum facta essent, hoc quod ab episcopis Hispaniæ de Basilidis & Martialis libellaticorum episcoporum depositione, & Sabini cum Felici suffectione constitutum fuerat, per Africanæ ecclesiæ episcopos illos, qui huic concilio interfuerant, confirmatum est; nimirum libellaticos omnes ad pœnitentiam quidem agendam posse admitti, verum ab ordinatione clericali, atque sacerdotali dignitate recte prohiberi: hosce duos etiam sua episcopali dignitate recte spoliatos, Sabinum ac Felicem in locum ipsorum recte suffectos esse. Quo testimonio habito, ipsi Sabinus ac Felix, literis Cypriani aliorumque episcoporum ad Stephanum & episcopos Hispaniæ scriptis communiti, Romam adnavigant, tum ut mendaciaBasilidis coram refellant, tum etiam ut auctoritate sedis apostolicæ contumaces episcoporum Hispaniæ contemptores compescant. Vide Baron. anno 258. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

EPISTOLA [a] CYPRIANI AD CLERUM ET PLEBES IN HISPANIA. CONSISTENTES.

[a] LXVIII. edit. Pam. & Rigaltii

De Basilide & Martiale.

Cyprianus, Cæcilius, Primus, Polycarpus, &c. Felici presbytero & plebibus consistentibus ad Legionem & Asturicæ: item Lælio diacono & plebi Emeritæ consistentibus fratri in domino salutem. [2]

CUM in unum convenissemus, legimus literas vestras, fratres dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabinum [3] episcopos nostros pro fidei vestræ integritate, & pro Dei timore fecistis, significantes Basilidem & Martialem libellis idololotriæ commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia vinctos, episcopatum gerere, & sacerdotium Dei administrare non oportere: & desideraſtis rescribi ad hæc vobis, & justam pariter ac necessariam solicitudinem vestram vel solatio, vel auxilio nostræ sententiæ sublevari. Sed enim desiderio huic vestro non tam nostra consilia, quam divina præcepta respondent; quibus jampridem mandatur voce cœlesti, & Dei lege præscribitur, quos & quales oporteat deservire altari, & sacrificia divina celebrare. In Exodo namque ad Moysen Deus loquitur & monet, dicens. *Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum Deum, sanctificentur; ne forte derelinquat illos dominus.* Et iterum: *Et cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Item in Levitico præcipit dominus, & dicit: *Homo in quo fuerit macula* Exod. 19. Exod. 28. Levit. 21.

1 Hoc est concilium Carthaginense IV. sub Cypriano, anno Christi 253. consignatum ab Harduino, in editione vero operum S. Cypriani a Joanne Fello curata, anno 254. demum a Pagio anno 255.

2 In MS. collegii Parisiensis Soc. Jesu, & in Remensi, quem citat Rigaltius, adduntur hæc nomina post Polycarpum: *Nicomedes, Lucianus, Successus, Sedatus, Fortunatus, Januarius, Secundus, Pomponius, Honoratus, Victor, Aurelius, Satrius, Petrus, alius Januarius, Saturninus, alius Aurelius, Venantius, Quietus, Rogatianus, Tenax, Felix, Faustus, Quintus, alius Saturninus, Lucius, Vincentius, Libosus, Geminius, Marcellus, Jambus, Adelphius, Victorius, & Paulus, Felici presbytero &c.* Harduinus, cui debemus sequentes notulas.

3 MS. *Cœpiscopos.*

ANNO CHRISTI 255. (or 256.)

cula & vitium, non accedet offerre dona Deo. Quæ cum prædicta, & manifesta sint nobis, præceptis divinis necesse est obsequia nostra deserviant, nec personam in ejusmodi rebus accipere, aut aliquid cuiquam largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribuit divina præscriptio. Neque enim immemores esse debemus, quid ad Judæos per Isaiam prophetam locutus sit Dominus increpans & indignans, quod contemptis divinis præceptis humanas doctrinas sequerentur: *Populus iste*, inquit, *labiis suis, honorificat me, cor vero eorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes*: quod item dominus in evangelio repetit, & dicit: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis*. Quæ ante oculos habentes, & solicite ac religiose considerantes in ordinationibus sacerdotum, non nisi immaculatos & integros antistites eligere debemus, qui sancte & digne sacrificia Deo offerentes, audiri in precibus possint quas faciunt pro plebis dominicæ incolumitate, cum scriptum sit: *Deus peccatorem non audit: sed si quis Deum coluerit, & voluntatem ejus fecerit, illum audit*. Propter quod plena diligentia, exploratione sincera, oportet eos ad sacerdotium deligi, quos a Deo constet audiri. Nec sibi plebs blandiatur, quasi immunis esse a contagio delicti possit, cum sacerdote peccatore communicans, & ad injustum atque illicitum propositi sui episcopatum consensum suum commodans, quando per Osee prophetam comminetur & dicat censura divina: *Sacrificia eorum tamquam panis luctus: omnes qui manducant ea, contaminabuntur*. Docens scilicet & ostendens omnes omnino ad peccatum constringi, qui fuerint profani & injusti sacerdotis sacrificio contaminati. Quod item in Numeris manifestari invenimus, quando Core, & Dathan, & Abiron contra Aaron sacerdotem sacrificandi sibi licentiam vindicaverunt. Illic quoque per Moysen præcipit dominus, ut ab eis populus separetur, ne facinorosis conjunctos eodem facinore & ipse perstringatur. *Separamini*, inquit, *a tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere*[1] *ea quæ ad eos pertinent, ne simul pereatis in peccato eorum*. Propter quod plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, a peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere: quando ipsa maxime habeat potestatem vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de divina auctoritate descendere, ut sacerdos, plebe præsente, sub omnium oculis deligatur, & dignus atque idoneus publico judicio ac testimonio comprobetur, sicut in Numeris dominus Moysi præcipit, dicens: *Apprehende Aaron fratrem tuum, & Eleazarum filium ejus, & impones eos in montem coram omni synagoga, & exue Aaron stolam ejus, & indue Eleazarum filium ejus, & Aaron appositus moriatur illic*. Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacerdotem, id est, instruit & ostendit ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, & sit ordinatio justa & legitima, quæ omnium suffragio & judicio fuerit examinata. Quod postea secundum divina magisteria observatur in Actis apostolorum, quando de ordinando in locum Judæ episcopo Petrus ad plebem loquitur: *Surrexit*, inquit, *Petrus in medio discentium: fuit autem turba in uno*. Nec hoc in episcoporum tantum & sacerdotum, sed in diaconorum ordinationibus observasse apostolos animadvertimus, de quo & ipso in actis eorum scriptum est: *Et convocaverunt*, inquit, *illi duodecim totam plebem discipulorum, & dixerunt eis*. Quod utique idcirco tam diligenter & caute convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos, non secundum Dei voluntatem, sed secundum humanam præsumptionem, & hæc Deo displicere, quæ non veniant ex legitima & justa ordinatione, Deus ipse manifestat per Osee prophetam, dicens: *Sibimetipsis constituerunt regem, & non per me*. Propter quod diligenter de traditione divina, & apostolica observatione observandum est & tenendum quod apud nos quoque, & fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem proximi quique conveniant, & episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum de ejus conversatione perspexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur. Nec rescindere ordinationem jure perfectam potest, quod Basilides post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam nostrum longe positum, & gestæ rei ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi se injuste in episcopatum, de quo fuerat juste depositus. Hoc eo pertinet, ut Basilidis non tam abolita sint, quam cumulata delicta, ut ad superiora peccata ejus etiam fallaciæ & circumventionis crimen accesserit. Neque enim tam culpandus est ille, cui negligenter obreptum est, quam hic execrandus, qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem si hominibus Basilides potuit, Deo non potest, cum scriptum sit: *Deus non deridetur*. Sed nec Martiali potest profuisse fallacia, quo minus ipse quoque delictis gravibus involutus episcopatum tenere non debeat, quando & apostolus moneat, & dicat: *episcopum oportet esse sine crimine, quasi Dei dispensatorem*. Quapropter cum (sicut scripsistis, fratres dilectissimi, ut & Felix & Sabinus collegæ nostri asseverant, utque alius Felix de Cæsaraugusta fidei cultor ac defensor veritatis literis suis significat) Basilides & Martialis nefando idololatriæ libello contaminati sint; Basilides adhuc insuper præter libelli maculam, cum in infirmitate decumberet, in Deum blasphemaverit, & se blasphemasse confessus sit; & episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens, ad agendam pœnitentiam conversus sit, Deum deprecans, & satis gratulans, si sibi vel laico communicare contingeret; Martialis quoque præter gentilium turpia & lutulenta

Isai. 29. Matt. 7. Joan. 9. Osee 9. Num. 16. Num. 20.

[1] MS. noster *ab omnibus quæ sunt eis.*

lenta convivia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum gentium more apud profana ſepulchra depoſitos, & alienigenis conſepultos; actis etiam publice habitis apud procuratorem ducenarium obtemperaſſe ſe idololatriæ, & Chriſtum negaſſe conteſtatus ſit; cumque alia multa ſint & gravia delicta, quibus Baſilides & Martialis implicati tenentur; fruſtra tales epiſcopatum ſibi uſurpare conantur, cum manifeſtum ſit ejuſmodi homines nec eccleſiæ Chriſti præeſſe, nec Deo ſacrificia offerre debere. Maxime cum jampridem nobiſcum & cum omnibus omnino epiſcopis in toto mundo conſtitutis, etiam Cornelius collega noſter, ſacerdos pacificus ac juſtus, & martyrio quoque dignatione domini honoratus, decreverit ejuſmodi homines ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti, ab ordinatione autem cleri atque ſacerdotali honore prohiberi. Nec vos moveat, fratres dilectiſſimi, ſi apud quoſdam in noviſſimis temporibus aut lubrica fides nutat, aut Dei timor irreligioſus vacillat, aut pacifica concordia non perſeverat. Prænunciata ſunt hæc futura in ſæculi fine, & domini voce, atque apoſtolorum conteſtatione prædictum eſt, deficiente jam mundo, atque appropinquante Antichriſto bona quæque deficere, mala vero & adverſa proficere. Non ſic tamen, quamvis noviſſimis temporibus, in eccleſia Dei aut evangelicus vigor cecidit, aut Chriſtianæ virtutis aut fidei robur elanguit, ut non ſuperſit portio ſacerdotum, quæ minime ad has rerum ruinas, & fidei naufragia ſuccumbat; ſed fortis & ſtabilis honorem divinæ majeſtatis & ſacerdotalem dignitatem plena timoris obſervatione tueatur. Meminimus & tenemus, ſuccumbentibus licet & cedentibus ceteris, Mathathiam legem Dei vindicaſſe fortiter: Eliam, Judæis deficientibus atque a religione divina recedentibus, ſtetiſſe, & certaſſe ſublimiter: Danielem, nec [a] ſolitudine regionis alienæ, nec perſecutionis aſſiduæ, infeſtatione deterritum, frequenter ac fortiter glorioſa edidiſſe martyria: tres [1] item pueros, nec annis nec minis fractos, contra ignes Babylonios fideliter obſtitiſſe, & victorem regem in ipſa ſua captivitate viciſſe: Viderit vel prævaricatorum numerus, vel proditorum, qui nunc in eccleſia contra eccleſiam ſurgere, & fidem pariter ac veritatem labefactare cœperunt. Permanet apud plurimos ſincera mens, & religio integra, & non niſi domino & Deo ſuo anima devota, nec Chriſtianam fidem aliena perfidia deprimit ad ruinam, ſed magis excitat & exaltat ad gloriam, ſecundum quod beatus apoſtolus Paulus hortatur, & dicit: *Quid enim ſi exciderunt a fide quidam eorum, numquid infidelitas illorum fidem Dei evacuavit? Abſit. Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Si autem omnis homo mendax eſt, & ſolus Deus verax; quid aliud ſervi, & maxime ſacerdotes Dei facere debemus, niſi ut humanos errores & mendacia relinquamus, & præcepta dominica cuſtodientes, in Dei veritate maneamus? Quare etſi aliqui de collegis noſtris exſtiterunt, fratres dilectiſſimi, qui deificam diſciplinam negligendam putant, & cum Baſilide & Martiale temere communicant, conturbare fidem noſtram res iſta non debet, cum Spiritus ſanctus in pſalmis talibus comminetur, dicens: *Tu autem odiſti diſciplinam, & abjeciſti ſermones meos retro. Si videbas furem, concurrebas ei, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Conſortes & participes oſtendit eos alienorum delictorum fieri, qui fuerint delinquentibus copulati. Sed & hoc idem Paulus apoſtolus ſcribit, & dicit: *Suſurratores, detractores, abhorrentes Deo, injurioſi, ſuperbi, jactantes ſui, adinventores malorum, qui cum juſtitiam Dei cognoviſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt morte ſunt digni; non tantum qui faciunt ea, ſed & qui conſentiunt eis qui hæc agunt, quoniam, qui talia,* inquit, *agunt, morte ſunt digni.* Manifeſtat, & comprobat morte dignos eſſe, & ad pœnam venire non tantum illos qui mala faciunt, ſed etiam eos qui talia agentibus conſentiunt: qui dum malis & peccatoribus, & pœnitentiam non agentibus, illicita communicatione miſcentur, nocentium contactibus polluuntur, & dum junguntur in culpa, ſic nec in pœna ſeparantur. Propter quod integritatis & fidei veſtræ religioſam ſolicitudinem, fratres dilectiſſimi, & laudamus pariter & probamus; & quantum poſſumus adhortamur literis noſtris, ne vos cum profanis & maculatis ſacerdotibus communicatione ſacrilega miſceatis, ſed integram & ſinceram fidei veſtræ firmitatem religioſo timore ſervetis. Opto vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere.

ANNO CHRISTI 258. 256.

Rom. 3.

Pſalm. 49.

Rom. 1.

[a] CONCILIUM ICONIENSE
CONTRA CATAPHRYGAS,

Celebratum anno [b] CCLVIII. [c] *ſub Stephano Papa I.*

[a] *Concilium Iconienſe.*) Hoc concilium habitum eſt anno [c] 258. Iconii in Phrygia, occaſione Cataphrygarum hæreticorum, ut de ipſorum omniumque aliorum hæreticorum baptiſmatis valore, quid ſtatuendum ſit, inquirerent. Ex Cappadocia, Cilicia, Galatia, aliiſque

Qui interfuerint.

1 MS. *iterum*. 2 Certum eſt, inquit Pagius ad ann. Chr. 255. n. 15. & 16. Concilium Iconienſe, in quo rebaptizatio hæreticorum decreta, ante Stephani Pontificatum celebratum. Id enim diſerte teſtatur Firmilianus in Epiſt. ad Cyprianum, ubi de Iconienſi ſynodo ita loquitur: *Quod totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus eſt collecti, in unum convenientibus ex Gallia & Cilicia, & ceteris proximis regionibus confirmavimus.* Ubi pronomen *nos*, non de ipſius Firmiliani perſona, ſed potius de ejus deceſſoribus accipiendum: cum Firmilianus eam Synodum jampridem collectam affirmet, & in fine ejuſdem epiſtolæ Synodi hujus vetuſtatem manifeſtiſſime indicet, ut obſervavit Valeſius in notis Euſebianis ad lib. 7. cap. 7. Nam cum Stephanus Papa Cypriano ſcribens, antiquam Eccleſiæ conſuetudinem in recipiendis hæreticis adverſus aſſertores novi dogmatis oppoſuiſſet, Firmilianus hoc argumentum adverſus Afros fortaſſe valere dicit; & quomodo Affri id refutare poſſint, ibidem docet. Contra Orientales nullam vim illud habere demonſtrat, apud quos ſemper rebaptizati fuerint hæretici, jam inde ab

ANNO CHRISTI 258. 256. Decretum concilii.

que proximis orientalibus regionibus episcopi ad hanc synodum accesserunt: a quibus omnibus constitutum ac decretum est, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta sunt, ab ecclesia catholica recipiendum esse: ordinationes, baptismum, manuum impositiones, aliudve sacrum quodvis ab hæreticis administratum, invalidum esse. Stephanus pontifex Romanus episcopos orientales hæc constituentes excommunicat, & apostolicæ sedis communione privat [1] ipsam vero synodum erraticam contra apostolorum traditionem erroneum dogma confirmantem reprobat. Orientales ad pontificem suos quidem legatos, qui de rebus in synodo gestis coram pontifice rationem redderent, ablegarunt; verum Romam venientes a Sancto Stephano pontifice, neque recepti, neque auditi fuerunt. Ob quam causam Firmilianus Cæsareæ Cappadociæ episcopus ad Cyprianum eam qua acta hujus concilii enarrat, & de legatis non auditis valde conqueritur, epistolam sequentem hanc conscripsit. Baron. an. præd. nu. 14. 15. & 16.

Stephanus papa hoc concilium reprobavit.

Firmilianus episcopus Asiæ.

EPISTOLA [a] FIRMILIANI AD CYPRIANUM

contra epistolam Stephani.

Firmilianus Cypriano fratri in domino salutem.

ACcepimus per Rogatianum carissimum nostrum diaconum a vobis missum literas quas ad nos fecisti, frater dilectissime, & gratias propter hoc domino maximas egimus; quod contigerit, ut qui corpore abinvicem separamur, sic spiritu adunemur, quasi non unam tantum regionem tenentes, sed in ipsa atque in eadem domo simul inhabitantes. Quod & decet dicere, quia & spiritalis domus Dei una est: *erit enim in novissimis*, ait propheta, *diebus manifestus mons domini*, & *domus Dei super vertices montium*. In quam convenientes cum jucunditate adunantur, secundum quod & in psalmo hoc postulatur a domino, *inhabitare in domo Dei per omnes dies vitæ*. Unde & in alio loco manifestatum est, esse apud sanctos magnam voluntatis caritatem, in unum convenire. *Ecce*, inquit, *quam bonum & voluptibile est, ut habitent fratres in unum*. Adunatio enim, & pax, & concordia, non solum hominibus fidelibus & cognoscentibus veritatem, sed & angelis ipsis cœlestibus voluptatem maximam præstat; quibus dicit sermo divinus, *ecce gaudium in uno peccatore pœnitentiam agente*, & ad unitatis vinculum revertente. Quod utique non diceretur de angelis conversationem in cœlis habentibus, nisi ipsi quoque essent nobis adunati, qui nostra adunatione lætantur: sicut e contrario utique contristantur, quando vident diversas quorumdam mentes, & scissas voluntates, quasi non tantum unum, & eumdem dominum simul invocent, sed separatis & divisis abinvicem nec confabulatio jam possit esse, aut sermo communis. Nisi quod nos gratiam referre Stephano in isto possumus, quod per illius inhumanitatem nunc effectum sit, ut fidei & sapientiæ vestræ experimentum caperemus. Sed non si nos propter Stephanum hanc beneficii gratiam cepimus, statim Stephanus beneficio & gratia digna commisit. Neque enim & Judas perfidia sua & proditione, qua scelerate circa salvatorem operatus est, dignus videri potest, quasi causam bonorum tantorum ipse præstiterit, ut per illum mundus, & gentium populus liberaretur. Sed hæc interim quæ ab Stephano gesta sunt, prætereantur, ne, dum audaciæ & insolentiæ ejus meminimus, de rebus ab eo improbe gestis longiorem mœstitiam nobis inferamus. De vobis autem cognoscentes, quod secundum regulam veritatis & sapientiam Christi, hoc de quo nunc quæritur, disposueritis; cum magna lætitia exultavimus, & Deo gratias egimus, quia invenimus in fratribus tam longe positis tantam nobiscum fidei & veritatis unanimitatem. Potens est enim gratia Dei copulare & conjungere caritatis atque unitatis vinculo, etiam ea quæ videntur longiore terrarum spatio esse divisa. Secundum quod & olim intervallo temporum separatos ab Job & Noe, qui in primis fuerant, Ezechielem & Danielem, posteriores ætate ad unanimitatis vinculum virtus divina conjunxit; Ut quamvis temporibus longis discreti essent, eadem tamen divina inspiratione sentirent. Quod & nunc in vobis animadvertimus, ut qui longissimis regionibus a nobis separati estis, sensu tamen & spiritu copulatos vos esse nobiscum probaretis. Quod totum hoc fit divina unitate. Nam cum dominus unus atque idem sit qui habitat in nobis, conjungit ubique & copulat suos vinculo unitatis. Unde *in universam terram exivit sonus eorum*, qui a domino missi sunt unitatis spiritu velociter currentes. Sicut e contrario nihil prodest aliquos proximos & junctos sibi esse corporibus, si animo & mente dissideant; quando adunari animæ omnino non possint, quæ se a Dei unitate diviserint: *Ecce enim*, inquit, *qui longinquant se abs te peribunt*: sed tales judicium domini pro merito suo subibunt, recedentes a verbis ejus, qui patrem pro unitate deprecatur, & dicit: *Pater da ut quomodo ego & tu unum sumus, sic & hi in nobis unum sint*. Nos vero ea quæ a vobis scripta sunt, quasi nostra propria suscipimus, nec in transcursu legimus, sed sæpe repetita memoriæ mandavimus: neque obest utilitati salutari aut eadem retexere, ad confirmandam veritatem, aut & quædam addere ad cumulandam probationem. Si quid autem a nobis additum fuerit, non sic additur quasi a vobis aliquid minus dictum sit: sed quoniam sermo divinus humanam naturam supergreditur, nec potest totum & perfectum anima concipere, idcirco & tantus

Isai. 2.

Psalm. 26.

Psalm 132.

Psal.

Jud.

[a] Inter epistolas S. Cypriani ordine LXXV. in edit Pam. & Rigal.

ab Iconiensi Synodo, quæ ob Montanistas fuerat indicta. His addit Valesius Dionysium Alexandrinum in epist. ad Philemonem Rom. urbis presbyterum, quam scripsit sub initia Pontificatus Xysti Papæ, ubi ait: *Illud præterea didici, non ab Afris solis hunc morem nunc primum invectum fuisse: sed & multo antea superiorum Episcoporum temporibus in Ecclesiis populosissimis, & in Conciliis fratrum apud Iconium & Synnada, & apud alios plurimos idem sanctum fuisse*. Hinc sub extrema Alexandri Severi tempora, quibus Firmilianus ad Cæsarienses Ecclesiæ Sacerdotium recens promotus fuerat, ut docet Eusebius in lib. 6. Synodum Iconiensem collectam credit Valesius, ideoque ante Cornelii Papæ Pontificatum. Hactenus Pagius. Harduinus in Indice Conciliorum tomi primi Iconii & Synnadis Concilia habita esse anno circiter 253. affirmat. De his vide & Augustinum lib. 3. contra Cresc. cap. 3.

1. Historiam hujus dissidii magis enucleatam lege apud Pagium ad an. 255. n. 9. & seqq. & ad an. 256. num. 9. & seqq.

ANNO CHRISTI 255. 256.

tus est numerus prophetarum, ut multiplex divina sapientia per multos distribuatur. Unde & tacere præcipitur, primo in prophetia loquendi, si secundo fuerit revelatum. Qua ex causa necessario apud nos fit, ut per singulos annos seniores & præpositi in unum conveniamus ad disponenda ea quæ curæ nostræ commissa sunt: ut si qua graviora sunt, communi consilio dirigantur: lapsis quoque fratribus & post lavacrum salutare a diabolo vulneratis per pœnitentiam medela quæratur: non quasi a nobis remissionem peccatorum consequantur, sed ut per nos ad intelligentiam delictorum suorum convertantur, & domino plenius satisfacere cogantur. Quoniam vero legatus iste a vobis missus regredi ad vos festinabat, & hibernum tempus urgebat; quantum potuimus ad scripta vestra rescripsimus. Et quidem quantum ad id pertineat quod Stephanus dixit, quasi apostoli eos qui ab hæresi veniant baptizari prohibuerint, & hoc custodiendum posteris tradiderint, plenissime vos respondistis; neminem jam stultum esse qui hoc credat apostolos tradidisse, quando etiam ipsas hæreses constet execrabiles ac detestandas postea extitisse. Cum & Marcion Cerdonis discipulus inveniatur sero post apostolos, & post longa ab eis tempora sacrilegam adversus Deum traditionem induxisse. Apelles quoque blasphemiæ ejus consentiens, multa alia nova & graviora fidei ac veritati inimica addiderit. Sed & Valentini & Basilidis tempus manifestum est, quod & ipsi post apostolos, & post longam ætatem, adversus ecclesiam Dei sceleratis mendaciis suis rebellaverint. Ceteros quoque hæreticos constat pravas suas sectas & inventiones perversas, prout quisque errore ductus est, postea induxisse; quos omnes manifestum est a semetipsis damnatos esse, & ante diem judicii inexcusabilem sententiam adversus semetipsos dixisse: quorum baptisma qui confirmat, quid aliud quam cum ipsis se adjudicat, & se ipse participem talibus faciendo condemnat? Eos autem, qui Romæ sunt, non ea in omnibus servare, quæ sint ab origine tradita, & frustra apostolorum auctoritatem prætendere, scire quis etiam inde potest, quod circa celebrandos dies paschæ, & circa multa alia divinæ rei sacramenta, videat esse apud illos aliquas diversitates, nec observari illic omnia æqualiter, quæ Hierosolymis observantur. Secundum quod in ceteris quoque plurimis provinciis, multa pro locorum & nominum diversitate variantur; nec tamen propter hoc ab ecclesiæ catholicæ pace atque unitate aliquando discessum est. Quod nunc Stephanus ausus est facere, rumpens adversum vos pacem, quam semper antecessores ejus vobiscum amore & honore mutuo custodierunt: adhuc etiam infamans Petrum & Paulum beatos apostolos, quasi hoc ipsi tradiderint; qui in epistolis suis hæreticos execrati sunt, & ut eos evitemus monuerunt. Unde apparet traditionem hanc humanam esse, quæ hæreticos asserit, & baptisma, quod non nisi solius ecclesiæ est, eos habere defendit. Sed & ad illam partem bene a vobis responsum est, ubi Stephanus in epistola sua dixit: *Hæreticos quoque ipsos in baptismo convenire, & quod ad alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum*, quasi [a] ad nos hoc facere debeamus. Quo in loco, etsi vos iam probastis satis ridiculum esse, ut quis sequatur errantes, illud tamen ex abundanti addimus; non esse mirum si sic hæretici agant, qui etsi in quibusdam minoribus discrepant, in eo tamen quod est maximum, unum & eumdem consensum tenent, ut blasphement creatorem, quædam somnia sibi & phantasmata ignoti Dei confingentes: quos utique consequens est sic consentire in baptismi sui vanitate, ut consentiunt in repudianda divinitatis veritate. De quibus quoniam longum est ad singula eorum, vel sceleста vel supervacua, respondere; satis est breviter illud in compendio dicere: eos qui non teneant verum dominum Patrem, tenere non posse nec Filii nec Spiritus sancti veritatem. Secundum quod etiam illi qui Cataphryges appellantur, & novas prophetias usurpare conantur, nec Patrem possunt habere, nec Filium, nec Spiritum sanctum; a quibus si quæramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit spiritum per Montanum & Priscam locutum. In quibus cum animadvertamus non veritatis spiritum sed erroris fuisse; cognoscimus eos qui falsam illorum prophetiam contra Christi fidem vindicant, Christum habere non posse. Sed & ceteri quique hæretici, si se ab ecclesia Dei sciderint, nihil habere potestatis aut gratiæ possunt; quando omnis potestas & gratia in ecclesia constituta sit, ubi præsident majores natu, qui & baptizandi, & manum imponendi, & ordinandi possident potestatem. Hæretico enim sicut ordinare non licet, nec manum imponere; ita nec baptizare, nec quidquam sancte nec spiritaliter gerere, quando alienus sit a spiritali & deifica sanctitate. Quod totum nos jampridem in Iconio, qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convententibus ex Galatia, & Cilicia, & ceteris proximis regionibus, confirmavimus, tenendum contra hæreticos firmiter & vindicandum, cum a quibusdam de ista re dubitaretur. Et quoniam Stephanus & qui illi consentiunt, contendunt dimissionem peccatorum & secundam nativitatem in hæreticorum baptisma posse procedere, apud quos etiam ipsi confitentur Spiritum sanctum non esse; considerent & intelligant spiritalem nativitatem sine spiritu esse non posse: secundum quod & beatus Paulus apostolus eos, qui ab Joanne baptizati fuerant, priusquam missus esset a domino Spiritus sanctus, baptizavit denuo spiritali baptismo, & sic eis manum imposuit, ut acciperent Spiritum sanctum. Quale est autem, ut cum Paulum post Joannis baptisma iterato discipulos suos baptizasse videamus, nos eos qui ab hæresi ad ecclesiam veniunt, post illicitam & profanam eorum tinctionem baptizare dubitemus? Nisi si his episcopis, de quibus nunc, minor fuit Paulus, ut hi quidem possint per solam manus impositionem venientibus hæreticis dare Spiritum sanctum: Paulus autem idoneus non fuerit, qui ab Joanne baptizatis Spiritum sanctum per manus impositionem daret, nisi eos prius etiam ecclesiæ baptismo baptizasset. Illud quoque absurdum, quo non putant quærendum esse, quis sit ille qui baptizaverit, eo quod qui baptizatus sit, gratiam consequi potuerit invocata trinitate nominum Patris & Filii & Spiritus sancti. Deinde hæc erit sapientia, quam scribit Paulus esse in his, qui perfecti sunt. At quis est in ecclesia perfe-

1. Cor. 2.

ANNO CHRISTI 252 " 256.

dus & sapiens, qui hoc aut defendat, aut credat, quod invocatio hæc nominum nuda sufficiat ad remissionem peccatorum, & baptismi sanctificationem? cum hæc tunc utique proficiant, quando & qui baptizat habet Spiritum sanctum, & baptisma quoque ipsum non sit sine Spiritu constitutum. Sed dicunt eum, qui quomodocumque foris baptizatur, mente & fide sua baptismi gratiam consequi posse: quod & ipsum sine dubio ridiculum est, quasi de cœlo adducere ad se possit aut mens prava justorum sanctificationem, aut fides falsa credentium veritatem. Non omnes autem, qui nomen Christi invocant, audiri, & invocationem suam consequi aliquid gratiæ posse dominus ipse manifestat, dicens: *Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos fallent*. Nulla quippe differentia est inter pseudoprophetam & hæreticum: Nam ut ille in nomine Dei aut Christi, ita iste in sacramento baptismi fallit. Mendacio uterque nititur, ad decipiendas hominum voluntates. Volo autem vobis & de historia, quæ apud nos facta est, exponere ad hoc ipsum pertinente. Ante viginti enim & duos fere annos, temporibus post Alexandrum imperatorem, multæ istic conflictationes & pressuræ acciderunt, vel in commune omnibus hominibus, vel privatim Christianis; terræ etiam motus plurimi & frequentes extiterunt, ut per Cappadociam & per Pontum multa subruerent, quædam etiam civitates in profundum receptæ dirupti soli hiatu devorarentur, ut ex hoc persecutio quoque gravis adversum nos Christiani nominis fieret. Quæ post longam retro ætatis pacem repente oborta, de inopinato & insueto malo ad turbandum populum nostrum terribilior effecta est. Serenianus tunc fuit in nostra provincia præses, acerbus & dirus persecutor. In hac autem perturbatione constitutis fidelibus, & huc atque illuc persecutionis metu fugientibus, & patrias suas relinquentibus, atque in alias partes regionum transeuntibus, (erat enim transeundi facultas, eo quod persecutio illa, non per totum mundum, sed localis fuisset) emersit istic subito quædam mulier, quæ in ecstasi constituta, propheten se præterret, & quasi sancto Spiritu plena sic ageret. Ita autem principalium dæmoniorum impetu ferebatur, ut per longum tempus solicitaret & deciperet fraternitatem, ac mirabilia quædam & portentosa perficiens, & facere se terram moveri polliceretur. Non quod dæmoni tanta esset potestas, ut terram movere, aut elementum concutere jussu valeret; sed quod nonnunquam spiritus nequam præsciens & intelligens terræmotum futurum, id se facturum esse simularet, quod futurum videret. Quibus mendaciis & jactationibus subegerat mentes singulorum, ut sibi obedirent, & quocumque præciperet & duceret, sequerentur: faceret quoque mulierem illam cruda hieme nudis pedibus per asperas nives ire, nec vexari in aliquo aut lædi illa discursione: diceret etiam se in Judæam & Hierosolymam festinare, fingens tanquam inde veniisset. Hic & unum de presbyteris Rusticum, item & alium diaconum fefellit, ut eidem mulieri commiscerentur, quod populo post detectum est. Nam subito apparuit illi unus de exorcistis, vir probatus, & circa religiosam disciplinam bene semper conversatus, qui exhortatione quoque fratrum plurimorum, qui & ipsi fortes ac laudabiles in fide aderant, excitatus, erexit se contra illum spiritum nequam revincendum; qui subtili fallacia etiam hoc paulo ante prædixerat, venturum quemdam aversum & tentatorem infidelem. Tamen ille exorcista inspiratus Dei gratia fortiter restitit, & esse illum nequissimum spiritum, qui prius sanctus putabatur, ostendit. Atqui illa mulier, quæ prius per præstigias & fallacias dæmonis, multa ad deceptionem fidelium moliebatur, inter cetera quibus plurimos deceperat, etiam hoc frequenter ausa est; ut invocatione non contemptibili sanctificare se panem & eucharistiam facere simularet, & sacrificium domino sine sacramento solitæ [a] prædicationis offerret; baptizaret quoque multos usitata & legitima verba interrogationis usurpans, ut nil discrepare ab ecclesiastica regula videretur. Quid igitur de hujus baptismo dicemus, quo nequissimus dæmon per mulierem baptizavit? Numquid & hoc Stephanus, & qui illi consentiunt comprobant? maxime cui nec symbolum Trinitatis, nec interrogatio legitima & ecclesiastica defuit? Potest credi aut remissio peccatorum data, aut lavacri salutaris regeneratio rite perfecta? ubi omnia quamvis ad imaginem veritatis, tamen per dæmonem gesta sunt? Nisi si & dæmonem in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti gratiam baptismi dedisse contendant, qui hæreticorum baptisma defendunt. Apud quos sine dubio idem error est, dæmonum fallacia ipsa est, quando apud illos omnino Spiritus sanctus non est. Illud etiam quale est, quod vult Stephanus, his qui apud hæreticos baptizantur, adesse præsentiam & sanctimoniam Christi? Nam si non mentitur apostolus, dicens: *Quotquot in Christo tincti estis, Christum induistis*: utique qui illic in Christo baptizatus est, induit Christum: si autem induit Christum, accipere potuit & Spiritum sanctum, qui a Christo missus est, & frustra illi venienti ad accipiendum Spiritum manus imponitur: nisi si a Christo Spiritum induit, ut apud hæreticos sit quidem Christus, non sit autem illic Spiritus sanctus. Decurramus vero breviter & cetera quæ a vobis copiose & plenissime dicta sunt, festinante vel maxime ad vos Rogatiano diacono carissimo nostro. Sequitur enim illud quod interrogandi sunt a nobis qui hæreticos defendunt, utrum carnale sit eorum baptisma, an spirituale. Si enim carnale est, nihil differunt a Judæorum baptismo, quo sic illi utuntur, ut eo tamquam communi & vulgari lavacro tantum sordes laventur. Sin autem spiritale est: quomodo apud illos esse baptisma spiritale potest, apud quos Spiritus sanctus non est? Ac per hoc aqua, qua tinguntur, lavacrum est illis carnale tantum, non baptismi sacramentum. Quod si baptisma hæreticorum habere potest regenerationem secundæ nativitatis; non hæretici, sed filii Dei computandi sunt, qui apud illos baptizantur: secunda enim nativitas quæ est in baptismo, filios Dei generat. Si autem sponsa Christi una est, quæ est ecclesia catholica; ipsa est, quæ sola generat Dei filios. Neque enim multæ sponsæ Christi, cum dicat apostolus: *Despondi vos uni viro virginem castam assignare Christo*. &: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populi tui: quia desi-*

Mar. 13.

desideravit rex speciem tuam. &: *Veni sponsa de Libano, advenies & pertransibis a principio fidei*. &: *Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa*. Videmus unam personam ubique proponi, quia & sponsa est una. Non est autem una nobiscum hæreticorum synagoga, quia nec sponsa est adultera & fornicaria; unde nec potest filios Dei parere. Nisi si, secundum quod Stephano videtur, hæresis quidem parit & exponit; expositos autem ecclesia suscipit, & quos non ipsa peperit pro suis nutrit, cum filiorum alienorum mater esse non possit. Et ideo Christus dominus noster unam esse manifestans sponsam suam, & unitatis ejus sacramentum declarans, ait: *Qui non est mecum, adversus me est, & qui non mecum colligit, spargit*. Si enim nobiscum est Christus, hæretici autem non sunt nobiscum, pro certo adversus Christum sunt hæretici. Et si nos colligimus cum Christo, non colligunt autem nobiscum hæretici, sine dubio spargunt. Sed nec illud prætereundum est a nobis, quod a vobis necessario dictum est, quod ecclesia, secundum Canticum canticorum, *hortus sit conclusus, & fons signatus, paradisus cum fructu pomorum*. Qui autem nunquam in hunc hortum introierunt, neque paradisum a Deo creatore plantatum viderunt, quomodo de fonte, qui intus incluſus est, & divino sigillo signatus est, aquam vivam lavacri salutaris præbere alicui poterunt? Cum vero & arca Noe nihil aliud fuerit quam sacramentum ecclesiæ Christi, quæ tuno omnibus foris pereuntibus eos solos servavit qui intra arcam fuerunt; manifeste instruimur ad ecclesiæ unitatem perspiciendam, quemadmodum & apostolus Petrus posuit, dicens: *Sic & vos similiter salvos faciet baptisma*, ostendens, quoniam quomodo qui cum Noe in arca non fuerunt, non tantum purgati & salvati per aquam non sunt, sed statim diluvio illo perierunt: sic & nunc quicumque in ecclesia cum Christo non sunt, foris peribunt, nisi ad unicum & salutare ecclesiæ lavacrum per pœnitentiam convertantur. Qualis vero error sit, & quanta sit cæcitas ejus, qui remissionem peccatorum dicit apud synagogas hæreticorum dari posse, nec permanet in fundamento unius ecclesiæ quæ semel a Christo supra petram solidata est, hinc intelligi potest, quod soli Petro Christus dixerit: *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis; & quæcumque solveris super terram, erunt soluta & in cœlis*: & iterum in evangelio, quando in solos apostolos insufflavit Christus dicens: *Accipite Spiritum sanctum: si cujus remiseritis peccata, remittentur illi: & si cujus tenueritis, tenebuntur*. Potestas ergo peccatorum remittendorum apostolis data est, & ecclesiis quas illi a Christo missi constituerunt, & episcopis qui eis ordinatione vicaria successerunt. Hostes autem unius catholicæ ecclesiæ, in qua nos sumus, & adversarii nostri, qui apostolis successimus, sacerdotia sibi illicita contra nos vindicantes, & altaria profana ponentes, quid aliud sunt quam Core & Dathan & Abiron, pari scelere sacrilegi, & easdem quas & illi pœnas daturi cum his qui sibi consentiunt; secundum quod etiam tunc illorum participes & fautores pariter cum eis perierunt. Atque ego in hac parte juste indignor ad hanc tam apertam & manifestam Stephani stultitiam, quod qui sic de episcopatus sui loco gloriatur, & se successionem Petri tenere contendit, super quem fundamenta ecclesiæ collocata sunt, multas alias petras inducat, & ecclesiarum multarum nova ædificia constituat, dum esse illic baptisma sua auctoritate defendit. Nam qui baptizantur; complent sine dubio ecclesiæ numerum. Qui autem baptisma eorum probat, de baptizatis & ecclesiam illic esse confirmat. Nec intelligit offuscari a se & quodammodo aboleri Christianæ petræ veritatem, qui sic prodit & deserit unitatem. Judæos tamen quamvis ignorantia cæcos, & gravissimo facinore constrictos, zelum Dei apostolus habere profitetur; Stephanus qui per successionem cathedram Petri habere se prædicat, nullo adversus hæreticos zelo excitatur: concedens illis non modicam, sed maximam gratiæ potestatem; ut dicat eos & asseveret per baptismi sacramentum sordes veteris hominis abluere, antiqua mortis peccata donare, regeneratione cœlesti filios Dei facere, ad æternam vitam divini lavacri sanctificatione reparare. Qui sic magna & cœlestia ecclesiæ munera hæreticis concedit & tribuit, quid aliud quam communicat eis, quibus tantum gratiæ defendit ac vindicat? Et frustra jam dubitat in ceteris quoque consentire eis & particeps esse; ut & simul cum eis conveniat, & orationes pariter cum iisdem misceat, & altare ac sacrificium commune constituat. Sed in multum, inquit, proficit nomen Christi ad fidem & baptismi sanctificationem, ut quicumque, & ubicumque in nomine Christi baptizatus fuerit, consequatur statim gratiam Christi, quando huic loco breviter occurri possit & dici, quoniam si in nomine Christi valuit foris baptisma ad hominem purgandum, in ejusdem Christi nomine valere illic potuit & manus impositio ad accipiendum Spiritum sanctum. Et incipient cetera quoque, quæ apud hæreticos aguntur, justa & legitima videri, quando in nomine Christi gerantur; secundum quod vos in epistola vestra exsecuti estis: non nisi in ecclesia sola valere posse nomen Christi, cui uni concesserit Christus cœlestis gratiæ potestatem. Quod autem pertinet ad consuetudinem refutandam, quam videntur opponere veritati; quis tam vanus sit, ut veritati consuetudinem præferat? aut qui perspecta luce tenebras non derelinquat? Nisi si & Judæos Christo adventante, id est, veritate, adjuvat in aliquo antiquissima consuetudo, quod relicta nova veritatis via in vetustate permanserint. Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Ceterum nos veritati & consuetudinem jungimus, & consuetudini Romanorum, consuetudinem, sed veritatis, opponimus; ab initio hoc tenentes, quod a Christo & ab apostolo traditum est. Nec meminimus hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei ecclesiam nossemus, & sanctum baptisma non nisi sanctæ ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui & si novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem & Filium nosse nobiscum videntur: plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus, & confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptisma, quod sit extra ecclesiam constitutum. Ad illud autem

ANNO CHRISTI 258. vel 256.

ANNO CHRISTI 258. 256. Philipp. 1.

tem quod pro hæreticis ponunt, & ajunt apostolum dixisse: *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuncietur*, ut respondeamus, ineptum est; quando manifestum sit, apostolum in epistola sua, qua hoc dixit, neque hæreticorum, neque baptismi eorum mentionem fecisse, sed locutum esse de fratribus tantum, sive perfide secum loquentibus, sive in fide sincera perseverantibus. Nec oporteat hoc longo tractatu excutere, sed ipsam satis sit epistolam legere, & quid apostolus dixerit, de ipso apostolo recognoscere. Quid ergo, inquiunt, fiet de his, qui ab hæreticis venientes sine ecclesiæ baptismo admissi sunt? Si de sæculo excesserunt, in eorum numero qui apud nos catechizari quidem sunt, sed priusquam baptizarentur obierunt, habentur, non modo dicunt emolumentum veritatis & fidei, ad quam relicto errore pervenerant, & si consummationem gratiæ consecuti non sunt, morte præventi. Qui autem adhuc in sæculo permanent, baptizentur ecclesiæ baptismo, ut remissionem peccatorum consequi possint; ne per alienam præsumptionem, in pristino errore manentes, sine gratiæ consummatione moriantur. Ceterum quale delictum est, vel illorum qui admittuntur, vel illorum qui admittunt, ut non ablutis per ecclesiæ lavacrum sordibus, nec peccatis expositis, usurpata temere communicatione contingant corpus & sanguinem domini, cum scriptum sit: *Quicumque ederit panem aut* 1. Cor. 11. *biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini?* Nos etiam illos, quos hi qui prius in ecclesia catholica episcopi fuerant, & postmodum sibi potestatem clericæ ordinationis assumentes baptizaverant, pro non baptizatis habendos judicavimus. Et hoc apud nos observatur, ut quicumque ab illis tincti ad nos veniunt, tanquam alieni & nihil consecuti, unico & vero ecclesiæ catholicæ baptismo apud nos baptizentur, & lavacri vitalis regenerationem consequantur. Et tamen multum interest inter eum qui invitus & necessitate persecutionis coactus succubuit, & illum qui sacrilega voluntate audax contra ecclesiam rebellat, vel in Patrem & Deum Christi, & totius mundi conditorem impia voce blasphemat. Et non pudet Stephanum hoc asserere, ut per eos qui ipsi in omnibus peccatis sunt constituti, dicat posse remissionem peccatorum dari? Quasi possit esse in domo mortis lavacrum sa- Prov. 5. lutis. Ubi ergo erit quod scriptum est: *Ab aqua aliena abstine te, & a fonte alieno ne biberis?* si relicto ecclesiæ fonte signato, alienam aquam pro tua suscipis, & prophanis fontibus ecclesiam polluis. Quando enim baptismo hæreticorum communicas, quid aliud quam de voragine & cœno illorum bibis, & ipse ecclesiæ sanctificatione purgatus, alienarum sordium contactibus inquinaris? Nec metuis judicium Dei, hæreticis testimonium contra ecclesiam Prov. 19. perhibens; cum scriptum sit: *Falsus testis non erit impunitus*. Quinimo tu hæreticis omnibus pejor es. Nam cum inde multi cognito errore suo ad te veniant, ut ecclesiæ verum lumen accipiant, tu venientium errores adjuvas, & obscurato lumine ecclesiasticæ veritatis, tenebras hæreticæ noctis accumulas. Cumque se illi in peccatis esse, & nihil gratiæ habere se, ac propterea ad ecclesiam venire fateantur; tu eis remissionem peccatorum subtrahis, quæ in baptismo datur, dum dicis eos jam baptizatos, & extra ecclesiam ecclesiæ gratiam consecutos. Nec intelligis animas eorum de manu tua exquiri, cum judicii dies advenerit; qui sitientibus ecclesiæ potum negasti, & volentibus vivere, causa mortis fuisti. Et insuper indignaris. Vide qua imperitia reprehendere audeas eos, qui contra mendacium pro veritate nituntur. Quis enim justius indignari contra alterum debuit? Utrumne qui hostes Dei asserit, an vero qui adversus eum qui hostes Dei asserit, pro ecclesiæ veritate consentit? Nisi quod imperitos etiam animosos atque iracundos esse manifestum est, dum per inopiam consilii & sermonis ad iracundiam facile vertuntur, ut de nullo alio magis quam de te dicat scriptura divina: *Homo animosus parit lites, & vir* Prov. *iracundus exaggerat peccata*. Lites enim & dissensiones quantas parasti per ecclesias totius mundi? Peccatum vero quam magnum tibi exaggerasti, quando te a tot gregibus scidisti? Excidisti enim teipsum; noli te fallere: siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit. Dum enim putas omnes a te abstinere posse, solum te ab omnibus abstinuisti. Nec te informare ad regulam veritatis & pacis vel apostoli præcepta potuerunt monentis & dicentis: *Obsecro ergo vos ego vinctus in domino digne* Eph. *ambulare vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate sensus & lenitate, cum patientia, sustinentes invicem in dilectione, satis agentes servare unitatem spiritus in conjunctione pacis. Unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis*. Hæc apostoli mandata & monita salutaria, quam diligenter Stephanus implevit, humilitatem sensus & lenitatem primo in loco servans? Quid enim humilius aut lenius quam cum tot episcopis per totum mundum dissensisse, pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum, qui in meridie estis? A quibus legatos episcopos patienter satis & leniter susceptit, ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret: adhuc insuper, dilectionis & caritatis memor, præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut venientibus non solum pax & communio, sed & tectum & hospitium negaretur. Hoc est servasse unitatem spiritus in conjunctione pacis, abscindere se a caritatis unitate, & alienum se per omnia fratribus facere, & contra sacramentum & fidem, contumacis furore discordiæ rebellare. Apud talem potest esse unum corpus & unus spiritus; apud quem fortasse ipsa anima una non est, sic lubrica & mobilis & incerta? Sed quantum ad illum pertinet, relinquamus: excutiamus potius id de quo maxima quæstio est. Qui contendunt ab hæreticis baptizatos sic recipi oportere, tanquam legitimi baptismi gratiam consecutos; unum nobis atque illis baptisma dicunt esse, & in nullo discrepare. Sed quid ait apostolus Paulus? *Unus* Ibid. *dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus*. Si unum atque idem est cum nostro baptisma hæreticorum: sine dubio & fides una est: si autem fides una est, utique & dominus unus:

(si

[2] (si dominus unus est, consequens est dicere quia * unus est.) Si autem hæc unitas, quæ separari omnino & dividi non potest, etiam apud hæreticos ipsa est; quid ultra contendimus? Ut quid illos hæreticos, & non Christianos vocamus? Porro cum nobis & hæreticis nec Deus unus sit, nec dominus unus, nec una ecclesia, nec fides una, sed nec unus spiritus, nec corpus unum; manifestum est, nec baptisma nobis & hæreticis commune esse posse, quibus nihil est omnino commune. Et tamen non pudet, Stephanum talibus adversus A ecclesiam patrocinium præstare, & propter hæreticos asserendos, fraternitatem scindere: insuper & Cyprianum, pleudochristum & pseudoapostolum, & dolosum operarium dicere? Qui omnia in se esse conscius prævenit; ut alteri ea per mendacium objiceret, quæ ipse ex merito audire deberet. Bene te valere omnibus nobis, cum universis qui in Africa sunt episcopis, & cunctis clericis, & omni fraternitate universi optamus ut perpetuo unanimes, & unum sentientes, habeamus nobiscum etiam de longinquo adunatos. ANNO CHRISTI 258. 256.

CONCILIUM SYNADENSE,

IN CAUSA BAPTISMI AB HÆRETICO COLLATI,

Celebratum anno [b] CCLVIII. [1] *sub Stephano Papa I.*

Concilium Synadense.) Eodem tempore, quo Iconiense concilium, Synadis in Asia habitum est. In eo idem plane, quod præcedente concilio, statutum est; nimirum, ut hæreticorum baptisma plane nullius momenti esse existimetur, ob causam supra dictam. De quo apud Euseb. libro 7. cap. 6. in fine. Dionys. Alexand. hæc: *Hoc tamen didici, quod non episcopi in Africa solum istam consuetudinem de hæ-* B *reticis rebaptizandis jam invexerunt, verum etiam longo tempore ante, episcoporum memoria, qui antegressi sunt, in ecclesiis maxima hominum frequentia celebratis, & synodis fratrum tum Iconii, tum Synadis, tum aliis multis in locis convocatis istud decretum fuit: quorum judicia & sententias condemnare, irritaque facere non audeo.* Vide Baron. an. Christi 258. num. 17.

CONCILIUM AFRICANUM I.

VEL CARTHAGINENSE I. [2]

In causa baptismatis hæreticorum.

Anno [c] CCLVIII. [3] *sub Stephano Papa I. habitum.*

Concilium Africanum.) Postquam in Africana ecclesia Agrippino, vel etiam Tertulliano auctore, usus rebaptizandi eos qui ab hæreticis baptizati erant, jamdiu antehac frequentatus fuisset, eumque Novatianus, ut saltem hoc modo lapsos, quos immundos esse docebat, per baptismum ab omni sua immunditia ablutos in ecclesiam reciperet, æmulatus fuisset; Magnus, homo laicus, occasione Novatianorum, eamdem tunc temporis baptizandi formam ac ritum cum catholicis observantium, dubitavit primus, an ad ecclesiam revertentes rebaptizari deberent, quos a Novatianis baptizatos esse scirent. Ex episcopis primi reperiuntur fuisse Numidæ, qui de iterando hæreticorum baptismate ad Cyprianum aliosque episcopos, ad synodum hanc Carthagine coactos, literas conscripserunt. Prima igitur synodica hac de re consultatio, anno [d] 258. Valeriani & Gallieni imperatorum 4. habita hæc est, ut Cypriani epistola 73. ad Jubajanum ostendit, in qua cum ex Africanis alii, juxta apostolicam traditionem, sentirent non esse rebaptizandos eos qui legitime ab hæreticis baptizati sunt: alii vero contra existimarent, unum baptismum dumtaxat esse unius ecclesiæ, ideoque apud hæreticos qui extra ecclesiam sunt, baptismum verum & catholicum esse non posse; hac inquisitione prævia, tandem definitum est, cum unum sit in sancta ecclesia baptisma neminem foris extra ecclesiam baptizari posse: traditionem apostolorum male interpretantes, male etiam loquentem universaliter con- D stringentes, addiderunt (ut ex Cypriani epistola 71. ad Quintum constat,) illos qui a catholicis rite baptizati ad hæreticos defecissent, non [d] 256. Definitio concilii. Causa definitionis.

1 Hoc quoque Concilium ad Iconiensis Synodi tempora est retrahendum.

2 Hæc tria de Baptismo Concilia Africana Ecclesia non recipit.

3 Pearsonius hoc Concilium Carthaginense de Baptismo primum celebratum anno 255. existimat adversus Baronium, aliosque, qui illud ad annum 256. rejecere. Imo Cointius in Annalibus Ecclesiasticis Francorum habitum esse statuit anno 256. in Autumno, quod Acta ejus Cyprianus ad Firmilianum statim scripserit, & Firmilianus nulla mora responsionem fecerit, hyeme jam imminente. Sed licet verum sit, anno 256. hyeme imminente, respondisse Firmilianum, non tamen inde sequitur, primum hoc Concilium ejusdem anni autumno celebratum. Apparet enim ex responsione Firmiliani, scripsisse ad eum Cyprianum post Concilium secundum, post Stephani literas acceptas, post suas ad Jubajanum & Pompejum datas, quas omnes per Rogatianum misit, quasque Firmilianus in sua epistola semper respexit. Melioti itaque jure, quia Firmilianus anno 256. imminente hyeme ad Cyprianum scripsit, Pearsonius concludit, primum hoc Concilium sub anni 255. autumno celebratum esse. *Pagius.*

ANNO CHRISTI 258. 256.

non per baptiſmum, ſed per ſolam manuum impoſitionem recipiendos eſſe, ſi ad eccleſiam redire contendant. Baron. anno Chriſti 258. nu. 17. uſque ad 26. incluſive. Quibus omnibus ita conſtitutis, Januario ceteriſque Numidiæ epiſcopis ſententiam ac definitionem hujus ſynodi, prout ipſi per literas ad ſynodum ſcriptas expetiverant, hac ſynodica epiſtola, quam infra ex Cypriano hic ſubjecimus, ſignificarunt.

---

a LXX. ed. Pamel. & Rigal.

EPISTOLA [a] SYNODICA CYPRIANI, &c. AD JANUARIUM ET CETEROS EPISCOPOS NUMIDAS.

De baptizandis hæreticis.

Cyprianus, Liberalis, Caldonius, Junius, [1] *&c. Januario, Saturnino, Maximo, Victori, alteri Victori, Caſſio, Proculo, Modiano, Cittino, Gargilio, Euticiano, alteri Gargilio, alteri Saturnino, Nemeſiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato, fratribus ſalutem.*

CUm ſimul in concilio eſſemus, fratres cariſſimi, legimus literas veſtras, quas ad nos feciſtis, de iis qui apud hæreticos & ſchiſmaticos baptizari videntur, an ad eccleſiam catholicam, quæ una eſt, venientes baptizari debeant. De qua re, quamquam & ipſi illic veritatem & firmitatem catholicæ regulæ teneatis; tamen quoniam conſulendos nos pro communi dilectione exiſtimaſtis, ſententiam noſtram non novam promimus, ſed jampridem ab anteceſſoribus noſtris ſtatutam, & a nobis obſervatam, vobiſcum pari conſenſione conjungimus; cenſentes ſcilicet, & pro certo tenentes, neminem foris baptizari extra eccleſiam poſſe, cum ſit baptiſma unum in ſancta eccleſia conſtitutum, & ſcriptum ſit domino dicente: *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt ſibi lacus detritos qui non poſſunt aquam portare.* Et iterum divina ſcriptura moneat & dicat: *Ab aqua aliena abſtine te, & a fonte aquæ alienæ ne biberis.* Oportet ergo mundari & ſanctificari aquam prius a ſacerdote, ut poſſit baptiſmo ſuo peccata hominis qui baptizatur abluere; quia per Ezechielem prophetam dominus dicit: *Et aſpergam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis veſtris, & ab omnibus ſimulacris veſtris emundabo vos, & dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum dabo in vobis.* Quomodo autem mundare & ſanctificare aquam poteſt qui ipſe immundus eſt, & apud quem Spiritus ſanctus non eſt? cum dominus dicat in Numeris: *Et omnia quæcumque tetigerit immundus, immunda erunt.* Aut quomodo baptizans dare alteri remiſſam peccatorum poteſt, qui ipſe ſua peccata deponere extra eccleſiam non poteſt? Sed & ipſa interrogatio quæ fit in baptiſmo teſtis eſt veritatis. Nam cum dicimus: *Credis in vitam æternam, & remiſſionem peccatorum per ſanctam eccleſiam* intelligimus remiſſionem peccatorum non niſi in eccleſia dari: apud hæreticos autem, ubi eccleſia non ſit, non poſſe peccata dimitti. Itaque qui hæreticos aſſerunt, aut interrogationem mutent, aut vindicent veritatem: niſi ſi eis & eccleſiam tribuunt, quos baptiſma habere contendunt. Ungi quoque neceſſe eſt eum, qui baptizatus ſit, ut accepto chriſmate, id eſt, unctione, eſſe unctus Dei, & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit. Porro autem euchariſtia, [2] & unde baptizati unguntur, oleum, in altari ſanctificatur. Sanctificare autem non potuit olei creaturam, qui nec altare habuit, nec eccleſiam. Unde nec unctio ſpiritalis apud hæreticos poteſt eſſe, quando conſtat, oleum ſanctificari, & euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe. Scire autem, & meminiſſe debemus, ſcriptum eſſe: *Oleum peccatoris non ungat caput meum*: Quod ante in pſalmis præmonuit Spiritus ſanctus, ne quis exorbitans, & a via veritatis exerrans, apud hæreticos & Chriſti adverſarios ungeretur. Sed & baptizato quam precem facere poteſt ſacerdos ſacrilegus & peccator? cum ſcriptum ſit: *Deus peccatorem non audit: ſed qui eum coluerit, & voluntatem ejus fecerit, illum audit.* Quis autem poteſt dare quod ipſe non habeat? aut quomodo poteſt ſpiritalia agere, qui ipſe amiſerit Spiritum ſanctum? Et idcirco baptizandus eſt & innovandus qui ad eccleſiam rudis venit, ut intus per ſanctos ſanctificetur, quia ſcriptum eſt: *Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum, dicit dominus:* ut qui in errorem ſeductus eſt, & foris tinctus, in baptiſmo vero & eccleſiaſtico etiam hoc ipſum deponat, quod homo ad Deum veniens, dum ſacerdotem quærit, in ſacrilegum fraude erroris incurrit. Ceterum probare eſt hæreticorum & ſchiſmaticorum baptiſma, conſentire in id, quod illi baptizaverint. Neque enim poteſt pars illic inanis eſſe, & pars prævalere. Si baptizare potuit, potuit & Spiritum ſanctum dare: ſi autem Spiritum ſanctum dare non poteſt, quia foris conſtitutus cum ſancto Spiritu non eſt, nec baptizare venientem poteſt; quando & baptiſma unum ſit, & Spiritus ſanctus unus, & una eccleſia Chriſto domino ſuper Petrum origine unitatis & ratione fundata. Ita fit, ut cum omnia apud illos inania & falſa ſint, nihil eorum, quod illi geſſerint, probari a nobis debeat. Quid enim poteſt ratum & firmum eſſe apud Deum quod illi faciunt, quos dominus hoſtes & adverſarios ſuos dicit, in evangelio ſuo ponens: *Qui non eſt mecum, adverſum me eſt: & qui non mecum colligit, ſpargit?* Et beatus quoque apoſtolus Joannes mandata domini & præcepta cuſtodiens in epiſtola ſua poſuerit: *Audiſtis, quia Antichriſtus venit, nunc autem Antichriſti multi facti ſunt, unde cognoſcimus, quia noviſſima hora eſt. Ex nobis exierunt, ſed non fuerunt ex nobis: ſi enim fuiſſent ex nobis, man-*

Ierem. 2.
Prov. 5.
Exech. 36.
Num. 19.
Luc.
1.

---

1 In Codice MS. Collegii Pariſ. Soc. Jeſu, & in Codice Remenſi, quem citat Rigaltius, poſt Junium addunt hæc nomina: *Primus, Cæcilius, Polycarpus, Nicomedes, Felix, Marrucius, Succeſſus, Lucitanus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucilius, Herculanus, Pomponius, Demetrius, Quintus, Saturninus, Januarius, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortenſianus, item alius Saturninus, Satilius, Januario, Saturnino &c.* Harduinus. 2 Ita etiam MS. noſter, aliique optimæ notæ: alii ediderunt, *Euchariſtia eſt unde baptizati unguntur, oleum, in altari ſanctificatum.* Harduinus.

manſiſſent utique nobiſcum. Unde nos quoque colligere & conſiderare debemus, an qui adverſarii ſunt domini, & appellati ſunt Antichriſti, poſſint dare gratiam Chriſti. Quare qui cum domino ſumus, & unitatem domini tenemus, & ſecundum ejus dignationem ſacerdotium ejus in eccleſia adminiſtramus, quæcumque adverſarii ejus & antichriſti faciunt repudiare & rejicere, & pro profanis habere debemus, & eis qui de erroro & pravitate venientes agnoſcunt unius eccleſiæ veram fidem, dare illis per omnia divinæ gratiæ ſacramenta [1] unitatis, & fidei veritatem. Optamus vos, fratres cariſſimi, ſemper bene valere. ANNO CHRISTI 258. [a] 256.

[a] CONCILIUM AFRICANUM,

SIVE CARTHAGINENSE II.

In cauſa baptiſmi

Anno [a] CCLVIII. *ſub Stephano papa I.*

[a] (*Concilium Africanum.*) Ut ea quæ præcedente concilio conſtituta ſunt pleniore ſententia confirmentur, Cyprianus in eadem cauſa baptiſmi ab hæreticis collati, hoc eodem anno [b] 258. pleniorem conventum epiſcoporum convocavit, & ex Africa ac Numidia 70. epiſcopos & unum ad hanc ſynodum coegit, eo fine, ut quod ſinguli ſentiunt de traditionibus majorum ſancte & inviolabiter ſervandis, deponant. Poſtquam omnes prædicti conveniſſent, idem, quod ſupra præcedentibus conciliis Africanis in hac & Baſilidis cauſa habitis definitum eſt, duplici decreto deſuper lato, confirmarunt. Quorum primum eſt, ut ii, qui in eccleſia ordinati a fide defecerunt, revertentes ad eccleſiam, non niſi ad laicam communionem recipiantur. Alterum, ut baptiſmus hæreticorum ab ipſis collatus, non tantum pro invalido, ſed etiam pro nullo habeatur; adeo ut ſi ad eccleſiam revertentes baptizentur, non ſecundo baptiſmo rebaptizentur, ſed tantum primum iis baptiſma conferatur, quia ab hæreticis non vere baptizati, ſed aqua tantum hæreticorum amplius ſordidati fuerint. Ita Cyprianus epiſt. 73. ad Jubajanum. Unde qui illum anabaptiſmo patrocinatum fuiſſe ſentiunt, graviter errant. Hæc cum epiſcoporum prædictorum 71. ſententia conſtituta eſſent, ad Stephanum Romanum epiſtola quadam ſynodica; quam infra ex Cypriano hic ſubjici curavimus, præſcribuntur. Ille vero ſynodica epiſtola acceptа, per literas redditas concilium hoc reprobavit, & ſimul etiam ſanctiſſime mandavit, ne a traditione apoſtolica, de non iterando baptiſmate hæreticorum eorum, qui eadem forma, qua utitur eccleſia, baptizaſſent, vel latum unguem recedant, ipſoſque ab ipſis baptizatos, ſi ad eccleſiam redire petant, non aliter, quam per ſolam manuum impoſitionem recipiant. Hæc ex Cypriani epiſtola, quam ad Pompejum Sabratenſem in Africa epiſcopum ſcripſit, probantur. Vide Baron. anno 258. num. 27. uſque ad 38. incluſive.

CYPRIANI [a] EPISTOLA

[a] XXII. edit Pam. & Rit.

AD STEPHANUM PAPAM.

De concilio.

Cyprianus & ceteri Stephano fratri ſalutem.

AD quædam diſponenda, & [2] conſilii communis examinatione limanda, neceſſe habuimus, frater cariſſime, convenientibus in unum pluribus ſacerdotibus cogere & celebrare concilium, in quo multa quidem prolata atque tranſacta ſunt, ſed de eo vel maxime tibi ſcribendum, & cum tua gravitate ac ſapientia conferendum fuit, quod magis pertineat & ad ſacerdotalem auctoritatem, & ad eccleſiæ catholicæ unitatem pariter ac dignitatem, de divinæ diſpoſitionis ordinatione venientem, eos qui ſint foris extra eccleſiam tincti, & apud hæreticos & ſchiſmaticos profanæ aquæ labe maculati, quando ad nos atque ad eccleſiam, quæ una eſt, venerint, baptizari oportere; eo quod parum ſit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum ſanctum, niſi accipiant & eccleſiæ baptiſmum. Tunc enim demum plene ſanctificari, & eſſe filii Dei poſſunt, ſi ſacramento utroque naſcantur, cum ſcriptum ſit: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei.* Joann. 3. Act. 10. Invenimus enim etiam in Actis apoſtolorum hoc eſſe ab apoſtolis cuſtoditum, & ſalutaris fidei veritate ſervatum, ut cum in domo Cornelii centurionis ſuper ethnicos qui illic aderant, fidei calore ferventes, & in dominum toto corde credentes, deſcendiſſet Spiritus ſanctus, quo adimpleti variis linguis Deum benedicerent, nihilominus tamen beatum apoſtolum Petrum divini præcepti atque evangelii memorem præcepiſſe, ut baptizarentur iidem illi qui jam fuerant ſancto ſpiritu pleni; ut nihil prætermiſſum videretur, quo minus per omnia divini præcepti atque evangelii legem apoſtolica magiſteria ſervarent. Baptiſmum autem non eſſe quo hæretici utuntur, nec quemquam apud eos qui Chriſto adverſantur per gratiam Chriſti poſſe proficere, diligenter nuper expreſſum eſt in epi-

1. MS. quidam, & *unitatis*. Hard. 2. MS. noſter, *Concilii*. Harduinus.

ANNO CHRISTI 258. 256.

epistola, quæ ad Quintum collegam nostrum in Mauritania constitutum super ea re scripta est: item in literis quas collegæ nostri ad episcopos in Numidia præsidentes ante fecerunt, cujus utriusque epistolæ exempla subdidi. Addimus plane & adjungimus, frater carissime, consensu & auctoritate communi, ut etiamsi qui presbyteri aut diaconi, qui vel in ecclesia catholica prius ordinati fuerint, & postmodum perfidi ac rebelles contra ecclesiam steterint, vel apud hæreticos a pseudoepiscopis & antichristis contra Christi dispositionem profana ordinatione promoti sint, & contra altare unum atque divinum sacrificia foris falsa ac sacrilega offerre conati sint, eos quoque hac conditione suscipi cum revertuntur, ut communicent laici; & satis habeant quod admittuntur ad pacem, qui hostes pacis extiterint, nec debere eos revertentes ea apud nos ordinationis & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverint. Oportet enim sacerdotes & ministros qui altari & sacrificiis deserviunt, integros atque immaculatos esse, cum dominus Deus in Levitico loquatur & dicat: *Homo in quo fuerit macula & vitium, non accedet offerre dona Deo.* Item in Exodo hæc eadem præcipiat, & dicat: *Et sacerdotes qui accedunt ad dominum Deum sanctificentur, ne forte derelinquat illos dominus.* Et iterum: *& cum accedunt ministrare ad altare sancti, non adducent in se delictum, ne moriantur.* Quod autem majus potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quam adversus Christum stetisse? quam ecclesiam ejus, quam ille sanguine suo paravit & condidit, dissipasse? quam evangelicæ pacis ac dilectionis oblitum, contra unanimem & concordem Dei populum hostilis discordiæ furore pugnasse? Qui etsi ipsi postmodum ad ecclesiam redeunt, restituere tamen eos & secum revocare non possunt, qui ab eis seducti & foris morte præventi extra ecclesiam sine communicatione & pace perierunt; quorum animæ in die judicii de ipsorum manibus expetentur, qui perditionis auctores & duces extiterunt. Et idcirco satis est talibus revertentibus veniam dari, non tamen debet in domo fidei perfidia promoveri: nam quid bonis & innocentibus, atque ab ecclesia non recedentibus reservamus? si eos, qui a nobis recesserint, & contra ecclesiam steterint, honoramus? Hæc ad conscientiam tuam, frater carissime, & pro honore communi, & pro simplici dilectione pertulimus, credentes etiam tibi pro religionis tuæ & fidei veritate placere, quæ & religiosa pariter & vera sunt. Ceterum scimus quosdam quod semel imbiberint nolle deponere, nec propositum suum facile mutare, sed salvo inter collegas pacis & concordiæ vinculo, quædam propria, quæ apud se semel sint usurpata, retinere: qua in re nec nos vim cuiquam facimus aut legem damus; cum habeat in ecclesiæ administratione voluntatis suæ arbitrium liberum unusquisque præpositus, rationem actus sui domino redditurus. Optamus te, frater carissime, semper bene valere.

Levit. 21.

Exod. 19.

Exod. 28.

CYPRIANI a EPISTOLA AD POMPEJUM.

Contra epistolam Stephani.

Cyprianus, Pompejo fratri salutem.

QUamquam plene ea quæ de hæreticis baptizandis dicenda sunt complexi sumus in epistolis, quarum ad te exempla transmisimus, frater carissime, tamen quia desiderasti in notitiam tuam perferri, quæ mihi ad literas nostras Stephanus frater noster rescripserit; misi tibi rescripti ejus exemplum: quo lecto magis ac magis ejus errorem denotabis, qui hæreticorum causam contra Christianos & contra ecclesiam Dei asserere conatur. Nam inter cetera vel superba, vel ad rem non pertinentia, vel sibi ipsi contraria, quæ imperite atque improvide scripsit, etiam illud adjunxit, ut diceret: *Si quis ergo a quacumque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam: cum ipsi hæretici * proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* A quacumque hæresi venientem baptizari in ecclesia vetuit, id est, omnium hæreticorum baptismata justa esse & legitima judicavit. Et cum singulæ hæreses singula baptismata & diversa peccata habeant, hic cum omnium baptismo communicans, universorum delicta in sinum coacervata congessit. Et præcipit nihil aliud innovari nisi quod traditum est; quasi is innovet, qui unitatem tenens, unum baptisma uni ecclesiæ vindicat; & non ille utique qui unitatis oblitus mendacia & contagia profanæ tinctionis usurpat. *Nihil innovetur*, inquit, *nisi quod traditum est.* Unde est ista traditio? utrumne de dominica & evangelica auctoritate descendens an de apostolorum mandatis atque epistolis veniens? Ea enim facienda esse quæ scripta sunt, Deus testatur, & proponit ad Jesum Nave dicens: *Non recedet liber legis hujus ex ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte: ut observes facere omnia quæ scripta sunt in eo.* Item dominus apostolos suos mittens, *mandat baptizari gentes & doceri, ut observent omnia quæcumque ille præcipit.* Si ergo aut in evangelio præcipitur, aut in apostolorum epistolis, aut actibus continetur, ut a quacumque hæresi venientes non baptizentur, sed tantum manus illis imponatur in pœnitentiam, observetur divina hæc & sancta traditio. Si vero ubique hæretici nihil aliud quam adversarii & antichristi nominantur; si vitandi & perversi, & a semetipsis damnati pronunciantur; quale est ut videantur damnandi a nobis non esse, quos constat apostolica contestatione a semetipsis damnatos esse? Ut nemo infamare apostolos debeat, quasi illi hæreticorum baptismata probaverint, aut eis sine ecclesiæ baptismo communicaverint, quando talia de hæreticis apostoli scripserunt: & hoc, cum nondum hæreticæ pestes acriores prorupissent, nec dum quoque Marcion de Ponto emersisset, cujus magister Cerdon sub Hyginio tunc episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit: quem Marcion secutus additis ad crimen augmentis, impudentius ceteris & abruptius in Deum patrem creatorem blasphemare instituit, & hæreticum furorem sacrilegis armis contra

Steph.

Steph.

Jesu

Matt.

ec-

ANNO CHRISTI 258. 256.

ecclesiam rebellantem iceleratius & gravius armavit. Quod si hæreses constat postmodum plures ac pejores extitisse, & si retro nusquam omnino præceptum est, neque conscriptum, ut hæretico tantum manus in pœnitentiam imponatur, & sic ei communicetur: & si baptisma non nisi unum est, quod apud nos est, & intus est, & soli ecclesiæ de divina dignatione concessum est: quæ ista obstinatio est, quæve præsumptio, humanam traditionem divinæ dispositioni anteponere, nec animadvertere, indignari & irasci Deum quotiens divina præcepta solvit & præterit humana traditio? Sicut per Isaiam prophetam clamat & dicit: *Populus iste labiis honorificat me, cor vero eorum longe separatum est a me. Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes.* Item dominus in evangelio increpans similiter & objurgans ponit & dicit: *Rejicitis mandatum Dei, ut traditionem vestram statuatis.* Cujus præcepti memor beatus apostolus Paulus, commonet ipse quoque & instruit, dicens: *Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis verbis domini nostri Jesu Christi & doctrinæ ejus, stupore elatus est, nihil sciens*; discedendum ab hujusmodi. Præclara sane & legitima traditio Stephano fratre nostro docente proponitur, quæ auctoritatem nobis idoneam præbeat. Nam in eodem loco epistolæ suæ addidit & adjecit: *Cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Ad hoc enim malorum devoluta est ecclesia Dei & sponsa Christi, ut hæreticorum exempla sectetur, ut ad celebranda sacramenta cœlestia disciplinam lux de tenebris mutuetur, & id faciant Christiani, quod Antichristi faciunt. Quæ vero est animi cæcitas, quæ pravitas, fidei unitatem de Deo patre, & de Jesu Christi domini & Dei nostri traditione venientem nolle cognoscere? Nam si idcirco apud hæreticos ecclesia non est, quia una est, & dividi non potest; si ideo illic Spiritus sanctus non est, quia unus est, & esse apud profanos & extraneos non potest; utique & baptisma, quod in eadem unitate consistit, esse apud hæreticos non potest, quia separari neque ab ecclesia, neque a Spiritu sancto potest. Aut si effectum baptismi majestati nominis tribuunt, ut qui in nomine Jesu Christi ubicumque & quomodocumque baptizantur, innovati & sanctificati judicentur, cur non in ejusdem Christi nomine illic & manus baptizato imponitur ad accipiendum Spiritum sanctum? cur eadem ejusdem majestas nominis non prævalet in manus impositione, quam valuisse contendunt in baptismi sanctificatione? Nam si potest quis extra ecclesiam natus templum Dei fieri, cur non possit super templum & Spiritus sanctus infundi? Qui enim peccatis in baptismo expositis sanctificatus est, & in novum hominem spiritaliter reformatus, ad accipiendum Spiritum sanctum idoneus factus non est; quando apostolus dicat: *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Qui potest apud hæreticos baptizatus Christum induere, multo magis potest Spiritum sanctum, quem Christus misit, accipere. Ceterum major erit mittente qui missus est, ut incipiat foris baptizatus Christum quidem induisse, sed Spiritum sanctum non potuisse percipere; quasi possit aut sine spiritu Christus indui, aut a Christo spiritus separari. Illud quoque ineptum, ut cum nativitas secunda spiritalis sit, qua in Christo per lavacrum regenerationis nascimur, dicant quod possit quis apud hæreticos spiritaliter nasci, ubi spiritum negant esse. Peccata enim purgare, & hominem sanctificare aqua sola non potest, nisi habeat & Spiritum sanctum. Quare aut & spiritum necesse est concedant esse illic, ubi baptisma esse dicunt: aut nec baptisma esse ubi spiritus non est: quia baptisma esse sine Spiritu non potest. Quale est autem asserere, & contendere, quod esse possint filii Dei, qui non sint in ecclesia nati? Baptisma enim esse in quo homo vetus moritur, & novus nascitur, manifestat & probat beatus apostolus, dicens: *Salvavit nos per lavacrum regenerationis.* *Tit. 3.* Si autem in lavacro, id est, in baptismo est regeneratio, quomodo generare filios Deo hæresis per Christum potest, quæ Christi sponsa non est? Ecclesia est enim sola, quæ Christo conjuncta & adunata spiritaliter filios generat, eodem apostolo rursus dicente: *Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, purgans eam lavacro aquæ.* *Ephes. 5.* Si igitur hæc est dilecta & sponsa, quæ sola a Christo sanctificatur, & lavacro ejus sola purgatur; manifestum est hæresim (quæ sponsa Christi non sit, nec purgari, nec sanctificari lavacro ejus possit) filios Deo generare non posse. Porro autem non per manus impositionem quis nascitur quando accipit Spiritum sanctum, sed in baptismo; ut spiritum jam natus accipiat, sicut in primo homine Adam factum est. *Ante enim Deus eum plasmavit, & tunc insufflavit in faciem ejus flatum vitæ.* Nec enim potest accipi spiritus, nisi prius fuerit qui accipiat. Cum autem nativitas Christianorum in baptismo sit, baptismi autem generatio & sanctificatio apud solam sponsam Christi sit, quæ parere spiritaliter, & generare filios Deo possit: ubi, & ex qua, & cui natus est, qui filius ecclesiæ non est, ut habere quis possit Deum patrem, ante ecclesiam matrem? Cum vero nulla omnino hæresis, sed neque aliquod schisma habere salutaris baptismi sanctificationem foris possit; cur in tantum Stephani fratris nostri obstinatio dura prorupit, ut etiam de Marcionis baptismo, item Valentini & Apelletis, & ceterorum blasphemantium in Deum patrem contendat filios Deo nasci? & illic in nomine Jesu Christi dicat remissionem peccatorum dari, ubi blasphematur in Patrem, & in dominum Deum Christum? Quo in loco considerandum est, frater carissime, pro fide & religione sacerdotalis loci quo fungimur, an constare sacerdotis Dei ratio in die judicii possit, asserentis & probantis, & in acceptum referentis blasphemantium baptismata, cum dominus comminetur & dicat: *Et nunc præceptum hoc ad vos est, o sacerdotes, si non audieritis, & si non posueritis in corde vestro, ut detis honorem nomini meo, dicit dominus omnipotens, immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem vestram.* *Malach. 2.* Dat honorem Deo, qui Marcionis baptismo communicat? Dat honorem Deo, qui apud eos qui in Deum blasphemant remissionem peccatorum dari judicat? Dat honorem Deo, qui foris de adultera & fornicaria nasci Dei filios asseverat? Dat honorem Deo, qui unitatem, & veritatem de divina lege venientem non tenens, hæreses contra ecclesiam vindicat? Dat honorem Deo, qui hæreticorum

ANNO CHRISTI 258. 256.

amicus, & inimicus Christianorum, sacerdotes Dei, veritatem Christi, & ecclesiæ unitatem tuentes abstinendos putat? Si sic honor Deo datur, si sic a cultoribus & sacerdotibus ejus timor Dei & disciplina servatur; abjiciamus arma, manus demus in captivitatem, tradamus diabolo ordinationem evangelii, dispositionem Christi, majestatem Dei, divinæ militiæ sacramenta solvantur, sacrorum cœlestium signa prodantur, succumbat & [a] cadat ecclesia hæreticis, lux tenebris, fides perfidiæ, spes desperationi, ratio errori, immortalitas morti, caritas odio, veritas mendacio, Christus Antichristo. Merito & sic in dies singulos schismata & hæreses surgunt, crebrius atque liberius excrescunt, & serpentinis criminibus pullulantes, adversus ecclesiam Dei majoribus viribus venenorum suorum virus exprimunt: dum illis advocatione quorumdam & auctoritas præstatur & firmitas, dum baptisma eorum defenditur, dum fides, dum veritas proditur, dum id, quod contra ecclesiam foris geritur, intus in ipsa ecclesia vindicatur. Quod si est apud nos, frater dilectissime, Dei timor, si tenor prævalet fidei, si custodimus Christi præcepta, si incorruptam atque inviolatam sponsæ ejus sanctitatem tuemur, si hærent sensibus & cordibus nostris verba domini dicentis: *Putas cum venerit filius hominis, inveniet fidem in terra?* quia fideles Dei milites, qui Deo fide & religione sincera militamus, commissa nobis divinitus castra fideli virtute servemus. Nec consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire debet quo minus veritas prævaleat & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes quia & apud Esdram veritas vicit, sicut scriptum est: *Veritas manet & invalescit in æternum, & vivit & obtinet in sæcula sæculorum. Nec est apud eam accipere personam, nec differentias, sed quæ sunt justa facit: nec est in judicio ejus iniquum, sed fortitudo, & regnum, & majestas, & potestas omnium sæculorum: Benedictus Deus veritatis.* Quam veritatem nobis Christus ostendens in evangelio suo, dicit: *Ego sum veritas.* Propter quod si in Christo sumus, & Christum in nobis habemus; si manemus in veritate, & veritas in nobis manet; ea quæ sunt vera teneamus. Fit autem studio præsumptionis & contumaciæ, ut quis magis sua prava & falsa defendat, quam ad alterius recta & vera consentiat. Cui rei prospiciens beatus Paulus apostolus, ad Timotheum scribit & monet, *episcopum non litigiosum, sed mitem & docibilem esse debere.* Docibilis autem ille est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis: oportet enim episcopum non tantum docere, sed & discere; quia & ille melius docet, qui quotidie crescit, & proficit discendo meliora. Quod ipsum quoque idem apostolus Paulus docet, prænonens, *ut si alii sedenti melius revelatum fuerit, prior taceat.* In compendio est autem apud religiosas & simplices mentes, & errorem deponere, & invenire atque eruere veritatem. Nam si ad divinæ traditionis caput & originem revertamur, cessat error humanus; & sacramentorum cœlestium ratione perspecta, quidquid sub caligine ac nube tenebrarum obscurum latebat, in lucem veritatis aperitur. Si canalis aquam ducens, qui copiose prius & largiter profluebat, subito deficiat, nonne ad fontem pergitur, ut illic defectionis ratio noscatur, utrumne arescentibus venis, in capite unda siccaverit; an vero integra inde & plena procurrens in medio itinere destiterit? Ut si vitio interrupti aut bibuli canalis effectum est, quo minus aqua continua perseveranter ac jugiter flueret, refecto & confirmato canali ad usum atque ad potum civitatis aqua collecta eadem ubertate atque integritate repræsentetur, qua de fonte proficiscitur. Quod & nunc facere oportet Dei sacerdotes præcepta divina servantes, ut si in aliquo nutaverit & vacillaverit veritas, ad originem dominicam & evangelicam, & apostolicam traditionem revertamur: & inde surgat actus nostri ratio, unde & ordo & origo surrexit. Traditum est enim nobis quod sit *unus Deus, & Christus unus, & una spes, & fides una, & una ecclesia, & baptisma unum*, non nisi in una ecclesia constitutum; a qua unitate quisquis discesserit, cum hæreticis necesse est inveniatur, quos dum contra ecclesiam vindicat, sacramentum divinæ traditionis impugnat. Cujus unitatis sacramentum expressum videmus etiam in Cantico canticorum ex persona Christi dicentis: *Hortus conclusus soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ vivæ, paradisus cum fructu pomorum.* Si autem ecclesia ejus hortus conclusus est, & fons signatus, quomodo in eumdem hortum introire, aut bibere de fonte ejus potest, qui in ecclesia non est? Item Petrus ipse quoque demonstrans & indicans unitatem, mandavit & monuit nisi per unum solum baptisma unius ecclesiæ salvari nos non posse. *In arca*, inquit, *Noe pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam, quod & vos similiter salvos faciet baptisma.* Quam brevi & spiritali compendio unitatis sacramentum manifestavit! Nam ut in illo mundi baptismo, quo iniquitas antiqua purgata est, qui in arca Noe non fuit, non potuit per aquam salvus fieri: ita nec nunc potest per baptismum salvus videri, qui baptizatus in ecclesia non est, quæ ad arcæ unius sacramentum dominica unitate fundata est. Observatur itaque a nobis & tenetur, frater carissime, explorata & perspecta veritate, ut omnes qui ex quacumque hæresi ad ecclesiam convertuntur, ecclesiæ unico legitimo baptismo baptizentur, exceptis his qui baptizati in ecclesia prius fuerant, & sic ad hæreticos transierant: hos enim oportet, cum redeunt, acta pœnitentia, per manus impositionem solam recipi, & in ovile unde erraverant, a pastore restitui. Opto te, frater carissime, semper bene valere.

[a] cedat

Luc. 18.

2. Esdr. 4

Joan. 14.

2. Tim. 2.

2. Cor. 14.

SY-

ANNO CHRISTI 258. " 256.

SYNODUS ROMANA STEPHANI.

Ex libello Synodico.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ῥώμῃ συναθροισθεῖσα, ὑπὸ Στεφάνου τοῦ ἱερομάρτυρος πάπα· ἀπωκηρύξασα τοὺς ἐν τῇ Ἀφρικῇ συνόδῳ παραλόγως ἐπιχειρηκότας ἀναβαπτίζειν τοὺς ἐκ πάσης αἱρέσεως προσερχομένους τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ.

SYnodus divina & ſacra provincialis, Romæ collecta a Stephano ſancto martyre & papa: quæ eos, qui in Africana ſynodo ſine ratione conceſſerant eos rebaptizari, qui ex quacunque hæreſi ad catholicam accederent eccleſiam, abdicavit.

C. ANNUM CHRISTI 257.

DUo erant (*inquit Auguſtinus in libro de unico baptiſmo cap.* XIV.) eminentiſſimarum Eccleſiarum, Romanæ ſcilicet & Carthaginenſis, Epiſcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate catholica conſtituti. *Erat ea tempeſtate magnum ſchiſma in eccleſia propter doctrinam de rebaptizatione, quam olim Afri acceperant ab Agrippino Carthaginenſi Epiſcopo, & quam ſanctus Cyprianus admodum pervicaciter defendebat. Tunc Papa Stephanus Romæ ſynodum provincialem collegit, ut ait auctor ſynodici; ubi* cum ceteris quidem collegis ſuis, *ut loquitur Vincentius Lirinenſis*, ſed tamen per ceteris, *in eam doctrinam invectus eſt. Denique ex ea ſynodo, ut apparet, celebrem epiſtolam ad Africam miſit; quæ ſane nunc non extat integra, ſed tantum definitio, quam in epiſtola* LXXIV. *ad Pompejum nobis conſervavit S. Cyprianus.* Si quis ergo a quacunque hæreſi venerit ad nos, nihil innovetur niſi quod traditum eſt, ut manus illi imponatur in pœnitentiam; cum ipſi hæretici proprie alterutrum ad ſe venientes non baptizent, ſed communicent tantum.

Iſtius Stephani epiſtolæ meminerunt Euſebius lib. VII. *cap.* III. *& Vincentius Lirinenſis.*

ANONYMI (1) TRACTATUS

De Baptiſmo Hæreticorum.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

In exemplari vetuſtiſſimo S. Remigii Remenſis poſt ſuperiorem S. Cypriani ad Pompejum epiſtolam ſequitur tractatus ſcriptoris anonymi, qui adverſus Cyprianum jactatam per ea tempora de baptizandis hæreticis controverſiam judicat. Hunc a R. P. Jacobo Sirmondo τῷ μακαρίτῃ acceptum V. C. Nicolaus Rigaltius obſervationibus ſuis inſeruit, & nos hic tibi quoque, lector antiquitatis eccleſiaſticæ ſtudioſe, repræſentamus, quia, ut ait ille, variis ſuper Cypriani ſententia quæſtionibus ſubtiliter examinatis multa continet, quæ ad veteris eccleſiæ diſciplinam ſciunt plurimum; & quantum ex dictione deprehenditur, auctoris eſt ab ævo Cyprianico parum diſtantis.

NON DEBERE DENUO BAPTIZARI qui ſemel in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ſint tincti.

ANimadverto quæſitum apud fratres, quid potius obſervari oportet in perſonam eorum, qui in hæreſi quidem, ſed in nomine Dei noſtri Jeſu Chriſti ſint tincti, poſtmodum inde digreſſi, & ſuppliciter ad eccleſiam Dei advolantes, totis præcordiis pœnitentiam agerent, & erroris ſui damnationem nunc demum intelligentes, auxilium ſalutis ab ea implorent: utrum vetuſtiſſima conſuetudine ac traditione eccleſiaſtica, poſt illum, qui foris quidem, ſed in nomine Jeſu Chriſti [1] dominicum accepe-D runt baptiſma, tantummodo imponi eis manum ab epiſcopo, ad accipiendum Spiritum ſanctum ſufficeret, & hæc manus impoſitio ſignum fidei iteratum atque conſummatum eis præſtaret: an vero etiam iteratum baptiſma his neceſſarium eſſet, tanquam nihil habituris, ſi hoc quoque adepti ex integro non fuiſſent, perinde ac ſi nunquam baptizati in nomine Jeſu Chriſti forent. Ideoque nonnulla ſuper hac nova quæſtione ſcripta, aut reſcripta eſſe jactabantur, quibus utraque pars ad deſtruenda aliena ſummo ſtudio nitebatur. In quo genere quæſtionis, ut mihi videtur, nulla omnino potuiſſet controverſia aut diſceptatio emergere, ſi unuſquiſque noſtrum contentus venerabili eccleſiarum omnium auctoritate, & neceſſaria humilitate, nihil innovare geſtiret, cum [2] locum contradictioni non quemlibet animadverteret. Namque omne quod anceps & ambiguum, & in diverſis ſententiis prudentium ac fidelium virorum conſtitutum eſt, ſi contra priſcam & memorabilem cunctorum emeritorum ſanctorum & fidelium ſolenniſſimam obſervationem judicatur, damnari utique debet, cum in re olim

(1) In Codice Vaticano, ut admonet Labbeus in Synopſi, tribuitur hic libellus Urſino Monacho, de quo Gennadius cap. 27. ubi Sirmondus legit *Urſicinus*.

compoſita & ordinata, quodcumque eſt illud quod contra eccleſiarum quietem atque pacem in medium producatur, nihil præter diſcordias & ſimultates & ſchiſmata allaturum; ubi nullus alius fructus reperiatur, niſi hic ſolus, ut unus homo, quicumque ille eſt, magnæ prudentiæ & conſtantiæ eſſe apud quoſdam leves homines inani gloria prædicetur, & [3] hæreticorum ſtupore præditus, quibus hoc unicum perditionis ſolatium eſt, ſi non ſoli peccare videantur, errores & vitia univerſarum eccleſiarum correxiſſe apud ſimillimos ſui & compares celebretur. Hæreticorum enim omnium hoc ſtudium atque propoſitum eſt, ſanctiſſimæ matri noſtræ eccleſiæ ejuſcemodi & plurimas quantas calumnias nectere, & inveniſſe aliquid quod ei crimini, vel etiam leviter, dari poſſet, ſummam gloriam ducere. Quod cum nullum ſanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocumque clero conſtitutum, ac multo magis epiſcoporum, audere deceat, monſtri ſimile eſt, ipſos epiſcopos talia ſcandala cogitare, & turpitudinem matris eccleſiæ, ſi quam putant in hoc negotio eſſe, contra præceptum legis & omnium ſcripturarum nimis inreverenter cum ſua ipſorum turpitudine & periculo non vereri detegere: quamquam nulla ſit in hoc, niſi in errore ipſorum illorum, turpitudo eccleſiæ. Itaque deterius delinquitur ab hominibus ejuſmodi, ſi id quod in obſervatione antiquiſſima, aliis tanquam non recte fiat reprehenditur, & ab his qui ante nos fuerunt, tum etiam a nobis recte obſervatum eſſe & obſervari manifeſte ac fortiter oſtendatur, ita ut etſi paribus argumentis ex utraque parte congrederemur, tamen quia non poterat id quod innovabatur ſine diſſenſione fratrum & damno eccleſiaſtico conſiſtere, utique non debeat contra fas, quod ajunt & nefas, id eſt contra bonum & æquum, eccleſiæ matri quaſi macula temere infligi, eiſque qui hoc adtentarint, audaciæ hujus atque impietatis ignominia meri-
1. Cor. 1. 10. to debeat adſcribi. Sed quoniam non eſt in noſtra poteſtate, ut ſecundum præceptum apoſtoli idipſum dicamus omnes, neve ſint in nobis ſchiſmata, tamen in quantum poſſumus, connitimur hujus tractatus ſtatum demonſtrare; & turbulentis hominibus, ut vel nunc ſuum negotium agere incipiant, perſuadere; conſecuturis etiam plurimum nobis, ſi hoc quoque conſilio ſano tandem voluerint adquieſcere. Et ideo quæcumque ſanctarum [4] ſcripturarum ad hanc partem pertinentia ſunt capitula, neceſſario in unum congeremus: & quæ videntur eſſe diverſa aut varia, quantum poterint, manifeſte inter ſe conglutinabimus, & utilitatem ac commodum ſingulorum pro mediocritate noſtra examinabimus, ut [5] accendi in eccleſia formam & conſuetudinem ſaluberrimam atque pacificam univerſis fratribus inſinuemus. Igitur adgredientibus tractatum ſalutaris & novi, hoc eſt ſpiritalis & evangelici baptiſmatis, imprimis occurrit notiſſima omnibus prædicatio celebrata atque cœpta ab Joanne Baptiſta, qui aliquantum deſciſcens a lege, id eſt Moyſe, antiquiſſimo baptiſmate, & viam novæ & veræ gratiæ præſternens, & baptiſmate, quod interim exercebat, aquæ & pœnitentiæ ſenſim aures Judæorum præveniebat, & occupabat ſpiritalis baptiſmatis futuri annunciatione adhortans eos &
Marc. 1. 7. & Luc. 3. 16. dicens: *Qui poſt me venit fortior me eſt, cujus*

A *ego non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere, ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto & igni*: Propter quod nobis quoque hujus ſermonis orſus hinc incipere debebit. Nam & dominus hanc eandem vocem Joannis poſt ſuam reſurrectionem in Actis apoſtolorum confirmans, præcepit eis, ab Hieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent illam promiſſionem Patris quam audiſtis a me, quia *Joannes quidem baptizavit* Act. 1. 5. *aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies*. Itemque Petrus eadem verba domini percenſuit, rationem pro ſe apud apoſtolos reddens dicendo: *Cum autem incipe-* Act. 11. 15. *rem loqui ego, irruit Spiritus ſanctus ſuper eos,* 16. *ſicut & ſuper nos in principio, & recordatus ſum*
B *ſermonem domini ſicut dicebat: Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu ſancto*. Si ergo æquale donum dedit eis ſicut & nobis credentibus dominum Jeſum Chriſtum, ego quis eram qui poſſem prohibere domino? Et iterum: Viri fratres, ſcitis quia a diebus antiquis in nobis Deus elegit per os meum audire gentes verbum evangelii & credere, & qui corda novit Deus teſtimonium perhibuit dans eis Spiritum ſanctum ſicut & nobis. Ac propterea hujus ſententiæ quæ ſit vis & poteſtas, conſiderare debemus. Ait enim dominus eis qui poſtmodum baptizari haberent, quia crederent, baptizandos eſſe,
C non quemadmodum a ſe in aqua in pœnitentiam, ſed in Spiritu ſancto. De qua prædicatione cum utique nemo noſtrum poſſit ambigere, manifeſtum eſt qua ratione homines in Spiritu ſancto baptizati ſint; nam & proprie in ipſo ſolo ſancto ſpiritu baptizati ſunt qui crediderunt, quia Joannes diſcrevit & dixit, dicens, ſe quidem in aqua baptizare, venturum autem qui in Spiritu ſancto baptizet [6] gratia & virtute Dei, ſunt & hoc & occulta largiente & operante: nihilominus autem etiam in baptiſmate Spiritus & aquæ. Præterea etiam in baptiſmate ſpiritus in ſanguine proprio uniuſcujuſque, ſicut declarant nobis ſanctæ ſcripturæ, quarum per ſingula quæque eorum quæ enarrabimus, adferemus perſpicuas probationes. Ad
D quæ forte tu, qui novum quid inducis, continuo impatienter reſpondens ut ſoles, dixiſſe in evangelio dominum: Niſi quis denuo natus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt introire in regnum cœlorum. Ex quo manifeſte appareret [7] illum baptiſma ſolum prodeſſe, cui poſſit etiam Spiritus ſanctus ineſſe; ſuper ipſum enim dominum, cum baptizaretur, Spiritum deſcendiſſe, factumque ejus atque dictum pariter congruere, nec ulla alia ratione myſterium iſtud poſſe conſiſtere. Cui reſponſo nemo noſtrum adeo ita inſanus reperitur aut contumax, ut audeat contra fas aut contra verum contradicere: ſcilicet, rebus integris, & omni modo ita
E in eccleſia gerendis, & ſecundum diſciplinæ ordinem perpetuo a nobis obſervandis. Sed ſi in eodem novo teſtamento hæc, quæ in iſto negotio deprehendimus adunata nunquam, reperiantur quodammodo diviſa ac ſeparata, & proinde diſpoſita, atque ſi ſint ſingula, videamus utrum poſſint eſſe aliquando etiam ſingulariter ſolitaria, quaſi non ſint mutila, ſed tanquam integra atque perfecta. Nam cum per manus impoſitionem epiſcopi datur unicuique credenti Spiritus ſanctus, ſicut apoſtoli circa Samaritanos poſt Philippi baptiſma manum ei imponendo fecerunt,

& hac

& hac ratione Spiritum ſanctum in eos contulerunt; quod ut fieri poſſet ipſi pro eis oraverunt: nondum enim ſuper quemquam eorum deſcenderat Spiritus, tantum autem baptizati erant in nomine domini Jeſu. Dominus quoque noſter poſt reſurrectionem, cum inſufflaſſet & dixiſſet apoſtolis ſuis, *Accipite Spiritum ſanctum*, ita demum largitus eis Spiritum, cum ita invenitur. Quid tibi frater videtur, ſi quis non ab epiſcopo baptizatus, ita ut ſi in continenti etiam manus ei imponatur, priuſquam tamen acciperet Spiritum ſanctum, fuerit defunctus, utrum cenſeas ſalutem percepiſſe eum, nec ne? Quoniam quidem & [8] ipſi apoſtoli & diſcipuli, qui etiam alios baptizabant, qui etiam a domino baptizati, non ſtatim Spiritum ſanctum acceperint, qui nondum erat, quia Jeſus nondum fuerat clarificatus: ſed poſt reſurrectionem ejus nec modicum intervallum temporis, quo id geſtum eſt, interceſſerit. Sicuti & cum baptizati a Philippo Samaritani, donec Samariam rogati ab Hieruſalem apoſtoli deſcenderent ad illos, ut eis manum imponerent, & Spiritum ſanctum per manus impoſitionem in eos conferrent, quoniam illo intervallo temporis aliquis eorum non adeptus Spiritum ſanctum morte potuit intercipi, & defraudatus gratia Spiritus ſancti defungi. Quod hodierna quoque die non poteſt dubitari eſſe uſitatum, & evenire ſolitum, ut plerique poſt baptiſma ſine impoſitione manus epiſcopi de ſæculo exeant, & tamen pro perfectis fidelibus habentur. Sicut Æthiops eunuchus cum rediret ab Hieruſalem & legeret prophetam Iſaiam & hæſitaret, ſuggerente Spiritu, audita veritate a Philippo diacono, credidit & baptizatus eſt, & *cum aſcendiſſet de aqua, Spiritus domini rapuit Philippum, & non vidit eum jam nunc amplius eunuchus: abibat enim viam ſuam gaudens*. Quoniam ut animadvertis, impoſita ei manus non eſt ab epiſcopo, ut Spiritum ſanctum reciperet. Quod ſi hoc admittis, & ſalutare eſſe credis, nec opinioni omnium fidelium refragaris, neceſſe eſt confitearis; proinde autem atque hoc latius tractatu procedit, etiam illud aliud latius poſſe conſiſtere: id eſt, ut per ſolam manus impoſitionem epiſcopi, quia baptiſma in nomine Jeſu Chriſti domini noſtri præceſſit, poſſit alio homini pœnitenti atque credenti etiam Spiritus ſanctus tribui: quoniam eos qui in Chriſtum crediturі eſſent ſcriptura ſancta prædixit: Oportet in Spiritu baptizari, ita ut & hi quoque non videantur minus aliquid habere, quam illi qui perfecte ſunt Chriſtiani, ne neceſſe ſit quæri, quare illud baptiſma fuerit quod in nomine Jeſu Chriſti ſunt conſecuti. Niſi forte in illo quoque ſuperiore tractatu, circa eos qui tantummodo in nomine Chriſti Jeſu baptizati fuerint, ſtatuas etiam ſine Spiritu ſancto poſſe ſalvos fieri, [9] aut non hac ſola ratione, ſed ſi per manus impoſitionem epiſcopi Spiritum ſanctum conſueſſe præſtari, aut etiam non epiſcopum dicas Spiritum ſanctum ſolum eſſe largiri. Quod ſi ita eſt, & poteſt aliquid horum eveniens ſalutem homini credenti non præripere, tu quoque ipſe annuis, quoniam modo dimidiatum, & non ut contendis conſummatum myſterium fidei, [10] qua neceſſitas intervenit, ſalutem adimere non poſſe credenti & pœnitenti homini. Aut ſi dicis hujuſmodi hominem ſalvum non poſſe fieri, omnibus epiſcopis ſalutem adimimus, quos ita periculis quam certiſſimis adſtringis, ut omnibus hominibus, qui ſub cura eorum agunt, & hac atque illac diſperſis regionibus ipſorum infirmantur, per ſemetipſos ſubvenire deberent, quia ceteri homines minores clericis qui periclitantur, hoc idem præſtare non poſſint, ne ſanguis eorum qui vacui de ſæculo exiſſe videbantur, de manu epiſcoporum neceſſe habeat requiri. Porro autem, ut non ignoratis, credentibus hominibus invenitur Spiritus ſanctus a domino datus ſine baptiſmate aquæ, ſicut Actis apoſtolorum continetur in hunc modum: *Adhuc loquente Petro verba hæc, irruit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant verbum, & obſtupefacti ſunt qui erant ex circumciſione fideles quotquot ſimul venerant cum Petro, quia & ſuper gentes donum Spiritus ſancti effuſum eſt: audiebant enim eos loquentes linguis ſuis & magnificabant Deum. Tunc reſpondit Petrus: Nunquid aliquis aquam prohibere poteſt ut non baptizentur iſti qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos? & præcepit eos baptizari in nomine Jeſu Chriſti.* Sicut etiam Petrus poſtmodum de eiſdem gentibus pleniſſime docuit nos dicens; Et nihil diſcrevit inter nos & ipſos, fide emundatis cordibus eorum. Atque hoc non erit dubium in Spiritu ſancto homines poſſe ſine aqua baptizari, ſicut animadvertis baptizatos hos prius quam aqua baptizarentur, ut ſatisfieret & Joannis & ipſius domini prædicationibus; quandoquidem hæc ſine manus impoſitione apoſtolorum, & niſi lavacro, quod poſtea adepti ſunt, gratiam repromiſſionis receperint, & inundatis cordibus eorum Deus per fidem ipſorum etiam remiſſionem peccatorum ſimul eis largitus ſit, ut hoc ſolum eis baptiſma ſubſequens præſtiterit, ut invocationem quoque nominis Jeſu Chriſti acciperent, ne quid eis deeſſe videretur ad integritatem miniſterii & fidei. Quod etiam, a contrario latere tractatus hujus, ſunt conſecuti ipſi illi diſcipuli domini noſtri, ſuper quos jampridem baptizatos, poſtremo die pentecoſtes ſupervenit Spiritus ſanctus, voluntate Dei quidem, non ſua ſponte cœlo lapſus, ſed ad hoc ipſum munus effuſum, ſed & ſuper unumquemque eorum, [11] cum juſti jampridem ut diximus baptiſmate domini fuiſſent baptizati, ſicut & ipſi apoſtoli, qui tamen omnes domino nocte qua apprehenſus eſt, deſeruiſſe inveniuntur: & ille ipſe, qui gloriatus eſt perſeveraturum ſe in ſua fide, Petrus, & adverſus ipſius domini prædictum obſtinatiſſime repugnavit, [12] poſtremo tamen tum ipſum negavit, ut hac ratione oſtenderetur nobis, quæ medio tempore, quoque modo, contraxerant delicta, eadem hæc in eis a [13] fide poſtmodum ſincerata per baptiſma Spiritus ſancti non dubie eſſe dimiſſa. Nec ulla, ut puto, alia ex cauſa apoſtoli his quos in Spiritu ſancto adloquebantur, niſi quia virtus nominis Jeſu ſuper quemcumque hominum baptiſmate invocata ad ſalutem adſequendam non modicam prærogativam ei qui baptizaretur præſtare poſſet, ſicuti Petrus in actis apoſtolorum narrat dicens; *Nec enim aliud eſt nomen ſub cœlo, quod datum eſt hominibus, in quo oportet ſalvos fieri nos*. Sicut etiam apoſtolus Paulus aperit oſtendens; *quia Deus exaltavit Jeſum dominum noſtrum, & donavit illi nomen ad hoc ut ſit ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omnes genua curvent,*

Act. 10. 44. uſq. ad fin. cap.

Act. 4. 12.

Philip. 2. 10.

cœ-

cœlestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus est Jesus in gloria Patris. Et ille, in quo cum baptizaretur, invocatum esset in nomine Jesu, licet in aliquo errore consequeretur, tamen quandoque non prohiberetur rectum sapere, & errorem suum corrigere, & ad ecclesiam & ad episcopum venire, & sinceriter confiteri Jesum nostrum coram hominibus, ut tunc cum ab episcopo ei manus imponeretur, etiam Spiritum sanctum acciperet, nec invocationem illam pristinam nominis Jesu amitteret, quam nemini nostrum licet damnare: quum hæc nuda & singularis sit constituta, non posset ad salutem præstandam sufficere, ne hac ratione etiam ethnicos & hæreticos abutentes nomen Jesu, credamus ad salutem sine vera re atque integra posse pervenire. Quam tamen invocationem nominis Jesu, correctione erroris & agnitione fidei veritatis, & abscissa omni labe præteritæ conversationis, mysterio Dei, circa ejusmodi homines rite perpetratam, locum quem habitura non erat, obtinere, & postremo in fide recta, & ad integritatem signi præstandam non obesse, supplemento ejus quod deerat accedente. Perquam utile est credere, & tot annorum, totque ecclesiarum, itemque apostolorum & episcoporum auctoritati cum bona ratione adquiescere; cum sit maximum incommodum ac dispendium sanctissimæ matris ecclesiæ adversus prisca consulta, post tot sæculorum tantam seriem, nunc primum repente ac sine ratione insurgere. Nec enim propter aliud Petrus, qui jam fuerat baptizatus, & quid sentiret de domino, ab ipso domino erat interrog tus, & veritate revelationis Patris cœlestis in eum collocata, quod dominus noster non solum Christus, verum etiam filius Dei vivi esset confessus, postmodum eidem Christo prædicanti de sua passione refragatus esse monstratus est; & propterea Satanas dici ostensus est, nisi, quia futurum erat, ut quidam tametsi variantes in sententia propria, & claudicantes aliquando in fide atque doctrina, cum in nomine Jesu baptizarentur, tamen si intervallo quodam temporis recorrigere id potuissent, non propterea a salute exciderent; sed quandoque resipuissent, integram spem salutis pœnitendo obtinerent: præsertim cum Spiritum sanctum, quo baptizari unusquisque hominum debet, acciperent, aliquid tale designassent. Sicuti non solum Petrum hoc passum esse in evangelio deprehendimus, verum universos quoque discipulos, quibus jam baptizatis postea dominus ait, quia *vos omnes scandalizabimini in me*; qui omnes, ut animadvertimus, correcta fide sua, post resurrectionem domini in Spiritu sancto sunt baptizati: ut non immerito hodie quoque credamus homines correctos a pristino errore in Spiritu sancto posse baptizari, qui cum aqua baptizarentur in nomine domini [14] aliquod scabram habuissent fidem: quoniam multum interest, utrum in totum quis non sit baptizatus in nomine domini nostri Jesu Christi, an vero in aliquo claudicet cum baptizatur [15] baptismate aquæ, quod minus est, dummodo postea constet in veritate sincera fides in baptismate spiritus, quod majus est. Nec æstimes huic tractatui contrarium esse quod dixit dominus: *Ite: docete gentes, tingite eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Quia cum hoc ve-

Matth. 14. 27.

Matth. ultimo v. 19.

rum & rectum & omnibus modis in ecclesia observandum sit, & observari quoque solitum sit, tamen considerare oportet quod invocatio nominis Jesu non debet a nobis futilis videri propter venerationem & virtutem ipsius nominis, in quo nomine virtutes omnes solent fieri: & nonnunquam aliquæ etiam [16] ab hominibus extraneis. Ceterum quo pertinent illa verba Christi, qui negaturum se esse dixit, nec nosse eos qui sibi in die judicii dicturi essent, *Domine domine nonne in tuo nomine prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus*, respondendo eis etiam cum jurejurando; *Quia nunquam cognovi vos: Discedite a me qui operamini iniquitatem*; nisi ostenderetur nobis, nonnunquam etiam ab his qui operarentur iniquitatem, posse [17] per nimiam virtutem nominis Jesu etiam hæc fieri. Idcirco quæ debet invocatio hæc nominis Jesu quasi initium quoddam mysterii dominici commune nobis & ceteris omnibus accipi, quia possit postmodum residuis rebus impleri, alias non profutura talis invocatio, cum sola permanserit, quia post mortem ejusmodi hominis non potest ei quicquam omnino adiici vel suppleri, aut in aliquo prodesse in die judicii, cum illa a domino nostro quæ supra memoravimus cœperint exprobari, qui tamen universi hodie, ut sibi his modis subveniant, quibus supra ostendimus, non possunt ab ullo hominum tam dure tamque crudeliter prohiberi. Sed ad hæc, ut soles, contradices, opponendo nobis, tunc cum baptizarentur integre ac recte discipulos, ac non ut hos hæreticos, esse baptizatos, quod ex persona ipsorum, & ejus qui baptizavit illos, sumas necesse est, & ideo nos ad propositionem hanc tuam non ut accusatores discipulorum domini respondemus, sed sicuti compellimur, quia necesse est ubi & quando & quemadmodum unicuique nostrum salus sit præstita, rationibus investigemus. Namque natum esse dominum nostrum & Christum esse eum, multis rationibus a discipulis ejus non immerito credi videbatur, quod ex tribu Juda, quod ex genere David, quodque in civitate Bethleem fuisset natus, & quod pastoribus ab angelis, quoniam salvator illisnatus esset, eodem momento fuisset annunciatus, quod in oriente visa ejus stella solicitissime fuisset a Magis requisitus & adoratus, & illustribus donis & insignibus muneribus honoratus, quod puer admodum in templo sedens cum legis doctoribus prudenter & cum admiratione omnium disputasset, quod cum baptizaretur, ita ut nulli alii contigerat, cœlis apertis descensione Spiritus sancti, & super eum mansione, testimonio etiam Patris sui, itemque Joannis Baptistæ fuisset clarificatus; quod supra humanam mediocritatem corda & cogitationes universorum intelligeret; quod languores & vitia, & valetudines cum potestate maxima curaret atque sanaret: quod remissiones peccatorum cum evidenti probatione præstaret; quod dæmonia jussu expelleret, quod leprosos verbo mundaret, quod aquam in vinum convertendo, convivium nuptiale admirabili lætitia amplificaret; quod cæcis visionem restitueret aut indulgeret; quod doctrinam Patris cum omni fiducia assereret; quod in loco deserto de quinque panibus quinque millia hominum saturaret; quod reliquiæ atque buccellæ plusquam duodecim

Matt. 23.

cim cophinos implerent ; quod mortuos pro A *dempturus Iſrael*. Juxta quæ, omnes quoque
ſua pietate paſſim ſuſcitaret ; quod ventis & diſcipuli adſeverationem quoque mulierum, quæ
mari ut quieſcerent imperaret: quod ſuper ma- poſt reſurrectionem viderant dominum, judica-
re pedibus ambularet : quod virtutes omnes veruntdeliramenta, & quidam ipſorum viſo
omnino perficeret. Quibus rebus & hujuſmodi eo non crediderunt, ſed dubitaverunt: quique
compluribus factis ad claritatem ejus pertinen- tunc non interfuerunt, omnino non credide-
tibus, conſequens eſſe videbatur, ut quemad- runt, niſi poſtmodum ab ipſo domino omni-
modum Judæi de Chriſto ſentiant, quod ta- bus modis fuiſſent objurgati atque increpati ;
men de Jeſu Chriſto domino noſtro non cre- quoniam mors eos ita offenderat, ut putarent
dunt, ut etiam ipſi exiſtimarent, ut talis & eum non reſurrexiſſe quem [22] timuerant mori
tantus nulla obita morte in æternum perſeve- non debuiſſe; quia contra opinionem ipſorum
ret, & regnum Iſrael & totius orbis in perpe- ſemel mortuus fuiſſet. Itaque quod ad ipſos
tuum quod non corriperetur poſſideret. Unde diſcipulos pertinet, neque integram neque per-
etiam Judæi auſi fuerant eum rapere & in re- fectam fidem habuiſſe his modis quibus retuli-
gnum unguere; quod quidem [18] neceſſe habuit mus, inveniuntur, & quod multo gravius eſt,
ille ſuperfugere : ac propterea diſcipuli ejus B ſicut in evangelio [23] circa Joannem ſcriptum
arbitrabantur, quod nulla alia ratione vitam eſt, etiam alios baptizabant. Præterea, quid
æternam his præſtaturus eſſet, niſi primum dicturus es de his, qui plerumque ab epiſco-
ipſe vitam hanc temporalem cum illa æterna pis peſſimæ converſationis baptizantur, qui ta-
in ſeipſo continuaſſet. Denique cum converſa- men tandem, cum Deus voluerit, in ſcelerи-
rentur in Galilæa dixit eis Jeſus; incipit filius bus ſuis convicti. [24] etiam ipſo, aut prorſus
hominis tradi in manus hominum & interfi- etiam communicatione privantur ? Aut quid
cient eum, & poſt triduum reſurget, & contri- ſtatues de eis, qui ab epiſcopis prave ſentien-
ſtati ſunt nimis ac mente conceperant. Denique tibus aut imperitioribus fuerint baptizati? quan-
hic fuit etiam Judæorum ſermo contradictionis do non ad liquidum & integre, vel etiam ali-
adverſus eum, cum [19] ſe ipſe quidem doceret eos, ter quam oportet, in traditione ſacramenti fue-
& futura nunciaret; illi autem dicerent: *Nos au-* rint locuti. Certe aut interrogaverint quid, aut
divimus a lege quia Chriſtus manet in æternum, & interrogantes a reſpondentibus audierint quod
quomodo tu dicis, quia exaltari oportet filium ho- minime ita interrogari aut reſponderi debet :
minis. Itaque fuit diſcipulorum eadem hæc quod tamen non valde illam noſtram rectam
præſumptio de Chriſto, prorumpente in iſtum C fidem lædat, ſed non tam ornate ut tu, &
ſermonem incredulitatis ſuæ, Petro ipſo duce compoſite, iſti quoque ſimpliciores homines
6. ac principe apoſtolorum. Cum enim a domi- myſterium fidei tradant. Dicturus es enim uti-
ſeqq. no ſimul cum ceteris fuiſſet interrogatus, quid- que pro tua ſingulari diligentia, hos quoque
nam ſentiret de ipſo, id eſt quem eſſe eum exi- denuo baptizandos eſſe, cum maxime eis res
ſtimaret, & primo veritatem confeſſus fuiſſet, deſit, aut obſtet, quominus inviolabile illud
dicens eſſe eum Chriſtum filium Dei vivi, & divinum myſterium fidei intemeratum poſſint
propterea beatus ab illo judicatus eſſet, quod accipere. Sed enim [25] vivorum optime redda-
hoc non carnaliter, ſed per Patris cœleſtis re- mus & permittamus virtutibus cœleſtibus vires
velationem adſecutus eſſet: idem tamen, ubi ſuas, & dignationi divinæ majeſtatis concedа-
cœpit Jeſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia opor- mus operationes proprias, ut intelligentes quan-
tet illum Hieroſolymam ire & multa pati a tum in ea ſit emolumentum, libentes ei ad-
ſenioribus & ſacerdotibus & ſcribis & interfici quieſcamus. Et ideo cum ſalus noſtra in ba-
& poſt diem tertium reſurgere, nihilominus ptiſmate ſpiritus, quod plerumque cum baptiſ-
ille verus Chriſti confeſſor poſt pauculos dies mate aquæ conjunctus eſt, ſit conſtituta, ſi qui-
aſſumpto eo cœpit illum corripere dicens : D dem per nos baptiſma tradetur, integre & ſolemni-
[20] Propitius ſit tibi, non erit iſtud: ut propte- ter, & per omnia quæ ſcripta ſunt adſignetur, at-
6.23. rea audire a domino commeruerit, *Vade poſt* que ſine ulla ullius rei ſeparatione tradatur: aut ſi
me Satanas, ſcandalum mihi es ; ob hoc quod [26] a minore clero per neceſſitatem traditum fue-
non ſaperet ea quæ ſunt hominum. Quæ in- rit, eventum expectemus, [27] ut aut ſuppleatur a
crepatio adverſus Petrum magis magiſque elu- nobis, [28] aut a domino ſupplendum reſervetur.
xit adprehenſo Chriſto, cum a muliercula con- Si vero [29] ab alienis traditum fuerit, ut po-
territus diceret: *Neſcio quid dicas, neque novi* teſt hoc negotium & ut admittit, corrigatur :
te: & iterum cum hoc diceret adhibito jure- quia Spiritus ſanctus extra eccleſiam non ſit,
jurando & tertio [21] devotans & jurans adfir- fides quoque non ſolum apud hæreticos, verum
maret, quoniam non noſſet hominem; & non etiam apud eos qui in ſchiſmate conſtituti ſunt
ſemel, ſed ſæpius eum negaſſet. Quod conſi- ſana eſſe non poſſit. Idcirco quæ pœnitentiam
lium ei quoniam uſque ad paſſionem domini agentibus correctiſque per doctrinam veritatis
perſeveraturum erat, multo prius a domino & per fidem ipſorum, quæ poſtea emendata
palam factum eſt, ut nos quoque id non igno- eſt, purificato corde eorum, tantummodo bap-
remus. Denique poſt reſurrectionem domini E tiſmate ſpiritali, id eſt manus impoſitione epi-
unus e diſcipulis ejus Cleophas, cum eſſet mœ- ſcopi, & Spiritus ſancti ſubminiſtratione ſub-
ſtus ſecundum errorem omnium condiſcipulo- veniri debeat. Signum quoque fidei inte-
rum ſuorum, ipſi domino, tanquam alicui ignoto, grum hoc modo. & hac ratione tradi in
referens quod contigerat, ſic locutus eſt dicens: eccleſia merito conſuevit, ne invocatio no-
19. *De Jeſu Nazareno, qui fuit propheta potens in* minis Jeſu, quæ aboleri non poteſt, contem-
factis & dictis in conſpectu Dei & univerſi popu- ptui a nobis videatur habita; quod utique non
li, quomodo hunc tradiderunt ſacerdotes & prin- oportet, quamquam talis invocatio, ſi nihil
cipes noſtri in damnationem mortis & crucifixe- eorum quæ memoravimus ſervatum fuerit, ab
runt: Nos autem ſperabamus quod ipſe erat re- operatione ſalutis ceſſet ac vacet. Dicente

enim

enim apostolo, unum esse baptisma, necesse est invocatione nominis Jesu perseverante, quia non potest a quoquam hominum quæ semel invocata est auferri; si eam contra decretum apostolorum geminare, aut si fuerimus [30] nimietate præstandi, immo superaddendi baptismatis studiosi. Si ille qui ad ecclesiam revertitur, noluit denuo baptizari, futurum est ut defraudemus baptismate spiritali eum, quem putamus defraudandum non esse baptismate aquæ. Quid autem statues in personam ejus verbum audientis, qui forte adprehensus in nomine Christi statim confessus, ac priusquam baptizari aqua permitteretur ei, [31] fuerit punitus, utrum periisse eum pronunciabis, quia non est aqua baptizatus, an vero aliquid extrinsecus patrocinari ei ad salutem existimabis, licet non sit aqua baptizatus: quod periisse cum existimabis, obviam tibi veniet sententia domini
Matth. 10. 22. dicentis: *Quicumque me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum & ego coram patre meo qui in cœlis est*: quia nihil interest, utrum hic [32] verbum audiens, an fidelis sit qui confitetur domino, dummodo ipsum Christum quem confiteri oportet, confiteatur, quia dominus pari vice confitendo & ipse confessorem suum apud Patrem honore eum martyrii ut pollicitus est, exornet. Quod utique non debet latius accipi, quasi possit usquequaque porrigi, quia potest Christi nomen etiam hæreticus aliquis, qui tamen ipsum Christum negat, confiteri, quia in alium Christum credit: cum Christus confiteatur quod ei prodesse minime possit: [33] si quidem dominus non seipsum in confessionem a nobis coram hominibus deduci oportere dixit; quod sine ipso, & sine venerando nomine ejus non potest fieri. Et ideo integrum ac sincerum & incontaminatum & inviolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo delectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator, perfectusque Christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui [34] summo discrimine suo domino confiteri non timuit. Nec est hoc contrarium superiori tractatui, quia illic quidem tempus superat ad corrigenda quæ [35] multa vel prava sunt: & quoniam quædam concessa sunt ipsi tantummodo nomini domini nostri; martyrium autem non nisi in ipso & per ipsum dominum possit consummari. Et idcirco neque Christum sine ipsius nomine quis possit confiteri, neque nomen Christi sine ipso Christo ad confessionem cuiquam possit patrocinari. Quapropter totus discernendus est tractatus hic, ut possit manifestior fieri. Namque invocatio nominis Jesu ideo tantum patrocinari potest, si rite suppleta postea fuerit, quia & prophetæ & apostoli ita prædicaverunt. Ait enim Jacobus in actis apostolorum: Viri fratres audite, Symeon exposuit quemadmodum primum Deus visitaverit accipere ex gentibus populum nomini suo: & si consonant sermones prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc revertar, & reædificabo tabernaculum illud David quod cecidit, & quæ demolita sunt ejus, reædificabo, & denuo erigam illud uti exquirant residui hominum Deum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum super eas, dicit dominus faciens hæc. Itaque & residui hominum, id est quidam Judæorum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen domini, possunt & necesse habent requirere dominum, quia ipsa invocatio nominis præbet eis occasionem, vel etiam imponit necessitatem requirendi dominum, cum quibus præcipiunt scripturas sanctas, sive universas, sive quasdam, tamen audentius de veritate tractare, quam cum gentibus, super quas non est invocatum nomen domini, id est Christi Jesu filii Dei vivi, sicuti nec super Judæos, qui veteres tantum scripturas recipiunt. Et ideo utriusque hujus generis homines, id est Judæi & Gentiles, plene ut oportet credentes pari modo baptizantur: hæretici vero jam baptizati aqua in nomine Jesu Christi, tantum in Spiritu sancto baptizandi sunt, & in Jesu, quod nomen solum datum est sub cælo in quo oporteat salvos fieri nos, merito mors contemnitur; [36] quam si sic perseverent salvi esse non possunt, quia non requisiverunt domino post invocationem nominis ejus super eos, sicut & illi, qui in eos Christus qui forte credere noluerunt, de quibus dominus ait: *Cavete ne quis vos in errorem inducat: multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos in errorem inducent.* Et iterum ait. *Tunc si qui dixerit vobis; Ecce hic Christus aut hic, nolite credere. Surgent enim pseudo-Christi & pseudo-prophetæ, & dabunt signa magna & portenta, ita ut errent, si fieri potest, etiam electi.* Quas virtutes non dubie tunc illi sub nomine Christi facient: in quo nomine videntur quidam etiam modo quasdam virtutes facere, & falso prophetare: sed certum est eos, quod ipsi non sint Christi, propterea ad Christum non pertinere. Quemadmodum etiam si quis desciscat a Christo inhærens solo nomini ejus, qui non multum adjuvatur: immo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus aut justissimus, aut [37] clero aliquo oneratus, aut confessionis dignitate præditus. Hi enim omnes negando verum Christum, introducendo aut sequendo alium, cum sit nullus omnino alius, nihil spei aut salutis sibi relinquunt: non aliter quam illi, qui coram hominibus negaverunt Christum quos negari necesse est a Christo, non habita ulla ratione ipsorum ex præcedenti conversatione eorum [38] aut sensu aut dignitate, [39] proinde atque ipsi aut si sunt Christum, id est salutem suam, abrogare damnati, per hujusmodi clausulam quia manifestissime a domino dictum est: *Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo qui in cœlis est*: ut verbum hoc, Quicumque, etiam in clausula confessionis plenissime nobis ostendat, quod nulla conditio ipsius confitentis obesse possit, licet negator ille antea vel hæreticus fuerit vel audiens, aut audire incipiens, qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab ecclesia digressus ac postea reversus sit, & tunc cum rediret [40] prius ei manus ab episcopo imponeretur, adprehensus confiteri Christum coram hominibus, necesse habuerit, sicut iterum neganti Christum nulla propria vetus dignitas potest ad salutem patrocinari. Quodcumque enim in homine ultimum in hac specie deprehensum fuerit, in illos quis nostrum judicari necesse habebit abolitis & obliteratis omnibus quæ prius gessit. Et ideo cum in martyrio tanta sit mutatio rerum in momento temporis ut in re perquam veloci possint

mu-

mutari universa, nemo sibi blandiatur, qui occasionem amiserit gloriosæ salutis, si forte se ab ea excluserit propria sua culpa sicuti & illa uxor Loth, quæ similiter in angustiis rerum contra præceptum angelorum, tantummodo post se respexit, & tumulus salis facta est. Qua ratione etiam ille hæreticus, qui confitendo Christi nomen trucidatur, nihil postea potest corrigere, si quid de Deo aut de Christo male senserit, cum in alium Deum aut in alium Christum credendo semetipsum fefellit, confessor non Christi, sed solitario Christi nomine, quando & apostolus consequenter dicat: *Et si* 1. 3. *corpus meum tradidero, ita ut exurar igni, dilectionem autem non habeam, nihil proficio.* Quia hoc facto nihil proficit qui non habet dilectionem ejus Dei & Christi, qui per legem & prophetas & in evangelio in hoc modo præ- 2. 27. dicatur; *Diliges dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota cogitatione tua*; &, *Diliges proximum tibi tanquam te. In his enim duobus præceptis tota lex pendet* 5. *& prophetæ.* Sicut & Joannes evangelista dicit: *Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum quia Deus dilectio est.* Sicut & Deus ait. *Ita enim dilexit Deus mundum, ut filium suum unicum daret, ut omnis qui in eum crederet, non periret, sed haberet vitam æternam.* Ut manifeste apparet eum, qui hanc diligendi nos & diligendi a nobis dilectionem in se non habeat, inani confessione & passione [43] nihil proficere: quam ut ipsa apparet & constat hæreticum esse, qui in alium Deum credat, sive Christum alium accipiat. Quamquam scripturæ novi & veteris testamenti manifeste prædicant, quæ patrem omnipotentem creatorem omnium & filium ejus sine obscuritate annunciant. Veniet enim eis ut alii ab alio Deo salutem expectanti: tunc demum contra opinionem suam a Christo Dei patris omnipotentis creatoris filio, quæ blasphemaverant, in pœnam æternam damnentur, cum judicare Deus cœperit absconsa hominum, secundum evangelium per Christum Jesum, eo quod in ipsum non crediderint; licet ipsius nomine abluti sint, & usque adeo omne illud hæreticorum baptisma intercedente aliquo intervallo temporis corrigi potest, si quis supervixerit & fidem correxit, ut Deus noster in evangelio secundum Lucam ad discipulos suos locutus est dicens: *Habeo autem a-* 50. *liud baptisma baptizari.* Item secundum Marcum ad filios Zebedæi eadem ratione dixerit: 10. 22. *Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismate quo ego baptizor baptizari?* Quod sciret homines non solum aqua, verum etiam sanguine suo proprio habere baptizari: ita ut & solo hoc baptismate baptizati fidem integram & dilectionem sinceram lavacri possint adipisci, & utroque modo baptizari: æque tamen unum [42] baptisma salutis & honoris pariter & æqualiter consequi. Quod enim dictum est a domino: *Habeo aliud baptisma baptizari*, hoc in loco non ut secundum baptisma, ac sint duo baptismata, significat: sed alterius quoque speciei baptisma ad eandem salutem concurrens donatum nobis esse demonstrat. Quas [43] utrasque species ab ipso domino nostro primum ministrari & sanctificari oportebat, ut nobis quoque alterutra, sive utraque species, unum hoc duplex salutiferum atque honorificum baptisma præstaret; & viæ quædam unius baptismatis sic nobis patefierent, ut aliquando impune aliqua illarum deesset, sicut in verbum audientibus, martyribus, impune aquæ baptisma deest; quos tamen certi sumus, [44] si quid laxamenti habeant, etiam aqua solitos baptizari. Itemque illis qui [45] legitimi sunt fideles effecti, impune deest baptisma sanguinis proprii, quia baptizati in nomine Christi redempti sunt pretiosissimo sanguine Domini, cum utraque hæc ex uno atque eodem fonte procedant flumina baptismatis dominici, ut omnis qui sitit veniat & bibat, sicut scriptura dicit: *Flumina de ventre ejus currebant* Jo. 7. 38. *aquæ vivæ.* Quæ flumina primum apparuerunt in domini passione, cum de latere perforato lancea militari sanguis & aqua manavit, ut emitteret duo flumina diversæ speciei, sed tamen ejusdem ac singulare latus, ita ut impleatur Spiritu sancto quicumque credens biberit ex utroque flumine. Hæc enim de fluminibus his loquens ostendebat dominus significans Spiritum sanctum quem accepturi essent qui crediturі erant in illum: nondum autem erat Spiritus, quia Jesus nondum erat clarificatus. Igitur dicens, quemadmodum generari potest baptisma, quod apostolus unum esse prædicat, utique manifestum est illa ratione, quia diversæ sunt species unius atque ejusdem baptismatis ex uno vulnere profluentis in aquam & sanguinem: cum illic duo sint, de quibus locuti sumus, baptismata aquæ, id est unius atque ejusdem species, cum unum esse debeat baptisma uniuscujusque species, sicut plenius sumus locuti. Et quoniam videmur omne baptisma spiritale trifariam divisisse, veniamus etiam ad probationem narrationis propositæ, ne videamur proprio sensu & temere hoc fecisse. Ait enim Joannes de domino nostro in epistola sua nos docens: *Hic est qui venit per aquam & sanguinem* 1. Jo. 5. 6. & *Jesus Christus: non in aqua tantum, sed in aqua* seqq. *& sanguine. Et Spiritus est qui testimonium perhibet, quia Spiritus est veritas: quia tres testimonium perhibent, Spiritus & Aqua & Sanguis. Et isti tres in unum sunt.* Ut ex illis colligamus, & aquam præstare solitam, & sanguinem proprium hominibus præstare spiritum solitum, & ipsum quoque Spiritum præstare spiritum solitum. Nam cum effundatur aqua sicuti & sanguis, spiritus etiam effusus sit a domino super omnes qui crediderunt, utique & aqua, & proprio nihilominus sanguine; tunc deinde & Spiritu sancto possunt homines baptizari. Ait enim Petrus (sed hoc est quod dictum est per prophetam:) *Erit in novissimis diebus dicit do-* Joel. 2. 28. *minus: Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii eorum & filiæ eorum: & juvenes visiones videbunt, & seniores somnia somniabunt. Et quidem super servos & super ancillas effundam de spiritu meo.* Quem spiritum in veteri Testamento, non quidem passim, nec effuse, sed communicatum cum aliis, aut etiam sponte insiluisse in quosdam homines, vel induisse illos, & fuisse super eos deprehendimus, sicuti Mosi de septuaginta presbyteris a domino dictum esse animadvertimus: *Et auferam spiritum qui super te est, & impo-* Num. 11. 17. *nam super eos.* Propter quod etiam, secundum pollicitationem suam, Deus ab alio ex spiritu qui super Moysen fuerat, imposuit super illos, & prophetaverunt in castris, quod Moyses ut homo spiritalis ita contigisse gaudebat, licet ab Jesu filio Nave, ut huic rei intercederet, invi-

invito suadebatur, & idcirco non fuisse permotus. Porro autem in libro Judicum, item in Regnorum libris animadvertimus super plerosque aut fuisse spiritum domini, aut insiluisse in eos, tanquam super Gothoniel, Gedeon, Jephthe, Sampson, Saul, David, & ceteros alios. Quod usque adeo ita se habet, ut Spiritus sancti sponte accedendi ab eis libertatem ac facultatem manifestissime nos dominus docuerit, dicens: *Spiritus ubi vult spirat, & vocem ejus audis, & nescis unde veniat, aut quo vadat*: ita ut idem spiritus etiam super indignos quoque sui nonnunquam inveniatur esse: non utique otiose, nec sine ratione, sed necessariæ alicujus operationis gratia, sicuti super Saul fuit, super quem factus est spiritus Dei & prophetavit. Quamquam posteriore tempore, postquam recessit ab eo Spiritus Domini, & postquam [46] angebat eum spiritus malignus adm. quoniam tunc ad hoc postremus venerat post nuncios, quos ante assidue præmiserat, ut interficeret David, qui idcirco inciderunt in chorum prophetarum & prophetaverunt, ne id quod jussi fuerant, perficere possent aut vellent: quod admirabili ratione per voluntatem Dei spiritum qui super omnes illos fuit credimus operatum esse. Qui spiritus implevit etiam Joannem Baptistam adhuc ab utero matris suæ, & incubuit super eos, qui cum Cornelio centurione erant priusquam baptizarentur aqua. Ita dum cohæret baptismati hominum Spiritus sanctus, aut antecedit aut sequitur; vel cessante baptismate aquæ incumbit super eos qui credunt, det nobis consilium, quod aut ex integro rite baptisma observare, aut forte dato a quocumque in nomine Jesu baptismate, supplere id debeamus custodita nominis Jesu Christi, sicuti plenissime exposuimus, sanctissima invocatione; custodita præterea tanti temporis, tot virorum, veneranda nobis consuetudine & auctoritate. Quoniam autem prima pars disputationis hujus videtur explicata, etiam sequentem ejus propter hæreticos debemus attingere: quia perquam necessarium est eum tractatum qui semel in manus incidit non præterire, ne forte eos qui sunt simpliciores ex fratribus aliquis hæreticorum versutia sua audeat attentare. Nam quia Joannes dixit nos baptizandos esse in spiritu & igni, eo quod addiderit dicens: Et igni, idcirco quidam desperati homines ausi sunt usquequaque pravitatem suam porrigere, & propterea homines nasutissimi quærunt, quomodo sanctitatis baptisma ita corrumpant ac violent, ut etiam evacuent; qui originem jam exinde trahunt a Simone mago multiformi perversitate per varios errores eam exercentes. Cui Simoni Petrus in actis apostolorum dixit: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia gratiam Christi existimasti per pecunias posse possidere. Non est tibi portio neque sors in sermone hoc. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Et agunt isti hæc omnia, dum fallere cupiunt eos qui sunt simpliciores aut curiosiores; & tentant nonnulli iterum tractare se solos integrum atque perfectum, non sicuti nos mutilatum & decurtatum, baptisma tradere: quod taliter dicantur adsignare, ut quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat. Quod si aliquo lusu perpetrari potest, sicut [47] adfirmantur plerique hujusmodi lusus Anaxilai esse, sive naturale quid est, quo pacto possit hoc

Jo. 3. 8.

Act. 8. 20.

contingere, sive illi putant hoc se conspicere, sive maligni opus & magicum virus ignem potest in aqua exprimere: illi tamen talem fallaciam & stropham prædicant perfectum baptisma esse, quod fideles homines, si coacti fuerunt accipere, utique non dubitabitur eos id quod habuerant amisisse. Proinde ac si quis sacramento miles dicto, desertis suis castris in hostium diversissimis castris longe aliud sacramentum velit dicere; hac ratione constat eum vetere sacramento exauctoratum esse. Idem si hujusmodi homo rursus ad te redeat, utique hæsitabis, utrum habeat baptisma nec ne, & tamen oportebit te huic quoque pœnitentiam agenti, quibuscumque modis potueris, subvenire. Est autem adulterini hujus, immo internecini baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter hunc eundem errorem confictus liber, qui inscribitur [48] Pauli prædicatio. In quo libro contra omnes scripturas, & de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis baptisma pene invitum a matre sua Maria esse compulsum. Item cum baptizaretur, ignem super aquam esse visum; quod in evangelio nullo est scriptum. Et post tanta tempora, Petrum, & Paulum, post conlationem evangelii in Hierusalem & mutuam altercationem & rerum agendarum dispositionem, postremo in urbe quasi tunc primum invicem sibi esse cognitos, & quædam alia hujuscemodi absurde ac turpiter conficta; quæ omnia in illum librum invenies congesta. Qui autem non ignorant Spiritus sancti qualitatem, intelligunt quod dictum est de igni, de ipso Spiritu dictum esse. Nam in actis apostolorum secundum hanc eandem promissionem domini nostri, ipso die pentecostes cum descendisset Spiritus sanctus super discipulos, & in illo baptizarentur, visæ sunt insidentes super singulos linguæ quasi ignis, ut constaret eos Spiritu sancto & in igne baptizatos, hoc est eo spiritu qui esset sive ignis sive quasi ignis. Qualis ignis fuit qui in rubo ardebat & rubum non comburebat; qualisque est ille qui ignis est angelorum spiritus, sicut scriptura dicit. *Qui fecit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem ardentem.* Cui cum similis aut socius aut particeps fueris, poteris nullum ignem timere; nec illum quidem qui antecedens domino in die judicii conflagrabit totum orbem terræ absque eis qui baptizati sunt in Spiritu sancto & igni. Et hominibus quidem Spiritus perseverat hodie invisibilis, sicut dominus dicit: *Spiritus ubi vult spirat, & nescis unde veniat vel quo vadat.* Sed in principio mysterii fidei & spiritalis baptismatis hic idem Spiritus manifeste visus est, & super discipulos insedisse quasi ignis. Item cœlis apertis descendisse super domino columbæ similem: quoniam pleraque, immo pene omnia quæ essent futura manifesta sunt, quæ tamen modo essent invisibilia nihilominus; nunc quoque oculis & incredulitati hominum vel ex parte, vel aliquando, vel in figura sunt monstrata ad corroborandam & confirmandam fidem nostram. Sed nec illud omiserim quod evangelium merito prædicat. Ait enim paralytico dominus noster: *Bono animo esto fili: dimittuntur tibi peccata*; ut ostenderet [49] fide mundari corda ad remissionem peccatorum consequendam: quam remissionem

Tf.

pecca-

peccatorum consecuta est illa quæ erat mulier peccatrix in civitate, cui dominus ait: *Dimittuntur tibi peccata*. Et cum cœpissent qui simul discumbebant apud semetipsos dicere: *Quis est hic qui peccata dimittit*? Quod & circa paralyticum acerbius Scribæ & Pharisæi obmurmuraverant; ait ad mulierem dominus; *Fides tua te salvam fecit*; *vade in pace*. Ex quibus universis ostenditur, fide emundari corda, Spiritu autem ablui animas. Porro autem per aquam lavari corpora: Sanguine quoque festinantius perveniri per compendium ad salutis præmia. Puto nos plene exsecutos prædicationem Baptistæ Joannis, unde sermonem sumus exorsi, qui dixit ad Judæos: *Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam*: *qui autem post me venit, fortior me est, cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calceamenti. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni*. Arbitror autem & Apostoli Joannis doctrinam nos non inepte disposuisse, qui ait: *Quia tres testimonium perhibent, Spiritus & Aqua & Sanguis*; *& isti tres unum sunt*. Nisi fallor autem, etiam illud explanavimus quod dominus noster ait: *Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto*. Præterea existimo nos non infirmam rationem reddidisse, consuetudinis causam. Tueamur tamen, etsi posteriore loco id facimus, ne qui putet nos unico articulo præsentem altercationem suscitare. Quamquam hæc consuetudo etiam sola deberet apud homines timorem Dei habentes & humiles præcipuum locum obtinere.

AD TRACTATUM ANONYMI

Notæ Nic. Rigaltii.

1. *Dominicum acceperunt baptisma*.) In exemplari legitur: *Domini non acceperunt baptisma*, quod absque dubio pravum est. Itaque edi curavimus, *dominicum*, ex conjectura quam exhibuit doctissimi Sirmondi manus, qui nobis istius scripti copiam fecit: nam ipsum exemplar nondum inspeximus. Dominicum baptisma dicitur, quod est in nomine domini nostri Jesu Christi collatum fideli, sive credenti.

2. *Locum contradictioni non quemlibet*.) Non quemlibet, dicit, qui est in ancipiti & in ambiguo & diversam sententiam patitur; contradictione tam obvia, tamque in promptu, ut eam nemo non gestiat proponere.

3. *Hæreticorum stupore*.) Stuporem dicit, arrogantiam, superbiam, quod jam compluribus locis observavimus apud Tertull. & Cypr.

4. *Scripturarum capitula*.) Sic etiam sæpe Tertullianus & Cypr.

5. *Ut accendi in ecclesiam*.) Fortean, *ut tacendi in ecclesia formam & consuetudinem insinuemus*.

6. *Gratia & virtute Dei sunt & hoc*.) Aliquid hic deesse videtur, quod absque alterius exemplaris ope restitui nequeat, nisi dicamus, ista: *Gratia & virtute Dei sunt*, pendere de præcedentibus illis: *proprie in ipso solo sancto Spiritu baptizati sunt*, ut continua lectione sic perducamus: *Gratia & virtute Dei sunt*, nempe baptizati, deinde sequatur: *hoc & occulta largiente & operante*. Verum hæc sunt nimis anxia & coacta. Sustinebimus igitur usque dum in alium incidamus codicem antiquum.

7. *Illum baptisma*.) Mox dicet, *illud*, sicut & modo baptismum, modo baptisma, & in dandi casu, *alio*.

8. *Apostoli & discipuli qui etiam a domino baptizati*.) Tertul. lib. de baptismo: *Apostolos tinctos non invenimus in domino, prater Paulum*. Ibidem: *Illis vel prima collectionis, & exinde individuæ familiaritatis prærogativa compendium baptismi conferre potuit*.

9. *Aut non hac sola ratione, sed si per manus impositionem*.) Aliquid hic deesse videtur: nisi totam clausulam sic constituamus: *Circa eos qui tantummodo in nomine Christi Jesu baptizati fuerint, statuas etiam sine Spiritu sancto posse salvos fieri: aut non hac sola ratione, sed & per manus impositionem episcopi, Spiritum sanctum consuesse præstari: aut etiam non episcopum dicas Spiritum sanctum esse largiri*. Solum, hoc est, sine aqua, sine baptismo. Esse largiri, hoc est, Spiritum sanctum dare posse etiam non episcopum: videlicet aliquem de minore clero, vel de iis qui sunt minores clericis.

10. *Qua necessitas intervenit*.) Peculiari necessitatis causatione, cujus exempla observavimus apud Tertullianum & Cypr.

11. *Cum justi jampridem*,) Leg. *cum isti*.

12. *Postremo tamen tum ipsum negavit*.) Leg. *ter ipsum neg.*

13. *Fide post modum sincerata*.) Ad sinceritatem reducta. Mel sincerum, quod purum & sine cera. Infra dicet: *purificato corde*.

14. *Aliquod scabram habuissent fidem*.) Forte an scripserit auctor, *aliquo scabram*: hoc est, aliquatenus, ut apud Tertull. *aliquo Numidas*. Quod si quis malit, *aliquod scabram*, ferri certe poterit, quemadmodum apud Virgil. *os humerosque duo similis*.

15. *Baptismate aquæ*.) Sic emendavimus quod in MS. Remensi prave scriptum est, *Baptismata ea qua*.

16. *Ab hominibus extraneis*.) Non domesticis fidei: extra ecclesiam constitutis. Infra dicet, *alients*.

17. *Per nimiam virtutem*.) Abundantia, sive exuberantia divinæ virtutis, nominis Jesu.

18. *Necesse habuit superfugere*.) Hoc certe magis Deo convenit, quam subterfugere.

19. *Cum se ipse quidem doceret eos*.) Docebat se Christus, docens se esse natum hominem, crucifixum, sepultum, postea vero surrexisse ac revixisse. Nam totum illud, Homo Christi, sive corpus & sanguis Christi, caro Christi, crux Christi, ac denique omne illud quod pro nobis in homine suo, conversatus nobiscum, fecit dixitque, Christus est: historia corporis & crucis Christi, Christus est. Eamqui sciunt, Christum sciunt: qui gesta & mandata Christi animo suo, corde suo, mente sua, bene ac fideliter continent, Christum in se habent; in illis vivit Christus, & vivunt in Christo: Christum sciunt, ut Tertullianus dixit, *Alexandrum qui sciunt*, de iis qui Alexandri vitam sive historiam scirent.

20. *Propitius sit tibi*.) Comparative dictum videtur, Propitiora tibi adveniant; quasi fatum suum Christus narrasset discipulis

21. *Devotans & jurans*.) Tertullianus dixit, *devotamenta*.

22. *Quem timuerant mori non debuisse*.) Prava scriptura Remensis. Legendum, *quem innuerant mori non debuisse*.

23. *Circa Joannem*.) *Kata* (κατὰ) *Joannem*.

24. *Etiam ipso, aut prorsus etiam comm. priv.*) Etiam ipso scilicet domino, privantur; quia vel facto suo pessimo dominum negant, & ad Ethnicos transeunt, aut prorsus etiam ejiciuntur ab ecclesia.

25. *Vivorum optime*.) Christiano more loquitur: nec si, mortalium optime, dixisset, aliquid in fidem sive spem vitæ æternæ peccasset. Qui de sæculo sunt, mortui dicuntur: qui vero de ecclesia, vivi.

26. *Minore clero*.) Presbytero, diacono; per necessitatem scilicet.

27. *Ut aut suppleantur a nobis*.) Si revalescat ægrotus.

28. *Aut a domino supplendum*.) Judicaturo vivos & mortuos.

29. *Alienis*.) Supra dixit, *extraneis*.

30. *Nimietate præstandi*.) Superstitiosa, vana, & inepta formidine.

31. *Fuerit punitus*.) Occisus pro nomine.

32. *Verbum audientis*.) Catechumeni.

33. *Si quidem dominus non seipsum*.) Legendum, *Dominus noster*, aut certe delenda est negandi particula, etenim dixit dominus, *Qui me confessus fuerit*.

34. *Summo discrimine suo*.) Interrogatus scilicet coram sæculi potestatibus infestissimis nomini Christiano.

35. *Quæ multa vel prava sint*.) Legendum, *quam multa vel prava sint*: hoc est, quam multa vel quam prava sint.

36. *Quam si sic perseveret*.) Locus depravatissimus expectat melioris alicujus codicis auxilium.

37. *Clero aliquo*.) Nempe episcopo, presbytero, diacono.

38. *Aut sensu*.) Qui rectus antea steterat.

39. *Proinde atque ipsi aut si*.) Legendum, *proinde atque ipsi ausi sunt Christum*, *id est salutem suam abgare*, *damnati per hujusmodi clausulam*.

40. *Prius et manus ab episcopo imponeretur*.) Scribendum, *prius quam et manus ab episcopo imponeretur*, *adprehensus*.

41. *Nihil proficere, quam ut ipsa apparet & constat hæreticum esse*.) Scribendum, *nihil proficere, quam ut ipsum appareat & constet hæreticum esse*.

42. *Baptisma salutis & honoris*.) Etenim martyrii baptismate non solum salus æternæ vitæ, sed & corona datur.

43. *Utraque baptismi species ab ipso domino primum*

miniſtrari & ſanctificari oportebat ;) Nimirum ante baptiſma Chriſti aquæ non laverant : ante crucem Chriſti, ſanguis non laverat ; quod utrobique accipiendum eſt de vi ac virtute ſpirituali, ſive deifica. Sed impropriè dici videtur a Chriſto miniſtrari aquæ baptiſma, cum ipſi Chriſto ab Joanne ſit miniſtratum. Inde nata varietas ſcripturæ *initiari*, pro *miniſtrari*. Etſi hoc ferri quidem poſſit.

44. *Si quid laxamenti habeant.*) Si neceſſitas diſcriminis imminentis aliquid laxaverit, aliquid temporis indulſerit, quod Cyprianus amat dicere, comeatum, & moram in ſæculo tantiſper adhuc manendi.

45. *Legitimi fideles.*) Baptiſmate in eccleſia rite ſuſcepto.

46. *Angebat eum ſpiritus malignus adm.*) Sic legitur in MS. Remenſi. Reg. 1. 16. Exagitabat eum ſpiritus nequam a domino. Arripuit eum ſpiritus domini malus.

47. *Adfirmantur plerique hujuſmodi luſus Anaxilai eſſe.*) Hæc etiam eſt ſcriptura Remenſis. Plin. lib. xxxv. ubi de ſulphure : Luſit & Anaxilaus eo, condens in calice novo, prunaque ſubdita circumferens, exardeſcentis repercuſſu pallorem dirum, velut defunctorum, effundente conviviis.

48. *Petri prædicatio.*) Hujuſce ſcripti meminit Hieron. lib. de ſcript. eccl. in Petro, atque inter apocryphas ſcripturas reputari ; & ab Euſebio, in Ebionis hæreſi, notantur Περίοδοι Πέτρου. Talia fuere acta Pauli, ſtudio cujuſdam in Aſia presbyteri, qui poſtea convictus fraudis, hæc ſe amore Pauli feciſſe confeſſus eſt. Hunc propterea loco deceſſiſſe tradit Tertullian. libro de baptiſm. Videatur Euſeb. in Paulo. Hic vero irrepſit nomen Pauli pro nomine Petri.

49. *Fide mundari corda.*) Invocato nomine Chriſti, agnito Chriſto Dei filio βεβαμμένοι ὑς βάθος.

ANNO CHRISTI 258, 256.

[a] CONCILIUM CARTHAGINENSE III.

SUB CYPRIANO EPISCOPO,

Improbatum ab Eccleſia, in cauſa Baptiſmi.

a CCLVI. *Celebratum anno* [a] CCLVIII. [1] *ſub Stephano Papa.*

b lxxxvii. ## SENTENTIÆ EPISCOPORUM [b] de hæreticis baptizandis.

Hujus provincialis concilii decreta non recipit catholica eccleſia.

CUm in unum [2] Carthagini conveniſſent Kalendis Septembris epiſcopi plurimi ex provincia Africa, Numidia, Mauritania, cum preſbyteris & diaconibus, præſente etiam plebis maxima parte, & lectæ eſſent literæ Jubajani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Jubajanum reſcriptæ, de hæreticis baptizandis ;

c quid quoque quidque [c] poſtmodum Cypriano Jubajanus idem reſcripſerit ;

Cyprianus dixit : Audiſtis, collegæ dilectiſſimi, quid mihi Jubajanus coepiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito & profano hæreticorum baptiſmo, & quid ego ei reſcripſerim ; cenſens ſcilicet quod ſemel atque iterum cenſuimus, hæreticos ad eccleſiam venientes, eccleſiæ baptiſmo baptizari & ſanctificari oportere. Item, lectæ ſunt vobis & aliæ literæ Jubajani, quibus pro ſua ſincera, & religioſa devotione ad epiſtolam noſtram reſcribens, non tantum conſenſit, ſed etiam inſtructum ſe eſſe gratias agit. Supereſt ut de hac ipſa re, quid ſinguli ſentiamus, proferamus ; neminem judicantes, aut a jure communionis aliquem, ſi diverſum ſenſerit, amoventes. Neque enim quiſquam noſtrum *b* epiſcopum ſe [d] eſſe epiſcoporum conſtituit, *c* aut tyrannico terrore ad obſequendi neceſſitatem collegas ſuos adigit, *d* quando habeat omnis epiſcopus pro licentia libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tanquam judicari ab alio non poſſit, cum nec ipſe poſſit alterum judicare. Sed expectemus univerſi judicium domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in eccleſiæ ſuæ gubernatione, & de actu noſtro judicandi.

d abeſt illud verbum a MS. codice.

I.

Cæcilius a * [3] Bilta [2] dixit : Ego unum baptiſma in eccleſia ſola ſcio, & extra eccleſiam nullum. Hic erit unum, ubi ſpes vera eſt & fides certa. Sic enim ſcriptum eſt : *Una fides, una ſpes, unum baptiſma.* Non apud hæreticos, ubi ſpes nulla eſt, & fides falſa, ubi omnia per mendacium aguntur, ubi exorcizat dæmoniacus, ſacramentum interrogat, cujus os & verba [b] cancer emittunt, fidem dat infidelis, veniam delictorum tribuit ſceleratus, & in nomine Chriſti tingit Antichriſtus, benedicit a Deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, Deum invocat blaſphemus, ſacerdotium adminiſtrat profanus, ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antiſtites diaboli audeant euchariſtiam facere. Aut qui illis aſſiſtunt, dicant hæc omnia falſa eſſe de hæreticis. Ecce ad qualia eccleſia conſentire cogitur, & ſine baptiſmo ac venia delictorum communicare compellitur. Quam rem, fratres, fugere ac vitare debemus, & a tanto ſcelere nos ſeparare, & unum baptiſma tenere, quod ſoli eccleſiæ a Deo conceſſum eſt.

* Bidi Bida a Plu aliæ tes c poter verſio ca qu ſubji *Epheſ.*

b canc mittu

II.

[4] Primus Felix a * Migirpa dixit : Cenſeo omnem hominem ab hæreſi venientem, baptizandum. Fruſtra enim illic putat ſe eſſe baptizatum, cum non ſit baptiſma, niſi in eccleſia unum & verum ; quia dominus unus, & fides una eſt, in qua ſtat unum baptiſma, & ſanctitas, & cetera. Nam quæ foris exercentur, nullum habent ſaluctis effectum

* Miſgi Miſcir ſeu M pa. *Epheſ.*

III.

---

1 In annum Chriſti 255. rejicit hoc Concilium, ſicut & duo priora, alterum in 253. alterum in 254. Harduinus, cujus ſunt ſequentes variæ lectiones, & notæ. 2 MS. *Carthaginem.* 3 Bilta in Provincia Proconſulari. 4 MS. *Primus a Miſcirpa* in Provincia Proconſulari.

ANNO CHRISTI 258. 256.

III.

Polycarpus ab [1] Adrumeto dixit: Qui hæreticorum baptiſma probant [2], hæreticis communicant.

IV.

Novatus a [3] Thamugade dixit; Licet ſciamus omnem ſcripturam teſtimonium reddere de ſalutari baptiſmo, debemus tamen fidem noſtram exprimere: hæreticos & ſchiſmaticos ad eccleſiam venientes, qui pſeudobaptizati videntur, [b] debere eos in fonte perenni baptizari. Et ideo ſecundum teſtimonium ſcripturarum, & ſecundum decretum collegarum noſtrorum ſanctiſſimorum virorum, omnes ſchiſmaticos & hæreticos, qui ad eccleſiam converſi ſunt, baptizari: ſed & quicumque ordinati videbuntur, inter laicos recipi.

V.

Nemeſianus a * [3] Tubunis dixit: Baptiſma, quod dant hæretici & ſchiſmatici, non eſſe verum, ubique in ſcripturis ſanctis declaratum eſt: quoniam ipſi præpoſiti eorum, falſi Chriſti ſunt, & falſi prophetæ, dicente domino per Salomonem: *Qui fidens eſt in falſis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes.* [c] *Derelinquit autem vias vineæ ſuæ, & a ſemitis agri ſui erravit. Ingreditur autem per avia loca atque arida, & terram* [d] *diſtinet a meſſe, colligit autem manibus ſterilitatem.* Et iterum: *Ab aqua aliena abſtine te, & de fonte alieno ne biberis. Ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ.* Et in evangelio ſua voce dominus noſter Jeſus Chriſtus locutus eſt, dicens: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.* Hic eſt ſpiritus, qui ab initio ferebatur ſuper aquam. Neque enim ſpiritus ſine aqua operari poteſt, neque aqua ſine ſpiritu. Male ergo ſibi quidam interpretantur, ut dicant, quod per manus impoſitionem Spiritum ſanctum accipiant, & ſic recipiantur, cum manifeſtum ſit, utroque ſacramento debere eos renaſci in eccleſia catholica. Tunc quippe poterunt filii Dei eſſe, dicente apoſtolo: *Curantes ſervare unitatem Spiritus in conjunctione pacis. Unum corpus, & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ. Unus dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus.* Et hæc omnia eccleſia catholica loquitur. Et iterum in evangelio dicit: *Quod natum eſt de carne, caro eſt: & quod natum eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt: quoniam ſpiritus Deus eſt, & de Deo natus eſt.* Ergo omnes hæretici & ſchiſmatici omnia quæcunque faciunt, carnalia ſunt, dicente apoſtolo: *Manifeſta enim ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicationes, immunditiæ, inceſtus, idololatriæ, veneficia, inimicitiæ,* [e] *certamina, zelus, ira, diviſiones, hæreſes, & his ſimilia: de quibus prædixi vobis, ſicut prædico, quoniam quicumque hæc faciunt, regnum Dei non hæreditabunt.* Condemnat æque apoſtolus cum omnibus malis & eos qui diviſionem faciunt, hoc eſt, ſchiſmaticos & hæreticos. Niſi ergo acceperint baptiſma ſalutare in eccleſia catholica, quæ una eſt, ſalvi eſſe non poſſunt, ſed cum carnalibus in judicio domini Chriſti condemnabuntur.

VI.

Januarius a * [4] Lambeſe dixit: Secundum ſcripturarum ſanctarum auctoritatem decerno, hæreticos omnes baptizandos, & ſic in eccleſiam ſancta admittendos. * Lambæſa

VII.

Lucius a * Caſtragalba dixit: Cum dominus in evangelio ſuo dixerit: *Vos eſtis ſal terræ: ſi autem ſal infatuatum fuerit, id quod ſalietur ex eo, ad nihilum valebit, niſi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus*: iterum poſt reſurrectionem ſuam mittens apoſtolos ſuos mandaverit, dicens: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra: ite ergo, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Cum ergo manifeſtum ſit hæreticos, id eſt, Chriſti hoſtes integram ſacramenti confeſſionem habere: item ſchiſmaticos non poſſe condire ſapientia ſpirituali, cum ipſi ab eccleſia, quæ una eſt, recedendo infatuati, contrarii facti ſint; fiat ſicut ſcriptum eſt: *Domus contrariorum legis* [5] *debet emundationem*: & conſequens ſit, eos qui a contrariis baptizati inquinati ſunt, primo purgari, & tunc demum baptizari. * Caſtrogalbæ *Matth. 5.* *Matth. 28.* *Prov. 14. 9. ex LXX.*

VIII.

Creſcens [6] a Cirta dixit: In tanto cœtu ſanctiſſimorum conſacerdotum, lectis literis Cypriani dilectiſſimi noſtri ad Jubajanum, itemque ad Stephanum, quæ tantum in ſe [a] teſtimoniorum deſcendentium ex ſcripturis deificis continent, ut merito omnes per Dei gratiam adunati conſentire debeamus: cenſeo omnes hæreticos, ſive ſchiſmaticos, qui ad catholicam eccleſiam voluerint venire, non ante ingredi, niſi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his ſane, qui in eccleſia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen ut per manus impoſitionem in pœnitentiam eccleſiæ reconcilientur. [a] Sanctiſſimorum doçumentorum

IX.

Nicodemes a * [7] Segermis dixit: Mea ſententia hæc eſt, ut hæretici ad eccleſiam venientes, baptizentur, eo quod nullam foris apud peccatores remiſſionem peccatorum conſequantur. * Seggera Semero Suringa

X.

* Mommillus [8] a Girpa dixit: Eccleſiæ catholicæ matris noſtræ veritas ſemper apud nos, fratres, & manſit, manet, & vel maxime in baptiſmatis Trinitate, domino noſtro dicente: *Ite & baptizate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* Cum ergo manifeſte ſciamus hæreticos non habere nec Patrem, nec Filium, nec Spiritum ſanctum, debent venientes * Mumulus Monulus Munulus a Girba *Matth. 28.*

1 In Provincia Proconſulari. 2 In Numidia. 3 MS. noſter *a Thubanas*, alibi *Tubunia* in Numidia. 4 In Numidia. 5 MS. *debent*. 6 MS. *Creſces a Cirta* in Numidia. 7 Segermæ in Byzacena. 8 MS. noſter *Munulus a Girba*. Recte: Girba in Provincia Proconſulari.

ANNO CHRISTI 258. " 256. " effectura,

tes ad ecclesiam matrem nostram vere renasci & baptizari, ut cancer quod habebant, & damnationis ira, & erroris [a] offensa, per sanctum & cœleste lavacrum sanctificetur.

XI.

[*] Chusis Cuiza Cediae *Matth.* 12. 1. *Joan.* 2.

Secundinus a [* 1] Chezas dixit: Cum dominus noster Christus dicat: *Qui non est mecum, adversus me est:* & Joannes apostolus hos qui ab ecclesia exeunt Antichristos dicat, indubitanter hostes Christi, quique Antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo eos qui de insidiis hæreticorum confugiunt ad ecclesiam, baptizandos esse a nobis, qui amici appellati sumus Dei, ejus dignatione.

XII.

[*] Vagae Vagai Bagai *Matth.* 15. *Luc.* 6.

Felix a [* 2] Bigai dixit: Sicut *cæcus cæcum ducens, ambo in foveam cadunt:* ita hæreticus hæreticum baptizans, simul in mortem cadunt. Et ideo hæreticus baptizandus & vivificandus est, ne nos vivi mortuis communicemus.

XIII.

Theogenes [3] ab Hippone regio dixit; Secundum sacramentum gratiæ cœlestis, quod accepimus, unum baptisma, quod est in ecclesia sancta, credimus.

XIV.

[*] Milleo

Pollianus [4] a [*] Mileo dixit: Censeo hæreticum baptizari in ecclesia sancta.

XV.

[*] Badria Haradrim Vadis

Dativus a [* 5] Badis dixit: Nos, quantum in nobis est, hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, & remissionem peccatorum acceperint.

XVI.

[*] Abbirgermaniciana

Successus [*] a [6] Birgermaniciana dixit: Hæreticis aut nihil licet, aut totum licet. Si baptizare possunt, & Spiritum sanctum dare possunt. Si autem Spiritum Sanctum dare non possunt, quia non habent Spiritum sanctum datum, nec baptizare spiritaliter possunt: propterea censuimus hæreticos baptizandos esse.

XVII.

[*] Tucca Terebinthina *Matt.* 7. & 16. *Matt.* 28.

Fortunatus a [* 7] Tucchabori, dixit: Jesus Christus dominus & Deus noster, Dei Patris & creatoris Filius, super petram ædificavit ecclesiam suam, non super hæresim, & potestatem baptizandi apostolis habere dedit, non hæreticis. Quare, qui extra ecclesiam sunt, & contra Christum stantes, oves ejus & greges spargunt, baptizare foris non possunt.

XVIII.

Sedatus a [* 8] Tuborba dixit: Inquantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, intantum hæreticus sermone velut cancer infecta cumulat peccata. Quare omnibus quidem pacificis [9] viribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus & tinctus, singulare & verum ecclesiæ baptismum detrectet accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus, a regno cœlorum fiet alienus.

XIX.

Privatianus a [* 10] Suficula dixit: Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius, quis hæresim condiderit. Si enim hæresis a Deo est, habere & indulgentiam divinam potest. Si vero a Deo non est, quomodo gratiam Dei aut habere, aut conferre alicui potest?

XX.

Privatus a [11] Sufibus dixit: Qui hæreticorum baptisma probat, quid aliud quam hæreticis communicat?

XXI.

Hortensianus [12] a Laribus dixit: Quot sint baptismi, viderint aut præsumptores, aut fautores hæreticorum. Nos unum baptisma, quod non nisi in ecclesia novimus, ecclesiæ vendicamus. Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit adversarios suos esse?

XXII.

Cassius a [13] Macomadibus dixit: Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit, sibi tollit. Censeo itaque flebiles & tabidos hæreticos baptizandos esse, cum ad ecclesiam venire cœperint, & sacra & divina lavatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos; non alienos, sed fidei domesticos: non adulteros, sed Dei filios; non erroris, sed salutis effectos, in ecclesiam recipi, absque eis, qui de ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transierunt, sed eos per manus impositionem restituendos.

XXIII.

Alius Januarius [14] a Vico Cæsaris dixit: Si non obtemperat error veritati, multo magis veritas non consentit errori. Et ideo nos ecclesiæ assistimus, in qua præsidemus, ut baptismum ejus ipsi soli vendicantes, eos, quos ecclesia non baptizavit, baptizemus.

XXIV.

Alius Secundinus [15] a Carpis dixit: Hæretici

1 MS. noster *a Cediar*. Forte *Quida* Mauritan. Cæsariensis. 2 MS. noster *a Bagai* in Numidia. 3 Hippo regius in Numidia. 4 MS. noster *Polianus a Mileto*. Mileum in Numidia. 5 Rada in Numidia. 6 MS. ab Abbir Germaniciana in Provincia Proconsulari. 7 In Provincia Proconsulari. 8 Lege *Tuburbo* in Provincia Proconsulari. 9 Ita etiam MS. noster. At Corb. & editio Romana *vitis*. In Græco autem δυνάμει *viribus*. 10 Lege *Suphetula* in Byzacena. 11 In Byzacena. 12 In Provincia Proconsulari. 13 In Provincia Numidia. 14 In Numidia, ut videtur. 15 MS. *a Carpo* in Provincia Proconsulari.

ANNO CHRISTI 258. 256.

ci Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur in ecclesia Dei non sunt? Si Christiani non sunt, quomodo Christianos faciunt? Aut quo pertinet sermo domini dicentis: *Qui non est mecum, adversus me est: & qui mecum non colligit, spargit.* Unde constat, super filios alienos, & soboles Antichristi, Spiritum sanctum per manus impositionem tantummodo non posse descendere, cum manifestum sit, hæreticos baptisma non habere.

XXV.

Victoricus [1] a Thabraca dixit: Si licet hæreticis baptizare, & [a] remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, & hæreticos appellamus?

XXVI.

Alius Felix [2] ab * Utina dixit. Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, non tantum posse humanam præsumptionem, quantum domini nostri Jesu Christi adorandam & venerabilem majestatem. Memores ergo periculi, hoc quoque non tantum observare, verum etiam ab omnibus nobis confirmare debemus, ut omnes qui ad sinum matris ecclesiæ accurrunt, baptizentur, ut mens hæretica, quæ diuturna tabe polluta est, sanctificatione lavacri purgata, in melius reformetur.

XXVII.

Quintus [3] a * Buruc dixit: Qui fide vivimus, obsequi iis, quæ instruendis nobis ante prædicta sunt, sedula observatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonem. *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lavatio ejus?* [4] Quod utique de his qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorum vitam æternam consequuntur, cur ad ecclesiam veniunt? Si vere a mortuo nihil salutis accipitur, ac propterea agnito errore pristino, ad veritatem cum pœnitentia revertuntur, uno vitali baptismate, quod est in ecclesia catholica, sanctificari debebunt.

XXVIII.

Castus [5] a Sicca dixit: Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres invidus est & malignus, quibus veritas revelatur; aut circa Deum ingratus est, cujus inspiratione [6] ecclesiæ ejus instruuntur.

XXIX.

Eucratius [7] a Thenis dixit: Fidem nostram, & baptismatis gratiam, & legis ecclesiasticæ regulam, dominus & Deus noster Jesus Christus suo ore apostolos docens, implevit dicens, *Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Falsum ergo hæreticorum baptisma & iniquum a nobis pellendum est, & omni [a] detestatione refutandum; de quorum baptismate non vita, nec gratia cœlestis, sed blasphemia trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad ecclesiam hæreticos, integro & catholico baptismate baptizari debere manifestum est, ut a blasphemiæ suæ præsumptione purificati, possint Spiritus sancti gratia reformari.

[a] contestatione

XXX.

Libosus [8] ab * Agra dixit: In evangelio dominus, *Ego sum*, inquit, *veritas*: non dixit: Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati; ut si in præteritum quis hæreticus in ecclesia non baptizavit, nec nunc baptizare incipiat.

* Agiria, Vaga, Vagaia, *Joan. 14.*

XXXI.

Leucius [9] a * Thabeste dixit: Hæreticos blasphemos atque iniquos, verbis variis decerpentes sancta & adorabilia scripturarum verba, execrandos censeo, & ideo exorcizandos & baptizandos esse.

* Thebeste

XXXII.

Eugenius [10] ab * Ammeclera dixit. Et ego hoc idem censeo, hæreticos baptizandos esse.

* Ammedera Amedera

XXXIII.

Item alius Felix [11] ab * Accura dixit: Et ipse secutus divinarum scripturarum auctoritatem, baptizandos esse hæreticos censeo, sed & eos qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. Si enim, secundum cautum Christi, privatus fons noster est, intelligant cuncti ecclesiæ nostræ adversarii, * qui alieni sunt, nobiscum esse non possunt. Nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest ille, qui unius gregis pastor est. Et ideo manifestum est, nec hæreticos, nec schismaticos aliquid cœleste posse suscipere, qui a peccatoribus hominibus, & ab ecclesia extraneis audeant accipere. Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.

* Amaceura Amachora Mutara

* quia alienus esse non potest. alius codex habet alienis.

XXXIV.

Item alius Januarius [b] [12] Muzulensis dixit: Miror quod cum omnes confiteantur unum esse baptisma, non omnes intelligant ejusdem baptismatis unitatem. Ecclesia enim & hæresis, duæ & diversæ res sunt. Si hæretici habent baptisma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, ecclesiam solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi, & veritatem.

b Muzucensis

XXXV.

---

1 In Numidia. 2 In Provincia Proconsulari. 3 MS. noster, & alii *Quietus*, & pro *Buruc*, alii habent *Burug*. 4 Iis fere verbis constat hæc sententia, quæ sunt in epist. 71. Cypriani ad Quintum, quem vocat Collegam suum in Mauritania. 5 In Proconsulari. 6 MS. *Ecclesia ejus instruitur*. 7 In Byzacena. 8 MS. Libosus *a Baca*: forte *a Vaga* in Byzacena vel Proconsulari. 9 In Numidia. 10 MS. *ab Ammedara* in Numidia. 11 MS. *a Bamaccere* in Numidia. 12 MS. noster *Mutucensis*. In MS. Fus. *Mosulensis*; in Corb. *a Mazucha*.

ANNO CHRISTI 255. 256.

XXXV.

* Thasvalte

Adelphius [1] a * Thasbalte dixit: Sine causa quidam falso & invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant; quando ab ecclesia hæreticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

XXXVI.

* Aleptiminus s. a Leptiminore

Demetrius * [2] Aleptunius dixit: Unum baptisma nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam vendicamus. Qui autem dicunt quia hæretici vere & legitime baptizare possunt, ipsi sunt, qui non unum, sed multa baptisma- B ta faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro earum numero & baptismata computabuntur.

XXXVII.

Vincentius a [3] Thibari dixit: Hæreticos scimus esse pejores quam ethnicos. Si ergo conversi ad Deum venire voluerint, habemus utique regulam veritatis, quam dominus præcepto
Marc. 16. divino mandavit apostolis dicens: *Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite*. Et
Matth. 28. alio loco: *Ite, & docete omnes gentes,* [a] *baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per baptismi regenera- C tionem tunc possunt ad Christi pollicitationem venire, alias autem fieri censeo non debere.

a tingentes

XXXVIII.

Marcus a [4] Mactari dixit: Mirandum non est, si hæretici, hostes atque impugnatores veritatis, rem sibi vendicent potestatis & dignationis alienæ: sed illud mirandum est, quod quidam nostri, prævaricatores veritatis, hæreticis suffragantur, & Christianis adversantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos esse.

XXXIX.

* Sicilibba

Satius a * [5] Sicilippa dixit: Si hæreticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die judicii peccata sunt quæ puniantur, nihil est quod timere possint hæretici de judicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

XL.

Victor a Gor dixit: Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, utrumque contra rationem facit: nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat. E

XLI.

1. Tim. 3. Aurelius [6] ab Utica dixit: Cum dicat apostolus, non communicandum peccatis alienis, A quid aliud quam peccatis alienis communicat, qui hæreticis sine ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizandos esse hæreticos, ut accipiant remissionem peccatorum, & sic illis communicetur.

XLII.

[7] Confessor Jambus a Germaniciana dixit: Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant, ut extra ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos, negent in ecclesia baptizari oportere.

XLIII.

* Rucumma

Lucianus a [8] * Rucumma dixit: Scriptum est: *Et vidit Deus lucem, quia bona est, & divisit inter lucem & tenebras*. Si potest luci & tenebris convenire: potest nobis & hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

Genes.

XLIV.

Pelagianus a Luperciana dixit: Scriptum est: *Aut enim dominus tuus Deus est, aut Baal Deus est*. Ita & nunc, aut ecclesia ecclesia est, aut hæresis ecclesia est. Porro si hæresis ecclesia non est, quomodo esse apud hæreticos baptisma ecclesiæ potest?

3. Reg.

XLV.

* Midila

Confessor & martyr Jader [9] a [a] Midila dixit: Scimus non esse nisi unum baptisma in ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæreticum, nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

XLVI.

Ephes.

Item alius Felix [10] a Marrazana dixit: *Una fides, unum baptisma*, sed ecclesiæ catholicæ, D cui soli licet baptizare.

XLVII.

* a Bubli

Confessor Paulus * ab [11] Obba dixit: Me non movet, si aliquis ecclesiæ fidem & veritatem non vindicat, quando apostolus dicat: *Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum?* *Rom.*
Numquid [b] *infidelitas eorum fidem Dei evacuavit?* [b] *incre-*
Absit. Est enim Deus verax, est autem omnis *Psal.*
homo mendax. Si autem Deus verax est; quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos Deus non est?

XLVIII.

* Dionna

Confessor Pomponius [12] a * Josiniana dixit: Manifestum est hæreticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent, ut aut solvere aut ligare aliquid in terris possint.

XLIX.

---

1 MS. *Thasvalte* in Byzacena. 2 Leptis minor in Byzacena. 3 In Byzacena. 4 Matari in Byzacena. 5 Forte *Cicilibba* in Provincia Proconsulari; MS. noster a *Sicilla*. 6 In Provincia Proconsulari. 7 Vox illa *Confessor* non est in MS. Germaniciana vero in Byzacena. 8 MS. noster *Racuma* in Provincia Proconsulari. 9 MS. noster *Midili*, nec habet illas voces *Confessor & martyr*. 10 MS. noster *a Maraza* in Byzacena. 11 Obba in Mauretania. 12 Lege ex MS. *Dionysiana* in Byzacena. Nusquam in MS. præponitur alicui nomen vox illa *Confessor*.

A

XLIX.

Confessor Venantius [1] a * Tinisa dixit : Si maritus peregre proficiscens amico suo commendasset uxorem suam custodiendam, commendatam sibi ille quanta posset diligentia conservaret, ne ab aliquo sanctitas & castitas ejus adulteraretur. Christus Dominus & Deus noster ad Patrem proficiscens, sponsam suam nobis commendavit: utrumne eam incorruptam & inviolatam custodiemus, an integritatem ejus & castitatem mœchis & [a] corruptoribus [2] prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ commune cum hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit.

B

L.

Aymnius ab [3] * Ausuagia dixit: Nos unum baptismum accepimus, & ipsum tenemus & exercemus. Qui autem dicit, quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

LI.

Saturninus [4] a Victoriana dicit: Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt & defensi illicita facientes, nec video quare eos aut Christus adversarios suos, aut apostolus Antichristos appellaverit.

C

LII.

Confessor Saturninus a Tucca dixit: Gentiles, quamvis idola colant, tamen summum Deum, Patrem, creatorem, cognoscunt & confitentur. In hunc Marcionitæ blasphemant, & quidam non erubescunt Marcionis baptismum probare: quomodo tales sacerdotes sacerdotium Dei aut servant, aut vendicant, qui hostes Dei non baptizant, & sic illis communicant?

LIII.

D

Marcellus [5] a Zama dixit: Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

LIV.

Confessor Hirenæus [b] ab [6] Ululis dixit: Si ideo ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, hæresis major est.

LV.

E

Donatus a [c] [7] Cibaliana dixit: Ego unam ecclesiam & unum baptisma ejus novi: si est qui dicat apud hæreticos esse baptismi gratiam, ante est ut ostendat & probet esse illic ecclesiam:

LVI.

Zosimus a Tharassa dixit: Revelatione facta veritatis, cedat error veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti. *Gal.* 2.

LVII.

Julianus [8] a Telepte dixit: Scriptum est: *Nemo potest aliquid accipere, nisi datum illi fuerit de cœlo.* Si hæresis de cœlo est, potest & baptisma dare.

LVIII.

Confessor Faustus a [9] Timida regia dixit: Non sibi blandiantur qui hæreticis patrocinantur: Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedit, illos Christianos, & nos hæreticos facit. *Joan.* 3.

LIX.

[10] Geminius a Furnis dixit: Quidam de collegis hæreticos præponere sibi possunt, nobis non possunt. Et ideo quod semel decrevimus, tenemus, ut ab hæreticis venientes baptizemus.

LX.

Rogatianus a [11] Nova dixit: Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo potest habere baptismum Christi synagoga Satanæ?

LXI.

Confessor [a] Therapius [12] a Bulla dixit: Qui hæreticis ecclesiæ baptisma concedit & prodit, quid aliud sponsæ Christi quam Judas existit? a Terapius

LXII.

Confessor item alius Lucius a * [13] Membresa dixit: Scriptum est: *Deus peccatorem non audit.* Hæreticus, qui peccator est, quomodo audiri in baptismo potest? * Membresa *Joan.* 9.

LXIII.

Item alius Felix a * Bussaccenis dixit: In hæreticis sine baptismo ecclesiæ admittendis, nemo consuetudinem rationi & veritati præponat, quoniam consuetudinem ratio & veritas semper excludit. * Busiaceni

LXIV.

Alius Saturninus [14] ab * Itinis dixit: Si potest Antichristus dare alicui gratiam Christi, possunt & hæretici baptizare, qui appellati sunt Antichristi. * Avitinis Abitinis 1. *Joan.* 2.

1 MS. *a Thimisa* in Provincia Proconsulari. 2 MS. *prodimus*. 3 MS. noster *Ausvagga* in Provincia Proconsulari, ut videtur. 4 Victoriana in Byzacena. 5 Zama in Numidia. 6 Forte *ab Ululis* in Byzacena. 7 In MS. Corb. *Gubaliana*. 8 Thelepte in Byzacena. 9 In Provincia Proconsulari. 10 MS. *Geminus*. Furni in Provincia Proconsulari. 11 Nova in Mauretania. 12 Bulla in Provincia Proconsulari. 13 Membresa in Provincia Proconsulari. 14 MS. *ab Abitinis* in Provincia Proconsulari.

ANNO CHRISTI 258." 256.

LXV.

* Aggya

Quintus ab * [1] Aggiva dixit: Ille potest dare aliquid, qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid possunt dare, quos constat nihil habere?

LXVI.

* Marcelliana Marcellilia-na Matth. 6.

Alius Julianus a [2] * Marcellina dixit: *Si potest homo duobus dominis servire; Deo & mammonæ*, potest & baptisma duobus servire; Christiano & hæretico.

LXVII.

Ephes. 4.

Tenax ab [3] Horreis Cæliæ dixit: [4] *Baptisma unum est*, sed ecclesiæ. Ubi ecclesia non est, baptisma illic esse non potest.

LXVIII.

Ephes. 4.

Confessor alius Victor [5] ab Assuris dixit: Scriptum est: *Quia Deus unus est, & spiritus unus est, & ecclesia una, & baptisma unum*. Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest, ubi Deus, & Christus [6] [a], & ecclesia una non est?

a Et Spiritus,

LXIX.

b Donatus * Capse,

[b] Donatulus [7] a * Capse, dixit: Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad ecclesiam convertuntur, baptizentur.

LXX.

Martyr de schismaticis Verulus a [8] Rusiccade dixit: Homo hæreticus dare non potest, quod non habet, multo magis schismaticus, qui quod habuit, amisit.

LXXI.

c mei

Pudentianus a [9] Cuiculi dixit: Novitas episcopatus [c] effecit, fratres carissimi, ut sustinerem quid majores judicarent. Nam hæreses nihil habere, nec posse, manifestum est: atque ita, si qui ex iis venerint, baptizari æquissime est statutum.

LXXII.

* Hippone Diarthyto

Martyr Petrus [10] ab * Hipponezarito dixit: Cum baptisma unum sit in ecclesia catholica, manifestum est, extra ecclesiam non posse baptizari. Et ideo in hæresi tinctos, sive in schismate, venientes ad ecclesiam, censeo baptizati oportere.

LXXIII.

* Ausafa

Item alius Lucius ab * [11] Avasafa dixit: Secundum autem motum animi mei, & Spiritus sancti, cum sit *unus Deus, Pater* [12] *domini nostri Jesu Christi, & Spiritus sanctus* [a], *& una spes, & una ecclesia, unum debet esse & baptisma*. Et ideo dico, si quid [b] ab hæreticis motum aut factum fuerit, rescindi debere: & eos, qui inde veniunt, baptizandos esse.

LXXIV.

Item alius Felix a Gurgitibus dixit: Ego censeo, ut secundum sanctarum scripturarum præcepta, baptizatus ab hæreticis extra ecclesiam illicite, cum confugere voluerit ad ecclesiam, gratiam baptismi, ubi licet ei dari, consequatur.

LXXV.

Pusillus a [13] Lamasba dixit: Ego credo baptisma salutare non esse, nisi in ecclesia catholica. Quidquid absque catholica fuerit, simulatio est.

LXXVI.

Martyr Salvianus a [14] Gazaufala dixit: Hæreticos nihil habere constat; & ideo ad nos veniunt, ut possint accipere quod non habent.

LXXVII.

Honoratus a [15] Thucca dixit: Cum *Christus veritas sit*, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiæ baptismo sanctificemus.

LXXVIII.

Victor ab [16] Octavo dixit: Quod & ipsi scitis, non olim sum episcopus constitutus: & ideo expectabam præcessorum consilium: Hoc itaque existimo, ut quicumque ex hæresi venerint, sine dubio baptizentur.

LXXIX.

Confessor Clarus a [17] Mascula dixit: Manifesta est sententia domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis, & ipsis solis potestatem a Patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate ecclesiam domini gubernantes, & credentium fide baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem foris, nec ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismo ejus possunt.

LXXX.

Martyr Secundianus [18] a * Tabeis dixit: Non debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, ut in ecclesia domini nostri Jesu Christi non baptizati, ac per hoc remissionem peccatorum

1 MS. *Abachia*, unde incertum, an *a Bachia*, an *ab Achia* legendum sit. 2 MS. noster *Marcelliniana* in Provincia Proconsulari. 3 In Byzacena. 4 In MS. sententia hæc est Victoris, qui sequitur. 5 MS. ab *Assuras* in Provincia Proconsulari. In MS. sententia hæc est Tenacis, qui præcessit. 6 MS. addit *& Spiritus*. 7 MS. noster *Donatus*. Capse in Byzacena. 8 In Numidia. 9 In Numidia. 10 Hoc est Hippone Diarrhyto in Provincia Proconsulari. 11 Forte Ausafa in Provincia Proconsulari. 12 MS. noster *& unus Christus, & unus Spiritus*. 13 Lamasba in Numidia. 14 Gazaufala in Numidia. 15 Tucca in Numidia. In MS. *Tugga*. 16 Octavum in Numidia. 17 Mascula in Numidia. 18 MS. noster in *Thambris* in Byzacena.

torum non consecuti, cum judicii venerit dies, A nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, & indulgentiam divinæ gratiæ consecuti. Propter quod, cum *sit una ecclesia, & unum baptisma*, quando ad nos convertuntur, simul cum ecclesia & ecclesiæ baptismum consequantur.

LXXXI.

Item alius Aurelius [1] a* Cillani dixit: Joannes apostolus in epistola sua posuit, dicens: *Si quis ad vos venit, & doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum vestram, & ave illi ne dixeritis. Qui enim illi dixerit ave, communicat factis ejus malis.* Quomodo admitti tales in domum Dei possunt, qui in domum nostram privatam admitti prohibentur. Aut quo- B modo cum eis fine ecclesiæ baptismo communicare possumus, quibus si ave tantum dixerimus, factis eorum malis communicamus?

LXXXII.

Confessor [a] [2] Licteus a Gemellis dixit: *Cæcus cæcum si ducat, ambo in foveam cadunt:* cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, ut pote cæcos, baptisma eorum non valet.

LXXXIII. LXXXIV. LXXXV.

Natalis [b] a [3] Boea dixit: Tam [c] ergo præsens, quam Pompejus Sabratensis, quam etiam C Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandaverunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentes censemus, quod & collegæ nostri, quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

LXXXVI.

Junius a [4] Neapoli dixit: Ab eo quod semel censuimus non recedo, ut hæreticos venientes ad ecclesiam baptizemus.

LXXXVII.

Confessor & martyr Cyprianus a Carthagine D dixit: Meam sententiam plenissime expressit epistola, quæ ad Jubajanum collegam nostrum scripta est, hæreticos, secundum evangelicam & apostolicam contestationem, adversarios Christi, & Antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, unico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, ut possint fieri de adversariis amici, & de Antichristis Christiani.

Notæ Severini Binii.

a Conciltum.) Cum Stephanus papa ea quæ præcedente Africano concilio de baptismate hæreticorum statuta erant per literas redditas, ut supra diximus, reprobasset, non cunctatus est Cyprianus majore numero E episcoporum Carthagine aliud concilium celebrare. Convocatis igitur ex Africa, Numidia & Mauritania episcopis 87. iisdemque Carthagini coeuntibus Kalendis Septembris, anno " 258. hoc tertium in eadem baptismi causa concilium celebrat. Cujus initio, recitatis hic inde literis scriptis, Stephanum tacito ejus nomine suggillat. Acta hujus concilii plura non extant, quam ea quæ ex Cypriano & sancto Augustino de baptismo contra Donatistas lib. 3. cap. 4. 5. & 6. & libro 7. cap. 1. huc translata sunt, quibus præter 87. episcoporum de nullitate baptismatis ab hæretico collati sententias, aliud nihil continetur. Earum impugnationem quisquis petit, Augustinum prædicto loco consulat. Canonem 19. Nicæni, & 8. Laodiceni, his episcoporum Africanorum sententiis nihil patrocinari infra patebit. Annotationes autem de singulorum episcoporum hic subscriptorum vita, patria, & moribus, Pamelius " suppeditabit. Plura etiam Baronius anno 258. num. 42. & sequentibus.

ANNO CHRISTI 258. " 256.

in prolixioribus notis. Adi quoque si vacat breviores a Rigaltio additas.

b Episcopum se esse episcoporum.) Hinc constat Romanum pontificem discriminis causa episcopum episcoporum, sicut & pontificem maximum appellatum fuisse, utpote ad quem spectaret non plebi tantum & inferioribus presbyteris ac clericis, verum etiam omnibus universi orbis episcopis & primatibus præsse ac præsidere. Unde est, quod ad hunc, velut ad extremum in fide refugium, e toto terrarum orbe fuerit appellatum, quodque in omnibus dubiis fidei dogmatibus velut oraculum quoddam Spiritus sancti habitum sit, quod a Romano pontifice definitum est ac pronunciatum, quod de obortis novis in ecclesia schismatibus & hæresibus ipse præ reliquis certior factus fuerit, episcopos schismaticos & hæreticos deposuerit, aliosque subrogarit, concilia schismaticorum ipse reprobarit, & quidquid in orbe gestum est, ad eum delatum fuerit. Vide quæ diximus supra in notis ad secundam epistolam Sixti, verbo, *Universalis*, item Zephyrini.

Romanus pontifex episcoporum episcopus cur appelletur.

c Aut tyrannico terrore ad observandam necessitatem collegas suos adigit.) Alludit ad decretum Stephani, cui more majorum (ut ex Tertulliano libro de pudicitia cap. 1. constat) præfigi solebat titulus ille: *Episcopus episcoporum*; & quod aliter sentientibus excommunicationis pœnam fuisset acriter comminatus. Unde licet manifestum sit, Cyprianum hanc sententiam una cum multis Africanæ ecclesiæ episcopis contra Stephanum pontificem diu multumque defendisse, ac Firmilianum cum 70. aliis in Asia, Dionysium Alexandrinum in Ægypto, in suam sententiam pertraxisse, tamen hanc eamdem pertinaciter contra omnium occidentalium, mille orientalium episcoporum a se dissentientium, & quod maximum, contra Stephani Romani pontificis sententiam propugnasse, tenuisse, & ad mortem usque defendisse, affirmari non potest, nec debet. Nam apostolicam, quam Stephanus objiciebat, traditionem, Cyprianus de apostolico fonte dimanasse non credidit: sed potius obrepentem errorem esse, & corruptelam pravamque consuetudinem. Baronius anno 258. num. 39. Quando autem hac de re melius instructus est, cum Firmiliano, Dionysio Alexandrino, omnibusque aliis orientalibus, & Africanæ ecclesiæ episcopis, aliter & melius sensit. Quem enim nunquam a Stephano pontifice apostolicæ sedis communione privatum esse, & in eadem cum Romana ecclesia unitate usque ad martyrium perstitisse, ejusque diem natalem ab ecclesia summo honore anniversario coli ac honorari constat, eumdem mentem in melius non mutasse, errorem non deseruisse, non est credibile. Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 2. cap. 4. item epist. 48. Hieron. contra Luciferianos. Euseb. lib. 7. cap. 3. 4. 8. Baronius anno Christi 258. num. 42. & sequentibus: item anno 359. num. 1. 2. 3. 4. & sequentibus 9. & 12. &c

An Cyprianus sententiam suam de baptismo hæreticorum mutarit.

d Quando habeat omnis episcopus.) Sanctus Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 3. cap. 3. hæc recte interpretatur sic: *Opinor*, inquit, *utique in his quæstionibus, quæ nondum eliquatissima perspectione discussa sunt, id scilicet concessum esse.* Et subdit: *Noverat enim quantam sacramenti profunditatem tunc omnis ecclesia varia disputatione versabat, liberumque faciebat quærendi arbitrium, ut examinata veritas panderetur.* Hæc & alia plura Augustinus: qui recensens ejusdem concilii sententias singulorum, eas omnes scite quidem impugnat, & erroris redarguit, libro de baptismo contra Donatistas 3. cap. 4. 5. 6. & sequentibus: item lib. 7. cap. 1. usque ad finem libri, quem si velis, lector, consule, sicut & Pamelii notas.

An episcope quodlibet sentire liceat.

Observatio Philippi Labbe, societ. Jesu sacerdotis.

Idem concilium Carthaginense ab ecclesia catholica reprobatum una cum epistola S. Cypriani ad Jubajanum Græce ac Latine hic subjungimus ex collectione canonica Joannis Zonaræ monachi qui fuerat magnus Drungarius Biglæ & primus a secretis imperatoris. Theodorus Balsamon epistolam Cypriani retulit quidem in suam quoque collectionem, sed episcoporum sententias prætermisit & concilii acta.

1 MS. noster *a Cullabi*. In Colbert. *a Bucsadi*. 2 MS. noster *Litteus*. Gemellæ in Numidia. 3 Oea in Tripolitana Provincia. 4 In Tripolitana Provincia.

ΣΥΝΟΔΟΣ Η' ΓΕΝΟΜΕΝΗ ΕΠΙ Κυπριανῦ τῦ ἁγιωτάτυ ἐπισκόπυ Καρχηδόνος καὶ μάρτυρος.

SYNODUS. a CARTHAGINE habita, cui præfuit magnus Cyprianus, & sanctus martyr, cum esset episcopus Carthaginensis.

a Ex c GL.P in fo 261 se F Duca

ΓΩΑΝΝΗΣ ΖΩΡΑΣ.

Αὕτη ἡ σωόδος, πασῶν τῆς σιωόδων προγενεσέρα ἐσί· προτερδίει μὼ γὰρ τῆς ἄλλων, ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας γεγονυῖα σωόδος κατὰ Παύλυ τῦ Σαμοσαθέως, ἥτις ἐπὶ Αὐρηλιανῦ βασιλέως ἠθρόιδη. αὕτη δὲ χαχείνης ἀρχαιοτέρα ἐσίν. ὁ γὰρ μέγας Κυπριανὸς, ἐπὶ Δεκίυ Βασιλέως τὸν τῆς μαρτυρίας λῶυσε δρόμον, πολλοσὸς δ' ἔσιν ὁ Αὐρηλιανὸς προὸς τὸν Δέκιον. πολλοὶ γὰρ μετ' τὸν Δέκιον ἐκράτησαν αὐτοκράτορες, μεθ' ὅς ὁ Αὐρηλιανὸς τῆς βασιλείας ἠξίωτο. ὅτω μὼ ὂν προχρονεσέρα πασῶν ἐσιν. ἠθροίδησαν δ' ἐν αὐτῇ ἐπίσκοποι προὸς τέσσαρσιν ὀγδοήκοντα, ζητήσεως γρυομένης, εἰ τὰς ἐξ αἱρέσεως ἐπισρεφοντας, καὶ τὰς χισματικὰς βαπτίζεδαι δεῖ προσερχομένυς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. Γοβιανὸς γάρ τις ἐπίσκοπος ἐπέσειλε περὶ τύτυ τῷ θείῳ Κυπριανῷ, ἐρωτῶν, εἰ δεῖ τὰς τοιύτας βαπτίζεδαι. τότε γὰρ καὶ ὁ Ναυάτος τῆς λεγομένων Καθαρῶν αἱρέσεως ἦρξε, πρεσβύτερος γεγονὼς τῆς ἐκκλησίας Ῥωμαίων, χισματικὸς ὢν κυρίως, ἀλλ' ὐχ αἱρετικός. ὐ γὰρ προὸς δόγματι τοῖς ὀρδόφροσι διεφέρετο, ἀλλὰ τοῖς ἐν διωγμοῖς ὑποκύψασί τε καὶ δύσασιν ἀπηγόρδε τὴν μετάνοιαν. ἐπειδὴ ὁ τότε τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας προεσηκὼς Κορνήλιος μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων ζητήσαντες περὶ τῦ εἰσαγομένυ, ἐψηφίσαντο δέχεδαι εἰς μετάνοιαν, καὶ τὰς ἐπιθύσαντας. ὁ δὲ Ναυάτος τῆς οἰκείας ὐσάσεως ὐ μεθίετο, ἐξέκοψαν τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖνον, καὶ ἀπεκήρυξαν ὡς μισάδελφον. ὁ δὲ καὶ ἄλλους ὁμόφρονας ἐχικὼς, καθ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο παρασωάξεις, καὶ χίσμα παρὰ τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπ' ἐκείνυ καὶ τῆς αὐτῷ συγχοινωνοσύτων ἐγένετο. περὶ χισματικῶν τοίνυν καὶ αἱρετικῶν ἐρωτήσαντος Γοβιανῦ ἀντεπέσειλεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς συνεπισκόποις αὐτῦ ὁ μέγας Κυπριανὸς, καὶ ἡ σὺ αὐτῷ σωόδος τλὼ ἐπισολὼ τυύτλω.

A

B

C

D

JOANNIS ZONARÆ PRÆFATIO.

EST hæc synodus ex omnibus antiquissima. Nam aliis quidem antiquior est ea quæ Antiochiæ in Syria contra Paulum Samosathenum Aureliano Romanorum imperatore celebrata fuit, hæc vero vetustate illam quoque antecedit. Magnus siquidem Cyprianus b *Decio imperatore martyrii cursum confecit: at vero longo intervallo post Decium Aurelianus fuit. Multi siquidem Decio extincto regnavere imperatores, quibus demum Aurelianus in imperio suffectus est; itaque longe hæc synodus ex omnibus antiquissima: In ea porro quatuor supra octoginta episcopi congregati sunt, ac de iis qui abdicata hæresi resipiscunt, ac schismaticis, qui ad ecclesiam revertuntur, an baptizandi forent, quæsitum. Jovianus siquidem episcopus nescio quis, & cum eo episcopi alii, ea de re an scilicet ejusmodi homines baptizari oporteret, Cyprianum per epistolam consuluerant. Tunc enim Navatus* c *quoque eorum secta, qui Cathari, hoc est puri dicebantur, se principem profitebatur, Romanæ ecclesiæ presbyter, schismaticus proprie, non hæreticus. Nec enim in iis quæ ad dogmata pertinent, ullo pacto a catholicis dissentiebat: sed qui adversis Christianæ reip. temporibus malo victi succubuissent, diisque immolassent, ad pœnitentiam non admittebat. Cum vero ecclesiæ Romanorum præfectus eo tempore Cornelius, cum sibi subjectis episcopis, agitata quæstione, eos quoque qui immolaverant ad pœnitentiam admittendos esse decrevissent; neque tamen Navatus aliquid de pertinacia remitteret, illum ab ecclesiæ corpore excisum, quippe fratrum osorem, decreto promulgavere. Alios vero ille sectatores nactus, seorsim conventus peragere, schismateque hinc inde cum suis gregalibus ecclesiam lacerare adortus est. Cum ergo de schismaticis, & hæreticis esset a Joviano quæsitum, ad eum ejusque coepiscopos magnus Cyprianus, cum sua synodo rescribens, subjectam epistolam exaravit.*

b erra Zona

c Nova

Ε' ΠΙΣΤΟΛΗ' ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ προὸς τὸν * Γοβιανὸν καὶ ἐκεῖνα συνεπισκόπυς.

1 EPISTOLA. MAGNI CYPRIANI AD d JOVIANUM EJUSQUE COEPISCOPOS.

* Γοβιανὸν

ΕΝ κοινοβυλίῳ ὄντες ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ ἀνέγνωμεν γράμματι ἀφ' ὑμῶν σαλσῆτι παρὰ τῆς τοῖς αἱρετικοῖς ἢ χισματικοῖς δοκέντων βαπτίζεδαι ἐρχομένων προὸς τλὼ καθολικλὼ ἐκκλησίαν, ἥτις ἐσὶ μία, ἐν ᾗ βαπτιζόμεδα καὶ ἀναγεννώμεδα. περὶ ὧν καὶ πεποίδαμεν, καὶ ὑμᾶς αὐτὸς ἐκεῖνα πράττοντας τλὼ σερρότητα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας κατα-

CUM in communi concilio essemus, dilecti fratres, legimus literas a vobis missas, de iis qui ab hæreticis vel schismaticis baptizari visi sunt, venientibus ad catholicam ecclesiam quæ una est, in qua baptizamur & regeneramur. De quibus confidimus, vos quoque qui in illa agitis, catholicæ ecclesiæ firmitatem tenere: tamen quoniam

d Jubaja Ac in Pamel Rig. inf tur ad rium & ros epis Numid baptiza hæretic supra 923. A

1 Interpretatio est Gentiani Herveti, qualem Harduinus edidit recognitam, & emendatam.

niam nobiſcum eſtis communionis partici-
pes, & propter communem dilectionem de
eo quærere voluiſtis, non novam ſenten-
tiam neque nunc fundatam afferimus: ſed
quæ olim ab anteceſſoribus accuratiſſime &
diligentiſſime fuit examinata, eam a nobis
obſervatam vobis communicavimus, & con-
jungimus, id quoque nunc ſtatuentes, quod
ſemper fortiter ſtabiliterque tenuimus, ut
nemo poſſit baptizari extra eccleſiæ catholi-
cæ baptiſmum qui unus eſt, & in ſola ca-
tholica eccleſia reperitur. Scriptum eſt enim:
*Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & fode-
runt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere
non valent aquam.* Et rurſus ſacra ſcriptura
hoc præſignificans dicit: *Ab aqua aliena ab-
ſtinete, & ex fonte alieno ne bibite.* Oportet
autem aquam primum purgari & ſanctifi-
cari a ſacerdote, ut poſſit proprio baptiſ-
mate hominis qui baptizatur, peccata eluere.
Nam & per Ezechielem prophetam di-
cit dominus, *Et aſpergam vos aqua mun-
da, & mundabo vos, & dabo vobis cor no-
vum, & ſpiritum novum dabo in vobis:*
(1 Quomodo autem poteſt purgare & ſan-
ctificare aquam, qui eſt ipſe immundus,
& apud quem Spiritus ſanctus non eſt?)
cum dicat dominus in Numeris: *Et omnia
quæ tanget immundus, immunda erunt.* Quo-
modo poteſt baptizans dare alii remiſſio-
nem peccatorum, qui non poteſt propria
peccata extra eccleſiam dimittere? Sed &
ipſa interrogatio quæ fit in baptiſmate,
eſt teſtis veritatis. Dicentes enim ei qui
examinatur: *credis vitam æternam & re-
miſſionem peccatorum accipere;* nihil aliud di-
cimus, quam quod in catholica eccleſia
hæc dari poſſunt. Apud hæreticos autem,
ubi eccleſia non eſt, haberi non poteſt
peccatorum remiſſio. Et ideo qui hæreti-
corum patrocinium ſuſcipiunt, vel debent
interrogationem mutare, vel veritatem tue-
ri: niſi ſi eis & eccleſiam tribuunt quos
habere baptiſmum affirmant. Neceſſe eſt
etiam eum qui baptizatus eſt, inungi, ut
accepta unctione, fiat Chriſti particeps.
Sanctificare autem oleum non poteſt hæreti-
cus, qui nec altare habet, nec eccleſiam.
Non poteſt autem omnino chriſma eſſe apud
hæreticos. Nobis enim clarum eſt, nullo
modo apud illos ſanctificari poſſe oleum ad
gratiarum actionem. Scire enim, & non
ignorare debemus quod ſcriptum eſt: *Oleum
peccatoris non impinguet caput meum.* Quod
quidem etiam olim ſignificavit ſanctus Spiri-
tus in pſalmis, ne forte abductus aliquis
& a recta via aberrans, apud hæreticos
Chriſti adverſarios inungatur. Quomodo au-
tem pro eo qui baptizatus eſt precabitur,
non ſacerdos, ſed ſacrilegus, & peccator;
dicente ſcriptura, quod *Deus peccatores non
audit, ſed ſi quis eſt pius ac religioſus, &
ejus voluntatem facit eum audit?* Per ſan-
ctam eccleſiam, peccatorum remiſſionem in-
telligimus. Quis autem dare poteſt id quod
ipſe non habet; vel quomodo poteſt opera-
ri ſpiritalia, qui Spiritum ſanctum abjecit?
Et ideo etiam renovari debet qui ad eccle-
ſiam accedit, ut intus per ſanctos ſanctifice-

κρατεῖν. ὅμως ἐπεὶ συγκοινωνοὶ ἡμῶν ἐστε, καὶ ζη-
τῆσαι περὶ τούτου διὰ τὴν κοινὴν ἀγάπην ἠθελήσατε,
ὃ πρόσφατον γνώμην, οὐδὲ νῦν ὑβρισμένην προσ-
φέρομεν, ἀλλὰ τὴν πάλαι ὑπὸ τῶν προγενεστέρων ἡ-
μῶν μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐπιμελείας δεδοκιμασμέ-
νην, καὶ ὑφ' ἡμῶν παρατηρηθεῖσαν, κοινούμεθα ὑμῖν
καὶ συζεύγνυμεν, τοῦτο καὶ νῦν χειροτονοῦντες, ὅπως
διὰ παντὸς ἰσχυρῶς καὶ ἀσφαλῶς κρατοῦντες μηδαμοῦ
βαπτίζεσθαι δύνασθαι ἔξω τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας
ὄντος βαπτίσματος, καὶ ἐν μόνῃ καθολικῇ ἐκ-
κλησίᾳ ὑπάρχοντος. γέγραπται γάρ· ἐμὲ ἐγκατέ-
λιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκ-
κους συντετριμμένους, καὶ μὴ δυναμένους ὕδωρ συσχεῖν.
καὶ πάλιν ἡ ἁγία γραφὴ προμηνύουσα λέγει· ἀπὸ ὕ-
δατος ἀλλοτρίου ἀπόσχεσθε, καὶ ἀπὸ πηγῆς ἀλλοτρίας
μὴ πίητε. δεῖ δὲ καθαρίζεσθαι, καὶ ἁγιάζεσθαι τὸ
ὕδωρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ ἱερέως, ἵνα δυνηθῇ τῷ ἰδίῳ
βαπτίσματι τὰς ἁμαρτίας τοῦ βαπτιζομένου ἀνθρώ-
που ἀποσμῆξαι. διά τε Ἰεζεκιὴλ τοῦ προφήτου λέγει
κυρίου· καὶ ῥαντίσω ὑμᾶς καθαρῷ ὕδατι, καὶ κα-
θαριῶ ὑμᾶς, καὶ δώσω ὑμῖν καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦ-
μα καινὸν δώσω ἐν ὑμῖν. (Πῶς δὲ δύναται καθα-
ρίσαι καὶ ἁγιάσαι ὕδωρ, ὁ ἀκάθαρτος ὢν αὐτὸς, καὶ
παρ' ᾧ πνεῦμα ἅγιον οὐκ ἔστι;) λέγοντος τοῦ κυρίου ἐν
τοῖς ἀριθμοῖς· καὶ πάντων ὧν ἅψεται ὁ ἀκάθαρτος,
ἀκάθαρτα ἔσαι, πῶς βαπτίζων δύναται ἄλλῳ δοῦναι
ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ὁ μὴ δυνηθεὶς τὰ ἴδια ἁμαρτήματα
ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἀποθέσθαι; ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἐρώ-
τησις ἡ ἐν τῷ βαπτίσματι γινομένη, μάρτυς ἐστὶ τῆς
ἀληθείας. λέγοντες γὰρ τῷ ἐξεταζομένῳ, πιστεύεις
αἰώνιον ζωὴν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν, οὐκ ἄλ-
λο τι λέγομεν, εἰ μὴ ὅτι ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ
δοθῆναι δύναται. παρὰ δὲ τοῖς αἱρετικοῖς ὅπου ἐκ-
κλησία οὐκ ἔστιν, ἀδύνατον ἁμαρτημάτων ἄφεσιν λα-
βεῖν, ὃ διὰ τοῦτο οἱ τῶν αἱρετικῶν συνήγοροι ἢ τὴν
ἐπερώτησιν ἀλλάξαι ὀφείλουσιν, ἢ τὴν ἀλήθειαν ἐκ-
δικῆσαι, εἰ μή τι αὐτοῖς καὶ τῇ ἐκκλησίαν προσνέ-
μουσιν, ὡς βάπτισμα ἔχειν διαβεβαιοῦνται. ἀνάγκη
δέ ἐστι καὶ χρίεσθαι τὸν βεβαπτισμένον, ἵνα λαβὼν
χρίσμα, μέτοχος γένηται Χριστοῦ. ἁγιάσαι δὲ ἔλαιον
ὁ δύναται ὁ αἱρετικὸς ὁ μήτε θυσιαστήριον ἔχων, μή-
τε ἐκκλησίαν, ὅθεν ὁ δύναται χρίσμα τὸ παράπαν
παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς εἶναι πρόδηλον γάρ ἐστιν ἡμῖν
μηδαμῶς δύνασθαι ἁγιάζεσθαι παρ' ἐκείνοις ἔλαιον εἰς
εὐχαριστίαν. εἰδέναι γὰρ καὶ μὴ ἀγνοεῖν ὀφείλομεν,
ὅτι γέγραπται, ἔλαιον ἁμαρτωλὸς μὴ λιπαινάτω τὴν
κεφαλήν μου. ὃ δὴ καὶ πάλαι ἐμήνυσε τὸ πνεῦμα τὸ
ἅγιον ἐν ψαλμοῖς, μή πως ἐξιχνιασθείς τις, καὶ
ἀπὸ τῆς ἀληθείας ὁδοῦ πλανηθεὶς παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς
τοῖς τοῦ Χριστοῦ ἀντιπάλοις χριοῖτο. πῶς δὲ εὔξεται
ὑπὲρ τοῦ βαπτισθέντος ὁκὶ ἱερεύς, ἀλλ' ἱερόσυλος καὶ
ἁμαρτωλὸς, λεγούσης τῆς γραφῆς, ὅτι ὁ Θεὸς ἁ-
μαρτωλῶν οὐκ ἀκούει, ἀλλ' ἐάν τις θεοσεβὴς ᾖ, καὶ τὸ
θέλημα αὐτοῦ ποιῇ, τοῦτο ἀκούει; διὰ τῆς ἁγίας ἐκ-
κλησίας νοεῖται ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. τίς δὲ δύναται
δοῦναι ὅπερ αὐτὸς οὐκ ἔχει, ἢ πῶς δύναται πνευματι-
κὰ ἐργάζεσθαι, ὁ ἀποβαλὼν πνεῦμα ἅγιον; διὰ τοῦτο
καὶ ἀνανεοῦσθαι ὀφείλει ὁ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐρχό-
μενος, ἵνα ἔσω διὰ τῶν ἁγίων ἁγιασθῇ. γέγραπται
γάρ,

1 Quæ duobus anſulis includuntur, in Labbei editione deerant, eaque ex MSS. Reg. Balſamonis, aliiſque ſupplevit Hard. cujus ſunt ſequentes notæ.

c Fuit temporibus Valeriani & Decii.) Error libri pontificalis. Decius enim annis abhinc octo ut supra diximus in Cornelio e vivis sublatus fuit. *Namtyrannum*, Decium scilicet, inquit Cyprianus epistola 5, *armis & bello postmodum victum, prior*, Cornelius nimirum, *suo sacerdotio vicit*. Accedit, quod ipse Cyprianus epistola 82, quam in exilio latens ad Successum episcopum scripsit, aperte testatur, Sixtum Valeriani imperatoris jussu martyrium subiisse. Si Valeriano imperante occisus est, quomodo sub Decio imperatore occisus esse potuit, cum inter utrumque Gallus & Volusianus imperium administrarint? Vide quæ diximus supra in Cornelio.

d Capite truncatus est.) In cœmeterio eodem, in quo contra legem Valeriani imperatoris aditum cœmeteriorum prohibentem peccaverat, occisum esse, testimonio sancti Cypriani constat; prædicta enim epistola 82. ad Successum, *Sixtum*, ait, *in cœmeterio animadversum sciatis*. Idque consulto ad ceteros a cœmeteriorum latebris, ubi multi ad fidem convertebantur, absterrendos, accidisse putamus. Decollatus an crucifixus decesserit Sixtus pontifex, controvertitur. Unus & solus Prudentius hymno 2. eum cruci affixum fuisse tradit his versibus.

Jam Sixtus affixus cruci
Laurentium flentem videns
Crucis sub ipso stipite, &c.

Verum in cœmeterio prædicto capite truncatum fuisse, plurium testimoniis est comprobatum.

e Octavo idus Augusti.) Idem confirmat sancti Cypriani prælallegata epistola 82. his verbis: *Sixtum autem in cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die, & cum eodem Quartum*. Quod autem hoc anno " 261. martyrium subierit, Cypriani martyrium, quod mense uno & paucis diebus post obitum Sixti contigisse ex Pontio in vita ejusdem Cypriani probatur, in hanc sententiam nos inducit.

f Et presbyteri præfuerunt a consulatu, &c.) Auctor pontificalis, sui ipsius parum memor, indicat, post obitum Sixti usque ad initium Dionysii aliquot mensium interregnum pontificium fuisse, ac interea clerum Romanum ecclesiæ universæ præfuisse, quod quomodo cum verbis ultimis hisce; *cessavit episcopatus dies* 35. consentiat, ipse viderit. Respexit forte ad id, quod infra in vita Dionysii refert, ipsum Æmiliano & Basso consulibus id est, anno 26. sedisse usque ad consulatum Claudii & Paterni, ideoque reliquo tempore post obitum Sixti sedem vacasse.

g Magna persecutio sub Decio.) Sixtum sub Valeriano imperatore anno imperii illius 7. non sub Decio adhuc vivente passum esse supra ex epistola Cypriani 5. & 82. probavimus: nam hac postrema epistola 82. post alia, hæc ait: *Multa varia & incerta opinionibus ventilantur: quæ autem sunt in vero ita se habent: Rescripsisse Valerianum ad senatum, ut episcopi, & presbyteri, & diacones incontinenti animadvertantur: senatores vero & viri egregii, & equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis spolientur, & si ademptis facultatibus Christiani esse perseveraverint, capite quoque mulctentur: matronæ, ademptis bonis, in exilium relegentur. Cæsariani quicumque vel prius confessi fuerint, vel nunc confessi fuerint, confiscentur, & vincti in Cæsarianas possessiones describi mittantur. Subjecit etiam Valerianus imperator orationi suæ exemplum litterarum, quas ad præsides provinciarum de nobis fecit.*

in editione nova Valesii numeratur 27.

Quo imperatore Sixtus sederit?

Sixtus quare in cœmeterio occisus.

Fueritne crucifixus, an decollatus?

Quo anno & mense martyr factus sit. " 258.

Error libri pontificalis.

Martyrium Sixti sub Valeriano, non sub Decio contigit.

(*a*) *Luc.* & Philosophus. (*b*) *in Luc. deest de Athenis.* (*c*) *Luc.* XXIII. (*d*) *Luc. addit*, quo tempore fuit maxima persecutio. (*e*) *Luc.* alii ex diaconibus. (*f*) *Luc. addit.* II. (*g*) *Luc.* XIII. (*h*) *Luc.* post tertiam diem. (*i*) *Luc. inserit.* IV. id Aug (*k*) *Luc. legit*: in cimiterio Cyriaces in agro Verano in Crypta cum aliis multis martyribus, & cessavit &c.

cit: quas literas quotidie speramus venire, stantes secundum fidei firmitatem ad passionis tolerantiam, & expectantes de ope & indulgentia domini, vitæ æternæ coronam. Et statim subjungit. *Sixtum autem in cœmeterio animadversum sciatis octavo Iduum Augustarum die.* Itaque si imperante Valeriano martyrium subiit, non potest Decio regnante id subiisse: & si, quod testatur Cypriani epistola 5. Decius divina ultione extinctus est, Cornelio pontificiam sedem gubernante; Cornelio autem Lucius, Stephanus Lucio, Stephano Sixtus pontifex successerit, plane fieri nequit, ut martyrium Sixti ad imperium Decii referatur. Qui Sixtum atque Laurentium sub Decii persecutione martyres factos esse scribunt, non falsum, sed verum asserunt. Nam decennalis illa persecutio, per decennium a secundo anno usque huc, & ultra sub Gallo & Volusiano ac deinde Valeriano & Gallieno continuata, quandoque Decii, quandoque Valeriani persecutio nominatur: eo quod, ut supra aliquoties diximus, Decio auctore cœpta sit; & Valeriani censura approbata fuerit. Vide quæ diximus supra in Lucio, item Baronium hic num. 9. & in notis ad Martyrologium Romanum die 6. & 10. Augusti.

Sub Decii persecutione Sixtus & Laurentius martyrium passos esse, quomodo intelligi debeat?

B

b Passi sunt Laurentius.) Post triduum a Sixti martyrio, nempe 4. Idus Augusti Laurentius patria & natione Hispanus diaconorum primarius clarissimus athleta in fide, illustre certamen obiens, post diversa tormenta, demum craticulæ impositus, igne assatus, insignem martyrii coronam consecutus, admiranda plane animi virtute de persecutorum perfidia triumphavit. Hic cum videret Sixtum episcopum suum ad martyrium duci, flens, his verbis, quæ refert Ambros. de offic. lib. 1. cap. 41. illum compellare cœpit. *Quo progrederis sine filio pater? Quo sacerdos sine diacono properas? Nunquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certe utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti dominici sanguinis dispensationem; cui consummandorum consortium sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas?* &c. Sixtus vero ei hæc respondit: *Non ego te, fili, derelinquo ac desero, sed majora tibi debentur certamina. Nos quasi senes levioris pugnæ cursum recipimus; te quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus: mox venies, flere desiste: post triduum me sequeris.* Hæc quia ad utriusque summam atque æternam gloriam multum conferunt, prolixioribus, quam forte opus erat, verbis adscribo.

Martyrium S. Laurentii.

Diaconi munus, sacrificium offerenti ministrare.

C

i Hic fecit ordinationes duas.) Unam dumtaxat, non duas ordinationes per mensem Decembrem fecisse, tempus sedis illius de quo supra, arguit.

Sixtus quoties ordinaverit.

---

a Utraque spuria.

a EPISTOLA *a* I.

SIXTI PAPÆ II.

AD GRATUM QUEMDAM EPISCOPUM.

Licere accusatis vel damnatis episcopis appellare, sive adire sedem apostolicam, sine cujus auctoritate causæ eorum terminari, non debent.

Episcopus Sixtus Grato coepiscopo salutem.

b S. Leo ep. 31.

LÆtari & gaudere me [b] plurimum in Christo Jesu domino nostro dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum pravorum hominum detestaris errorem. Omnis enim hæresis nimis est impia, & evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Memor enim sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cujus a domino nostro Jesu Christo est glorificata confessio, & [c] cujus fides nullum unquam fallit sed omnes quidem hæreses destruit. Intelli-

24. qu. 1. Memor sum, me.

c S. Leo ep. 31.

A go autem mihi aliter non licere, quam ut omnes conatus meos ei causæ, in qua universalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Agnosce, fili carissime, [d] non ex tempore, neque post tempora filium Dei natum, sed ante omnia tempora de paterno utero inenarrabiliter generatum, ipso Deo patre per prophetam dicente: *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te.* Quam sententiam & Isaias propheta dubiis atque incredulis evidenter expressit, dum non aliunde Filium, quam de Patre natum ineffabiliter ostendit: *In humilitate*, inquit, *judicium ejus sublatum est. Nativitatem ejus quis enarrabit?* Et in libro Job. *Sapientiam Dei*, ait, *unde invenies: latet enim ab oculis hominum, & a volucribus cœli absconsa est.* Expergiscere paululum, & si lumen scientiæ in teipsum aliquantum habes, invenies, cujus nativitas a propheta non potuit enarrari ex tempore, vel ut adstruere ipse conaris, non potuit generari. *In principio*, inquit Joannes evangelista, *erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et iterum: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* In isto igitur quod dicitur, *Erat*, si tempus quærere volueris, non invenies: quoniam ex quo Pater, ex illo & Filius: & quod Pater est, id est etiam Filius, Salomone dicente: *Ego ex ore altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci, ut in cœlo oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuivi sola, & profundum abyssi penetravi. In omnem terram steti, & in populo primatum habui.* Item ibi: [1] *Cum præparares cœlum, aderam illi, & cum sedem suam secerneret. Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, & cum certos ponebat fontes sub cœlo, cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens, & ego eram, cui adgaudebat, cum lætaretur orbe perfecto.* Et in psalmo centesimo primo: *Tu domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Non enim erat ætas, aut aliquod tempus, antequam de patre filius nasceretur: quoniam qui tempora universa propria potestate constituit, ex tempore vel post tempora nasci non potuit. [e] His paucis sententiis, breviter consultis tuis respondi, frater carissime. De cetero tuam moneo dilectionem, ut cunctos, quos errare cognoveris, ad catholicam fidem, & ad unitatem recte credentium, convertere studeas, & tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod absit) permanserint, nobis eos manifestare, quam citius poteris, non tardes, ut apostolica auctoritate aut cito ad ecclesiam convertantur, aut ab ecclesia separentur. Audivimus etiam quod quidam erronei, & consentientes eis, te & reliquos infestent episcopos & episcopos aliquos comprovinciales ad vestram infamationem atque damnationem secum trahant.

d Ithac... adv. mad... 12.

Psal.

Isai.

Job

B

Joan.

Ibidem.

C

Eccles.

Prov.

D

e Hæc Ithaci... ba; unc... mang... tegitu... dentil...

E

Quapropter in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum

---

1 Ex Græco fere ad verbum. *Hard.*

strum & ceterorum fratrum auxilium est de-
nuo roboratum, ut omnes episcopi, qui in
quibusdam gravioribus pulsantur vel criminan-
tur causis, quoties necesse fuerit, libere apo-
stolicam appellent sedem, atque ad eam quasi
d matrem confugiant, ut ab ea (sicut sem-
er fuit) pie fulciantur, defendantur, & libe-
entur. Cujus dispositioni omnes majores eccle-
siasticas causas & episcoporum judicia, antiqua
apostolorum eorumque successorum atque cano-
num auctoritas reservavit, * quoniam culpantur
episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quam
ejusdem sedis papæ fieri placuerit. Unde pla-
cuit, ut accusatus vel judicatus a comprovincia-
libus in aliqua causa episcopus, licenter appellet
& adeat apostolicæ sedis [a] pontificem, qui aut
per se, aut per vicarios suos, ejusdem retra-
ctari negotium procuret. Et dum iterato judi-
cio pontifex causam suam agit, nullus alius in
ejus loco ponatur aut ordinetur episcopus: quo-
niam quamquam a comprovincialibus episcopis
accusati causam pontificis scrutari liceat, non
tamen diffiniri, inconsulto Romano pontifice,
permissum est, cum beato Petro apostolo non
ab alio quam ab ipso dictum sit domino: *Quæ-
cumque ligaveris super terram, erunt ligata &
in cœlo: & quæcumque solveris super terram,
erunt soluta & in cœlo.* Et si quis putaverit se
a proprio metropolitano gravari, apud prima-
tem [b] diœceseos, aut penes universalis apostolici
ecclesiæ papam judicetur. Ait enim Jacobus
apostolus; *Judicium sine misericordia illi fiet, qui
non fecit misericordiam. Superextollit autem mise-
ricordiam judicio.* In omnibus [c] ergo, fili dile-
ctissime, cor custodi, sicut scriptum est: *Omni
custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita pro-
cedit.* Hæc breviter pro commemoratione rescri-
psi: sed peto ut pro me orare debeas, quate-
nus omnipotens Deus & a malignis me spiriti-
bus, & a perversis hominibus custodire digne-
tur: quia in hac vitæ meæ peregrinatione ma-
la me simul & multa circumdant, ita ut cum
psalmista jure dicam: *In me transierunt iræ tuæ,
& terrores tui conturbaverunt me. Circumdede-
runt me sicut aqua tota die, circumdederunt me
simul.* Cœlestis gratia & nos in urbibus, & vos
ubique protegat, quia antiquus hostis terrarum
locis a tentatione non excluditur: quia si in
paradiso hominem stravit, quis locus extra pa-
radisum esse potest, in quo mentes hominum
penetrare non valeat? (Antiqui enim hostis,
cujus invidia mors introivit in orbem terrarum,
sunt semper oculi vigiles ad animas hominum
illaqueandum; multosque sua pravitate secum
in perditionem trahere cupit, qui suapte mali-
tia a gloria lapsus est in miseriam.) In sola
ergo creatoris nostri protectione fidendum est,
cui ex intimo corde clamemus: *Esto mihi in Deum
protectorem & in locum munitum, ut salvum me
facias.* Data Kal. Septembris [d] Valeriano [e] &
Decio vv. cc. consulibus.

A illum epistolam scribit, apertis testimoniis scripturæ probans, Christum, quoad divinam naturam, æternum æterni Patris Filium esse, & a Patre distinctam in divinitate personam esse, ac semper sine ullo temporis principio extitisse. Reliqua, quæ & sequenti epistolæ notanda videntur, præcedentibus præcedentium pontificum epistolis annotata sunt.

EPISTOLA II.

SIXTI PAPÆ II.

I. *Si quis adversus episcopos vel actores ecclesiæ causam habuerit, qui se geret.*
II. *De episcopis rebus expoliatis, aut a sede pulsis.*
III. *Ut nullus episcopus alterius parochianum retineat, ordinet, vel judicet.*
IV. *De episcopis injuste damnatis, & apostolica auctoritate restitutis.*
V. *Quod excommunicati episcopos accusare non possunt, nec illi qui eos in sua non recipiunt accusatione, nec major a minori judicari, vel damnari.*

Dilectissimis fratribus per Hispaniarum provincias constitutis, Sixtus episcopus in domino salutem.

MAgno munere [a] misericordiæ Dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum ecclesiarum status eo viget ordine, quo apostoli, eorumque successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari cognoscimus, non modico contristamur mœrore. Quam ob causam, fratres, hortamur vos, monemus & flagitamus, ut a tramite apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec a capite dissideatis, sed fidem & ordinem, quem apostoli & apostolici viri statuerunt, absque hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicujus magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia, quæ per vos regitur, fabescet & labetur. Hæc, fratres, quæ dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atque ne fiant, cavenda. Ipsa enim veritas per se dixit: *Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit, in quo salietur?* &c. Ideo vos, carissimi, moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, congratulor satis: & e contra, quando adversa, nimis conturbor. [b] Ego vero quamvis a vobis per longa terrarum intervalla disjunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde conjunctus. Ideoque de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me viciissim diligitis, a me longe non estis. Unde magis gratias referimus illi grano sinapis, quod ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, usquequaque diffusum est, ut in eis volatilia cœli cuncta nidificent: gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in unitate conspersit: atque parvo lapidi, qui abscissus de monte sine manibus, occupavit universam faciem orbis terræ. Qui ad hoc (naturam nostræ car-

a S. Leo ep. 54.

Matth. 5. *Rom.* 1.

b S. Gregor. ep. 36. libri IV.

Matth. 13. *Marc.* 4. *Luc.* 13.

Matth. 13. *Luc.* 13. *Dan.* 2.

hæc ansulis inclusa desunt in *Luc.*

NOTÆ SEVERINI BINII.

epi-
ipra

a Epistola.) Hanc epistolam occasione Sabellii, Noeti, Ebionis, & Cerinthi sectariorum scriptam esse ad Gratum episcopum, ipsum initium epistolæ indicat. Sabellius enim hæresiarcha hoc pontifice ab inferis progressus, omnem personarum distinctionem in Deo sustulit: reliqui vero Christum ante incarnationem nihil fuisse docebant. Ut horum ergo errores solide refellat, & consulentem hac de re episcopum instruat, hanc ad

[e] Non sunt in Fastis hi Consules. *Hard.*

nis, & ſtatus ſervilis formam aſſumens) humiliter ſe uſquequaque diſtendit, ut omni humano genere in unitatem redacto, totius corpus unitum perficeret eccleſiæ: atque ita ad totius compaginis pertineret commodum, membrorum partialis iſta diſtinctio. Unde nos quoque a vobis longe non ſumus, quia in illo, qui ubique eſt, unum ſumus. Agamus ergo ei gratias, qui ſolutis inimicitiis in carne ſua, fecit ut in omni orbe terrarum unus eſſet grex, & unum ovile ſub uno paſtore; ſemper memores, quod vos veritatis prædicator admoneat, dicens: *Soliciti* [a] *ſervate unitatem ſpiritus in vinculo pacis*. Vinculum enim pacis nemo ſervat, dum alium infeſtat aut verbis, aut factis perſequitur. Ideo, fratres, iſta prætulimus, quia audivimus inter vos accuſationes exerceri, & pulſos a ſedibus epiſcopos, aut ſuis rebus expoliatos judicari.

Epheſ. 4. [a] *ſervare*

I.

2. q. 7. Si quis contra epiſcopum. [a] Hadr. coll. c. 2. ex conc. Aurel. V. c. 17.

Quapropter ſtatutum eſt, ut ſi quis contra epiſcopum vel actores eccleſiæ, ſe proprium crediderit habere negotium [a], non prius adeat judices, quam ad eos recurrat caritatis ſtudio, ut familiari colloquio commoniti, ea ſanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quod ſi aliter egerit, communione privetur.

II.

Idem ſupra in decr. Alexandri papæ. Et infra in decr. Julii papæ.

Nemo pontificum deinceps aliquem epiſcopum ſuis expoliatum rebus, aut a ſede pulſum, excommunicare aut judicare præſumat, quia non eſt privilegium, quo expoliari poſſit jam nudatus.

III.

Supr. in decr. Sixti primi, & ſimiliter in decr. Julii papæ. [b] Hadr. coll. c. 16. [c] Anianus ad conſt. unicum tit. 16. lib. XV. cod. Theod. 9. q. 3. Fratres quos timore.

Nullus epiſcopus alterius parochianum præſumat retinere, aut ordinare abſque ejus voluntate, vel judicare: quia ſicut irrita ejus erit ordinatio, ita & [b] dijudicatio; quoniam cenſemus, nullum alterius judicis, niſi ſui, ſententia [c] teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare ullatenus poterit. Iſta enim vobis deinceps tenenda, & fratres viciſſim adjuvare mandamus.

IV.

[d] Proſperi ſent. 23. ex S. Aug. in Pſ. 118. *Matth.* 18. [e] Ejuſdem ſent. 11. ex S. Auguſt. in eumdem pſalmum. 1. *Cor.* 4. In Decr. Ivonis lib. 4. [f] S. Iſid. Synod. II. c. 16.

Fratres vero, quos timore terreno injuſte damnaſtis, ſcitote a nobis juſte eſſe reſtitutos. Quibus, ex ſancti Petri & apoſtolica auctoritate, omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non vultis vos & principes veſtri a collegio noſtro & membris eccleſiæ ſeparari. [d] Juſto enim judicio Dei datur plerumque peccatoribus poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur; ut qui ſpiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt, nullatenus evadent pœnam: quia ut ait dominus: *Væ illi per quem ſcandalum venit*. Et quamquam juxta ſalvatoris ſententiam, *neceſſe ſit venire ſcandala: væ tamen per quem veniunt*. De [e] occultis enim cordis alieni temere judicare, peccatum eſt: & cum cujus non videntur opera niſi bona, iniquum eſt ex ſuſpicione reprehendere, cum eorum, quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus judex ſit juſtus, qui inſpector eſt verus. Unde ſcriptum eſt: *Incerta non judicemus, quouſque adveniat dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum: & manifeſtabit conſilia cordium*. Et [f] quamvis vera ſint, non tamen credenda ſunt, niſi certis indiciis comprobentur, niſi quæ manifeſto judicio convincuntur, niſi quæ judiciario ordine publicantur.

[a] Nullus ergo poteſt humano condemnari examine, quem Deus ſuo judicio reſervavit. Hæc omnia ſummopere ſunt prævidenda, ne præſumptores eſſe videamur. Et accuſatio epiſcoporum non eſt facile recipienda, dicente domino: *Non ſuſcipies vocem mendacii*. Et apoſtolus inquit, adverſus presbyterum inſcriptionem, non recipiendam [b] abſque duobus vel tribus idoneis teſtibus. Si hæc de presbyteris vel ceteris fidelibus ſunt prævidenda, quanto magis de epiſcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle manifeſtum eſt, quam conſulere fratribus, aut ſuſtentare eos, quia honor inflat ſuperbiam: & quod proviſum eſt ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat namque, juxta præfatas regulas, ut ſi aliquid egiſſent contra ſuum ordinem, mandare nobis, & expectare, quid ad veſtra conſulta reſcriberemus, intantum, ut ſi etiam quidquam grave intolerandumque committerent, noſtra præſtolaretur cenſura, ut nihil prius aut aliquid aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognoveritis, & a regulis præſtitutis nulla, aut negligentia, aut præſumptione recederetis. Ceſſet hujuſmodi, preſſa noſtra auctoritate, præſumptio: vitentur hujuſmodi nocumenta, quia nequaquam talia patienter ferre poſſumus machinamenta, quoniam convenit nobis paternarum ſanctionum diligenter eſſe cuſtodes. Merito namque cauſa nos reſpicit, ſi ſilentio faveamus errori.

[a] Ha... c. ... & C... ad ... cæn... 2. q. ... fatis... por... *Exod.* ... [b] Vi... ſtoli... lii ... eade... labe... tam...

V.

Eſt inſuper a ſanctis prædeceſſoribus noſtris plerumque jam ſtatutum, ut nemo anathema in noſtra ſuſcipiatur accuſatione, nec illi qui nos in ſua nolunt recipere querela vel accuſatione, cum nos ſuper illos ſciamus a domino conſtitutos, non illos ſuper nos. Et ſicut major non poteſt a minore judicari, ita ne colligari; quia rarum eſt omne quod magnum eſt. Portemus onera omnium qui gravantur, quinimo hæc portat in nobis beatus apoſtolus Petrus, cujus vice fungimur legatione, & cujus regula informamur, quatenus ejus ſulti auxilio, ab omnibus nunc & in perpetuum tueamur adverſis. Data XVII. Kalendas Auguſti [c], Valeriano & Decio [1] viris clariſſimis conſulibus.

[c] ad ... fall...

DECRETA SIXTI SECUNDI

ex Gratiano.

Si quis putaverit ſe a proprio metropolitano gravari, apud primatem diœceſeos, aut penes univerſalis apoſtolicæ eccleſiæ papam judicetur. 2. q. ...

EX EODEM, UT SUPRA.

Super appellatione, alterius provinciæ judices audire non oportet.

Si quis clericus ſuper quibuslibet criminibus accuſatus fuerit, in provincia, in qua conſiſtit ille qui pulſatur, ſuas exerceat actiones: nec exiſtimet eum accuſator ſuus alibi, aut longius ad judicium protrahendum. Ivo p... 3. 18 Si q... cus... Ele...

CON-

[1] Non ſunt in faſtis hi Conſules. *Hard.*

CONCILIUM NARBONENSE.

In cauſa S. Pauli antiſtitis incontinentiæ falſo a diaconis inſimulati.

AD hæc circiter Sixti II. papæ aut ſucceſſoris ejus Dionyſii tempora pertinere videtur habitum in cauſa S. Pauli Narbonenſis antiſtitis epiſcoporum aliquot concilium, ſiquidem vera ſit, quæ pluribus viris eruditis arriſit, de prima ſub imp. Decio ac S. Fabiano pontifice ſancti illius aliorumque ſex Galliæ apoſtolorum miſſione S. Gregorii Turonenſis ſententia libri primi hiſtoriæ Francorum cap. 30. Quæ vero in concilio illo geſta ſint, docet author vitæ ejuſdem S. Pauli ab illuſtriſſimo antiſtite Monſpelienſi Franciſco Boſqueto editæ parte II. hiſtoriarum eccleſiæ Gallicanæ: *Cum ille Chelindrus* (ſcribere oportuit, chelydrus, id eſt ſerpens) *antiquus ſemper humano generi inimicus, ejus ſcilicet actus invideret, illiuſque bonitatem perhorreſceret, immiſit ſe in duobus diaconibus ſuis, qui cum ante lectulum ejus clanculum calceamenta muliebria projeciſſent, & cauſa irriſionis ei feciſſent: Ille evocatis paucis epiſcopis Galliæ, quia nondum erant plures, in eccleſia de qualitate facti voluit judicari. Et cum per triduum fuiſſet procraſtinata cognitio diu noctuque ipſius in ædis culmine miſſa divinitus aquila reſedit: Multi eam jactu terruerunt telorum, ſed minime abſcedere fecerunt: quin etiam illis diebus, quibus in eo culmine ſedit, cibum deferente corvo accepit. In quibus rebus multa debuerunt eſſe ex miraculis Dei narrata, dum avis ab avicula mirifice eſt paſta. Verum tenuis noſter ſermo quamvis non explicet aquilæ & corvi ſignificantiam, narranda ſunt quæ a Dei famulo ſuper diaconibus ipſis ſunt facta. Jam dum ad miraculum aquilæ ſententiamque ſacerdotis affatim Chriſtianorum turba concurreret, tertia die ſanctus papa noſter Paulus indicit orationem cum populo & cum ſacerdotibus ſuis, ut Deus manifeſtaret, aut illorum perverſorum aſſertiones, aut ſuæ vitæ meritum. Et cum beatiſſimus Paulus in * oratione ingemuiſſet, illi diacones correpti ſubito furore lymphatico inter inviſibilia tormenta clamabant, factionem invidiæ ſuper epiſcopo voluiſſe confingere, quandoquidem valde pro ipſorum incontinentia, eos ſæpius ac frequentius caſtigarat. Quod cum ipſi malitioſi juſto Dei judicio graviter ejularent, & dicerent ſe minime poſſe ſuſtinere tam grandia ſupplicia, Dei famulus miſericordia qua motus ſemper, populis categorizans, rogavit conſacerdotes & populum, quod pro ipſorum abſolutione domini pietatem exorarent, quatenus eos a tormentis liberaret. Tamen ille indignum ſe dicebat ſacerdotio, ſi ipſi qui pro ſua innocentia dæmonio fuerant arrepti non abſoluti fuiſſent precibus ſuis. Et ecce dum proclamaret ad dominum iterum ſanctiſſimus Paulus, exauditæ ſunt preces ejus, & diaconi a dæmonibus liberati. Tunc iidem malitioſi univerſa machinamenta, quæ contra ſuum ſacerdotem moliti fuerant, publice in conſpectu tam ſacerdotum quam laicorum confiteri cœperunt. Hoc evidenti judicio cognito epiſcopi ipſi, ad talia, qui deprecaturi dominum convenerant certamina, provoluti cum univerſa plebe ejuſdem pedibus rogare cœperunt; quod pro illorum peccatis interveniret, pro eo quod dubitaverant, apud dominum pietatem. Quibus rebus peractis ales orientalem partem volatibus petens, nullo impugnante diſceſſit ex ſummo culminis faſtigio. Intellexit in ſe vir Dei ad patriam reverti: o mirificum ſanctitatis documentum! &c.* quæ licet parum certa ad primum Chriſtianæ æræ ſæculum haud dubie transferent, qui Narbonenſem hunc præſulem primum cum Sergio Paulo proconſule confundunt, & ab apoſtolo Paulo dum in Hiſpanias pergeret, Narbone Martio relictum autumant. Complures vero ſanctiſſimos viros incontinentiæ reos actos fuiſſe, ſed non peractos, docet Claudius Eſpencæus Pariſienſis Theologus cap. 9. libri VI. de continentia, atque ex eo Ludovicus Baillius.

CONCILIUM ROMANUM

C. ANNUM CHRISTI 258.

Habitum circa annum Chriſti CCLVIII.

COncilii iſtius memoriam nobis conſervavit auctor libelli ſynodici, qui perperam illud revocat ad tempora Papæ Victoris. Quo factum eſt ut Labbeus verba libelli retulerit ad illius pontificatum. Verum cum in eo Concilio damnatas conſtet Noeti & Sabellii pravas opiniones de divinitate, Noetus vero exortus non ſit ante tempora Fabiani Papæ, ut colligitur ex Epiphanio; conſtet autem ex Euſebio Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum reſcripſiſſe de Sabellianis hæreticis ad Sixtum II. Romanum Pontificem, neceſſe eſt exiſtimare ſynodum illam Romanam ſub eodem Sixto fuiſſe celebratam. Damnatus in illa præterea fuit Valentinus, qui præter ceteras ineptias, corpus etiam Chriſti cœleſte aſſerebat, ut legitur in eodem libello ſynodico. Vide ſupra pag. 728.

Euſeb. lib. 7. c. 6.

ANNO CHRISTI 258.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA DIONYSII PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

a DIonysius ex monacho, cujus generationem reperire non potuimus, *b* sedit annos 6. menses 2. dies 4. Fuit temporibus Gallieni, ex die XI. Kalend. Augusti, * *c* Æmiliano & Basso consulibus, usque in diem septimum Kalend. Januarii *d* consulatus Claudii & Paterni. *e* Hic presbyteris ecclesias divisit & cœmeteria, parochiasque (*a*) & diœceses constituit. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 12. diaconos 6. *f* episcopos per diversa loca num. (*b*) 7. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, * III. Kalendas Januarii. Et cessavit episcopatus dies quinque.

* Aureliano.

* sexto ita & Luc.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Dionysius quo tempore pontifex factus. " 258.

a Dionysius.) Post Sixtum gloriosum Christi martyrem, anno " 261. pridie Idus Septembris, Valeriano & Gallieno septimum imperii annum agentibus, in Romanum pontificem eligitur Dionysius ex monacho, qui solitariam vitam egerat. Hujus initio Cyprianus præcedente anno in exilium deportatus, Dei revelatione de morte, quæ & qualis subeunda illi esset, admonitus, 14. Septembris Carthagine obtruncatione capitis martyrio gloriosissimo coronatus est. Anno secundo pontificatus Dionysii ecclesia pacem & tranquillitatem Gallieni edicto consecuta est. Hac occasione Valerianus, dolo Macriani ducis, innocentis Christianorum sanguinis effusi atroces pœnas Deo vindice persoluturus, a Persarum rege Sapore captus, in Persidem abducitur, ubi cum longo tempore ludibrio habitus esset, ac incurvato ejus dorso rex Persarum equum conscendere volens loco suppedanei scabelli aliquamdiu usus fuisset, tandem regis jussu excoriatus, ac sale conditus, digniſſimas scelerum suorum pœnas luit. Multorum dierum tenebræ, gravissimi terræmotus, inundationes maris, fames, incendia, & demum pestilentissima lues, quibus in ultionem sanguinis Christiani injuste & impie effusi singulæ fere totius orbis Romani regiones afflictæ fuerunt, Orosio & Trebellio in Gallieno attestantibus, plurimos e tenebris gentilismi ad lucem fidei Christianæ perduxerunt: Christiani vero, qui peste laborantibus ministrantes interierunt, ab ecclesia velut martyres honorantur. Eo tempore, quo ecclesia pacem adepta erat, pacis occasione freta, hæresin Samosateni, conciliis duobus Antiochenis, errorem Millenariorum, doctissimis Dionysii Alexandrini, Gregorii Thaumaturgi, &c. scriptis expurgavit. Ipsum vero Dionysium de hæresi excusatum, ab omni suspicione, concilio Romano desuper habito, expurgavit, de quibus infra in notis ad concilia hæc plura dicemus. Baron. anno 261. & sequentibus quibusdam.

Cypriani martyrium.

Pax ecclesiæ reddita quomodo.

Valerianus scelerum suorum justas pœnas luit.

Afflictiones orbis quæ.

Tempore pacis quid actum in ecclesia.

b Sedit annos 6. menses 2.) Dionysium pontificem annos " 11. menses 3. dies 14. sedisse, postquam pro ecclesia Dei adversus hæreticos & persecutores plurimis laboribus exantlatis, 26. mensis Decembris anno " 272. ad dominum migrasset, epistola synodica ex concilio Antiocheno scripta, quam infra subjungemus, satis probat.

" 11.

Tempus sedis Dionysii. " 270.

c Æmiliano & Basso consulibus.) Horum consulatu, non initium pontificis, quem 35. die ab obitu Sixti electum esse supra diximus; sed primus annus ejusdem signatur. Vere enim mense Septembri, anno " 261. successit Sixto, cum tamen consulatus in fastis notetur anno 262. Baronius allegato loco.

Quibus consulibus cœperit pontificatus Dionysii. " 258.

d Consulatu Claudii & Paterni.) Ex epistola synodica Antiocheni concilii scripta ad imperatorem Aurelianum anno imperii illius secundo, qui est Christi " 272. liquidum est ac manifestum, Dionysium adhuc illo tempore vixisse. Itaque his consulibus defunctum esse affirmari non potest: cum horum consulatus notetur in fastis cum anno Christi 270. Baronius prædicto loco num. 21.

Quando nysius rit. "

e Hic presbyteris ecclesias divisit.) De hac pontificis constitutione, vide quæ dicemus infra in notis ad epistolam secundam.

f Episcopos per diversa loca.) Inter episcopos ab eo ordinatos refertur Zamas, qui primus in indice episcoporum Bononiensium ordine numeratur, cum tamen credibile sit plures alios ante ipsum fuisse, quorum memoria exciderit, cum civitas ea jam tum frequens & illustris esset. Baron. anno 272. num. ultim.

Zamas nienſi scopu

---

a EPISTOLA I.

a Hæc quem volue

DIONYSII PAPÆ

AD URBANUM PRÆFECTUM.

Hortatur eum diligere & scrutari, ut rationabiliter & sapienter disponat & judicet ea quæ illi commissa sunt.

Dionysius episcopus Urbano præfecto salutem.

C SUmmum bonum est amare amantes se: & e contra, pejus malum non est, quam ut cives civibus invideant. Gratias siquidem agimus tuæ caritati, quod fideles sancti Petri bene suscipis & adjuvas. Unde scias, te a nobis nostrisque diligi, & tui tuorumque non modicam curam habere. Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum quod cœpisti, [b] semper implere non differas, quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam etiam te hortamur diligere & scrutari, ut rationabiliter & sapienter disponas & judices ea quæ tibi commissa sunt, dicente domino per prophetam: *Erudimini, qui judicatis terram. Time ergo Deum, & mandata ejus serva. Et dilige eum totis visceribus, & proximum tuum sicut teipsum. Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto. Et vidit, & dinumeravit, & mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem* * *carnem. Secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloriatio, & lætitia, corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudine die-*

b Idem stolæ cum 1v. fi adulc

Psal. 2. Eccl. Marc. Eccles.

carne cundu tum ſu præce

(*a*) *Luc.* Diœcesis. (*b*) *Luc.* VIII.

*dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt * eum in visione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ timor domini. Et cum fidelibus in vulva concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum * justis fidelibus agnoscitur. Timor domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet, & justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Deum bene erit, & in diebus * consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est, timere Deum, & plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implevit a generationibus, & receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ timor domini, replens pacem & salutis fructum: & vidit, & dinumeravit eam. Utraque autem sunt dona Dei, * scientia & intellectus. Sapientia compartietur prudentiæ, & gloriam tenentium se exaltat. Radix sapientiæ est, timere Deum: rami enim illius longævi. In thesauris sapientiæ, intellectus & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. Timor domini repellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit justificari. Iracundia enim animositatis illius, subversio illius est. Usque in tempus substinebit patiens, & postea redditio jucunditatis. Bonus sensus usque ad tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ, significatio disciplinæ: execratio autem peccatori, cultura Dei. Fili concupiscens sapientiam, conserva justitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina, timor domini: & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & implebit thesauros ejus. Contumax non sis, & incredibilis timori domini, & ne accesseris ad eum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & revelet Deus absconsa tua.* Pro fide, frater, & justitia, ac pro salute animæ tuæ certa semper, & pro adjutorio fratrum viriliter age, ut a domino recipias remunerationem. Scriptum est enim: *Fili, conserva tempus, & devita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non reverearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore ejus. In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina in * verbis veritatis, & firmamentum in operibus justitiæ. Non contradicas veritati ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subjicias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii. Pro justitia agoniza-re pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, & eos evertet viriliter. Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, & opprimens subjectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.* His fultus scripturarum auctoritatibus, semper sta rectus, & a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei semper acquiras, & bonorum hominum amicitia semper fruaris; tantoque tua facilius ab amore hujus sæculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Nam vos & præsentes videre cupimus, & absentibus colloqui, saltem per epistolam, desideramus. Unde optamus, ut vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat quatenus in omnipotentis gratia, perfrui vestra præsentia mereamur. Data IV. Nonas Februarii [a] Aureliano & Basso viris clarissimis consulibus.

[a] anno 271. at si scribas Fusco & Basso erit ad annum 258.

EPISTOLA II.

DIONYSII PAPÆ

AD SEVERUM EPISCOPUM.

De ecclesiis parochianis, ut singula singulis dentur presbyteris, & ut nullus alterius parochiæ terminos vel jus invadat.

Dionysius episcopus Severo episcopo salutem.

OLim & ab initio [b] tantam percepimus beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali ecclesiæ, auxiliante domino, subvenire: & quidquid nocivum est, auctoritate apostolica corrigere & emendare. Ad hoc enim divinæ [c] dispensationis provisio gradus & diversos constituit ordines esse distinctos, ut dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiæ fieret ex diversitate contextio, & recte officiorum generaretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentiæ ordo servaret. Quia vero creatura in una eademque æqualitate gubernari vel vivere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet quia non æquales sunt, sed in potestate & ordine sicut nosti, differt alter ab altero. Si ergo inter eos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat huic se libenter dispositioni submittere. Hinc etenim pax & caritas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordiæ in alterna & Deo placita dilectione sinceritas: quia unumquodque tunc salubriter completur officium, cum fuerit unus, ad quem possit [d] recurrere, præpositus.

[b] S. Leo ep 24.

[c] S. Greg. ep. ep. 32 lib IV. quibusdam leviter dum-taxat commutatis.

[d] recurri

De ecclesiis ergo * parochianis, unde apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per [e] Cordubensem provinciam, ac dividendæ sacerdotibus, nihil tuæ caritati melius nobis videtur intimare, quam ut sequaris, quod nos in Romana ecclesia nuper egisse cognoscitur. *a* Ecclesias vero singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus, ita videlicet, ut nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut jus invadat, sed unusquisque suis terminis [f] sit contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal æterni judicis, ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non judicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, carissime, te & omnes

* paroch ialibus,

[e] Corduba Hispali subjecta fuit tempore Dionysii papæ, anno vero cir. 790. sub Mauris caput erat regni Hispanici.

23. q. 1. Ecclesias singulas singulis.

[f] S. Leo l. ep. 89.

epis-

epiſcopos ſequi convenit : & quod tibi ſcribitur, omnibus quibuſcumque potueris, notum facias, ut non ſpecialis, ſed generalis fiat iſta præceptio. Crima vero, quæ epiſcopis impingere dicis, per alios non ſinas ullo modo fieri, niſi per ipſos qui crimina intendunt: ſi tamen ipſi digni & irreprehenſibiles apparuerint, & actis docuerint publicis omni [a] ſe carere ſuſpicione & inimicitia, & irreprehenſibilem fidem converſationemque ducere. Nemini enim de ſe confeſſo, credi poteſt ſuper crimen alienum : quoniam ejus omniſque rei * confeſſio periculoſa eſt, & [b] admitti non debet. Similiter alieni errori ſocium, vel a ſui voluntarie propoſiti tramite recedentem, aut ſacris patrum regulis & conſtitutionibus inobedientem, ſuſcipere non poſſumus, nec debemus, nec impetere recte credentes, vel ſanctorum patrum ſanctionibus obtemperantes permittimus: quia infames omnes eſſe cenſemus, qui ſuam, aut Chriſtianam prævaricantur legem, aut apoſtolicam vel regularem libenter poſtponunt auctoritatem. Hæc [c] itaque, frater cariſſime, quæ pro affectu ſacerdotalis nominis & honoris impendimus, tibi tuiſque ſubditis, & omnibus tenenda, & aliis nuncianda, atque prædicanda mandamus, quibus & pietas ad utilitatem, & ſit ad fructum dilectio. Unde objurgando, hortando, ſuadendo, blandiendo, [d] conſolando, prodeſſe, quibus poſſumus, feſtinemus. Lingua noſtra bonis fomentum ſit, pravis aculeus. Timidos [e] retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, deſides [f] hortando ſuccendat, refugientibus ſuadeat, aſperis blandiatur, deſperatos conſletur ut quia [g] doctores dicimus, viam ſalutis gradientibus oſtendamus. Simus in cuſtodia vigilantes, aditum contra hoſtis inſidias ſoliciti muniamus. Et ſi quando [a] perditam ovem de commiſſis gregibus error abduxerit, toto illam anniſu ad caulas dominicas revocare contendamus, ut de paſtoris nomine quod habemus, non ſupplicium, ſed præmium conſequamur. Quia ergo in his omnibus divinæ gratiæ adjutorium opus eſt, omnipotentis Dei aſſiduis precibus clementiam exoremus: quatenus ad hæc nobis operanda, & velle tribuat, & poſſe concedat, atque in ea nos via, cum fructibus boni operis, quam ſe paſtor paſtorum eſſe teſtatus eſt, dirigat, ut ſine quo [b] nihil agere poſſumus, per ipſum implere omnia valeamus. Data v. Idus Septembris [c] Claudio & Paterno viris clariſſimis conſulibus.

a Conc. Arel. 1. c. 23. 15. q. 3. Nemini præterquam.

* profeſſio ita in mſ.

b Hadr. coll. 64. & An. interpretat. tit. I. conſtit. 12. lib. IX. cod. Theod. 2. q. 7. Alieni.

c S. Gregor. epiſt. 113. lib. VII. cujus verba ac ſtylum nemo non ſtatim agnoſcet.

d conſulendo

e tumidos

f hortatu

g doctores

Nota Severini Binii.

a Eccleſias vero ſingulas ſingulis presbyteris dedimus, parochias & cœmeteria eis diviſimus.) Hanc parochiarum diſtinctionem non primum a Dionyſio, ſed ab Evariſto factam eſſe, patet ex iis quæ ſupra diximus in notis ad vitam ejuſdem Evariſti, verbis: *Hic titulos.* Verum cum in perſecutione Valeriani publico edicto, de quo ſupra in notis ad vitam Sixti egimus, presbyteri ab eccleſiis relegarentur, & Chriſtianorum in cœmeteriis conventus vetarentur, parochiarum, eccleſiarum, & cœmeteriorum confuſio ſine dubio facta eſt: ſublato autem Valeriano, reſtituta per Gallienum pace eccleſiæ, conceſſa vicißim libera facultate adeundi cœmeteria, Dionyſius Romanus pontifex parochias presbyteris per exilium vel martyrium ſpoliatas alias aliis aſſignavit, tempore perſecutionis confuſas iterum diviſit, ac pro ratione diſtribuit, cœmeteriaque ſingulis, quod ante eum fecerant quidam anteceſſores, vicißim conſignavit. Vide Baron. anno 270. num. 17.

Idem Dionyſius papa teſte S. Athanaſio lib. de decretis ſynodi Nicænæ adverſus Sabellianos inſignem ſcripſit epiſtolam, in qua *unitatem* Dei *in trinitate* & *trinitatem in unitate* egregie confirmavit. Utinam ea nunc adeſſet ad refellendos novos vetereſque Arianos & Sabellianos.

EPISTOLARUM SEU SCRIPTORUM,

Quæ ad Dionyſium Papam attinent,

NOTITIA ET FRAGMENTA.

EPISTOLÆ I. DIONYSII PAPÆ ad Dionyſium Alexandrinum epiſcopum Notitia.

1. *Dionyſius Alexandrinus antiſtes, ubi apud Ptolemaidem Pentapoleos urbem exortam audivit Sabellii hæreſim, quæ ſanctæ Trinitatis perſonas confundebat, de hac Xyſtum papam certiorem facere, & quaſdam ea de cauſa epiſtolas a ſe conſcriptas ei mittere feſtinavit. Teſte autem Euſebio, a Dionyſio Alexandrino* epiſtolæ contra Sabellium ſcriptæ ſunt ad Ammonem Bereniceníem (*in Pentapoli*) epiſcopum, una ad Teleſphorum, ad Euphranorem altera, & alia rurſus ad Ammonem & Euporum. *Nominatim vero epiſtolis ejus ad Ammonem & Euphranorem nonnulli moti, illum ad Romanum pontificem detulerunt. Dionyſius vero Romanus rem ſatis gravem duxit, ut Alexandrinum, prius concilio habito, commonere non differret.*

2. *Epiſtolæ illius cauſam & occaſionem Athanaſius in epiſtola de ſententia Dionyſii n. 13. exponit in hunc modum*: Cum Dionyſius Alexandrinus contra Sabellii hæreſim ad Ammonem & Euphranorem ſtudio religionis permotus ſcripſiſſet, quidam ex Eccleſia fratres, ſanæ quidem doctrinæ homines, non ſciſcitati tamen eum (*Dionyſium Alex.*) qua de cauſa ita ſcripſiſſet, Romam [1] ſe contulere, illumque apud cognominem Dionyſium Romanum epiſcopum accuſarunt, *quod nimirum, ut & Athanaſius ibid. n. 4. prodit, in prædicta epiſtola n. 4. dixiſſet*, opus & rem factam eſſe Filium Dei, non natura proprium, ſed alienum a Patre ſecundum ſubſtantiam, qualis eſt agricola a vite, & faber a ſcapha: etenim cum ſit res facta, non erat antequam fieret. Quibus auditis, *inquit Athanaſius n. 13.* Dionyſius Romæ epiſcopus [2] ſcripſit & contra Sabellii ſectatores, & contra eos qui ejus eſſent ſententiæ, (*cujus Dionyſius Alexandrinus aſſertor putabatur, &*) ob quam Arius poſtea ab Eccleſia ejectus eſt. Scripſit [3] quoque ad Dionyſium (*Alexandrinum*) litteras, ut explanaret ea de quibus ab illis (*fratribus ſupra memoratis*) accuſatus fuerat. *De iiſdem litteris idem Athanaſius lib. de Synodis n. 43. hæc memoriæ commendavit*: Cum autem quidam ad Romanum epiſcopum de Alexandrino detuliſſent, quod Filium rem factam & Patri non conſubſtantialem affirmaret, Romana ſynodus [4] rem indigne tulit; Romanus autem epiſcopus ſcriptis ad cognominem ſuum litteris omnium (*ea de re*) ſententiam notam ei fecit.

---

1 Subinde Julius I. epiſt. 1. n. 22. cum Euſebianis quod ſe inſcio Athanaſium Alexandrinum epiſcopum condemnaſſet, expoſtulavit his verbis: *Cur autem de Alexandrina potiſſimum eccleſia nihil ſcriptum eſt? An ignoratis hanc eſſe conſuetudinem, ac primum ſcribatur nobis, & hinc quod juſtum eſt decernatur?* Hæc autem conſuetudo num Dionyſii temporibus antiquior ſit, ignoramus, hic certe Athanaſius Alexandrini epiſcopi delatores non culpat, quod nomen ejus ad Romanum pontificem detulerint, ſed quod prius quæ vera eſſet illius ſententia ſciſcitari neglexiſſent.

2 Scriptum iſtud ab epiſtola ad Dionyſium, quam Athanaſius exinde memorat, diſtinguendum eſſe Baronius cenſet: alii de hac re dubitant. Sed potior nobis videtur Baronii ſententia. Primo enim Athanaſius Dionyſii Romani contra Sabellianos opus ſimplici verbo ἔγραψε deſignat; ac deinde adjicit, ἐπέστειλε δὲ πρὸς Διονυσίῳ, ubi particulæ δὲ πρὸς diſtinctum quid notant, verbum ἐπέστειλε *epiſtolam ſcripſit* proprie ſonat, ac ſubjecta vox Διονυσίῳ cui inſcripta erat epiſtola illa indicat. Ipſa etiam decori ratio, immo & æquitas poſtulabat, ut Romanus Pontifex tanta ſedis antiſtiti, qualis erat Alexandrinus, tanti meriti tamque arcta cum Romanis præſulibus amicitia devincto, qualis erat Dionyſius, ea quæ adverſus illum dicta fuerant, & quæ de iis eſſet Romana ſententia, privatis litteris, non publico ſcripto nota faceret. Præterea Dionyſius Romanus in opere contra Sabellianos non unum ſingularem epiſcopum, ſed plures alloquitur. Denique in Dionyſium ſeu Romanum ſeu Alexandrinum minime convenit ſubnexi fragmenti exordium, in quo Dionyſius Romanus tres deitates a quibuſdam induci præfatus, ſtatim adjungit: *Audio enim quoſdam, qui divinum verbum apud vos prædicant & docent, hujus opinionis magiſtros eſſe.* Non enim is amicum vagis ac generalibus hujuſmodi verbis arguebat, ſed ſpeciales ipſi mittebat ſententias ex ſcriptis illius excerptas, & ut eas explanaret admonebat.

3 Græce ἐπέστειλε δὲ πρὸς Διονυσίῳ δηλῶσαι περὶ ὧν ἐγράψατο κατ' αὐτοῦ: ubi Pearſonius δηλῶσας pro δηλῶσαι, legendum eſſe conjectat; adeoque Dionyſium Romanum Alexandrino ſcripſiſſe, ut quæ adverſus ipſum dicta fuerant, nota ei faceret. Et ea quidem conjectura cum Athanaſii narratione ſatis cohæret, eoque veri videtur ſimilior, quod ignorabat Dionyſius Alexandrinus quæ adverſum ſe prolata eſſent, nec aliunde niſi ſcriptis ex Urbe miſſis comperire poterat. Sed quia non alia de cauſa curavit Dionyſius Romanus Alexandrino quæ contra ipſum dicta fuerant indicare, niſi ut is ſuam ſuper illis mentem ac ſententiam explicaret, nihil eſt periculi utramvis lectionem quis ſequatur. Verum quod Dionyſius Alexandrinus exinde præſtitit, ea quæ ſibi objecta fuerant diluens, vulgatam lectionem quodam modo confirmat.

4 Hinc comprobatur hactenus conſtans uſus, quo Romani pontifices de rebus ad ſe delatis nihil pronuntiare ſine ſynodo ſolebant. Eum quoque morem, quo ſynodi decreta nomine ſuo mittere ac nota facere iidem pontifices conſueverant, firmat Athanaſius, cum litteras ad Alexandrinum antiſtitem e ſynodo miſſas Dionyſio papæ adſcribit.

EPISTOLÆ II.

SEU OPERIS DIONYSII PAPÆ

Adversus Sabellianos fragmentum. [1]

1. Ἐξῆς δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι πρὸς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, τὴν μοναρχίαν εἰς ξένας δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας ξένας. πέπυσμαι γὰρ εἶναί τινας τῶν παρ' ὑμῖν κατηχούντων καὶ διδασκόντων τὸν θεῖον λόγον, ταύτης ὑφηγητὰς τῆς φρονήσεως· οἳ κατὰ διάμετρον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντίκεινται τῇ Σαβελλίου γνώμῃ· ὁ μὲν γὰρ βλασφημεῖ αὐτὸν τὸν υἱὸν εἶναι λέγων τὸν πατέρα, καὶ ἔμπαλιν· οἱ δὲ ξένους Θεοὺς ξόπον τινα κηρύττουσιν, εἰς ξένας ὑποστάσεις ξένας Ἀλλήλων παντάπασι κεχωρισμένας διαιροῦντες τὴν ἁγίαν μονάδα· ἡνῶσθαι γὰρ ἀνάγκη τῷ Θεῷ τὸν ὅλων τὸν θεῖον λόγον, ἐμφιλοχωρεῖν δὲ τῷ Θεῷ καὶ ἐνδιαιτᾶσθαι δι' τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἥδη καὶ τὴν θείαν τριάδα εἰς ἕν, ὥσπερ εἰς κορυφήν τινα, τὸν Θεὸν τῶν ὅλων τὸν παντοκράτορα λέγω, συγκεφαλαιοῦσθαί τε καὶ συνάγεσθαι πᾶσα ἀνάγκη. Μαρκίωνος γὰρ τοῦ ματαιόφρονος δίδαγμα, εἰς ξένας ἀρχὰς τῆς μοναρχίας τομὴν καὶ διαίρεσιν, παίδευμα

A 1. JAm vero æquum fuerit disputare adversus eos, qui monarchiam, quæ augustissima est Ecclesiæ Dei prædicatio, in tres quasdam virtutes ac separatas [2] hypostases tresque deitates dividentes ac discindentes destruunt. Audivi enim quosdam, qui apud vos divinum verbum prædicant & docent, hujus opinionis magistros esse, qui quidem e diametro, ut ita loquar, Sabellii opinioni adversantur. Hic enim blasphemat, ipsum [3] Filium dicens esse Patrem, & vicissim: illi vero tres Deos quodam modo prædicant, dum sanctam unitatem in tres diversas hypostases ab invicem omnino separatas dividunt. Necesse est enim divinum B Verbum Deo universorum esse unitum, & Spiritum-sanctum in Deo manere & inhabitare: adeoque divinam Trinitatem in unum, quasi in quemdam verticem, hoc est in Deum universorum omnipotentem reduci atque colligi. Insipientis enim Marcionis [4] doctrina, quæ in tria principia [5] monarchiam secat & dividit, diabolica sane est,

---

1 Insigne istud fragmentum debemus Athanasio, a quo in epistola de decretis Nicænæ synodi n. 26. sic laudatur: *Dionysius quoque Romæ episcopus, scribens contra Sabellianos, adversus illos qui talia....* (scilicet Verbum factum & creatum esse) *audent dicere, indignatur his verbis.* Ex eo opere excerptum est, quod idem Athanasius epist. de sententia Dion. n. 13. *contra Sabellianos, & eos qui ejus essent sententiæ ob quam Arius ab Ecclesia postea ejectus est*, scriptum dicit, quodque ab epistola ejusdem pontificis ad Dionysium Alexandrinum simul missa distinguendum esse in superioris epistolæ notitiam not. 6. probavimus. In hoc opere Dionysius Tritheitarum dogma, cui Alexandrinus præsul favere videbatur, ita refellit, ut & Sabellianorum sententiam, quam impugnabat idem antistes, simul confutet. Eaque agendi ratione defensoribus Ecclesiæ magno documento fuit, quo contra hæreses ea prudentia sibi decertandum esse scirent, ut & oppositas non modo caverent, verum etiam simul debellarent. Fragmenti hujus stilus epistolam sapit, tractatus ac disceptationis susioris more conscriptam, quales Dionysius Alexandrinus scribens ad Xystum, fuisse docet epistolas, quas adversus nascentem Sabelii hæresim miserat. Vel ad eas Pentapoleos ecclesias, in quibus orta & propagata erat Sabellii hæresis, vel ad ipsam Alexandrinam, cui præerat Dionysius, vel ad ejus delatores probabiliter missa est. Ad initium pontificatus Dionysii una cum superiore videtur referenda, utpote cui occasionem dedit accusatio, quam litteræ Xysto papæ missæ pepererunt.

2 Dionysius noster hic *cum tota sæcularium schola*, ut Hieronymi ad Damasum epist. 10. n. 4. verbis utar, *nihil aliud hypostasim nisi usiam novit*, & cum Ecclesia tota sacrilegam trium substantiarum prædicationem, prout *substantia* voci græcæ οὐσία respondet, aversatur. Jam tum tamen in ecclesia, saltem Alexandrina, usu receptum erat, ut ὑποστάσεως vocabulum ad personam significandam assumeretur. Id certe colligitur ex his Origenis in Johan. tract. 2. *Tres personas* (τρεῖς ὑποστάσεις) *Patrem & Filium & Spiritum esse credimus*. Idem & lib. 8. contra Celsum, Patrem & Filium δύο τῷ ὑποστάσα πράγματα affirmat. Ipse Dionysius Alexandr. in epistolæ 3. sequentis fragmentis n. 15. ἐν τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις eodem intellectu dicit. Unde suspicio est, id, quod nunc differit Dionysius Romanus, in Alexandrinum cadere, qui cum in Deo τρεῖς ὑποστάσεις prædicaret velut trium substantiarum seu essentiarum divinarum triumque deitatum assertor, ac monarchiæ destructor audire cœpit, quoad se ab hac opinione purgaret. Immo Basilius epist. 41. eum antea *usiæ* seu *essentiæ diversitatem* inter divinas personas posuisse docet. Ubi vero Græcos ὑποστάσεως nomine personam intelligere constitit, etiam Latini *substantiæ* vocabulum ad eumdem intellectum accommodare non dubitarunt, ut liquet nominatim de Augustino lib. 7. de Trin. c. 5. n. 9.

3 Uno verbo hanc Sabellii hæresim enuntiant Ariani apud Athanasium lib. de Synod. n. 16. dicentes illum υἱοπάτορα prædicare, quod Hilarius lib. 4. de Trin. n. 12. latine convertit, *ipsum dixit Filium quem Patrem*.

4 Notior est Marcionis hæresis, qua duo principia, unum boni, alterum mali somniavit. Cyrillus tamen Jerosol. licet catech. 6. n. 16. hanc ejus doctrinam notans, dicat eum *diversos Deos statuisse, alterum bonum, & alterum justum*, hoc est unum durum & severe punientem, alterum benignum & ad misericordiam propensum, catech. 16. n. 4. de discipulis illius præmittit, *Nos tres Deos annuntiamus, fileans Marcionitica*, tum n. 7. de ipso magistro subjicit, *Impiissimus Marcion tres Deos esse primus asseruit*. Qua autem ratione hoc ab eo assereretur, Epiphanius hær. 42. n. 3. exponit. Verum Rhodon quidam Marcioni suppar apud Eusebium lib. 7. c. 13. primum scribit, *Alii perinde ac Marcion duo inducunt principia*; ac paulo post adjungit, *Alii rursus ab his tamquam tempestate in pejus abrepti, non duas solum, sed tres naturas posuerunt: quorum princeps & antesignanus est Syneros*. Augustinus vero lib. de hær. c. 22. Epiphanii Eusebiique sententias sic perstringit: *Quamvis Epiphanius eum* (Marcionem) *tria dicat asseruisse principia, bonum, justum, pravum: sed Eusebius Synerum quemdam, non Marcionem, trium principiorum atque naturarum scribit auctorem*.

5 Superius quidem Dionysius tres personas divinas sic distinguit, ut *Dei universorum* appellationem Patri tribuere videatur: ac subinde mentem suam explicans, divinam Trinitatem in unitatem naturæ, qua fit ut unus *universorum Deus* sit, convenire aperte docet. Quod cum ita sit, cumque idem sanctus pontifex *tria*

AN. est, non autem verorum Christi discipulo- A ὂν διαβολικὸν, ἀχὶ δὲ τῆς ὄντως μαθητῆς τῦ Χρι-
o. rum, vel eorum quibus Salvatoris disciplina placet. Hi enim probe norunt Trinitatem quidem in divina Scriptura prædicari, tres autem esse Deos neque in veteri neque in novo Testamento doceri.

ei 2. Sed neque minus culpandi sunt qui Fi-
on lium opus esse existimant, & Dominum factum esse, sicut [1] unum eorum quæ vere facta sunt, arbitrantur: cum illum [2] genitum esse, ut congruit ac decet, non conditum aut factum, divina eloquia testentur. Non levis igitur, sed maxima est impietas, Dominum aliquo modo manufactum dicere. Nam si factus est filius, erat tempus quando non [3] erat: atqui fuit semper, si utique B
12. est, ut ipse declarat, in Patre. Et si Christus verbum, sapientia & virtus est; hæc enim Christum esse divinæ docent litteræ, ut ipsi nostis; hæc sane virtutes Dei sunt. Quocirca si factus est Filius; fuit tempus quando hæc non erant: adeoque fuit tempus, quo sine his erat Deus: quod perabsurdum est. Sed quid pluribus de his apud vos differam, viros Spiritu plenos, & apprime intelligentes quæ sequuntur absurda ex illa sententia, quæ Filium factum asserit? Ad hæc minime attendisse mihi videntur opinionis hujus duces; & idcirco a veritate prorsus aberrasse, qui aliter, quam

σῦ καὶ τῆς ἀρεσκομένων τοῖς τῦ σωτῆρος μαθήμασιν. ἔτοι γὰρ ξιάδα μὲν κηρυττομένων ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς σαφῶς ἐπίστανται, ξεῖς δὲ Θεὸς ἔτε παλαιᾷ ἔτε καινῇ διαθήκῃ κηρύττεσαν.

2. Οὐ μεῖον δ' ἄν τις καταμέμφοιτο τὴ τὸς ποίημα τὸν υἱὸν εἶναι δοξάζοντας, καὶ γεγονέναι τὸν κύριον, ὥσπερ εἴ τι ὄντως γενομένων νομίζοντας, τῆς θείων λογίων φήνησιν αὐτῷ τῷ ἁρμόττεσαν καὶ πρέπεσαν, ἀλλ' ἀχὶ πλάσιν τινὰ καὶ ποίησιν προσμαρτυρόντων. βλάσφημον ἓν ὁ τὸ τυχὸν, μέγιστον μὲν ἓν, χειροποίητον ξόπον τινὰ λέγειν τὸν κύριον· εἰ γὰρ γέγονεν υἱὸς, ἦν ὅτε ὐκ ἦν· ἀεὶ δὲ ἦν, ἔγε ὢν τῷ πατρί ἐσιν, ὡς αὐτός φησι, καὶ εἰ λόγος, καὶ σοφία, καὶ δώαμις ὁ χρισὸς, τῦτι γὰρ εἶναι τὸν χρισὸν αἱ θεῖαι, λέγουσι γραφαὶ ὥσπερ ἐπίσαδε· τῦτι δὲ δυνάμεις ὖσαι τῷ Θεῷ τυγχάνουσιν· εἰ τοίνυν γέγονεν ὁ υἱὸς, ἦν ὅτε ὐκ ἦν τῦτο· ἦν ἄρα καιρὸς, ὅτε χωρὶς τύτων ἦν ὁ Θεός· ἀτοπώτατον δὲ τῦτο· καὶ τί ἂν ἐπὶ πλέον περὶ τύτων πρὸς ὑμᾶς διαλεγοίμην, πρὸς ἄνδρας πνευματοφόρους καὶ σαφῶς ἐπισαμένους πῶς ἀτοπίας τὰς ἐκ τῦ ποίημα λέγειν τὸν υἱὸν ἀνακυπτύσας; οἷς μοι δοκῦσι μὴ προσεχηκέναι τὸν νῶν οἳ καθηγησάμενοι τῆς δόξης ταύτης, ἐ διὰ τῦτο κομιδῇ τῦ ἀληθῦς διημαρτηκέναι, ἑτέρως ἢ βέλεται ταύτῃ ἡ

---

principia respuat; quid *monarchiæ* nomine sibi velit, satis indicat, nempe unicum ab Ecclesia credi rerum omnium principium. Nec ab hac sententia discrepat quod Tertullianus contra Praxeam c. 3. dicit: *Monarchiam nihil aliud significare scio, quam singulare & unicum imperium.* Ideo enim unicum est imperium, quia principium est unicum. Notandum vero quomodo Tertullianus monarchiæ prædicationem cum Trinitatis fide conciliet atque componat. Exprobrarat illi Praxeas, quod monarchiam destrueret. Cui ille, *Qui filium*, inquit, *non aliunde deduco, sed de* SUBSTANTIA PATRIS, *nihil facientem sine Patris voluntate, omnem a Patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam a Patre, Filio traditam in Filio servo? Hoc mihi & in tertium gradum dictum sit, quia Spiritum non aliunde puto, quam a Patre per Filium. Vide ergo ne tu potius monarchiam destruas.* Quo ex loco perspicuum est, & Tertullianum & Praxeam sibi mutuo objectasse, quod monarchiam destruerent; utrique vero fuisse persuasum, fidem ab eo funditus destrui, qui monarchiam destrueret. Valde igitur hallucinatur nuperus scriptor, qui ex male intellecto libri contra Prax. c. 10. loco, in quo Praxeas ejusque asseclæ *vanissimi Monarchiani* nuncupantur monarchiæ assertores non secus atque hæreticos habendos, & ita a Tertulliano habitos esse contendit. Neque vero illa eis vitio vertit, quod monarchiam tenere se profiteantur, sed quod abjecta ejus vera fide illam *vanissime* profiteantur; eo fere modo quo quis Christianum sibi nomen arrogantes, atque alienam a Christianis moribus ac fide ducentes vitam, recte falsos ac vanissimos Christianos appellaret, neque tamen Christianum nomen culpare aut respuere censeretur. Sic nec Prophetas damnat, qui falsos Prophetas vituperat. Sed de his satis. Certe Dionysio nostro *monarchia est augustissima Ecclesiæ Dei prædicatio.* Justini martyris exstat liber *de monarchia Dei* ab Eusebio & Hieronymo laudatus. Irenæus quoque, eodem Eusebio teste lib. 5. hist. c. 20. epistolam ad Florinum *de monarchia* inscripserat. Tatianus Or. contra gentes inter multa, quibus sibi exploratam divinarum litterarum veritatem atque indubitatam docet, hoc etiam commemorat, quod *unam universorum monarchiam* (τῶν ὅλων τὸ μοναρχικὸν) *statuerent.* Nec Apelles quidem Marcionis discipulus in colloquio, quod cum Rodone habuit, hanc inficiari ausus est monarchiæ, seu unici principii doctrinam. Ipso quippe Rodone teste apud Eusebium lib. 5. c. 13. *unum principium esse dicebat sicut & nostra religio.* Athanasius similiter Or. 4. cont. Arian. n. 1. in Deo *proprie monarchiam esse* probat. Et in Oratione contra gentes, eum qui monarchiam negaverit, atheon habendum esse non obscure docet his verbis, ὥσπερ ἐλέγομεν τῷ πολυθεότητα ἀθεότητα, οὕτως ἀναγκη τῷ πολυαρχίαν ἀναρχίαν εἶναι. Basilius lib. de Spir. S. cap. 18. hoc sibi probandum proponit, *quomodo in Deo & personas profitemur, nec pium monarchiæ dogma excidit*, καὶ τὸ εὐσεβὲς δόγμα τῆς μοναρχίας οὐ διαπίπτει. Eadem est Gregorii Nazianz. doctrina tum Orat. 23. tum Orat. 37. ubi objectum illud diluit, εἷ Θεὸς, καὶ Θεὸς, πῶς οὐ τρεῖς θεοὶ, ἢ πῶς οὐ πολυαρχία τὸ δοξαζόμενον; Monet & Gregorius Niss. Or. catech. c. 3. *ut neque monarchiæ dominatus scindatur in diversas dissectus divinitates.* His concinit Cyrillus Jerosol. catech. 6. *In monarchia autem prædicanda*, inquit Epiphanius hær. 62. n. 3. *non aberramus: sed una Trinitatem prædicamus.* Aliorum mitto ea de re testimonia: allatis tantum addo illud Augustini lib. 20. cont. Faust. c. 19. *Discat ergo Faustus, vel potius illi qui ejus litteris delectantur, monarchiæ opinionem nos ex gentibus non habere* &c.

1 Blasphemiæ huic, quam postea Arius impie propugnavit, oppositam fidem professus esse atque Arianum dogma palam respuisse Ariminensis concilii patribus visus est Valens, cum teste Hieronymo dial. cont. Lucifer. callide clamavit, *Si quis dixerit creaturam filium Dei ut sunt ceteræ creaturæ, anathema sit.* Ubi vero ille cum sociis jactare cœpit, *se Filium non creaturam negasse*, sed *similem ceteris creaturis*; merito contestabantur episcopi hac fraude delusi, *qui sine conscientia hæretici ferebantur, se nihil mali in sua fide suspicatos. Putavimus, ajebant, sensum congruere verbis: nec in Ecclesia Dei, ubi simplicitas, ubi pura confessio est, aliud in corde clausum esse, aliud in labiis proferri timuimus.*

2 His concinens Nicæna synodus in symbolo *Filium genitum, non factum* profitetur. Athanasius autem Epist. de Sententia Dion. n. 13. professionem illam primum ab hac synodo excogitatam non esse hinc recte probat. *Cum enim*, inquit, *Dionysius Romanus episcopus adversus eos etiam scripserit, qui Filium Dei rem creatam & factam dicunt, liquido constat, non nunc primum, sed olim ab omnibus anathemate damnatam esse inimicorum Christi Arianorum hæresim.*

3 Etiam hic prædamnat Dionysius celebre Arii effatum, ac præludit Nicæno concilio, ad symboli sui calcem anathematizanti τοὺς λέγοντας ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. Quocirca cum Valens Arimini in Ecclesia clamasset, *Si quis dixerit, Erat tempus quando non erat Filius, anathema sit;* hoc audito, inquit Hieronymus dial. adv. Lucif. *cuncti episcopi & tota simul Ecclesia plausu quodam & tripudio Valentis vocem exceperunt*, rati videlicet eum plane Arianam hæresim, quæ Filium creatum volebat, his verbis ejurare.

θεία καὶ προφητικὴ γραφὴ τὸ, κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἐκ διξάμβοι. Οὐ μία γὰρ ἡ τὸ ἔκτισεν, ὡς ἴστε, σημασία. ἔκτισε γὰρ ἐνταῦθα ἀκριβέστερον ἀντὶ τοῦ ἐποίησε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγονόσιν ἔργοις, γεγονὸς δὲ δι' αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ. οὐχὶ δέ γε τὸ ἔκτισε νυνὶ λέγοιτ' ἂν ἐπὶ τοῦ ἐποίησε. διαφέρει γὰρ τοῦ ποιῆσαι τὸ κτίσαι. οὐκ αὐτὸς οὗτός σου πατὴρ ἐκτήσατό σε, καὶ ἐποίησέ σε, καὶ ἔκτισέ σε; τῇ ὃν τῷ δευτερονομίῳ μεγάλῃ ᾠδῇ ὁ Μωσῆς φησι. πρὸς ἕς καὶ εἶποι ἄν τις· ὦ ῥιψοκίνδυνοι ἄνθρωποι. ποίημα ὁ πρωτότοκος πάσης κτίσεως, ὁ ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου γεννηθείς, ὁ εἰπὼν ὡς σοφία, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με; καὶ πολλαχοῦ δὲ τῆς θείων λογίων γεγεννῆσθαι, ἀλλ' οὐ γεγονέναι τὸν υἱὸν λεγόμενον εὕροι τις ἄν. ὑφ' ὧν καταφανῶς ἐλέγχονται περὶ τῆς τοῦ κυρίου γεννήσεως ὑπολαμβάνοντες, οἳ ποίησιν αὐτοῦ τινα θείαν καὶ ἄῤῥητον γέννησιν λέγειν τολμῶντες.

3. Οὔτ' οὖν καταμερίζειν χρὴ εἰς τρεῖς θεότητας τινὰ θαυμασίαν καὶ θείαν μονάδα, ὅτε ποιήσει κωλύειν τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τοῦ κυρίου. Ἀλλά πεπιστεύκεναι εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, καὶ εἰς χριστὸν Ἰησοῦν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ἡνῶσθαι δὲ τῷ Θεῷ τῆς ὅλων τὸν λόγον· ἐγὼ γάρ φησι, καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· οὕτω γὰρ ἂν καὶ ἡ θεία ἑνὰς, καὶ τὸ ἅγιον κήρυγμα τῆς μοναρχίας διασώζοιτο.

A quod sibi vult divina & prophetica Scriptura, explicant illud, *Dominus creavit me principium viarum suarum*. Non enim una est, ut scitis, verbi *creavit* significatio. Nam hoc in loco *creavit* idem est, quod præfecit operibus ab ipso factis, factis, inquam, per ipsum Filium. At hic *creavit* non perinde intelligendum est, atque *fecit*. Facere enim & creare inter se differunt. *Nonne ipse ille pater tuus possedit te, & fecit te, & creavit te?* ait Moyses in magno Deuteronomii carmine. Sic etiam illos recte quis possit coarguere: O præcipites temerariique homines! ergone facta res est *primogenitus omnis creaturæ, ex utero ante luciferum genitus*, qui ut B sapientia dicit, *Ante omnes colles gignit me?* Denique multis in locis divinorum eloquiorum eum genitum dici, at nusquam factum filium, quis legerit. Ex quibus aperte convincuntur falsa de Domini generatione opinari, qui divinam atque inexplicabilem ejus generationem factionem audent dicere.

3. Neque igitur admirabilis & divina unitas in tres divinitates est separanda, neque factionis vocabulo dignitas ac summa magnitudo Domini est diminuenda: sed credendum est in Deum Patrem omnipotentem, & in Christum Jesum ejus filium, & in Spiritum-sanctum: Verbum autem Deo universorum esse unitum. Quippe *ego*, inquit, *& C Pater unum sumus*: &, *Ego in Patre, & Pater in me est*. Ita scilicet divina Trinitas & sancta monarchiæ prædicatio integra servabitur.

ANNO CHRISTI 263.

CONCILIUM ROMANUM,

IN CAUSA DIONYSII ALEXANDRINI,

De Sabellianismo accusati,

Habitum anno [a] CCLXIII. [1] *tempore Dionysii Papa.*

[a] dubius est annus.

a (*Concilium Romanum.*) Hoc concilium Auctore Dionysio papa celebratum est Romæ, anno domini 263. hanc ob causam. Cum Sabelliana hæresis, auctore Sabellio oborta ac propagata, gloriosissimæ & adorandæ trinitati personarum distinctionem auferret, Dionysius Alexandrinus sui officii esse ratus hominem Libycum sibi subditum refellere, in eum lucubrationes quasdam scripsit, quibus sinistro judicio Pentapolitanorum, non personarum tantum, sed etiam naturæ divinæ distinctionem ac diversitatem tueretur. Pentapolitani igitur eumdem Dionysium Alexandrinum, quasi de fide & trinitate non recte sentiret, apud Dionysium pontificem accusant. Pontifex hoc episcoporum conventu indicto, Dionysium Alexandrinum ad concilium citat, & quid de natura ac inestabili gloriosissimæ Trinitatis substantia sentiat, unam eamdemve, an vero diversam in tribus personis subsistentem divinam naturam esse credat, scripto profiteri mandat. Episcopus Alexandrinus calumniose accusatus, pontificis decreto paret, epistolam mentis suæ indicem, & criminis objecti purgatricem, quæ extat apud Baronium hoc anno, num. 34. cum quatuor apologeticis libris pro sui defensione conscriptis propediem afferendis, mittit. Quibus habitis, cum Pentapolitanorum accusantium, & Dionysii sese purgantis causa diu multumque discussa fuisset, prævio maturo consilio, Dionysius Alexandrinus episcopus, omnium episcoporum, qui huic concilio interfuerunt, sententia ac judicio ab accusatorum calumnia, teste Athanasio, in illo commentario quem de sententia Dionysii adversus Arianos conscripsit, absolutus est. Vide Baron. anno 263. num. 30. usque ad 50.

Tempus & locus concilii.

Causa concilii.

Dionysius Alexandr. accusatur.

ALE-

1 Ad annum circiter Christi 260. refert Harduinus in indice Conciliorum tomi primi hoc Romanum Concilium, de quo vide Athanasium in Epist. de sententia Dionysii contra Arianos, & in epist. de Synodis Arimini & Seleuciæ, & Basilium lib. de Spiritu Sancto ad Amphiloc. cap. ult.

ALEXANDRINÆ SYNODI

DIONYSII,

Ex libello Synodico.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁμολογητοῦ Διονυσίου, τοῦ αὐτῆς ἀρχιερέως, ἀποκηρύξασα τὸν Σαβέλλιον τὸν ἀντίθεον.

A SYnodus divina & ſancta particularis, Alexandriæ collecta a confeſſore Dionyſio, ejuſdem archiepiſcopo: quæ Sabellium divinitatis inimicum abdicavit.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ πρωτεριημμένου Διονυσίου, κατιδικάσασα καὶ ἀποκηρύξασα μετὰ θάνατον Νεποτιανὸν ἐπίσκοπον Αἰγύπτου, καὶ Κήρινθον. ὡς διαβεβαιουμένους, καὶ πλεῖσα ἐξαπατῶντας, ἐν τῇ ἐπιγείῳ Ἱερουσαλὴμ τοῦ Χριστοῦ εἶναι τὴν βασιλείαν, καὶ τὴν χιλιετηρίδα δογματίζοντας· πρὸς τούτοις θυσίας καὶ μηλοσφαγίας νομοθετοῦντας.

A SYnodus divina & ſancta provincialis, collecta Alexandriæ ab eodem Dionyſio: quæ damnavit, & poſt mortem abdicavit Nepotianum epiſcopum Ægypti & Cerinthum: tanquam aſſeverantes, eoque errore plurimos alios involventes, in terrena Hieruſalem Chriſti eſſe regnum, & millenarium annorum docentes: & præterea boum ſacrificia & ovium mactationes tanquam legitimas exigentes.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ Διονυσίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, πρὸς Βασιλείδην ἐπίσκοπον ἐρωτήσαντι περὶ διαφόρων κεφαλαίων, πρὸς ἃ διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ Διονύσιος ἀποκρίσεις ἐποιήσατο, αἳ καὶ ὡς κανόνες ἐδέχθησαν.

EPISTOLA BEATI DIONYSII Archiepiſcopi Alexandrini ad Baſiliden epiſcopum de diverſis capitibus, ad quæ per epiſtolam Dionyſius reſponſa dedit, quæ tanquam canones ſunt admiſſa.

Διονύσιος Βασιλείδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ καὶ ἀδελφῷ συλλειτουργῷ καὶ θεομισεῖ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Dionyſius [3] *Baſilidæ dilecto mihi filio & fratri in ſacris comminiſtro, Deoque fideli & morigero, in domino ſalutem.*

CANON I.

ἈΠέστειλάς μοι πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πιθανολογούμενος καθ' ἑαυτὸν ὥραν ἀτονηστίζεσθαι δεῖ [1] τὴν τοῦ πάσχα ἡμέραν. τινὰς μὲν γὰρ τῶν ἀδελφῶν λέγειν φησὶν, ὅτι χρὴ τοῦτο ποιεῖν πρὸς τὴν ἀλεκτοροφωνίαν. τινὰς δὲ, ὅτι ἀφ' ἑσπέρας χρή· οἱ μὲν γὰρ ἐκ Ῥώμης ἀδελφοὶ, ὡς φασὶ, περιμένουσι τὸν ἀλέκτορα· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα, ἔλεγες, ἅτι τάχιον· ἀκριβῆ δὲ ὥραν τιθέναι ἐπιζητεῖς, καὶ ὥραν πάνυ μεμεζημμένην, ὅπερ καὶ δύσκολον καὶ σφαλερόν ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ὅτι μετὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως τοῦ κυρίου ἡμῶν καιρὸν χρὴ τῆς ἑορτῆς καὶ τῆς εὐφροσύνης ἐνάρχεσθαι, μέχρις ἐκείνου τὰς ψυχὰς ταῖς νηστείαις ταπεινοῦντας, ὑπὸ πάντων ὁμοίως ὁμολογηθήσεται. κατεσκάσας δὲ δι' ὧν ἔγραψάς μοι, πάνυ ὑγιῶς καὶ τῶν θείων εὐαγγελίων αἰσθόμενος, ὅτι μηδὲν ἀπηκριβωμένον ἐν αὐτοῖς περὶ τῆς ὥρας, καθ' ἣν ἀνέστη, φαίνεται. διαφόρως μὲν γὰρ οἱ εὐαγγελισταὶ τὸς ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἐλθόντας ἀνέγρα-

MIſiſti ad me, fideliſſime & ſapientiſſime fili mi, interrogans, qua hora die paſchæ ſit ſolvendum jejunium [4]. Ais enim aliquos fratres dicere, quod oportet hoc in galli cantu facere; alios vero, quod id ſit faciendum veſpere. Qui enim Romæ ſunt fratres, ut ajunt, gallum expectant. De iis autem qui hic ſunt, dixiſti quod citius. Horam autem exactam & valde demenſam quæris imponere, quod quidem eſt difficile, & lubricum. Quod enim poſt reſurrectionis domini tempus oportet feſtum lætitiamque inchoare, ad illud uſque animis jejunio humiliatis, erit apud omnes ſimiliter in confeſſo. Per ea autem quæ ſcripſiſti, probaſti, (ſane admodum divinorum evangeliorum ſenſu percepto) quod nihil ab ipſis certo definitum de hora qua reſurrexit, apparet. Diverſe enim evan-

---

1 Legitur in MSS. Reg. 2038., aliiſque τῇ τοῦ Πάσχα περιλύσει. Eſt autem περίλυσις πάσχα, ſolutio paſchalis jejunii. *Harduinus.*

2 Ex Balſamone & Zonara, qui hos Canones integros cum ſcholiis primi ediderunt. Citantur etiam a Photio in Nomocanone, aliiſque Græcis Canonum collectoribus. Interpres eſt horum Canonum P. Fronto Ducæus e Soc. Jeſu tom. 1. Bibl. Patrum Græco-Latinæ. Scripti ſunt circa an. Chriſti 262. *Hard.*

3 Baſilides Epiſcopus in Pentapoli Lybiæ dicitur apud Euſebium lib. 6. & 7. *Hard.*

4 Vide Conſtitut. Apoſtol. lib. 5. cap. 18. Euſebium lib. 2. hiſt. cap. 17. Cyrillum Hieroſolym. Catech. 18. Epiphanium tom. 2. pag. 1105. Georgium Alexandr. in vita Chryſoſtomi pag. 232. tom. 8. edit. Savil. verſ. 34. *Hard.*

evangeliſtæ ad monumentum veniſſe ſcripſerunt mutatis temporibus, & omnes ſurrexiſſe jam dominum, dixerunt inveniſſe: *Et veſpere ſabbatorum*, ut dixit Matthæus: Et, *cum mane adhuc eſſet obſcurum*, ut ſcribit Joannes: Et *ſummo diluculo*, ut Lucas: Et *valde mane orto jam ſole*, ut Marcus, & quando ſurrexit quidem, nemo aperte reſpondit. Quod autem veſpere ſabbati lucеſcente una ſabbatorum uſque ad ortum ſolis unius ſabbatorum (ſive diei poſt ſabbatum) qui ad monumentum venerunt, eum non amplius jacentem invenerunt, hoc in confeſſo eſt. Ac neque diſſentire, nec advertari inter ſe evangeliſtas exiſtimemus: ſed quamquam parca quædam circa id quod quæritur controverſia eſſe videatur, ſi omnes in una nocte mundi lucem dominum noſtrum exortum eſſe conſentientes, in hora diſſentiunt: nos tamen, quæ ab eis dicta ſunt, pie & fideliter conciliare ſtudeamus. Quod a Matthæo quidem dictum eſt, ſic habet: *Veſpere autem ſabbatorum lucеſcente in unam ſabbatorum, venit Maria Magdalene, & altera Maria ad ſpectandum ſepulcrum, & ecce terræmotus factus eſt magnus; Angelus enim domini cum de cœlo deſcendiſſet, accedens revolvit lapidem, & ſedit ſuper ipſum: erat autem ſpecies ejus ſicut fulgur, & veſtimentum ejus candidum ſicut nix. Præ timore autem ejus concuſſi ſunt qui cuſtodiebant, & facti ſunt velut mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos, ſcio enim quod Jeſum crucifixum quæritis: non eſt hic. Surrexit enim, ſicut dixit.* Id autem quod dictum eſt, *veſpere*, alii quidem exiſtimabunt ſecundum verbi communitatem ſignificare, veſperam ſabbati: ſapientiores autem id audientes, non hoc, ſed profundam noctem eſſe dicent: tarditatem & longum tempus veſpere ſignificante. Et quod noctem dicit & non veſperam, ſubjunxit: *Illuceſcente in unam ſabbatorum, & venerunt*, nondum, ut reliqui dicunt, aromata ferentes, ſed ad ſpectandum ſepulcrum. Invenerunt autem factum eſſe terræmotum, & angelum ſuper lapidem ſedentem; & audierunt ab ipſo, *non eſt hic, ſurrexit*. Similiter Joannes, *In una ſabbatorum*, inquit, *Maria Magdalene, venit mane cum eſſent adhuc tenebræ, ad monumentum, & videt lapidem ſublatum a monumento*. Sed juxta eum *cum adhuc eſſent tenebræ*, præceſſerat. Lucas autem dicit, *Sabbato quidem quieverunt ſecundum præceptum. Una autem ſabbatorum ſummo mane ad monumentum venerunt, ferentes quæ paraverant aromata: invenerunt autem lapidem a monumento revolutum*. Summum mane fortaſſe matutinum ſplendorem, qui prius ſubapparet, ſignificat unius ſabbatorum. Et ideo jam perfecte præterito cum tota conſequente nocte ſabbato, & alio die incipiente, venerunt, aromata, & unguenta ferentes. Unde perſpicuum eſt, quod multo ante reſurrexerat. Hoc Marcus quoque ſequitur, dicens; *Emerunt aromata, ut venientes Jeſum ungerent, & valde mane unius ſabbatorum veniunt ad monumentum orto jam ſole*. Valde enim mane hic quoque dixit, quod idem eſt ac ſummo diluculo, & ſubjunxit, *Orto jam ſole*. Profectio quidem, & iter earum ſummo diluculo & valde mane incepit; in itinere autem, & circa monumentum, moram traxerunt uſque

Matth. 28.

Joan. 20.

Luc. 24.

Marc. 16.

ψαν κατὰ καιρὸς ἑτέρους, καὶ πάντες ἀνεστηκότα ἤδη τὸν κύριον ἔφασαν ἀπηγγέλλειν· καὶ ὀψὲ σαββάτων, ὡς ὁ Ματθαῖος· εἶπε· καὶ πρωΐας ἔτι σκοτίας ὔσης, ὡς ὁ Ἰωάννης γράφει. Ἢ ὄρθρου βαθέως, ὡς ὁ Λουκᾶς· καὶ λίαν πρωὶ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, καὶ ὁ Μάρκος· Καὶ πότε μὲν ἀνέστη, σαφῶς οὐδεὶς ἀπεφήνατο· ὅτι δὲ ὀψὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ μιᾷ σαββάτων μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου τῆς μιᾶς σαββάτων, οἱ ἐπὶ τὸ μνημεῖον παραγενόμενοι, οὐκέτι κείμενον αὐτὸν ἐν αὐτῷ κατέλαβον, τοῦτο ὁμολογοῦντες, καὶ μηδὲν διαφωνεῖν, μηδὲ ἐναντιοῦσθαι τοὺς εὐαγγελιστὰς πρὸς ἀλλήλους ὑπολάβομεν· ἀλλ' εἰ καὶ μικρολογία τις εἶναι δόξει περὶ τὸ ζητούμενον, εἰ σημαίνοντες πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ τὸ τοῦ κόσμου φῶς τὸν κύριον ἡμῶν ἀνατετυλχέναι, περὶ τίνων ὥραν διαφέρονται. ἀλλ' ἡμεῖς διγνωμόνως τὰ λεχθέντα καὶ πιστῶς ἁρμόσαι προθυμηθῶμεν· τὸ μὲν τὸ ὑπὸ τοῦ Ματθαίου λεχθέν, ὅτως ἔχει· ὀψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, ἦλθε Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ καὶ ἡ ἄλλη Μαρία θεωρῆσαι τὸν τάφον· καὶ ἰδοὺ σεισμὸς ἐγένετο μέγας· Ἄγγελος γὰρ κυρίου καταβὰς ἐξ οὐρανοῦ προσελθὼν, ἀπεκύλισε τὸν λίθον, καὶ ἐκάθητο ἐπάνω αὐτοῦ· ἦν δὲ ἡ ἰδέα αὐτοῦ ὡς ἀστραπὴ, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών· ἀπὸ δὲ τοῦ φόβου αὐτοῦ, ἐσείσθησαν οἱ τηροῦντες, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί· ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἄγγελος εἶπε ταῖς γυναιξί, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς, οἶδα γὰρ ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε, οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γὰρ καθὼς εἶπε· τοῦτο δὲ τὸ λεχθὲν οἱ μέν τινος οἰήσονται κατὰ τινὰ κοινότητα τοῦ ῥήματος, τινὰ ἑσπέραν δηλοῦν τοῦ σαββάτου· οἱ δὲ * σοφώτερον ἐξακούοντες, οὐ τοῦτο, ἀλλὰ νύκτα βαθεῖαν ἐρεῖν εἶναι, βραδύτητι καὶ μακρὸν χρόνον τοῦ ὀψὲ δηλοῦντος· καὶ ὅτι νύκτα λέγει καὶ οὐχ ἑσπέραν, ἐπήγαγε, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, καὶ ἦκον, οὔπω, ὡς οἱ λοιποί φασι, τὰ ἀρώματα φέρουσαι, ἀλλὰ θεωρῆσαι τὸν τάφον, καὶ εὗρον τὸν σεισμὸν γεγονότα καὶ καθήμενον τὸν ἄγγελον ἐπὶ τοῦ λίθου, καὶ ἀκηκοάσι παρ' αὐτοῦ, ὃν ἔστιν ὧδε, ἠγέρθη· ὁμοίως ὁ Ἰωάννης, ἐν μιᾷ τῶν σαββάτων, φησὶ, Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ ἦλθε πρωὶ σκοτίας ἔτι ὔσης ἐπὶ τὸ μνημεῖον· καὶ βλέπει τὸν λίθον ἠρμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· πλείω παρὰ τοῦτο σκοτίας ἔτι ὔσης προελήλυθε· ὁ δὲ Λουκᾶς φησι, τὸ μὲν σάββατον ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν· τῇ δὲ μιᾷ τῶν σαββάτων, ὄρθρου βαθέως ἐπὶ τὸ μνῆμα ἦλθον φέρουσαι ἃ ἡτοίμασαν ἀρώματα· εὗρον δὲ τὸν λίθον ἀποκεκυλισμένον ἀπὸ τοῦ μνημείου· ὁ βαθὺς ὄρθρος ἴσως προϋποφαινομένου· αὐτίκα ἐωθινὸν ἐμφανίζει τῆς μιᾶς τῶν σαββάτων, διὰ τοῦ παρωχηκότος ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πάσῃ τοῦ σαββάτου, καὶ ἑτέρας ἀρχομένης ἡμέρας, ἦλθον τὰ ἀρώματα καὶ τὰ μύρα φέρουσαι· ὅτε δῆλον ὡς ἀνεστήκει πρὸ πολλοῦ. τούτῳ κατακολουθεῖ καὶ ὁ Μάρκος λέγων, ἠγόρασαν ἀρώματα ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσιν αὐτόν· καὶ λίαν πρωὶ τῆς μιᾶς σαββάτων ἔρχονται ἐπὶ τὸ μνημεῖον ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· λίαν μὲν γὰρ πρωὶ καὶ οὗτος εἶπεν, ὅπερ ταυτόν ἐστι τῷ βαθέως· ὄρθρου· καὶ ἐπήγαγε, ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου· ἡ μὲν ὁρμὴ καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῇ, δῆλον ὡς ὄρθρου βαθέως· καὶ λίαν πρωὶ

προ-

προήρχθη· παρέτειναν δὲ κατά τε τὴν πορείαν καὶ περὶ τὸ μνημεῖον ὀλιγοβίωσαι μέχρις ἀνατολῆς ἡλίου· καὶ λέγει καὶ τότε τισὶ τῶν νεανίσκων· ὁ ὀλιγοχρόνιος, ἠγέρθη, οὐκ ἔστιν ὧδε· τούτων ὅπως ἐχόντων, τοῦτο τοῖς ἀκριβολογουμένοις * ἀποφαινόμεθα κατὰ ποίαν ὥραν ἢ καὶ ποῖον ἡμιώριον ἢ ὥρας τέταρτον ἄρχεσθαι προσῆκε τῆς ἐπὶ τῇ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει χαρᾶς· τοὺς μὲν λίαν ἐπιτιχύοντας καὶ πρὸ νυκτὸς ἐγγὺς ἤδη μεσούσης ἀνιέντας, ὡς ὀλιγώρους καὶ ἀκρατεῖς μεμφόμεθα, ὡς παρ' ὀλίγον προκαταλύοντας τὸν δρόμον, λέγοντος ἀνδρὸς σοφοῦ, Οὐ μικρὸν ἐν βίῳ τὸ παρὰ μικρόν· τοὺς δὲ ὑστερίζοντας καὶ ὀλιγαρκοῦντας ἐπὶ πλεῖσον καὶ μέχρι τετάρτης φυλακῆς διεγκαρτεροῦντας, καθ' ὃν καὶ τοῖς πλέουσιν ὁ σωτὴρ ἡμῶν περιπατῶν ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἐπεφάνη, ὡς γενναίους καὶ φιλοπόνους ἀποδεχόμεθα· τοῖς δὲ μεταξὺ ὡς ἐκινήθησαν ἢ ὡς ἠδυνήθησαν ἀναπαυσαμένους, μὴ πάνυ διοχλοῦμεν· ἐπεὶ μηδὲ τοὺς ἐξ ὅλης νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες ὀλιγοῦσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ ἑβδομίαν. καὶ τοῖς μὲν πάνυ ὀλιγονηθέσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονονοῦ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως· εἰ δέ τινες ἔχ ὅπως ἔχ ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες ἢ καὶ τρυφήσαντες τὰς προαγούσας τέσσαρας, εἶτα ἐλθόντες ἐπὶ τὰς τελευταίας δύο καὶ μόνας ἡμέρας, αὐτὰς ὑπερτιθέντες, τῇ τε παρασκευῇ καὶ τὸ σάββατον, μέγα τι καὶ λαμπρὸν ποιεῖν νομίζουσιν ἂν μέχρι τῆς ἕως ὀψὲ ἐκτενώσωσιν, ἐκ οἶμαι τῇ ἴσῃ ἄθλησιν αὐτοὺς πεποιῆσθαι, τοῖς τὰς πλείονας ἡμέρας προνηστεύσασι· τοῦτο μὲν ὡς φρονῶ συμβουλεύων περὶ τούτων ἔγραψε.

A ad ortum ſolis, & eis quidam tunc dicit adoleſcens candidatus, *Surrexit, non eſt hic.* Hæc autem cum ita ſe habeant illis qui hoc accuratius ſubtiliuſque conſiderant, enunciamus quota hora, vel etiam ſemihorula, vel quarta horæ, oportet incipere lætitiam ob domini noſtri a mortuis reſurrectionem, & eos quidem qui nimium feſtinant, & ante mediam noctem, nium ſolvunt, ut negligentes & intemperantes reprehendimus, ut qui propemodum antequam par ſit, curſum abruperint, dicente viro ſapiente; *Non parum eſt in vita quod parum abeſt.* Eos autem qui differunt, & plurimum perferunt, & ad quartam uſque vigiliam fortiter abſtinent, in qua B etiam ſervator noſter in mari ambulans apparuit, ut generoſos & laborum tolerantes ſuſcipimus: iis autem qui interea ut moti ſunt, vel ut potuerunt, quieſcunt, non valde moleſti ſumus [2] quandoquidem nec ſex jejuniorum dies æquali, aut ſimili tolerantia omnes perferunt: ſed alii quidem, vel omnes tranſmittunt, jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum. Et iis quidem qui in illis tranſmittendis valde laborayerunt, deinde defeſſi ſunt, & propemodum deficiunt, ignoſcendum eſt quod celerius guſtent. Si qui autem non modo non tranſmiſſis, ſed ne jejunatis quidem, vel etiam in delicatis opiariſque conviviis, conC ſumptis præcedentibus quatuor diebus, ad duos eoſque ſolos extremos dies cum venerint, illis a ſe cibo non guſtato tranſmiſſis, paraſceve & ſabbato, magnum quid & egregium ſe facere exiſtimant, ſi ad auroram uſque permanſerint: non exiſtimo eos ex æquo certamen ſubiiſſe cum iis qui ſe pluribus diebus prius exercuerunt. Hæc quidem, ut ſentio conſulens de hoc ſcripſi.

Κανὼν β'.

CANON II.

Περὶ δὲ τῆς ἐν ἀφέδρῳ γυναικῶν· εἰ προσῆκον αὐτὰς ὅπως ὀλοκαρδίους εἰς τὸν οἶκον εἰσιέναι τοῦ Θεοῦ, περιττὸν καὶ τὸ πυνθάνεσθαι νομίζω· οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς ὄσας καὶ ὁλαβεῖς, τολμήσειν ὅπως διακειμένας, ἢ τῇ ἁπλῇ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι· οὐδὲ γὰρ ἡ τὴν δωδεκαετῆ ῥύσιν ἔχουσα πρὸς τὴν ἅψιν σπάσασα ἔθιγεν αὐτοῦ· ἀλλὰ μόνου τοῦ κρασπέδου· προσδέχεσθαι μὲν γὰρ ὅπως ἂν ἔχητις, καὶ ὡς ἂν διάκειται, μεμνῆσθαι τοῦ δεσπότου, καὶ δεῖσθαι βοηθείας τυχεῖν, ἀνεπίφθονον· εἰς δὲ τὰ ἅγια τῆς ἁγίων, ὁ μὴ πάντη καθαρὸς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, προσιέναι κεκωλυθήσεται.

De mulieribus autem, quæ ſunt in abſceſſu, an eas ſic affectas oporteat domum Dei D ingredi, ſupervacaneum vel interrogare exiſtimo. [3] Neque enim ipſas arbitror, ſi ſint piæ & fideles, ſic affectas auſuras vel ad ſanctam menſam accedere, vel corpus & ſanguinem domini attingere. Neque enim, quæ XII. annorum fluxum patiebatur, ipſum dominum feſtinans ad medicinam tetigit, ſed ſolam ejus fimbriam. Orare enim quomodocumque ſe habeat aliquis, & utcumque ſit affectus domini meminiſſe, & auxilium implorare, non eſt reprehendendum. Ad ſancta autem ſanctorum, qui non anima & corpore purus eſt, accedere prohibebitur.

Κανὼν γ'.

CANON III.

E

Αὐτάρκεις δὲ καὶ οἱ [1] γεγηρακότες, ἑαυτῆς ὀφείλουσιν εἶναι κριταί· ὅτι γὰρ ἀπέχεσθαι ἀλλήλων προσῆκον, ἐκ συμφωνίας ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι τῇ προσευχῇ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὦσιν, ἀκηκόασι Παύλου γράφοντος.

Porro & qui conſenuerunt, debent eſſe ſui idonei judices. Quod enim a ſe invicem ex conſenſu ad tempus abſtinere conveniat, 1. Cor. 7. ut vacent orationi, & rurſus conveniant, Paulum dicentem audiverunt.

Ca-

---

1 Balſamon ita legit: at Zonaras, quem ſequitur Fronto Ducæus, γεγαμηκότες, *qui matrimonio junctli ſunt*. Harduinus.
2 Deſcribere hoc loco Dionyſius videtur verba Irenæi in epiſt. ad Victorem Papam. *Hard.*
3 Vide Card. Baronium in Annal. ad annum 266. n. 11. *Hard.*

A

CANON IV.

Qui autem in non voluntario nocturno fluxu fuerint, ii quoque propriam conſcientiam ſequantur, & ſeipſos an de eo diſcernant an non, conſiderent. Quemadmodum in cibis, *qui diſcernit*, inquit, *ſi comederit, condemnatus eſt*: in his quoque bonæ ſit conſcientiæ, & libere loquatur, ſecundum propriam cogitationem, quī ad Deum accedit.

Rom. 14.

Has tu quidem nos honorans (non enim ignoras, o dilecte) nobis quæſtiones propoſuiſti: nos ut ejuſdem ſententiæ, ſicut & ſumus, ejuſdemque animi, ſimul præparans. Ego autem, non ut doctor, ſed ut cum omni ſimplicitate convenit nos invicem differere, meam ſententiam in commune edidi: quam cum tu examinaveris, fili mi ſapientiſſime, quod tibi juſtum meliuſque apparuerit, vel an ſic etiam de his habere exiſtimas, reſcribes. Valere te, dilecte fili mi, in pace domino miniſtrantem opto.

B

Κανὼν δ'.

Οἱ δ' ἐν ἀκουσιρέτῳ νυκτερινῇ ῥύσει γλίσχυοι, καὶ ὅτος τῷ ἰδίῳ συνειδότι κατακολουθείτωσαν, καὶ ἑαυτὸς, εἴτε διακρίνονται περὶ τούτου, εἴτε μὴ, σκοπείτωσαν· καὶ ἐπὶ τῶν βρωμάτων ὁ διακρινόμενος, φησὶν, ἐὰν φάγῃ, κατακέκριται· καὶ ἐν τούτοις δ' συνειδὸς ἔσω καὶ παῤῥησίασος κατὰ τὸ ἴδιον ἐνθύμιον, πᾶς ὁ προσιὼν τῷ Θεῷ.

Ταῦτα, σὺ μβύ, τιμῶν ἡμᾶς (ὃ γὰρ ἀγνοῶν, ἀγαπητὲ) τὰ πίσματα ἡμῖν προσήγαγες, ὁμόφρονας ἡμᾶς, ὥσπερ ἦν ἐσμὲν, καὶ ἰσοψύχους, ἑαυτῷ παρασκευάζων· ἐγὼ δὲ, οὐχ ὡς διδάσκαλος ἀλλ' ὡς μετὰ πάσης ἁπλότητος προσῆκον, ἡμᾶς ἀλλήλοις διαλέγεσθαι, εἰς κοινὸν τιὸ διάνοιαν ἐμαυτὸ ἐξέθηκα· ἵν' ἐπισκέψας καὶ σὺ σωφρονέστατέ μου υἱὲ, ὅ,τι ἄν σοι φανῇ δίκαιον καὶ βέλτιον, ἢ εἰ ὅπως ἔχειν δοκιμάζῃς, περὶ αὐτῶν ἀντιγράψεις· ἐῤῥῶσθαί σε ἀγαπητὲ υἱέ μου ἐν εἰρήνῃ λειτουργοῦντα τῷ κυρίῳ εὔχομαι.

---

1 EPISTOLA CANONICA SANCTI Gregorii archiepiſcopi Neocæſarienſis, qui Thaumaturgus dictus eſt, de iis qui in barbarorum incurſione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiſerant.

C

CANON I.

NOn cibi nos gravant, ſancte Papa, ſi captivi ea comederint, quæ qui in eos dominium obtinent, eis appoſuerunt; maxime quando una de omnibus fama eſt, barbaros, qui in noſtras regiones incurſiones fecerunt, idolis non ſacrificaſſe. Dicit autem Apoſtolus: *Eſcæ ventri, & venter eſcis, Deus autem & hunc & has deſtruet*. Sed Servator quoque omnes cibos mundans, *Non quod intrat*, inquit, *coinquinat hominem, ſed quod egreditur*. Et hoc quoque, quod captivæ mulieres corruptæ fuerunt, barbaris earum corporibus inſolenter abutentibus. Sed ſi prius quoque alicujus damnata vita fuerat, abeuntis poſt oculos fornicatorum, ſicut ſcriptum eſt: tunc fornicatio ſuſpecta eſt ſcilicet, etiam tempore captivitatis. Et non oportet facile orationibus cum ejuſmodi communicare: ſed ſi quidem aliqua quæ in ſumma continentia vixerit, & puram ab omnique ſuſpicione alienam priorem vitam oſtenderit, nunc vi & neceſſitate in probrum lapſa ſit; habemus exemplum quod eſt in Deuteronomio, de adoleſcentula, quam homo in agro invenit, & ea vi compreſſa cum ipſa dormiit: *Adoleſcentulæ*, inquit, *nihil facietis; non erit adoleſcentulæ peccatum mortis: quia quemadmodum ſi quis homo adverſus proximum ſuum inſurrexerit, & ipſius animam morte affecerit, ſic hanc rem adoleſcentula proclamavit, & non erat qui ei opem ferret*. Hæc quidem certe ita ſe habent.

1. Cor. 6.

Matth. 15.

Ezech. 6. 9.

Deuter. 22.

D

E

Ε'ΠΙΣΤΟΛΗ' ΚΑΝΟΝΙΚΗ' ΤΟΥ˜

ἁγίου Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ, περὶ τῶν ἐν τῇ καταδρομῇ τῶν βαρβάρων εἰδωλόθυτα φαγόντων, ἢ καὶ ἕτερά τινα πλημμελησάντων.

Κανὼν α'.

Οὐ' τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, ἱερώτατε πάπα, εἰ ἔφαγον οἱ αἰχμάλωτοι ταῦτα, ἅπερ παρετίθεσαν αὐτοῖς οἱ κρατοῦντες αὐτῶν, μάλιστα ἐπειδὴ εἷς λόγος παρὰ πάντων τὰς καταδραμούσας τὰ ἡμέτερα μέρη βαρβάρους εἰδώλοις μὴ τεθυκέναι· ὁ δὲ ἀπόστολός φησι, τὰ βρώματα τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἡ κοιλία τοῖς βρώμασιν· ὁ δὲ Θεὸς καὶ ταύτην καὶ ταῦτα καταργήσει· ἀλλὰ καὶ ὁ σωτὴρ ὁ πάντα καθαρίζων τὰ βρώματα, ὃ τὸ εἰς πορδόμενον κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορδόμενον. καὶ τὸ τὰς αἰχμαλώτους γυναῖκας ὀφθαλμοῦσθαι ἐξ ὑβριζόντων τῶν βαρβάρων εἰς τὰ σώματα αὐτῶν· ἀλλ' εἰ μβὺ καὶ πρότερον κατέγνωσό τινος βίος πορδομβύου ὀπίσω ὀφθαλμῶν τῶν ἐκπορνευόντων κατὰ τὸ γεγραμμβύον, δηλονότι ἡ πορνικὴ ἕξις ὑποπτος καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἰχμαλωσίας· καὶ ὁ προχείρως δεῖ ταῖς τοιαύταις κοινωνεῖν τῶν λόγων· εἰ μβύτις ἐν ἄκρᾳ σωφροσύνῃ ζήσασα, καὶ καθαρὸν καὶ ἔξω πάσης ὑπονοίας ἐπιδεδειγμβύη βίον, τὸν πρότερον, νῦν περιπέπτωκεν ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης ὕβρει, ἔχομεν παράδειγμα τὸ ἐν τῇ Δευτερονομίῳ τὸ ἐπὶ τῇ νεανίδι, ἣ ἐν τῷ πεδίῳ εὗρεν ἄνθρωπος, καὶ βιασάμβυος αὐτὴν, ἐκοιμήθη μετ' αὐτῆς· τῇ νεανίδι οὐ ποιήσετε, φησὶν, ὅδε, οὐκ ἔστι τῇ νεανίδι ἁμάρτημα θανάτου· ὅτι ὡς εἴτις ἀναστῇ ἄνθρωπος ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτοῦ καὶ θανατώσει αὐτὸν τὴν ψυχὴν, οὕτω τὸ πρᾶγμα τοῦτο· ἐβόησεν ἡ νεάνις· καὶ ὁ βοηθῶν οὐκ ἦν αὐτῇ τούτου μβύτοι τοιούτου.

Κα-

1 Citatur a Photio, & aliis Canonum Græcis Collectoribus. Interpretatio eſt Gentiani Herveti recognita, & emendata. Scripta eſt circa annum Chriſti 262.

A

Κανὼν β'.

Δεινὴ ἡ πλεονεξία, καὶ οὐκ ἔστι δι' ἐπιστολῆς μιᾶς παραθέσθαι τὰ θεῖα γράμματα, ἐν οἷς οὐ τὸ λῆσθαι μόνον, φεικτὸν καὶ φεικῶδες καταγγέλλεται, ἀλλὰ καθόλου τὸ πλεονεκτεῖν καὶ ἀλλοτρίων ἐφάπτεσθαι ἐπὶ αἰσχροκερδείᾳ· ὃ πᾶς τοιοῦτος ἐκκήρυκτος ἐκκλησίας Θεοῦ. τὸ δὲ ἐν καιρῷ τῆς καταδρομῆς ἐν τοσαύτῃ οἰμωγῇ καὶ τοσούτοις θρήνοις τολμῆσαί τινας τὸν καιρὸν τὸν πᾶσιν ὄλεθρον φέροντα, νομίσαι ἑαυτοῖς καιρὸν εἶναι κέρδους, ἀνθρώπων ἐστὶν ἀσεβῶν καὶ θεοστυγῶν, οὐδὲ ὑπερβολὴν ἀτοπίας ἐχόντων· ὅθεν ἔδοξε τοὺς τοιούτους πάντας ἐκκηρύξαι, μήποτε ἐφ' ὅλον ἔλθῃ B τὸν λαὸν ἡ ὀργὴ, καὶ ἐπ' αὐτοὺς πρῶτον τοὺς προεστῶτας, τοὺς μὴ ἐπιζητοῦντας. φοβοῦμαι γὰρ ὡς ἡ γραφὴ λέγει, μὴ συναπολέσῃ ἀσεβὴς τὸν δίκαιον· πορνεία γὰρ φησι καὶ πλεονεξία δι' ἃ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας· μὴ οὖν γίνεσθε συμμέτοχοι αὐτῶν· ἦτε γάρ ποτε σκότος, νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ, ὡς τέκνα φωτὸς περιπατεῖτε (ὁ γὰρ καρπὸς τοῦ φωτὸς ἐν πάσῃ ἀγαθοσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀληθείᾳ) δοκιμάζοντες τί ἐστιν εὐάρεστον τῷ κυρίῳ, καὶ μὴ συγκοινωνεῖτε τοῖς ἔργοις τοῖς ἀκάρποις τοῦ σκότους, μᾶλλον δὲ καὶ ἐλέγχετε. τὰ γὰρ κρυφῇ γινόμενα ὑπ' αὐτῶν, αἰσχρόν ἐστι καὶ λέγειν· τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται· τοιαῦτα μὲν ὁ ἀπόστολος· ἐὰν δὲ διά τινα πρότερον πλεονεξίαν τινὰ ἐν τῇ εἰρηνικῇ χρόνῳ δίκαιον τινύοντες, ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ὀργῆς πάλιν πρός τινα πλεονεξίαν ἐκαπῶσί τινες, κερδαίνοντες ἐξ αἵματος καὶ ὀλέθρου ἀνθρώπων ἀναξίων χρυσοῦ ἢ αἰχμαλώτων, ἢ πεφονευμένων, τί ἕτερον προσδοκᾶν χρὴ ἢ ὡς ἐπαγωνιζομένους τῇ πλεονεξίᾳ, ἐπισωρεῦσαι ὀργὴν καὶ ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ λαῷ;

Canon II.

Gravis res eſt avaritia, & plura habendi cupiditas: nec poſſunt una epiſtola proponi divinæ ſcripturæ, in quibus non ſolum prædari fugiendum horrendumque prædicatur; ſed plura etiam concupiſcere, & aliena propter turpe lucrum attingere: & quicumque eſt ejuſmodi, is eſt a Dei Eccleſia abdicatus. In tempore autem incurſionis, in tanto luctu tantiſque fletibus, auſos eſſe aliquos tempus, quod omnibus exitium afferebat, exiſtimare eſſe ſibi lucri tempus, eſt hominum impiorum & Deo inviſorum, & quorum improbitati nihil poteſt adjici. Unde eis omnibus ejuſmodi interdicere viſum eſt, eoſque abdicare: ne forte ad totum populum ira veniat, & in eos primum qui præſunt, & non inquirunt. Vereor enim, ut ait ſcriptura, ne impius juſtum una ſecum perdat. *Fornicatio enim*, inquit, *& avaritia, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ: nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate: fructus enim lucis eſt in omni bonitate & juſtitia & veritate: probantes quid ſit beneplacitum Deo: & nolite communicare infructuoſis operibus tenebrarum; magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt vel dicere. Omnia autem, quæ arguuntur, a lumine manifeſtantur.* Hæc quidem Apoſtolus. Si autem qui propter priorem plura habendi cupiditatem, quæ in pace fuit, pœnam dederunt, in ipſo iræ tempore rurſus ad avaritiam convertuntur, lucrifacientes ex ſanguine, & pernicie everſorum hominum, captivorum, interfectorum, quid aliud exſpectandum eſt, quam ut avaritia decertantes iram ſibi & univerſo populo accumulent?

Κανὼν γ'.

Οὐκ ἰδοὺ Ἀχὰρ ὁ τοῦ Ζαρᾶ πλημμελείᾳ ἐπλημμέλησεν ἀπὸ τοῦ ἀναθήματος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν συναγωγὴν Ἰσραὴλ ἐχολώθη ἡ ὀργή; καὶ εἷς μόνος ἔτος ἥμαρτε, μὴ μόνος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτοῦ· ἡμῖν δὲ πᾶν τὸ μὴ ἡμέτερον, ἀλλὰ ἀλλότριον, τῷ καιρῷ τούτῳ κέρδος, ἀνάθεμα νενομίσθαι προσήκει. κἀκεῖνος μὲν γὰρ ὁ Ἀχὰρ, ἐκ τῆς προνομῆς ἔλαβε. καὶ αὐτοὶ νῦν ἐκ προνομῆς· κἀκεῖνος μὲν τὰ τῆς πολεμίων· οἱ δὲ νῦν, τὰ τῆς ἀδελφῶν, κερδαίνοντες ὀλέθριον κέρδος.

Canon III.

Non ecce Achan Zaræ filius in eo quod Deo dedicatum erat, peccavit, & in omnem Iſrael ſynagogam ira pervenit? Atqui hic unus ſolus peccavit, ſed non ſolus in ſuo peccato eſt mortuus. Nobis autem quidquid non noſtrum, ſed alienum eſt, hoc tempore lucrum, anathema exiſtimandum eſt. Nam & ille quidem, Achan ex præda accepit, & ipſi nunc ex præda accipiunt. Ac ille quidem, ea quæ erant hoſtium: qui vero nunc ſunt, ea quæ ſunt fratrum, pernicioſo lucro lucrifacientes. *Joſue. 7.*

Κανὼν δ'.

Μηδεὶς ἐξαπατάτω ἑαυτὸν, μήτε ὡς δῶρόν· ἔστε γὰρ δῶρόν τι κερδαίνειν ἔξεστι· φησὶ γὰρ τὸ Δευτερονόμιον, μὴ, ἰδὼν τὸν μόχλον τοῦ ἀδελφοῦ σου καὶ τὸ πρόβατον πλανώμενον ἐν τῇ ὁδῷ, περιίδῃς αὐτὰ, ἀποστροφῇ ἀποστρέψεις αὐτὰ τῷ ἀδελφῷ σου· ἐὰν δὲ μὴ ἐγγίζῃ ὁ ἀδελφός σου πρὸς σὲ, μηδὲ ἐπίσασαι αὐτὸν, συνάξεις αὐτὰ, καὶ ἔσται μετὰ σοῦ, ἕως ἂν ἐκζητήσῃ αὐτὰ ὁ ἀδελφός σου, καὶ ἀποδώσεις αὐτά· καὶ ὕτω ποιήσεις τὸν ὄνον αὐτοῦ, καὶ ὕτω ποιήσεις τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ὕτω ποιήσεις κατὰ πᾶσαν ἀπώλειαν τοῦ ἀδελφοῦ σου, ὅσα ἂν ἀπόληται παρ' αὐτοῦ, καὶ εὑρήσῃς αὐτά· ταῦτα τὸ Δευτερονόμιον· ἐν δὲ τῇ Ἐ-

Canon IV.

Nemo ſeipſum ſeducat, neque tanquam invenerit; neque enim fas eſt ei qui invenit, lucrifacere. Nam ait Deuteronomium: *Viſo fratris tui vitulo, & ove errante in via, ea ne deſpexeris, ſed ea reſtitutione reſtitues fratri tuo. Sin autem frater tuus ad te non approximet, neque ipſum noveris, coges ipſa, & erunt tecum, donec ea frater tuus quæſierit, & reddes ea: & ſic facies de ejus aſino: & ſic facies de ejus veſte: & ſic facies poſt omnem perditionem fratris: quæcumque ipſi perierint, & tu ea inveneris.* Hæc Deuteronomium. In Exodo autem, non ſolum ſi quis *Deut. 22. 1.* *Exod. 23. 4.*

res fratris, sed etiam inimici invenerit, *restitutione*, inquit, *restitues ipsa domui domini ipsorum*. Si autem ab eo qui in pace, & in otio delicate vitam transigit, vel etiam ab inimico, non licet lucrari; quanto magis ab eo qui rebus adversis premitur, & fugit, & necessitate coactus propria relinquit?

ξόδῳ, ὃ μόνον ἐὰν τὰ τοῦ ἀδελφοῦ τις εὕρῃ, ἀλλὰ καὶ ἐχθρὸς, ἀποστροφῆ φησιν, ἀποστρέψεις αὐτὰ εἰς τὸν οἶκον τοῦ κυρίου αὐτῶν· εἰ δὲ ὁ εἰρηνικῶς καθημένου καὶ ξυφωντος καὶ τῶν ἰδίων ἀμελοῦντος ἀδελφοῦ ἢ ἐχθρὸς, κερδάναι οὐκ ἔξεστιν, πόσῳ μᾶλλον δυσχεραίνοντος, καὶ πολεμίως φεύγοντος, καὶ κατὰ ἀνάγκην τὰ ἴδια ἐγκαταλιπόντος.

Canon V.

Alii autem seipsos seducunt, pro propriis quæ perierunt, aliena quæ invenerunt, detinentes. Ut quoniam Boradi & Gotthi eis hostilia fecerunt, ipsi aliis Boradi & Gotthi fiant, Propterea ergo fratrem & consenem nostrum Euphrosynum ad vos misimus; ut secundum formam, quæ hic est, ipse det similiter: & quorum accusationes admittere oporteat, & quos a precibus abdicare.

Κανὼν ε'.

Ἄλλοι δὲ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶσιν, ἀντὶ τῶν ἰδίων τῶν ἀπολομένων, ἃ εὗρον ἀλλότρια κατέχοντες, ἵνα ἐπειδὴ αὐτοὺς Βοράδοι καὶ Γότθοι τὰ τοῦ πολέμου εἰργάσαντο, αὐτοὶ ἄλλοις Βοράδοι καὶ Γότθοι γίνωνται· ἀπεστείλαμεν οὖν τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγέροντα Εὐφρόσυνον διὰ ταῦτα πρὸς ὑμᾶς, ἵνα κατὰ τὸν ἐνθάδε τύπον, καὶ αὐτὸς δῴη ὁμοίως, ὧν δεῖ τὰς κατηγορίας προσίεσθαι, καὶ ὃς δεῖ ἐκκηρύξαι τῆς εὐχῆς.

Canon VI.

De iis qui captivos ex barbaris fugientes vi detinent. Denunciatum autem est nobis, quidpiam factum esse in vestra regione incredibile, vel utique ab infidelibus, vel impiis, & qui ne nomen quidem Domini novere, quod nonnulli eo inhumanitatis crudelitatisque processere, ut captivos aliquos qui effugerunt, vi retineant. Mittite aliquos in regionem, ne vel fulmina in eos cadant qui hæc agunt.

Κανὼν ς'.

Περὶ τῶν βίᾳ κατεχόντων τοὺς ἐκ τῶν βαρβάρων αἰχμαλώτους· ἀπηγγέλθη δέ τι ἡμῖν καὶ ἄπιστον ἐν τῇ χώρᾳ ὑμῶν, γενόμενον πάντως παρὰ ἀπίστων καὶ ἀσεβῶν καὶ μὴ εἰδότων μηδὲ ὄνομα κυρίου, ὅτι ἄρα εἰς τοσοῦτόν τινες ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας προεχώρησαν, ὥστε τινὰς τοὺς διαφυγόντας αἰχμαλώτους βίᾳ κατέχειν. ἀποστείλατε τινὰς εἰς τὴν χώραν, μὴ καὶ σκῆπτοι πέσωσιν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας.

Canon VII.

De iis qui inter barbaros annumerati sunt, & absurda quædam in eos qui sunt sui generis, fecerunt. Eos itaque qui inter barbaros enumerati sunt, & cum eis in captivitate invaserunt, obliti se esse Ponticos & Christianos, efferati autem barbarique redditi, ut & eos qui sui sunt generis, vel ligno vel suffocatione interficiant: vias autem vel domos nescientibus barbaris ostendant: etiam ab auditione arcere oportet; donec congregatis sanctis aliquid de iis communi sententia visum fuerit, & ante eos sancto Spiritui.

Κανὼν ζ'.

Περὶ τῶν ἐγκαταλεχθέντων τοῖς βαρβάροις, καὶ ἄτοπά τινα κατὰ τῶν ὁμοφύλων τολμησάντων· τοὺς μὲν οὖν ἐγκαταλεχθέντας τοῖς βαρβάροις καὶ μετ' αὐτῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπελθόντας, ἐπιλαθομένους ὅτι ἦσαν Ποντικοὶ καὶ Χριστιανοὶ, ἐκβαρβαρωθέντας δὲ ὡς καὶ φονεύειν τοὺς ὁμοφύλους ἢ ξύλῳ ἢ ἀγχόνῃ, ὑποδεικνύναι δὲ ἢ ὁδὸς ἢ οἰκίας ἀγνοοῦσι τοῖς βαρβάροις, καὶ τῆς ἀκροάσεως ἀπεῖρξαι δεῖ, μέχρις ἂν κοινῇ περὶ αὐτῶν τι δόξῃ συνελθοῦσι τοῖς ἁγίοις, καὶ πρὸ αὐτῶν τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

Canon VIII.

De iis qui alienas domos aggredi ausi sunt in barbarorum incursione. Eos autem qui alienas domos invadere ausi fuerint, si accusati quidem convicti fuerint, nec auditione dignos existimare. Sin autem se ipsos enunciarint, & reddiderint, in eorum qui convertuntur, ordinem substerni.

Κανὼν η'.

Περὶ τῶν οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμησάντων ἐν τῇ τῶν βαρβάρων ἐπιδρομῇ· τοὺς δὲ οἴκοις ἀλλοτρίοις ἐπελθεῖν τολμήσαντας, ἐὰν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσι, μηδὲ τῆς ἀκροάσεως ἀξιῶσαι· ἐὰν δὲ αὐτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσιν, ἐν τῇ τῶν ὑποστρεφόντων τάξει ὑποπίπτειν.

Canon IX.

De iis qui in agro vel in ædibus ea quæ a barbaris relicta sunt, invenerunt. Eos autem qui in campo aliquid invenerunt, vel in suis ædibus a barbaris relictum, si accusati quidem convicti fuerunt, sint similiter in iis qui substernuntur. Sin autem se ipsos enunciaverint & reddiderint, etiam precibus digni habeantur.

Κανὼν θ'.

Περὶ τῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἢ ἐν τοῖς ἰδίοις οἴκοις εὑρόντων τι ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταλειφθέντα· τοὺς δὲ ἐν πεδίῳ εὑρόντας τι, ἢ ἐν τοῖς ἑαυτῶν οἰκίαις καταλειφθὲν ὑπὸ τῶν βαρβάρων, ἐὰν μὲν κατηγορηθέντες ἐλεγχθῶσιν ὁμοίως ἐν τοῖς ὑποπίπτουσιν. ἐὰν δὲ ἑαυτοὺς ἐξείπωσι καὶ ἀποδῶσι, καὶ τῆς εὐχῆς ἀξιῶσαι.

Ka-

A

Κανὼν ί.

Τὸς δὲ τὴν ἐντολὴν πληροῦντας ἐκτὸς πάσης αἰσχροκερδείας πληρῶν δεῖ, μήτε μτλιύτρα ἢ σῶστρα ἢ ἄρεξα, ἢ ᾧ ὀνόματι καλοῦσιν, ἀπαιτοῦντας.

Κανὼν ιά.

Ἡ προσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τῦ ἀκτηρίου ἐστὶν, ἄνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα, χρὴ τῆ εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν, ὑπὲρ αὐτῦ εὔχεσθαι· ἡ ἀκρόασις, ἔνδοθι τῆς πύλης, ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα, ἕως τῆ κατηχουμένων καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι· ἀκόων γάρ φησι τῆ γραφῆ καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλέσθω, καὶ μὴ ἀξιούσθω προσευχῆς· ἡ δὲ ὑπόπτωσις, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τῦ ναῦ ἑστάμενος, μὴ τῆ κατηχουμένων ἐξέρχηται· ἡ σύστασις, ἵνα συνίστατι τοῖς πιστοῖς, καὶ μὴ ἐξέρχηται μὴ τῆ κατηχουμένων· τελευταῖον ἡ μέθεξις τῆ ἁγιασμάτων.

Canon X.

2. Cor. 11. Scribit apoſtolus. *Non ego laboravi, ſed gratia Dei mecum*. Gratia vero Dei non eſt ἀνυπόστατος, id eſt quæ non ſubſiſtat, apage: quoniam quod non habet hypoſtaſim neque laborat, neque laborem ſentit: etſi millies quis operam det ut reperiat aliquid non ſubſiſtens, ſive non habens hypoſtaſim, quod moveatur & laboret, non poterit oſtendere: inanimata e ſe ac nutu ſuo non moventur, ſive tibia ſit, ſive cithara, neque laborem ſentiunt, Sanctus vero Paulus vas electionis ſcribit;
Ibidem. *Plus omnibus laboravi*: & ſubjungit: *Non ego, ſed gratia Dei mecum*. Scribit etiam unus ex
Sap. 9. ſapientibus, deprecans Deum *ut mittatur ſibi ſapientia a ſanctis ſedibus, & ab excelſo gloriæ, ut ſecum ſit, & ſecum laboret*. Gratia autem quæ cum apoſtolo Paulo laboravit, dominus Spiritus ſanctus eſt. Quomodo autem Deus eſuriat aut non eſuriat, comedat aut non comedat, nemo poteſt expromere. Scio autem ſcriptum eſſe quod dixit Deus deorum.
Pſal. 49. *Si eſuriero, non dicam tibi*: reperimus autem eumdem eſſe Deum Jeſum Chriſtum, qui cum eſuriſſet, non dixit, Eſurio; ſed accedentes angeli poſt tentationem, miniſtrabant
Matth. 4. *Pſal. 49.* ei. Scriptum autem eſt: *Numquid carnes taurorum manducabo, aut ſanguinem hircorum potabo?* Sic inquit Deus: at non dixit; Non manducavi, Deus enim mentiri non poteſt: eſt enim veritas. Appoſuit Abraham Deo vitulum quem fecit, & azymos quos Sarra coxerat; & comedit Deus *& non celavit eum*
Geneſ. 18. *quod facturus erat. Revertar inquit, ad te in*

Πρόπισις Θ'. τῆ Σαμοσατέως.

Γέγραπται ἐν τῷ Ἡσαΐα φησί, λέγων. ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ αἰώνιος, ὃ πεινάσει, ὅτε κοπιάσει· ὅτε ἐστὶν ἐξεύρεσις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. γέγραπται δὲ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι καὶ ἐπείνασε καὶ ἐκοπίασεν· ὁ δὲ κύριος αἰώνιος, ὡς προεῖπον, ὃ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει.

Ἀπόκρισις Θ'. τοῦ Πάπα Διονυσίου.

Ὁ ἀπόστολος γράφει· ὅτι οὐκ ἐγὼ φησιν ἐκοπίασα, ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. ἡ δὲ χάρις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστιν ἀνυπόστατος· μὴ γένοιτο· ἐπεὶ τὸ ἀνυπόστατον ὂν, οὔτε κοπιᾷ, οὔτε κάπτε αἰσθάνεται, κἂν μυριάκις μηχανήσεταί τις εὑρεῖν ἀνυπόστατον κινούμενον, κοπιῶν δύναται δεῖξαι· ἀφ' ἑαυτῆς δὲ κινοῦνται τὰ ἄψυχα, εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, οὔτε κόπτε αἰσθάνεται. ὁ δὲ ἱερὸς Παῦλος σκεῦος ὢν ἐκλογῆς γράφει· ὅτι περισσότερον πάντων ἐκοπίασα· οὐκ ἐγὼ δέ· αὖθις ἐπάγει· ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί. γράφει δὲ καὶ εἷς τῆς σοφῶν, δεόμενος τοῦ Θεοῦ ἀποσταλῆναι αὐτῷ τιὰ σοφίαν ἀπὸ θρόνων ἁγίων, καὶ ἀπὸ ὕψους δόξης, ὅπως συμπαρῆσα αὐτῷ συγκοπιάσῃ. περὶ δὲ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἥ τις ἐκοπίασε σὺν τῷ Παύλῳ τῷ ἀποστόλῳ, τὸ κύριός ἐστι πνεῦμα τὸ ἅγιον. περὶ δὲ τοῦ πεινᾶσαι τὸν Θεὸν, ἢ μὴ πεινᾶσαι, ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, τὸν ζόφον ὑδεὶς δύναται φράσαι. οἶδα δὲ ὅτι γέγραπται· ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Θεῶν, ἐὰν πεινάσω οὐ μή σοι εἴπω. ἐρίσκομαι δὲ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός· ὅτι πεινάσας, οὐδενὶ εἶπεν ὅτι πεινῶ. ἀλλὰ προσελθόντες οἱ ἄγγελοι μετὰ τὸν πειρασμὸν, διηκόνουν αὐτῷ. γέγραπται δὲ, μὴ φάγωμαι κρέα ταύρων, ἢ αἷμα τράγων πίωμαι; ὡσεί φησι λέγει ὁ Θεός· ἀλλ' οὐκ εἶπεν ὅτι οὐκ ἔφαγον, ἀψεύδης γὰρ ὁ Θεός. ἀλήθεια γάρ. παρέθηκεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ τὸ μοσχάριον ὃ ἐποίησε, καὶ τοὺς ἀζύμους ὃς ἔπεμψε Σάρρα, καὶ ἔφαγεν ὁ Θεὸς καὶ οὐκ ἀπέκρυψεν αὐτὸν, ὅτι ἐπανελεύσομαι πρός σε εἰς ὥρας, καὶ ἔσαι τῇ Σάρρᾳ υἱός.

ἀνέβετε

ἀκούετε Θεοῦ. ἐπανελεύσομαι πρὸς σὲ εἰς ὥρας. ἆρ' οὐ φανερόν ἐστιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ λέγων τοῖς μαθηταῖς, ὅτι ὑπάγω κὴ ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, κὴ παραλήψομαι ὑμᾶς μετ' ἐμοῦ; οὐχ ὁ Θεὸς ὁ εἰρηκὼς, ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω· αὐτός ἐστι κὴ οὐκ ἠλλοίωται σὰρξ ὁ λόγος, ὢν Θεὸς καὶ πεινάσας ἐκών. οὐκ εἶπεν ὅτι πεινῶ· ἀλλὰ κὴ τὴν τῶν πτωχῶν πεῖναν, κὴ γυμνίαν, κὴ ξενιτείαν εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρει, λέγων· ὅτι ὃς ἂν ποιήσῃ ἑνὶ τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποίησε. πλὴν γέγραπται ἐπ' ἀνθρώπων, ὅτι, ὅτε πεινάσωσιν, ὅτε κοπιάσωσι, φησὶν, ὡς λέγει Ἡσαΐας· ὅτι οἱ ὑπομένοντες τὸν Θεὸν, ἀλλάξουσιν ἰσχὺν, βαδιοῦνται κὴ οὐ πεινάσωσι· δραμοῦνται κὴ οὐ κοπιάσωσιν. ὥρα σοι τῷ Σαμοσατεῖ εἰπεῖν τὸν ἀπόστολον, ὅτι οὐκ ὑπέμεινε τὸν Θεόν. γράφει γὰρ λέγων, ὅτι Ὃν λιμὸν κὴ δίψει. ὁρᾷς, ὅτι ὅτε τοῦ ὕδατος ἐχορτάζετο; οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Θεὸν, οὐ πεινάσουσι βαδίζοντες· ὅτε κοπιάσουσι ἔχοντες, ὡς γέγραπται. διατί οὖν ἄρα οὐκ ἐχρῶντο τῷ ἀποστόλῳ ταῦτα φησίν; ἀλλ' ὡς γράφει ὅτι κὴ ξύλον ἀναγαγόντες; τοῦτο ποιεῖ σε τὴν κακοπιστίαν ἐμφραγῆναι, ὅτι οὐκ ἄνθρωπος ἦν ἅγιος ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ Θεὸς ἅγιος. τὸν γὰρ Παῦλον τὸν ἱερὸν ἄνθρωποι ἐθίασαν, ὧν ἐστιν εἷς ὁ φιλαπόστολος Ὀνήσιμος, ὁ σπουδαῖος περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ ἀποστόλου. τούτων δὲ οὐδὲν ἀμείσκομεν ἐπὶ Χριστοῦ. ἀλλ' ἀμείσκομεν ὅτι ὅσα ἐν τῇ παλαιᾷ γέγραπται, λέγων, ὁ Θεὸς, ὁ αὐτὸς ἐπανῆλθε πρὸς ἡμᾶς, ὁ πρὸς Ἀβραὰμ ἐπανελθὼν εἰς ὥρας· ὁ φαγὼν πρὸς Ἀβραὰμ, ἐλθὼν πρὸς ἡμᾶς ἐπείνασεν, ὁ εἰρηκὼς, ἐὰν πεινάσω, οὐ μή σοι εἴπω, σὰρξ γεγόμενος ὁ λόγος ἐπείνασεν, ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκὶ Ἰησοῦς ὁ Χριστός. ὥστε ἐκβέβληται πάλιν αἱ σκαιωρίαι τοῦ Σαμοσατέως.

horas, & habebit filium Sarra uxor tua. Audite Deum. *Revertar*, inquit, *ad te in horas*. An non liquet eumdem esse qui dicit discipulis, *Vado & venio ad vos, & assumam vos mecum*? Hic est Deus qui dixit: *Si esuriero non dicam tibi*; idem est, & non est mutatus factus caro, qui est Verbum Deus, & esurivit volens, & non dixit, Esurio; sed & famem pauperum & nuditatem & hospitalitatem ad se refert, cum ait: *Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis*. Ceterum scriptum est de hominibus, *quod non esurient neque laborabunt*, sicut ait Esaias: *Qui expectant Deum, mutabunt vires; ambulabunt, & non esurient; current, & non laborabunt*. Tempus est ut dicat Samosatensis, quod apostolus non expectavit Deum, quia scribit: *In fame & siti*. Vides quemadmodum hic apostolus nec aqua sitim explebat? Qui autem expectant Deum, non esurient, inquit, ambulantes, neque laborabunt currentes. Quare igitur, inquit, non sunt hæc in apostolo facta? quin potius sicut scribit, ter naufragium fecit? Hoc perfidiam tuam convincit, quod Christus non erat homo sanctus, sed Deus sanctus. Paulo enim cibum homines præbuerunt, ex quibus est Onesimus studiosus in ministrando apostolo. Nihil horum in Christo reperimus sed reperimus quæcumque in veteri scriptura scripta sunt. Deus ipse reversus est ad nos, qui reversus est ad Abraham in horas: qui pransus est apud Abraham, cum venit ad nos, esurivit, qui dixit: *Si esurioro non dicam tibi*. Verbum caro factum esurivit, qui dat cibum omni carni Jesus Christus. Extrusæ ergo sunt machinationes dolosæ Samosatensis.

A
B
C
D
E

Genes. 18. Psal. 49. Psal. 135. Joan. 14. Psal. 49. Matth. 25. Isai. 40. 1. Cor. 11. Ibidem. Coloss. 4 ad Philem.

Πρότασις ι'. τοῦ Σαμοσατέως.

Ὑπολαμβάνω πρεσβύτα, ὅτι πλεῖον πάντων Πέτρος ὁ ἀπόστολος ὡς ὢν τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς ἤδει τὴν περὶ Χριστοῦ δόξαν. ταῦτα δὲ οὐ λανθάνει ἡμᾶς, ἀλλὰ κὴ πλεῖον πάντων ἐπίσασαι, ὅτι ἀσφαλίζεται γράφων εἰς τὰς πράξεις ὁ Λουκᾶς· ὅτι ἔστη ὁ Πέτρος ἐπὶ πάντων λέγων, ἀσφαλῶς οὖν γινωσκέτω πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, ὅτι κὴ Χριστὸν κὴ κύριον αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε, τοῦτον τὸν Ἰησοῦν ὃν ὑμεῖς ἐσταυρώσατε. εἰπὲ οὖν ἡμῖν πρεσβύτα· πῶς ἆρα ἐν τούτῳ ἡμῶν καταγράψῃ, ἐκβολὴν ὅτῳ τοῦ ἀποστόλου παραδώσαντος ἡμῖν κρατεῖν μετὰ γνώσεως κὴ ἀσφαλείας τὸν γεγόμενον Χριστὸν κὴ κύριον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὃν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι; τὰ γὰρ παρ' ὑμῶν γραφέντα Θεὸν ἔχει τὸν ἐσταυρωμένον, κὴ σωναίδιον τῷ πατρί. αὐτὸς δὲ λέγει ὁ σταυρωθεὶς, μή μου ἅπτου, φησὶ τῇ Μαρίᾳ. οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μου. ἀλλ' ὑμεῖς οὐκ ἀνέχεσθε εἰπεῖν, ὅτι οὔπω ἀνέβη. ἀλλὰ γράφετε πανταχοῦ, ὅτι σωναίδιος ἐστὶ τοῦ πατρὸς, ὁ λέγων, οὔπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα.

Quæstio X.

Existimo, [a] *presbyter*, *Petrum apostolum*, *utpote discipulum Christi*, *plus quam omnes gloriam Christi novisse: hoc vero non te latet*; *immo magis quam omnes alii scis*: *quod Lucas in actis apostolorum confirmat*, *cum scribit*: Stans autem Petrus cum omnibus apostolis: Certissime, inquit, sciat omnis domus Israel, quia & dominum eum & Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis. *Dic igitur nobis*, *presbyter*, *quomodo hic accusabis nos esse extrusos*, *cum sic tradat nobis apostolus*, *ut scienter & firme teneamus factum Christum & dominum a Deo quem Judæi crucifixerunt*? *Quæ enim a vobis scripta sunt*; *Deum habent crucifixum*, *& coæternum Patri*. *Ipse vero crucifixus dicit Mariæ*: Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum. *Sed vos dicere non patimini quod nondum ascendit*, *sed ubique scribitis*; *coæternum esse Patri illum*, *qui dicit*, Nondum ascendi ad Patrem meum.

[a] O senicule, per ironiam, διὰ τὸ πολυχρόνιον ut initio dixit.

Act. 2. Joan. 20.

Ἀπόκρισις ι'. τοῦ Πάπα Διονυσίου.

Ὅτι μὴν ἔγραψα, κὴ γράφω, κὴ ὁμολογῶ, κὴ πιστεύω, κὴ κηρύττω σωναίδιον τῷ πατρὶ τὸν Χριστὸν, τὸν

Responsio.

Scripsi, & scribo, & confiteor ac credo, & prædico coæternum Patri Christum unigenitum

tum filium & Verbum Patris. Verumtamen nulli hæreticorum ſcripſi, ſicut neque nunc ſcribo tibi. Patrem quod non ſcripſi, accuſas? quæ autem ſcripſi, ingenitum. Quid igitur agnoſco, & apud me ſunt. Ecce in te

Pſal. 68. impletur, & in iis qui te ſequuntur: *Contra me loquebantur qui ſedebant in porta, & in me pſallebant qui bibebant vinum*: non in me dico, ſed in Deum. Neſcio quis tibi hunc actum turbatum impietatis tanquam poculum porrexit, & tenebras offudit ut non intelligeres quæ dicis. Scripſi enim tibi in epiſtola, ad quam hæc reſcripſiſti, quod volens teipſum decipis, o amice. Non dixi amicum tanquam compresbyterum; ſed tanquam alterum amicum, cui dictum eſt a domino:

Matth. 26. *Amice, ad quid veniſti?* Accedam igitur, duce Deo, ad exponendum quid ſit quod dictum

Act. 2. Joan. 3. eſt: *Et Chriſtum & dominum fecit eum Deus.* Scriptum eſt: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Factus eſt nobis in Deum Chriſtus Jeſus, qui eſt ſemper Chriſtus dominus; & nos facti ſumus ejus

1. Pet. 2. populus, *qui aliquando eramus ſicut oves errantes; nunc autem converſi ſumus ad paſtorem & epiſcopum animarum noſtrarum*; converſi ſumus ad ſemper Chriſtum & dominum: nobis enim factus eſt Chriſtus dominus. Sicut enim *nobis natus eſt puer* qui erat filius; ſic qui erat æternus, factus eſt nobis in ſalutem. Non eramus nos olim populus ejus, quatenus eum ignorabamus. Verbum Patris non Verbo productum eſt, ſicut multitudo ſupernorum ſpirituum ſanctorum: ſed cum ſit Verbum, ex ſubſtantia Patris genitum eſt: non enim creatum eſt Verbum Jeſus Chriſtus. Quamobrem tanquam vero Chriſto ſervimus. An accuſamur quod creaturæ ſervimus præter creatorem? Et ſi, ut ſentit Samoſatenſis, non aſcendit ad Patrem, unde

Joan. 14. erat qui dixit: *Pater meus in me manet*? Si enim non aſcendit, quid eſt quod ait: *Nemo*

Joan. 3. *aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo*? Numquid Samoſatenſis tanquam amicus iniquorum, mendacem vult facere eum qui di-

Joan. 14. Hebr. 7. xit: *Ego ſum veritas*? Nos autem per duas res immobiles veritatem defendemus. *Nam*

Rom. 5. *pro bono forſitan quis audeat mori*. Quemad-

Joan. 7. modum dicit: *Nondum erat Spiritus, quoniam Jeſus nondum erat glorificatus*. Quod vero ait Samoſatenſis: Ante Mariam quidem erat Spiritus ſanctus, Chriſtus vero non erat: Quomodo affirmat ſcripto quod erat Spiritus ſanctus ante Chriſtum & Mariam:

Ibidem cum tamen Evangeliſta dicat: *Nondum erat Spiritus, quia Jeſus nondum erat glorificatus*? Quid hic dicit Samoſatenſis? quoniam hæ duæ voces ipſius domini ſunt: & impoſſibile eſt ipſum mentiri, apage. Ipſe enim dominus

Hebr. 6. Matth. 3. dicit: *Qui loquitur mendacium ex malo eſt*. Videte, fratres, quanta ſit cæcitas. Tota die & nocte acuit tela contra dominum, & aggreditur bellare, homo neque bellare ſciens, neque in arte bellandi inſtitutus: quamquam

Baruch. 3. *homines docti & proceri, in tempore certaminis perierunt*: & propriis armis, quibus confidebant, eorum capita amputata ſunt cum

1. Reg. 17. ore iniqua & ſcelerata reſonante. Nondum erat datus Spiritus ſanctus; nondum venerat

Act. 2. dominus Spiritus paracletus, *ut ſederet ſupra ſingulos ſanctorum apoſtolorum, ubi erant ſe-*

μονογ̣ε̣ν̃ῆ υἱὸν καὶ λόγον τοῦ παρ̣ὸς. πλὴν ὐδενὶ τ̃ῶν αἱρετικῶν ὅτε ἔγραψα, ὡς ὐδὲ νυ̃ν σοι, ἀγ̣ν̣ώ̣ν̣τ̣ω̣ν πατέρα. τί οὖν ὃ ἐκ ἔγραψά σοι κατηγορεῖς μ̃ου; ἃ δὲ ἔγραψα, γνωρίζω, κ̀ παρ̀ ἐμοί εἰσιν. ἰδὰ δὲ εἰς σὲ πληρ̃ῶται κ̀ τὰς κατὰ σέ· ὅτι κατ' ἐμ̃ὲ ὐδολέχευ οἱ καθήμενοι ἐν πύλῃ· κ̀ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες τὸν οἶνον· ὃ κατ' ἐμ̃ὲ λέγω, ἀλλὰ κατὰ τ̃ὸ Θεο̃ῦ. ἐκ οἶδα τίς σοι ἐκέρασε τὸ τεθολωμ̣ένον τ̃ῆτο δρ̃ᾶμα τ̃ῆς ἀσεβείας κ̀ ἐσκότωσε, μὴ νοῶν ἃ λέγεις· ἔγραψα γὰρ σοι κ̀ ἐν τ̃ῇ ἐπιστολ̃ῇ, πρὸς λι̃ὸν κ̀ ταῦτα ἀντέγραψας, ὅτι ἐκὼν λέληθας ὦ ἐπιῖρε. ἐχ ὡς συμπρεσβύτερον ἐπιῖρον εἶπον, ἀλλ' ὡς ἕτερον ὄντα, ὦ ἐῤῥέθη παρὰ τ̃ῦ κυρίυ. ἐπιῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; ἔλθω τοίνυν σὺν Θεῷ ἐπὶ τὸν δίηγησιν, τί τὸ εἰρημ̣ένον, ὅτι κ̀ Χριστὸν κ̀ κύριον αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε· γέγραπται, ὅτι ὅτως ὁ Θεὸς ἠγ̣άπησε τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτ̃ῦ τὸν μονογ̣ε̣ν̃ῆ ἔδοκεν εἰς τὸν κόσμον· γέγονεν ἡμ̃ῖν εἰς Θεὸν ὁ Χριστὸς Ἰησ̃ῦς ὁ ὢν ἀεὶ Χριστὸς κύριος· κ̀ ἡμεῖς ἐγ̣ρ̣υόμεθα αὐτ̃ῦ λαὸς, οἱ ποτὲ ὡς πρόβατα πλανώμ̣ενοι· νυ̃ν δὲ ἐπεστράφημ̣εν ἐπὶ τὸν ποιμ̣έα κ̀ ἐπίσκοπον τ̃ῶν ψυχῶν ἡμ̃ῶν, ἐπὶ τὸν ὄντα ἀεὶ Χριστὸν κύριον ἐπεστράφημ̣εν. ἡμ̃ῖν γὰρ ἐγ̣ρ̣ύετο Χριστὸς κύριος. * ὥσπερ γὰρ ἡμ̃ῖν ἐγ̣ε̣ννήθη παιδίον ὁ υἱὸς, ὢν ἀΐδιος· αὐτὸς ἐγ̣ρ̣ύετό μοι εἰς σωτηρίαν· ἡμεῖς ἐκ ἦμ̣εν πάλαι λαὸς αὐτ̃ῦ, καθότι ἠγνοε̃ῖμ̣εν. ὁ λόγῳ παρήχθη ὁ λόγος τ̃ῦ παρ̃ὸς, ὥσπε ἡ τ̃ῆς ἄνω ἁγ̣ίων πνευμ̣άτων πληθύς. ἀλλὰ λόγος ὢν ἐκ τ̃ῆς ὑποστάσεως τ̃ῦ παρ̃ὸς ἐγ̣ε̣ννήθη· ὁ γὰρ κτισὸς ὁ λόγος Ἰησ̃ῦς ὁ Χριστός· διὸ ὡς ἀληθινῷ λαρ̃ε̣ύομ̣εν τ̃ῷ Χριστῷ· ἐπεὶ ἄρα κ̀ ἐν ἐγ̣κλήσει ἐσμὲν λαρ̃ε̣ύοντες τ̃ῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. κ̀ εἰ, κατὰ τὸν Σαμοσατέα, ἐκ ἀνέβη πρὸς τὸν πατέρα, πόθεν λι̃ὸ εἰπὼν, ὁ πατήρ μ̣ου ἐν ἐμοὶ μ̣ένει; εἰ γὰρ ἐκ ἀνέβη, τί κ̀ λέγει, ὅτι ὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν ὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τ̃ῦ ὐρανυ̃ῦ καταβάς; ἆρα κατὰ τὸν ἑτ̃ῖρον τ̃ῆς παρανόμων ψ̃ῆφον θέλει αὐτὸν δεῖξαι τὸν λέγοντα, ἐγ̀ὼ εἰμὶ ἡ ἀλήθεια; ἡμεῖς δὲ διὰ τ̃ῆς δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων ὄντων σωηγορήσομ̣εν τ̃ῇ ἀληθείᾳ. ὑπὲρ γὰρ τ̃ῦ ἀγ̣αθ̃ῦ τίχα τις κ̀ τολμᾷ ἀποθανεῖν. ὥσπερ λέγει. ὐδέπω γὰρ λι̃ὸ πνε̃ῦμ̣α, ὅτι Ἰησ̃ῦς ὐδέπω ἐδοξάσθη. ὅτι δὲ ὁ Σαμοσατ̃ὸς λέγει, πρὸ Μαρίας μ̣ὴ λι̃ὸ πνε̃ῦμ̣α ἅγ̣ιον, Χριστὸς δὲ ἐκ λι̃ὸ. πῶς ὅτι ἐσὶν αὐτ̃ῷ ἔγ̣γραφος κατάθεσις, ὅτι λι̃ὸ πρὸ Χριστ̃ῦ κ̀ Μαρίας πνε̃ῦμ̣α ἅγ̣ιον; λέγει δὲ ὁ ἄγ̣γελισ̃ὴς, ὅτι ὅπω λι̃ὸ πνε̃ῦμ̣α, ὅτι Ἰησ̃ῦς ὅπω ἐδοξάσθη. ἐν τέτῳ ὁ Σαμοσατ̃ὸς τί λέγει; ὅτι κ̀ αἱ δύο φωναὶ αὐτ̃ῦ τ̃ῦ κυρίυ εἰσὶ, κ̀ ἀδύνατον ψε̃ῦδος ἐν αὐτῷ, μὴ γ̣ένοιτο· αὐτὸς γὰρ λέγει ὁ κύριος, ὅτι ὁ λαλ̃ῶν τὸ ψε̃ῦδος ἐκ τ̃ῆς πονηρ̃ᾶς ἐσιν. ὁρᾶτε ἀδελφοὶ, πόση τύφλωσις; ὅλιω τλὼ ἡμέραν κ̀ τλὼ νύκτα ἠκόνησε βέλη κατὰ τοῦ κυρίυ, κ̀ πολεμεῖν πειρᾶται ἄνθρωπος μὴ εἰδὼς, μήτε δεδιδαγ̣μ̣ένος πολεμεῖν· καίτοι οἱ πολεμεῖν δεδιδαγ̣μ̣ένοι ἄνθρωποι, κ̀ ὑψηλοὶ ἐν ἡμ̣έρᾳ ἀγ̣ώνων ὤλοντο· κ̀ διὰ τ̃ῶν ἰδίων αὐτ̃ῶν ὅπλων, ἐν οἷς ἐπεποίθοσαν ἐπ' αὐτοῖς, δὲ αὐτ̃ῶν ἀφῃρέθησαν αὐτ̃ῶν αἱ κεφαλαὶ μετὰ τ̃ῦ τὰ παράνομα σαλπίζοντος σ̀όματος. ὐδέπω λι̃ὸ δεδομένον τὸ πνε̃ῦμ̣α τὸ ἅγ̣ιον. ὅπω λι̃ὸ ἐλθὸν τὸ κύριον πνε̃ῦμ̣α ὁ παράκλητος, ἵνα ἐπικαθίσῃ ἐφ' ἕνα ἕκασον τ̃ῶν ἁγ̣ίων ἀποσ̀όλων ἦσαν καθήμ̣ενοι. γέγραπται γὰρ ὅτι ὀφθήσεται ὁ Θεὸς τ̃ῶν Θεῶν ἐν Σιών· ὤφθη αὐτοῖς μετὰ τὸ ἐλ-

θεῖν

θεῖν αὐτὸς ἐκ τῦ ὄρυς τῦ καλυμένυ ἐλαιῶνος. ἐκεῖθεν ἦλθον εἰς Σιών, καὶ πληρῦται τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν, θρόνοι ἐπὶ οἶκον Δαβίδ. ἰῶ γὰρ μετ' αὐτῆς ἦν ὁ οἶκος ὁ μέγας τῦ Θεῦ, τὸ ἐμφανὲς ὄρος τῦ Θεῦ ἡ Θεοτόκος Μαρία· θρόνυς δὲ καὶ τὺς ἀποστόλυς ἐκάλεσεν ὁ Δαβὶδ διὰ πνεύματος ἁγίυ, διὰ τὸ ἐπικαθίσαι ἐφ' ὧν ἕκασον αὐτῆς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ πεφανερωμένον ἐπικαθίσαν ἐπ' αὐτὺς ἐν εἴδει γλωσσῶν πυρίνων. καὶ περὶ τῦ εἰπεῖν τὸν ἀληθινὸν Ἰησῦν τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ, ὅτι ὕπω ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα μυ, ἀδέπω ἦσαν θεωρήσαντες αὐτὸν ἀνερχόμενον, ὅπυ ἰῶ τὸ πρότερον, αὐτῦ ἐστι φωνὴ τῦ ἀνθρωποθέτυ Θεῦ λόγυ. τὸ, ἐὰν ὦν ἴδητε, φησὶ, τὸν υἱὸν τῦ ἀνθρώπυ ἀνερχόμενον, ὅπυ ἰῶ τὸ πρότερον. καὶ πάλιν· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν ὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τῦ ὐρανῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπυ ὁ ὢν ἐν τῷ ὐρανῷ. αὐτὸς ἐγγύτό μοι εἰς Θεὸν καὶ κύριον Ἰησῦν ὁ εἷς ὢν λόγος. μία αὐτῦ ὑπόστασις καὶ ἓν πρόσωπον· αὐτός ἐστιν ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα παρὰ τῦ πατρὸς, ἐκ ὧν ἔλαττον τῦ πατρὸς, ὑπὲρ ἡμῶν προσηύξατο, λέγων· πάτερ ἅγιε ἁγίασον αὐτὺς, διατήρησον αὐτὺς ἐν τῷ κόσμῳ· νῦν δὲ ὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα, οἵ τινές εἰσιν οἱ τῆς εἰδώλων λατρείας. καὶ ἡ τῆς Ἰυδαίων ἀπειθὴς συναγωγὴ, ἡ περιελιλυμένη ἀπὸ τῦ ἀληθινῦ νυμφίυ, καὶ τῷ Βαραββᾶ ἑαυτὴν περιπλέξασα. ὁ Σαμοσάτης δὲ σκεῦος ὀργῆς καταρτίσας ἑαυτὸν τῇ ἀπωλείᾳ, ταῖς Ἀρτεμᾶ βλασφημίαις, περιπείρας ἑαυτὸν τοῖς ἐκείνυ βρόχοις. ὅτε γὰρ Ἰυδαῖοι ὁμολογῦσιν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς ὁ πρὸ αἰώνων λόγος, ὅτε ὁ Σαμοσατεὺς, ἀλλὰ κἀκεῖνοι ἄνθρωπον αὐτὸν λέγυσιν ὡς εἷς τῆς προφητῆς· καὶ ὁ Σαμοσατεὺς ὡσαύτως, ὡς καὶ ἀρτίως ἔγραψα. ὅταν λέγῃ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ· ἃ μὴ ἀποκρύψω ἀπὸ Ἀβραὰμ πάντα, ἃ μέλλω ποιεῖν· ἐκ εἶπεν, ἅπερ ἐπέβαλόμην. καὶ πάλιν λέγει· ὅτι ἐπανελεύσομαι πρός σε εἰς ὥρας, καὶ ἔσαι τῇ Σάρρᾳ υἱός· ἄρατί φησιν ἐν τούτῳ ὁ ἀμαθής; καὶ ὅτι ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ· μή τοπον ἐκ τόπυ ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ; ὁ αὐτός ἐστι, καὶ αὗται εἰσιν αἱ φωναὶ ὅτι ἐν τῷ ὐρανῷ ἐστι. μεῖζον δὲ πάντων τὸ εἶναι αὐτὸν χωρούμενον ἐν πατρὶ, καὶ χωρεῖν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα σωματικῶς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· περὶ ἀσωμάτυ πραγμάτυς καὶ ἁγίυ πνεύματος λαλεῖ ὁ ἱερὸς μαθητής. καὶ σωματικῶς λέγει αὐτὸν ἐν τῷ υἱῷ κατοικοῦντι· τοσαύτας δὲ μαρτυρίας ἐχόντων τῶν θείων γραφῶν, μόνος μωμπάζων ὁ ἀλλότριος· πεπλήρωται εἰς αὐτὸν τὸ γεγραμμένον, ὅτι ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τῦ αἰῶνος τύτυ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι ἐν αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῦ εὐαγγελίυ· ἵνα κατανοήσωσι * τῷ ἀποστόλῳ λέγοντι· ὃς ἀντὶ τῆς προκειμένης αὐτῷ χαρᾶς ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας ἐν δεξιᾷ τῦ θρόνυ τῦ Θεῦ κεκάθικε· πρῶτον ἐρωτητέον ἐστὶν ἃ λέγει, ὅτι ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας· ὡς πολλάκις ἔγραψα. ὅτι εἶπεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἐγὼ ὁράσεις ἐπλήθυνα, καὶ ἐν χερσὶ προφητῶν ὡμοιώθην· ὡμοιώθη τῷ Ἰωνᾶ εἰσελθὼν ἐν μνημείῳ καὶ σὺν πατρὶ προσκυνούμενος· ὑψώθη ἐπὶ σταυρῦ γυμνὸς καὶ ἀνυπόδετος· ὡς Ἡσαΐας προφητεύων κατὰ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰυδαίων. τὰ δὲ ἄλλα διαφόρως μοι εἴρηται ὡς καὶ ταῦτα. παραλέλειπται δὲ τὸ, πῦ προδιεγράφη, καταφρονήσας αἰσχύ-

dentes: scriptum est enim: *Videtur Deus deorum in Sion.* Visus est eis postquam exierunt ex monte qui vocatur Oliveti, inde venerunt in Sion; & impletum est quod ait scriptura: *Illic sederunt sedes in judicium, sedes super domum David.* Erat enim cum eis etiam domus magna Dei, manifestus mons Dei, deipara Maria. Sedes autem vocavit David per Spiritum sanctum, apostolos, quia sedit supra singula eorum Spiritus sanctus, qui apparuit sedens supra ipsos in specie ignearum linguarum. De eo autem quod dixit: *Nondum ascendi ad Patrem meum*; nondum viderant eum redeuntem eo ubi prius erat: ipsius enim Verbi quod factum est homo, vox illa est: *Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius*; & rursus: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.* Ipse factus est mihi in Deum & dominum & Christum, qui est unus Verbum, una ejus hypostasis, una persona. Ipse est cui omnia subjecta sunt a Patre: qui cum non esset minor Patre, pro nobis precabatur, dicens: *Pater sancte, sanctifica illos, serva eos in nomine tuo.* Nunc autem nondum videmus omnia subjecta ei; cujusmodi sunt cultores idolorum, & synagoga Judæorum, quæ non vult credere, quæ se a vero sponso abstraxit, & se cum Barabba circumplicavit. Samosatensis vero vas iræ seipsum aptavit ad interitum, blasphemiis Artemæ, illiusque laqueis se irretiens. Nec enim Judæi confitentur quod ipse est Christus, qui est Verbum ante sæcula, neque Samosatensis: sed potius illi etiam hominem esse dicunt, tanquam unum ex prophetis; similiter Samosatensis, ut paulo ante scripsi: Cum dixit Deus Abrahæ, *Non celabo Abrahæ omnia quæ facturus sum*; non dixit, quæ mihi commissa sunt; rursus dicit: *Revertar ad te in horas, & erit Sarræ filius.* Quid igitur hic dicit ineruditus? *Ascendit Deus ab Abraham*; an locum ex loco mutans ascendit Deus ab Abraham? Idem est, & eædem sunt voces, quæ significant esse in cœlo: majus vero omnibus est esse eum in Patre, & Patrem in eo ipso corporaliter, & Spiritum sanctum. De Patre incorporeo & Spiritu sancto loquitur sanctus discipulus, & tamen dicit *corporaliter habitare eum in Filio.* Et cum tot testimonia sint in divinis scripturis, manet tamen cæcus & manu tentans, qui a nobis alienus est: impletumque est in eo quod ait apostolus: *Excæcavit Deus sæculi hujus mentes infidelium, ne fulgeat in eis illuminatio evangelii:* ut considerent quod apostolus dicit. *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera Dei sedet.* Primum dicam quid est quod ait: *Sustinuit crucem confusione contempta.* Ut sæpe scripsi, dixit Deus: *Ego visiones multiplicavi, & in manibus prophetarum assimilatus sum.* Assimilatus est Jonæ ingressus in monumentum, & cum Patre adoratus: sublatus est in crucem nudus, & nudis pedibus: sicut Esaias prophetans contra synagogam Judæorum. Alia autem dicta sunt a me diversis locis sicut hæc: prætermissum vero est, ubinam præfiguratum est illud: *Confusione contempta.* Cum Judas adulteravit nurum suam, nescius, statim ut patefactum

Psal. 83. Act. 1. Act. 2. Joan. 20. Joan. 6. Joan. 3. Ephes. 4. 1. Cor. 15 Joan. 17. Genes. 19. Ibidem. Coloss. 2. 1. Pet. 1. 2. Cor. 4 Hebr. 12. Osee 12. Jona 2. Esai. 20. Genes. 38.

est

est quod esset prægnans Thamar, suspicatus Judas ex fornicatione concepisse, condemnavit eam jussitque ut interficeretur: cum autem duceretur ad supplicium Thamar: *Cognosce*, inquit hæc, *virgam & armillam: ex eo enim cujus hæc sunt*, concepi. Tunc Judas confusione contempta, confessus est quod justior se esset Thamar; atque ita liberata est a morte. Nisi enim Judas confusionem contempsisset, interfecta esset acerbe Thamar. Verum Judas non est mortuus pro Thamar: *Christus vero pro omnibus mortuus est. Recogitemus igitur eum qui talem sustinuit a peccatoribus adversus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemur animis nostris deficientes*. Ipse est qui descendit ad Abraham; ipse qui descendit ad Moysen ut liberaret populum; & qui nunc novissimis diebus propter nos venit, non in figura ignis, sed conceptus in ventre virginis Mariæ, superveniente Spiritu sancto in eam; & matrem incorruptam a pedibus usque ad caput benedictam servavit, sicut ipse solus novit modum conceptus & ortus sui. Hæc est quam Isaac prævidens, dicebat Jacob: *Det tibi dominus benedictionem cœli desuper, & benedictionem terræ habentis omnia*. Qui enim e cœlo descendit unigenitus Deus Verbum, gestatum est in utero, & genitum ex paradiso virginali habente omnia: hæc sunt, *Spiritus sanctus qui supervenit in eam, & virtus altissimi quæ obumbravit ei: & quod natum est sanctum puer Jesus, qui est Deus fortis, potens sustinuit crucem confusione contempta*, ut salvos faceret eos, qui ex Adam propter abjectam obedientiam mortui erant: ipse sedit in dextera sedis Dei. Si vero dixerit Samosatensis quod crucifixus non erat semper in cœlo, quia dictum est quod in dextera sedis Dei sedit; colligit sibi spinas & tribulos: dicet enim Deus ei tunc: An quia dixit filius meus unigenitus, *nondum ascendi ad Patrem*; & cum dicit, *descendi de cœlo*; & Moysi dicit, *Descendi ut liberem eos*: dicis me orbatum esse filio in cœlo? Si vero de Patre dicit: *Ascendit Deus ab Abraham*: rursus opinione Samosatensis, pater erat in terra orbatus filio? quod quidem absit ut dicamus: quin potius illa dicamus, quæ oportet confiteri de Patre & Filio vero & Spiritu sancto. Sic enim laudes ejus celebrantes *gratiam inveniemus in auxilium opportunum. Qui autem confitebitur ei Patrem, confitebitur eum & ipse Filius coram Patre suo*, & nunc, & cum venerit ad remunerandum. Ipsi gloria in ecclesia in omnes generationes sæculi, Amen.

Hebr. 12.
Genes. 18. Exod. 3.
Luc. 1.
Gen. 28. Gen. 49.
Luc. 1.
Hebr. 12.
Joan. 20. Gen. 18. Exod. 3.
Hebr. 4.
Matth. 10.

Ἀννης. ὁ Ἰούδας, ὅτε ἐμοιχάσατο τὴν νύμφην αὐτοῦ ἀγνοῶν, ὡς ἐφανερώθη ἡ σύλληψις τῆς Θαμαρ, ὑπολαβὼν ὁ Ἰούδας, καὶ φησὶ, νομίσας αὐτὴν ἐκπορνείας συνειληφέναι, κατέκρινεν αὐτὴν θανατωθῆναι· ἀγομένη δὲ ἡ Θάμαρ, ἔφη· ἐπίγνωθι ταῦτα, τίνα ῥάβδον καὶ τὸν ὁρμίσκον. ἐξ ὧν γάρ εἰσι ταῦτα, ἐγὼ ἔχω ἐν γαστρί. τότε ὁ Ἰούδας καταφρονήσας τῆς αἰσχύνης, ὡμολόγει λέγων, δεδικαίωται Θάμαρ ἢ ἐγώ. καὶ διασώζεται Θάμαρ μὴ ἀποθανεῖν. εἰ μὴ γὰρ κατεφρόνησεν Ἰούδας αἰσχύνης, Θάμαρ ἂν ἐτεθνήκει πικρῶς· ἀλλ' ὁ Ἰούδας ἐκ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς Θάμαρ. ὁ δὲ Χριστὸς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν. ἀναλογισώμεθα οὖν τὴν τοιαύτην ὑπομεμνηκότα ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἑαυτὸν ἀντιλογίαν, ἵνα μὴ κάμωμεν ταῖς ψυχαῖς ἐκλυόμενοι· αὐτός ἐστιν ὁ καταβὰς ἐπὶ Ἀβραάμ· αὐτὸς ἐπὶ Μωϋσῆ κατέβη ἐξελέσθαι τὸν λαόν· καὶ νῦν δι' ἡμᾶς ἐπ' ἐσχάτων ἐλθών, ἐκ ἐν πνεύματι πυρός, ἀλλὰ συνελήφθη ἐν γαστρὶ παρθένου Μαρίας, τῷ ἁγίῳ πνεύματος ἐπελθόντος ἐπ' αὐτήν. καὶ ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος τὸν τρόπον τῆς συλλήψεως καὶ γενέσεως αὐτοῦ, φυλάττων ἄφθαρτον τὴν μητέρα, ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς ἐυλογημένην. αὕτη γάρ ἐστιν ἣν, προορῶν ὁ Ἰσαὰκ ἔλεγε τῷ Ἰακώβ· δώσει σοι κύριος εὐλογίαν ἐρανοῦ ἄνωθεν, καὶ εὐλογίαν γῆς ἐχούσης τὰ πάντα. ὁ γὰρ ἐξ ἐρανοῦ καταβὰς μονογενὴς θεὸς λόγος ἐγκυμονήθη κυοφορηθεὶς ἐκ παρθενικῆς παραδείσου ἐχούσης τὰ πάντα. πνεῦμα ἅγιον ἐπ' αὐτήν, δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάζουσα. καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον τὸ παιδίον Ἰησοῦς, ὁ ἰσχυρὸς θεὸς, ὁ ἐξουσιαστὴς, ὑπέμεινε σταυρὸν αἰσχύνης καταφρονήσας· ἵνα σώσῃ τοὺς διὰ τὴν παρακοὴν ἐκ τοῦ Ἀδὰμ νεκρωθέντας· αὐτὸς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ· εἰ δὲ εἴπῃ ὁ Σαμοσατεὺς, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς ἐκ ἦν ἀεὶ ἐν ἐρανῷ, διὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ κεκάθικε, συνάγει ἑαυτῷ ἀκάνθας καὶ τριβόλους· ἐρεῖ γὰρ αὐτῷ ὁ Θεὸς τότε· εἰ διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν υἱόν μου τὸν μονογενῆ, ὅπου ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα, ἆρα ἄτεκνόν με λέγεις ἐν ἐρανῷ, καὶ ὅτε λέγει, ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ ἐρανοῦ· ἢ πρὸς Μωσῆν, ὅτι λέγει καταβῆναι ἐξελέσθαι αὐτούς· εἰ δὲ περὶ τοῦ πατρὸς λέγει, ὅτι ἀνέβη ὁ Θεὸς ἀπὸ Ἀβραάμ. κατὰ τὸν Σαμοσατέα, πάλιν ἄτεκνος ἦν ἐπὶ τῆς γῆς ὁ πατήρ; ὃ μὴ γένοιτο λέγειν· ἀλλὰ ἃ δεῖ ὁμολογεῖν κατὰ τὴν παράδοσιν τοῦ μονογενοῦς περὶ τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀληθινοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὅπου γὰρ αὐτὸν δοξάζοντες χάριν εὑρόμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν· ὃς δ' ἂν γὰρ ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα, ὁμολογήσει αὐτὸν ὁ υἱὸς ἔμπροσθεν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ νῦν, καὶ ὅταν ἔλθῃ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος.

CON-

ANNO CHRISTI 272. " 270.

CONCILIUM ANTIOCHENUM II.

IN CAUSA [1] PAULI SAMOSATENI,

Sub Dionysio Papa anno Christi [a] CCLXXII. *celebratum.*

[a] COncilium *Antiochenum secundum*.) Cum Paulus Samosatenus Antiochenus episcopus abdicatam semel hæresin, atque priore Antiochena synodo proscriptam restituere, & convictam impietatem resuscitare conatus est, anno secundo Aureliani imperatoris, qui est Christi [b] 272. & Dionysii pontificis 12. inchoatus, episcopi numero prope infiniti denuo Antiochiam rediere, atque Paulum secundo lapsum, de errore & corruptis vitæ moribus simul convictum ac damnatum, episcopali throno deposuerunt, atque ejus loco Domnum episcopum suffecerunt. Quibus ita peractis, epistolam de actis concilii synodicam, quæ infra nunc recens ex Eusebio hunc translata est, ad Dionysium Romanum pontificem scripserunt, ac simul etiam de divina natura Christi, Dei Patris naturæ consubstantiali, (ut nimirum duorum hæresiarcharum, Samosateni & Sabellii hæresin de Christi divinitate jugularent) insignem fidei professionem (quæ extat tomo 6. cap. 1. in fine concilii Ephesini) item post synodum Ephesinam, in fine orationis illius quam habuit Cyrillius de incarnatione Verbi, ab Eusebio Arianorum sectario & fautore dolose suppressam, ediderunt. Cum Paulus domo episcopali exire jussus nollet obtemperare, imperator Aurelianus, ait Eusebius lib. 7. cap. 24. in fine, de ea re rogatus sententiam, sanctissime, quid esset agendum, decrevit. Præcepit enim, ut domus ecclesiæ illis retribueretur, quibus Christiani Italiæ & urbis Romæ episcopi per literas tribuendam præscriberent. Sic demum Paulus cum summo dedecore, sæcularis imperii ac potestatis auctoritate, ab ecclesias penitus extruditur. Vide Baronium anno 271. per totum.

OBSERVATIO ANTONII P. PAGII.

Secunda Synodus Antiochena adversus Paulum Samosatenum celebrata est autumno anni ducentesimi sexagesimi noni, sequentique continuata, quod colligitur ex epistola Synodica, quam Episcopi ad Dionysium Romanum Pontificem scripsere, quamque Eusebius lib. 7. cap. 30. recitat. Dionysius autem, ut mox videbimus, die vicesima octava Decembris illius anni ad Deum migravit. Quare hæc Synodus ad eum annum retrahenda. In citata Synodica Episcopi ad Dionysium scribunt: *Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus, & jam Tarsum usque* (Ciliciæ oppidum est) *pervenerat. Sed cum nos jam convenissemus, interea loci dum accersimus, dum ejus adventum expectamus, abiit e vita.* Græci, ut in eorum Menologio videre est, S. Firmiliani Cæsareæ in Cappadocia Episcopi festum die vicesima octava Octobris celebrant. Quare si eo die Firmilianus ad Superos transiit, Synodus Antiochena tunc jam congregata erat. Ex quo detegitur etiam annus emortualis Firmiliani, errorque Blondelli in libro contra Primatum Pontificis Romani pag. 63. ubi ex inscriptione epistolæ Synodicæ ad Dionysium Papam colligi existimat, inter Pontificem Romanum & Episcopos Orientales exiguum intercessisse commercium, hosque parum de illius statu edoctos, cum post diem XXVIII. Octobris, quo Firmilianus mortuus, ad Dionysium scriberent, ignorantes, eum die XXVI. Decembris antecedentis anni jam e vivis excessisse. Inde enim deducere debuit Blondellus, secundam Synodum Antiochenam sub finem anni CCLXX. coactam non fuisse, ut ipse perperam arbitratur, cum Orientales Episcopos Pontificis Romani societatem coluisse, ejusq; Primatum agnovisse, tot aliunde argumentis constet. Denique Baronii, Blondelli, & aliorum passim sententia plane evertitur ex libello Contestationis Cleri Constantinopolitani publice in Ecclesia proposito, *quod Nestorius ejusdem sententiæ sit cum Paulo Samosateno ante annos centum sexaginta ab Orthodoxis Episcopis condemnato.* Scriptus is libellus anno quadrigentesimo vicesimo nono, ut Ephesinam Synodum Oecumenicam explicantes ostendemus. A currenti autem anno ad annum CCCCXXIX. sunt tantum anni CLIX., utroque etiam extremo incompleto pro integro numerato.

Hactenus creditum fuerat, Synodum hanc, Aureliano imperante, habitam fuisse; nisi quod Valesius in Notis Eusebianis eam partim sub Claudio, partim sub Aureliano celebratam autumavit. Sed Principatus Aureliani initio tempori suo reddito constat, verum esse quod in tertia parte Differt. Hypaticæ cap. ultimo n. 11. scripsimus, illam Claudio imperante inchoatam & finitam, & ita alias existimaverunt Hermannus Contractus, Marianus Scotus, qui & Methodium citat, Abbas Urspergensis in Chronicis; imo & Eusebius lib. 7. cap. 30. ut mox ostendo. Neque enim sub aliis, quam sub anni ducentesimi sexagesimi noni Consulibus congregari potuit; cum sub iisdem Dionysius Pontifex Romanus, ad quem Episcopi scripsere, hominem exuerit, & vulgaris opinio alii fundamento, quam Eusebii loco male in linguam Latinam converso, ac corruptæ chronologiæ Aurelianæ non innitatur. Eusebius itaque non scripsit, posteriorem Synodum Antiochenam sub Aureliano coactam; sed tantum eo Imperium Romanum regente, Paulum Samosatenum jam ab ea damnatum, ex Ecclesia exturbatum fuisse, quod ante Zenobiam captam, cui Antiochia parebat, fieri non potuerat. Hæc Eusebii verba lib. 7. cap. 29. καθ' ὃν τελευταίας συγκροτηθείσης πλείστων ὅσων ἐπισκόπων συνόδου, φωραθεὶς καὶ πρὸς ἁπάντων ἤδη σαφῶς καταγνωσθεὶς ἑτεροδοξίαν, ὁ τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν αἱρέσεως ἀρχηγὸς τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῆς ἐκκλησίας ἀποκηρύττεται. Quæ verba sic a Valesio versa: *Hujus temporibus* (nempe Aureliani) *postrema Synodus innumerabilium fere Episcoporum congregata est: in qua auctor ille nefariæ apud Antiochiam hæreseos Paulus convictus, & ab omnibus manifestissime deprehensus falsi dogmatis reus, ab universa, quæ sub cælo est, Ecclesia Catholica eliminatus est.* Sed ea versio ab Eusebii mente aliena; quod ipsemet Valesius intellexisset, nisi jam vulgari opinione imbutus fuisset. Præferenda itaque Christophorsoni interpretatio, quæ licet in multis imperfecta, in aliquibus tamen observatur accuratior: *Cujus* (nempe Aureliani) *temporibus Paulus*

1 Paulum Samosatenum etiam in aliqua Romana Synodo sub Dionysio fuisse damnatum credidere Valesius in Notis ad Eusebium, Petavius lib. 13. de Doctr. Temp. aliique docti viri, decepti perperam intellecto Athanasii loco lib. de synodis, ubi ait: *Duo enim Dionysii diu ante eos septuaginta fuere, qui Samosatensem sustulere; quorum alter Romæ, alter Alexandriæ Præsul erat.* Quæ verba ita cum Baronio explicant, quasi relativum *qui* ad utrumque Dionysium referretur, licet ordinem dicat ad septuaginta Episcopos, qui in secundo Concilio Antiocheno Paulum condemnavere; hos enim in eodem de Synodis libro Athanasius vocat *Septuaginta Episcopos Pauli Samosatensis condemnatores*, quod Athanasium legenti, magis constabit. Synodus itaque Romana in causa Pauli Samosatensis supposititia est. Vide Pagium ad an. 264. n. 4. Hoc autem secundum Antiochenum Concilium appellatur tertium ab Harduino in Indice Concil. tom. 1. aliud scilicet anno 268. in ea urbe celebratum, cui Firmilianus Cæsareæ præsederit, & e quo data sit Epistola supra relata ad Paulum Samosatenum, ex Eusebii lib. 7. cap. 27. Gr. deducente. Quod tamen haud satis exploratum.

Dux & auctor erroris qui Antiochiæ grassabatur in postromo Concilio Episcoporum numero prope infinitorum contra eum convocato, sui erroris & peregrinæ opinionis perspicue convictus, & omnium jam consensu palam condemnatus, ab universa & Catholica Ecclesia, quæ sub cælo est, penitus exturbatus fuit.

Nihil aliud itaque Eusebius significat, quam Paulum jam in secundo Concilio Antiocheno, Claudio regnante, coacto, convictum & condemnatum, Aureliani temporibus, post Zenobiam videlicet debellatam, ab Ecclesia Antiochena exturbatum fuisse. Eusebius enim in ea narratione magis ad Concilii executionem, quam ad ejus celebrationem respexit. Alioquin dicendum esset, eum erravisse, & quod actum sub Claudio, sub Aureliano gestum, perperam persuasum habuisse. Posset simplicius, imo & verius is Eusebii locus sic Latine reddi: *Cujus temporibus* (cum postrema congregata fuisset quamplurimorum Episcoporum Synodus) *convictus & ab omnibus jam manifeste falsi dogmatis damnatus auctor illius hæreseos, qua erat Antiochia, a Catholica, quæ sub cælo est, Ecclesia eliminatus est.* Sed Paulus annorum CCLXXIII, quo Zenobia ab Aureliano capta, ab Ecclesia penitus exturbatus, non vero eodem anno, ut videtur existimasse Baronius.

Episcopos fuisse numero septuaginta testatur Athanasius in lib. de Synodis pag. 707. In concilio tamen Ephesino, in libello quodam supplici, quem Basilius Diaconus & Monachi contra Nestorium obtulerunt, centum & octoginta numerantur; sed alios ad Synodi initium, alios ad ejus finem respexisse existimandum. Leontius in lib. de Sectis Actione 3. asserit, Paulum Samosatenum tam in Trinitatis quam in Incarnationis fide lapsum esse. In priori quidem, quod solum Patrem Deum esse putaret; in posteriori, quod Christum merum hominem esse diceret, & in eo Verbum extitisse negaret; ita ut non eadem ac Nestorius sentiret. Si quidem hic, etsi simplicem hominem Christum esse diceret, idem tamen Dei Verbum per se subsistens, & Filium asserebat in illo homine fuisse. Unde in Trinitate non peccabat. At Paulus non dicebat, subsistens per se Verbum in Christo fuisse, sed Verbum nihil aliud esse, nisi jussum ac mandatum: tumquam Deus per illum hominem, quæ vellet, imperaret & faceret. A Sabellio vero dissensisse in hoc Leontius existimat, quod Sabellius eumdem affirmabat esse Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, sed Patrem volebat esse Deum, quia omnia condidit: Filium nudum hominem; Spiritum puram gratiam, quæ super Apostolos advenit. Quæ hæresis a Socinianis & Anabaptistis instaurata est, ut in lib. 3. de Trinitate ostendit Petavius, qui & lib. 1. de Incarnatione cap. 3. Pauli Samosateni hæresim pluribus explicat.

Baronius Eusebium conniventiæ arguit, quod Professionem Fidei Patrum Synodi illius Antiochenæ, quæ hæresin Arianorum prorsus jugulabat, consulto prætermiserit. Verum Valesius in notis Eusebianis lib. 7. cap. 30. Eusebium hic immerito reprehendi ostendit. Nam Professio illa Fidei, quam Baronius profert ex Actis Ephesinæ Synodi, non est Professio Sanctorum Patrum Antiocheni Concilii, ut ipse existimavit, sed ipsius Nicæni. In parte enim III. seu tomo III. Actorum Ephesinæ Synodi pag. 378. titulus Professionis illius ita conceptus legitur: *De Incarnatione Verbi Dei, Filii Patris, definitio Episcoporum, qui Nicæa in Synodo convenerunt*], *& expositio ejusdem Synodi adversus Paulum Samosatenum.* Vides, Professionem illam Fidei adversus Paulum Samosatenum adscribi Synodo [Nicænæ non autem Antiochenæ. Itaque non video, inquit Valesius, quid Baronium impulerit, ut Professionem illam Antiochenæ Synodo attribuerit; nisi forte mendosos Codices nactus est, aut pro Nicæna Synodo Antiochenam restituendam putavit. Certe in Synodo Nicæna hæc non leguntur. Sed quis nescit, cuncta ferè Acta illius Synodi interciditse? Videtur tamen mentio fieri illius definitionis in canone XIX. Concilii Nicæni, qui est *de Paulianistis*. Binius, ac post eum Labbeus, eamdem Professionem Antiochenæ Synodo II. in Collectione Conciliorum falsò attribuerunt. Scripsit præterea hæc Synodus epistolam ad Paulum Samosatensem, quam Baronius priori Synodo Antiochenæ perperam tribuit, ut ibidem ostendimus, ideoque ea huc revocanda erit.

EPISTOLA SYNODICA

AD DIONYSIUM ROMAN. PONTIFICEM reliquosque collegas episcopos ex concilio Antiocheno secundo.

Dionysio, Maximo, & omnibus ubicunque in orbe terrarum collegis episcopis, presbyteris, diaconis & universæ ac catholicæ sub cœlo ecclesiæ, [2] *Helenus, & Hymenæus, & Theophilus, Theotecnus & Maximus, Proclus, Nicomas, & Ælianus, Paulus, Bolanus & Protogenes, Hierax & Eutychius, Theodorus,* [2] *Malchion & Lucius, & reliqui omnes episcopi & presbyteri, & diaconi, qui civitates & regiones finitimas apud nos incolunt, & ecclesiæ Dei quæ apud nos sunt, dilectis fratribus in domino salutem.*

Extat Euseb. cap. 27. in edit.

2 presbyteri de civitate Eusebii mox n. 29.

SCripsimus epistolas ad episcopos qui longiore locorum intervallo a nobis distabant, eosque obsecravimus, ut ad hanc lethalem & pernicioſam doctrinam curandam accederent: utpote ad Dionysium episcopum Alexandriæ, & Firmilianum episcopum Cappadociæ, homines beatos, & felicis commemorationis. Quorum alter Dionysius scilicet quamquam neque ad erroris ducem separatim scribere, neque eum omnino salutare dignatus est, ad universam tamen ecclesiam Antiochiæ epistolam misit, cujus exemplar huic nostræ epistolæ subjunximus. Alter autem, nempe Firmilianus, bis huc accessit, & ea quæ a Paulo innovata erant, & excogitata perverse (quemadmodum cum nos, qui aderamus, & scimus & testificamur, tum alii plures, qui ejusdem rei nobiscum conscii sunt) coram erudite certe refutavit. Unde cum Paulus sententiam se mutaturum fuisset pollicitus; iste fidem illi adhibens, & spem animo concipiens, causam controversiamque sine ulla verborum contumelia commode fore compositam, eam ad tempus distulit: & ita ab illo, qui & Deum suum negasset, & dominum, & fidem, quam ante habuerat, minime conservasset, dolo deceptus fuit.

De obmili

Firmilianus ergo, utpote qui jam de impia ejus pravitate, qua Christum Deum pernegaverat, satis feciſſet periculi, cum esset rursus Antiochiam perventurus, & ad Tarsos usque perrexisset: interea loci dum nos conveniremus dum illum accerseremus, dum ejus expectaremus adventum, extremum vitæ diem obiit. *Postea in eadem epistola, Pauli vitam, quomodo nimirum instituta fuerit, & quo transacta, his verbis describunt.*

Pauli fiarc lera

Quoniam Paulus, relicto ecclesiæ canone, ad adulterinam depravatamque doctrinam se transtulit; ejus res gestas, cum sit extra ecclesiæ fines ejectus, nihil attinet disquirere. Neque quod antea indigentia & mendicitate oppressus, neque quod a parentibus opum aut facultatis nihil omnino nactus, neque quod arte aut instituto aliquo quidquam adeptus, jam ad maximam divitiarum affluentiam pervenerit, idque ex nefariis sceleribus, sacrilegiis, & muneribus, quæ a fratribus injuria affectis, quos se cum

1 Auctor hujus Epistolæ fuit Malchion presbyter ut refert Hieronymus in lib. de Script. Eccles. c. 71. *Sed & alia grandis epistola*, inquit, *ex persona synodi ab eo scripta ad Dionysium, & Maximum Romanæ, & Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopos dirigitur*; Harduinus.

2 Helenus Tarsi, Hymenæus Hierosolymæ, Theotecnus Cæsareæ Palestinæ, Maximus Bostrienſis, Nicomas Iconii, & alii sexcenti *περίοδοι*, inquit Eusebius c. 28. Athanasius in epist. de synodis dicit fuisse Episcopos 70. Hilarius in Synod. 80. *Harduinus.*

adjuturum pollicitus, callide ludificatus est, cum flagitando, tum eorum animos ad aliquid sibi largiendum impellendo, per fraudem extorserat: & ita dum quæstum pietatem ducebat, eorum liberalitate, qui litibus implicati tenebantur, quique, quo ab adversariorum calumniis liberarentur, ad dandum valde erant propensi, nequiter abusus est. Neque commemorare opus est quo pacto se insolenter extulerit, & secularium bonorum gradus sibi assumpserit, seque arroganter in iisdem gesserit, & ducenarius potius quam episcopus nuncupari voluerit, & per forum volutarit, & modo epistolas legendo, modo quid illis responsi daretur præscribendo, magna satellitum turba, partim eum antecedentium, partim subsequentium stipatus, superbo gradu palam incesserit: adeo ut propter intolerandum ejus fastidium, & nimiam animi elationem, fides nostra gravem invidiæ notam odiumque permagnum subierit.

ia Pau-

Neque necessum est dicendo persequi illius præstigias in conciliis ecclesiasticis usurpatas, quæ falsæ gloriæ umbras consectando, & varias ineptiarum species aucupando, & imperitiorum mentes eo pacto in sui admirationem traducendo callide excogitavit: neque qua ratione sedem & thronum sublimem sibi pararit; eumque, non ut Christi discipulum decet, sed ut mundi principes solent, secretum & separatum habuerit, nomine suo appellarit; femur, in eo sedens, manu percusserit, calcibus aliquando illum pulsarit; & qui cum eum audirent concionantem, non laudibus extollerent, non (ut in theatris fieri solet) se agitationibus, quo illi applauderent, in orbem versarent, non more gladiatorum & muliercularum, quos apud se habebat, in concione ei acclamarent, & quasi tripudiis gestirent, sed (ut in domo Dei par est) modeste moderateque auscultarent, eos graviter increparit, & verbis contumelioſis exceperit. Neque quomodo in verbi Dei interpretes, qui e vita excessissent, dum in hominum frequentiam palam prædicaret, petulanter & importune debacchatus fuerit, & non tanquam episcopus, sed tanquam sophista & præstigiator de se ipso magnifica verba jactarit.

Porro quid vobis in memoriam revocemus, quemadmodum psalmos & cantus, qui ad domini nostri Jesu Christi honorem decantari solent tanquam recentiores, & a viris recentioris memoriæ editos exploserit, & in media ecclesia solenni paschatis die, mulieres, quæ inanes cantilenas (quas si quispiam audiret, plane exhorresceret) in ipsius laudem funderent, pararit? Aut quid vobis exponamus ea blasphemiarum genera, quæ episcopos & presbyteros, qui agros & civitates finitimas incolebant, quo illi blandirentur, in concionibus suis ad populum habitis, loqui permiserit? Nam nullo modo confiteri voluit, Filium Dei e cœlo descendisse, (ut aliquid jam ante obiter inferamus, quod post dicetur apertius) neque id nostris verbis solum confirmabitur, sed multis & variis locis commentariorum ipsius, quos ad vos misimus, & maxime ubi asserit Christum terrenum esse, & humi natum, perspicue ostendetur. Sed qui in istum Paulum impium ipsorum magistrum cantus recitabant, & palam apud populum laudibus efferebant, eum angelum dixerunt e cælo de-

n can-
esiæ.

missum. Atque ista fieri non prohibuit: sed cum in ipsum impudenter dicebantur, insolens & fastidio tumidus adfuit.

Præterea quid est cur literis prodamus adsciPauli turpitudo morum.
titias illius mulieres (quas συνεισάκτους Antiocheni appellant) & mulieres etiam presbyterorum & diaconorum suorum, quorum non hoc peccatum solum, sed alia prope insanabilia, cum eorundem conscius esset, exploratequé cognita haberet, callide occultavit: quo illi ita ipsi obærati adstrictique, dum sibi ipsis metuebant male, scelerum, quæ ille vel verbo vel factis conscivisset, reum agere non aliquando auderent, quinetiam ipsos magnopere locupletavit: & præterea apud illos, qui talium rerum cupiditate incendebantur, in magna gratia & admiratione fuit. Atque ut hoc pro certo habemus cognitum, fratres in Christo dilecti, non episcopum modo, sed sacerdotium etiam universum populo omnium bonorum operum & recte factorum exemplar esse debere; sic illud minime ignoramus, permultos ab ista mulierum in suam societatem adsciscendarum ratione & modo, pietate penitus excidisse, alios autem venisse in suspicionem flagitii. Quare licet aliquis hoc daret, eum nihil lasciviæ & petulantiæ in illas admisisse; suspicio tamen, quæ ex hujusmodi re oriri solet, sedulo cavenda fuisset, ne fortasse alicui esset offensioni, alios autem ad se imitandum impellere potuisset.

Quo pacto enim alium reprehendere poterat, Paulus concuaut admonere, uti deinceps hic a mulieris con- binarius.
suetudine abstineret, diligenterque caveret, ne ejus illecebris (sicut scriptum est) laberetur in turpitudinem; qui una repudiata, duas ætate florentes, & aspectu perliberales ac venustas secum habuit? quas, si quopiam forte iret, circumduxit una: idque delicias consectando, quibus cæcam animi libidinem extra modum explere laboravit. Quibus de causis, tametsi omnes intra se graviter lamentati & conquesti sunt, ejus tamen potentiam & quasi tyrannidem ita extimuerunt, ut eum accusare omnino non auderent. Sed ista vitia (ut diximus) in homine sensu recto, & fide catholica imbuto, & una nobiscum in numero fidelium habito, possent corrigi: sed ab illo qui nefario errore Artemonis (quidni enim patrem ejus, unde hæresim suam hausit, vobis significemus) abductus, mysterium fidei ac religionis nostræ prodiderit, nefariisque conviciis affecerit, non necessum arbitramur illarum rerum rationem reposcere. *Tandem in ipso calce epistolæ hæc addunt:*

Istum igitur tam Deo adversarium, tamque Damnatur, & ejicitur Paulus.
contumacem, eramus coacti ecclesia & congregatione fidelium interdicere, excludereque, & alium episcopum, qui huic ecclesiæ præesset, in ejus locum substituere. Unde Domnum divina certe (ut putamus) providentia designavimus, Demetriani, hominis felicis commemorationis (quippe qui hanc ecclesiam ante hunc præclare rexisset) filium, omni genere virtutum, quæ episcopum decent, exornatum. At vos de ejus electione per epistolam certiores fecimus, ut illi scribatis, & ab illo literas accipiatis communionis. Paulus autem ad Artemonem literas scribat; & si qui Artemonis partibus faveant, cum eo deinceps communicent.

EADEM G. & L. EX VERSIONE HENR. VALESII.

Μί'αν δὴ ἓν ἐκκοινῆς γνώμης οἱ ἐπὶ ταυτὸ συγκεχροτημένοι ποιμένες ὁμαχαράξαντες ἐπιστολὴν εἰς πρόσωπον τῶ τε Ῥ'ωμαίων ἐπισκόπω Διονυσίω, καὶ Μαξίμω τῶ κατ' Ἀλεξάνδρειαν, ἐπὶ πάσας διαπέμποντει τὰς ἐπαρχίας· τλὴ αὐτῆ σπεδλὴ τοῖς πᾶσι φανερὰν καθιςάντες, καὶ τῶ Παύλω τλὴ διάστροφον ἑτεροδοξίαν, ἐλέγχους τε καὶ ἐρωτήσεις, ἃς πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινήκασι. καὶ ἔτι τὸν πάντα βίον τε καὶ ἦθος τῶ ἀνδρὸς διηγήμενοι. ἐξ ὧν μνήμης ἕνεκεν καλῶς ἂν ἔχοι ταύτης αὐτῆ ἐπὶ τῶ παρόντος διελθεῖν τὰς φωνάς· ἐπιστολή. Διονυσίω καὶ Μαξίμω καὶ τοῖς κατὰ τλὴ οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις· καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, Ἕλενος καὶ Υ'μέναιος καὶ Θεόφιλος, καὶ Θεότεκνος, καὶ Μάξιμος, Πρόκλος, Νικόμας καὶ Αἰλιανὸς, Παῦλος καὶ Πρωτογένης καὶ Ἱέραξ καὶ Εὐτύχιος καὶ Θεόδωρος καὶ Μαλχίων καὶ Λούκιος, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ αἱ ἐκκλησίαι τῶ Θεῶ, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν. τούτοις μετὰ βραχέα, ἐπιλέγουσι ταῦτα· ἐπεςέλλομεν δὲ ἅμα καὶ παρεκαλέσαμεν πολλὰς καὶ τλὴ μακρὰν ἐπισκόπων, ἐπὶ τλὴ θεραπείαν τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας· ὥσπερ καὶ Διονύσιον τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας· καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, τὰς μακαρίτας· ὧν ὁ μὲν ἐπέστειλεν εἰς τλὴ Ἀντιόχειαν, τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης οὐδὲ προσρήσεως ἀξιώσας· οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ πάσῃ· ἧς καὶ τὸ ἀντίγραφον ὑπετάξαμεν· ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς καὶ δὶς ἀφικόμενος, κατέγνω μὲν τλὴ ὑπ' ἐκείνου καινοτομηθέντων, ὡς ἴσμεν καὶ μαρτυροῦμεν οἱ παραγενόμενοι, καὶ ἄλλοι πολλοὶ σωίσασιν· ἐπαγγειλάμενος δὲ μεταθήσεσθαι, πισθεὶς καὶ ἐλπίσας ἄνδρ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας τὸ πρᾶγμα εἰς δέον κατασήσεσθαι, ἀνεβάλετο παρακρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τῶ καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτῶ καὶ κύριον ἀρνουμένου· καὶ τλὴ πίστιν λῶ καὶ αὐτὸς πρότερον εἶχε μὴ φυλάξαντος· ἔμελλε δὲ καὶ νῦν ὁ Φιρμιλιανὸς εἰς τλὴ Ἀντιόχειαν ὁμαθήσεσθαι· καὶ μέχρι γε Ταρσῶν ἦκεν, ἅτε τῆς ἀρνησιθέου αὐτῶ κακίας πεῖραν εἰληφώς· ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ συνελήλυθότων ἡμῶν καὶ καλουμένων καὶ ἀναμενόντων ἄχεις ἂν ἔλθῃ, τέλος ἔχει τὸ βίου. μεθ' ἕτερα δ' αὖθις τὸν βίον τῶ αὐτῶ οἵας ἐτύγχανεν ἀγωγῆς, διαγράφουσιν ἐν τούτοις· ὅπου δὲ ἀποσὰς τῶ κανόνος ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲ δεῖ τῶ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν, ἐδὲ ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχός· καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν οὐσίαν· μήτε ἐκ τέχνης ἢ τινος ἐπιτηδεύματος κτησάμενος, νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν, ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱεροσυλιῶν, καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τὰς ἀδελφὰς, καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθῶ· ψευδόμενος δὲ καὶ τούτοις, καὶ μάτλω καρπούμενος τλὴ τῆ ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῆ ἐνοχλουμένων· ποιεμὸν ἡγούμενος τλὴ θεοσέβειαν· [1] ὅτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποβε-

OMNES *itaque in unum congregati anſtitites, unam ex communi ſententia ad Dionyſium Romanæ urbis epiſcopum, & ad Maximum Alexandrinum ſcripſerunt epiſtolam: eamque ad omnes deinde provincias tranſmiſerunt; tum ut ſtudium ſuum ac diligentiam omnibus declararent, tum ut perverſum Pauli dogma, confutationes quoque & diſputationes adverſus illum habitas, cunctamque hominis vitam, ac mores exponerent. Porro ipſamet illorum verba ad perpetuam poſterorum memoriam non incommodum fuerit hic referre.* Dionyſio & Maximo, & omnibus per univerſum orbem comminiſtris noſtris epiſcopis, presbyteris & diaconis, & univerſæ eccleſiæ catholicæ quæ ſub cœlo eſt, Helenus & Hymenæus, Theophilus, Theotecnus, Maximus, Proculus, Nicomas, Ælianus, Paulus, Bolanus, Protogenes, Hierax, Eutychius, Theodórus & Malchíon & Lucius; & reliqui omnes qui nobiſcum ſunt vicinarum urbium & provinciarum epiſcopi, presbyteri ac diaconi; & eccleſiæ Dei, cariſſimis fratribus in domino ſalutem. *Paucis deinde interjectis hæc ſubjungunt.* Scripſimus etiam ad complures epiſcopos longius diſſitos; eoſque hortati ſumus ut ad exitialis doctrinæ morbum curandum accederent. Nam & ad Dionyſium Alexandrinum, & ad Firmilianum Cappadociæ antiſtitem, beatæ recordationis viros, litteras dedimus. Quorum ille ſcripſit quidem Antiochiam: ſed erroris ducem ne ſalutatione quidem dignatus eſt, neque ad eum nominatim, verum ad univerſam Antiochenſium eccleſiam literas ſuas direxit, quarum etiam exemplum hic ſubjecimus. Firmilianus vero cum bis Antiochiam veniſſet, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut teſtamur nos qui adfuimus, & alii plures perinde ac nos optime norunt. Sed cum ille mutaturum ſe ſententiam promiſiſſet; credens ei Firmilianus ſperanſque ſine ullo religionis noſtræ probro atque diſpendio rem optime poſſe conſtitui, diſtulit ſententiam ſuam: deceptus ſcilicet ab homine qui Deum ac dominum ſuum negabat, & qui fidem quam antea profitebatur, violaverat. Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus & jam Tarſum uſque pervenerat. Quippe improbitatem hominis Deum negantis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam conveniſſemus; interea loci dum illum accerſimus, dum ejus adventum exſpectamus, abiit e vita. *Deinde paulo poſt, cujuſmodi fuerit hominis vita exponunt his verbis.* Sed quoniam a fidei regula recedens, ad ſpuriam & adulterinam doctrinam ſe tranſtulit: hominis ab eccleſia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod cum antea pauper ac mendicus eſſet, nec ullas omnino facultates aut a parentibus relictas accepiſſet, aut artis ullius exercitio ſibi comparaſſet, nunc ad incredibilem opulentiam pervenit, per ſcelera ac ſacrilegia, fratrumque concuſſiones: dum injuria affectos decipit, promittens quidem ſeſe illis accepta mercede opem laturum: fallens autem ipſos & ex facilitate litigantium qui ut negotio libe-

1 Ita Regius codex: alii, καὶ ὅτως ὑψηλοφρονεῖ.

berentur quidvis dare parati sunt, lucrum inaniter captans, & pietatem quæstum esse existimans. Neque quod fastu & arrogantia supra modum elatus sæculares gerit dignitates, & ducenarius vocari quam episcopus mavult: per forum magnifice incedens; epistolas legens ac dictans inter ambulandum palam ac publice; stipatusque maxima hominum multitudine partim præeuntium, partim subsequentium; adeo ut ex illius fastu & arrogantia incredibilis invidia odiumque multorum adversus fidem nostram conflatum sit. Neque item attinet examinare ambitionem hominis vanitatem in ecclesiasticis conventibus, quam omni studio consectatur; nihil aliud quam inanem gloriam captans, & pompam affectans, atque hujusmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam & tribunal & sublimem thronum, non ut Christi discipulus sibi ipse construxit: & secretum perinde ac sæculares magistratus ita appellatum habuit. Ad hæc femur manu percutere, & tribunal pedibus pulsare solitus. Eos vero qui non laudarent, nec, ut in theatris fieri solet, oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius, viris ac mulierculis indecore auscultantibus exclamarent atque exsilirent; sed cum gravitate ac modestia sicut in domo Dei decet audirent, increpabat & contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis nostræ doctores jam vita functos petulanter in concione lacerabat: de se autem ipse magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam & impostor. Quinetiam psalmos in honorem domini Jesu Christi cani solitos, quasi novellos & a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit. Episcopos quoque vicinorum pagorum & civitatum, necnon & presbyteros assentatores suos submisit, qui in suis ad populum concionibus eadem de ipso prædicarent. Etenim filium Dei e cœlo descendisse, nobiscum confiteri renuit, ut aliquid obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id simplici assertione nostra, sed ex ipsis quæ ad vos misimus gestis non semel declaratur: maxime vero ubi dicit Jesum Christum e terra ortum fuisse. At vero illi qui in ejus honorem psalmos canunt, & coram populo eum deprædicant: ipsum quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt e cœlo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet: sed interest ipse cum dicuntur. Quid hic referre attinet subintroductas ut Antiocheni vocant mulieres, tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est & quorum ipsos reos esse convicit, nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat: utque dum sibi ipsis metuunt, ipsum ob ea quæ impie agit ac loquitur accusare non audeant. Ad hæc divitiis eos locupletavit. Cujus rei causa ab iis qui talia concupiscunt, amatur atque suspicitur. Quid, inquam, attinet hæc scribere? Scimus utique, fratres dilectissimi, episcopum & universum clerum, bonorum operum exem-

im. 6.

A δυόμβυος· ϗ δεκηνάειος μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι. ϗ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς· ϗ ἐπιτολὰς ἀναγινώσκων ϗ ὑπαγορδίων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ ϗ δορυφορέμβυος, τῷ μὲν προπορδομβύων, τῷ δὲ ἑφεπομβύων πολλῶν τὸν ἀριθμόν· ὡς ϗ τιὰ πίστιν φθονεῖσθαι ϗ μισεῖσθαι διὰ τὸν ὄγκον αὐτῦ ϗ τιὰ ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας· ὅτε τιὰ ἐν ταῖς ἐκκλησιασικαῖς σωνόδοις περατείαν, ἰῶ μηχανᾶται δοξοκοπῶν ϗ φαντασιοκοπῶν· ϗ τὰς τῷ ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιύτοις ἐκπλήττων βῆμα μὲν ϗ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκδασάμβυος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητὴς, σήκρητον δὲ, ὥσπερ οἱ τῦ κόσμυ ἄρχοντες, ἔχων

B τε ϗ ὀνομάζων. παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν, ϗ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσὶ, ϗ τοῖς μὴ ἐπαινῦσι, μὴ δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείσι ταῖς ὀθόναις, μὴ δ' ἐκβοῶσι τε ϗ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν σασιώταις ἀνδράσι τε ϗ γυναίοις, ἀκόσμως ἔπως ἀκροωμβύοις. τοῖς δ' οὕτως ὡς ἐν οἴκῳ Θεῦ σεμνοπρεπῶς ϗ δτίκτως ἀκύσσιν, ἐπιτιμῶν ϗ ἐνυβρίζων· ϗ εἰς τὸς ἀπελθόντας ἐκ τῦ βίυ τότυ παροινῶν ἐξηγητὰς τῦ λόγυ, φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ, ϗ μεγαλορρήμονων περὶ ἑαυτῦ, καθάπερ ὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφισὴς ϗ γόης· ψαλμὸς δὲ τὸς μὲν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρυς ϗ

C νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα· εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τῦ πάχα ἡμέρᾳ, ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκδάζων, ὧν ϗ ἀκύσας ἄν τις φείσειεν· οἷα ϗ τὸς θωπδόντας αὐτὸν ἐπισκόπους τῷ ὁμόρων ἀγρῶν τε ϗ πόλεων, ϗ πρεσβυτέρους, ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησι δγαλέγεσθαι. τὸν μὲν γὰρ υἱὸν τῦ Θεῦ ὁ βέλεται σωομολογεῖν ἐξ ὐρανῦ κατεληλυθέναι, ἵνα τι προλαβόντες τῷ μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν· ϗ τῦτο ὁ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπέμψαμβυ ὑπομνημάτων δείκνυται πολλαχόθεν. ὐχ ἥκισα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν· οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλ-

D λοντες ϗ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ, ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῷ ἐξ ὐρανῦ κατεληλυθέναι λέγυσι· ϗ τιῦτα ὁ κωλύει, ἀλλὰ ϗ λεγομβίοις πάρεσιν ὁ ὑπερήφανος. τὰς δὲ σωεισάκτυς αὐτῦ γυναῖκας ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζυσι, ϗ τῷ περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων ϗ δγκόνων, οἷς ϗ τῦτο ϗ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγχρύστει, σωειδὼς ϗ ἐλέγξας ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις ϗ ἔργοις ἀδικεῖ,

E μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ· ἀλλὰ ϗ πλουσίους ἀπέφηνεν· ἐφ' ᾧ πρὸς τῷ τὰ τοιαῦτα ζηλώτων φιλεῖται ϗ θαυμάζεται· τί ἂν ταῦτα γράφοιμβυ; ἐπισάμεθα δὲ ἀγαπητοὶ ὅτι τὸν ἐπίσκοπον ϗ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων. ϗ οὐδὲ ἐκεῖνο ἀγνοοῦμβυ, ὅσοι ὑπὸ τοῦ σωεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον· οἱ δ' ὑπωπτδώθησαν· ὥς' εἰ ϗ δόιη τὶς αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλά τιύ γε ὑπόνοιαν τιὺ ἐκ τοῦ τοιύτου πράγματος φυομβίυ, ἐχρὴν ἀλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τὺς δὲ ϗ μιμεῖσθαι προβέψηται· πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νδετήσειεν ἕτερον, μὴ συγχαταβαίνειν ἐπιπλέον

εἰς

εἰς ταυτὸν γυναικὶ μὴ ὀλίσθῃ φυλαττόμενον ὡς γέγραπται. ὅς τις μίαν μὲν ἀπέσησεν ἤδη, δύο δὲ ἁρπαζούσας καὶ ἀσπερεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ. κἂν ἀπίῃ πκ, συμπεριφέρει. καὶ ταῦτα ζυφῶν καὶ ὑπερεμπιμπλάμενος· ὧν ἕνεκα σεμνάζουσι μὲν καὶ ὀδυρονται πάντες καθ' ἑαυτούς. ἕως δὲ τὴν τυραννίδα καὶ δυναστείαν αὐτὸς πεφόβηται, ὥστε κατηγορεῖν μὴ τολμᾶν· ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὡς προειρήκαμεν, εὔθυνεν ἄν τις τὸν ἄνδρα· τὸ γοῦν φρόνημα καθολικὸν ἔχοντα, καὶ συγκατειθισμένον ἡμῖν· τὸν δὲ ἐξορχησάμενον τὸ μυστήριον καὶ ἐμπομπεύοντι τῇ μιαρᾷ αἱρέσει τῇ Ἀρτεμᾷ (τί γὰρ ἡ χρὴ μόλις τὸν πατέρα αὐτὸς δηλῶσαι) οὐδὲν δεῖν ἡγούμεθα τούτων τοὺς λογισμοὺς ἀπαιτεῖν· εἶτ' ἐπὶ τέλει τῆς ἐπισολῆς, ταῦτ' ἐπιλέγουσιν· λυσσηκάθημαι οὖν ἀντιπιασσόμενον αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ μὴ εἴκοντα ἐκκηρύξαντες, ἕτερον ἀντ' αὐτοῦ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καταστῆσαι ἐπίσκοπον Θεοῦ προνοίᾳ ὡς πεπείσμεθα, τὸν τοῦ μακαρίου Δημητριανοῦ καὶ ἐπιφανοῦς προσάντος πρὸ τούτου τῆς αὐτῆς παροικίας υἱὸν Δόμνον ἅπασι τοῖς πρέπουσιν ἐπισκόπῳ καλοῖς κεκοσμημένον· ἐδηλώσαμέν τε ὑμῖν, ὅπως τούτῳ γράφητε, καὶ τὰ παρὰ τούτου κοινωνικὰ δέχησθε γράμματα· τῷ δὲ Ἀρτεμᾷ ὅτος ἐπιστελλέτω· καὶ οἱ τὰ Ἀρτεμᾶ φρονοῦντες, τούτῳ κοινωνείτωσαν. καὶ ταῦτα μὲν ἐνταῦθοῖ κείσθω. τοῦ δὲ οὖν Παύλου σὺν καὶ τῇ τῆς πίστεως ὀρθοδοξίᾳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐκπεπτωκότος, Δόμνος, ὡς εἴρηται, τὴν λειτουργίαν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας διεδέξατο· ἀλλὰ γὰρ μηδαμῶς ἐκστῆναι τοῦ Παύλου τῆς ἐκκλησίας οἴκου θέλοντος· βασιλεὺς ἐντυχθεὶς Αὐρηλιανὸς, αἰσιώτατα περὶ τοῦ πράκτου διείληφε· τούτοις νεῖμαι προσάττων τὸν οἶκον, οἷς ἂν οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπίσκοποι τοῦ δόγματος ἐπιστέλλοιεν· οὕτω δῆτα ὁ προδηλωθεὶς ἀνὴρ μετὰ τῆς ἑκάστης αἰσχύνης, ὑπὸ τῆς κοσμικῆς ἀρχῆς ἐξελαύνεται τῆς ἐκκλησίας.

A plum multitudini præbere debere. Neque illud ignoramus, quot ex ejusmodi mulierum contubernio partim in præceps lapsi sint, partim in suspicionem venerint. Itaque etiamsi quis concesserit nihil ab eo turpe committi, suspicionem tamen quæ inde solet, vitari oportebat; ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem sui provocaret. Quo enim modo increpabit alium & admonebit, ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat, ne forte corruat sicut scriptum est: is qui unam quidem iam dimisit, duas vero *Eccl. 9.* ætate florentes & forma conspicuas secum habet, & quocumque proficiscitur circumducit; idque deliciis diffluens & epulis sese ingurgi- B rans. His de causis omnes quidem apud se privatim ingemiscunt atque suspirant: sed potentiam ejus ac tyrannidem adeo reformidant, ut accusare illum non audeant. Verum de his sicut antea diximus examinaverit fortasse aliquis & in judicium vocaverit hominem catholicæ professionis, nobisque fidei ac ministerii societate conjunctum. Ab hoc vero qui prodito atque ejurato religionis nostræ mysterio ad exsecrandam transgressus hæresim Artemæ (quidni enim parentem illius vobis tandem indicemus?) in ea se plurimum jactavit: ab hoc, inquam, rationem eorum omnium exigendam esse non existimamus. *In fine autem epistolæ hæc adjiciunt.* C Hunc igitur Deo bellum indicentem, nec cedere volentem, cum a communione nostra abdicassemus, necesse habuimus alium ejus loco ecclesiæ catholicæ episcopum ordinare non absque divina ut credimus providentia: Demetriani scilicet beatæ memoriæ episcopi, qui ante hunc magna cum laude eandem rexit ecclesiam, filium Domnum, virum omnibus quæ episcopum decent, dotibus exornatum. Quod quidem idcirco vobis significavimus, ut ad eum scribatis, & ab eo communicatorias litteras accipiatis. Hic vero ad Artemam scribat, si lubet; & qui Artemam sectantur, cum eo communicent. *Et hæc quidem a nobis hic relata sint. Igi-* D *tur cum Paulus a recta fide simul & episcopatu excidisset, Domnus, ut dictum est, administrationem Antiochensis ecclesiæ susscepit. Sed cum Paulus e domo ecclesiæ nullatenus excedere vellet; interpellatus imperator Aurelianus rectissime hoc negotium dijudicavit, iis domum tradi præcipiens, quibus Italici Christianæ religionis antistites & Romanus episcopus scriberent. Hoc modo vir supra memoratus cum summo dedecore per sæcularem potestatem ab ecclesia exturbatus est.*

EADEM SYNODUS ANTIOCHENA HELENI

Sic dicta in libello synodico.

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ τοπικὴ, ἐν Ἀντιοχείᾳ συναθροισθεῖσα, ἧς ἦρξεν ὁ Ἑλενὸς, ὁ Ταρσοῦ ἐπίσκοπος, Θεόδωρος, ὁ Μοψουεστίας, ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος, Καισαρίας Πόντου, Ἀνατόλιος Λαοδικείας, ὁ ἱεροσοφος, ὅτινος οἱ περὶ τοῦ πάσχα κανόνες ἐκφέρονται, καὶ Μαλχίων, Ἀντιοχείας ὁ ἱερώτατος. καθελοῦσα καὶ ἀποκηρύξασα Παῦλον τὸν Σαμοσατέα, μηδὲν ἧττον Ἄννα καὶ Καϊάφα ἐπὶ Χριστὸν συνεσβάλοντα.

E SYnodus divina & sacra provincialis, Antiochiæ collecta: (cujus præses erat Helenus, Tarsi episcopus: Theodorus, Mopsuestiæ: miraculorum effector Gregorius, Cæsareæ Ponti: Anatolius Laodiceæ, hierosophus, cujus de paschate canones circumferuntur: & Malchion Antiochiæ, sanctissimus) quæ deposuit & abdicavit Paulum Samosatenum, qui nihil aliud, quam Annas & Cajaphas, de Christo docuit.

EA-

EADEM SYNODUS ANTIOCHENA,

Ex annalibus Eutychii Patriarchæ Alexandrini pag. 396. editionis Oxonienſis Arabico-Latinæ.

ANno imperii Claudii Cæſaris primo conſtitutus eſt Paulus patriarcha Antiochenus, qui cum annos octo ſediſſet, mortuus eſt. Cognominatus eſt autem Paulus Somaiſetanus quod ex incolis Somaiſet eſſet, fuitque idem auctor hæreſeos Paulicianorum. Qui eandem cum ipſo fidem profeſſi ſunt, eandemque ſententiam amplexi a nomine ipſius Pauli Pauliciani. Sententia autem Pauli Somaiſetani hæc erat, dominum Chriſtum hominem fuiſſe a deitate creatum ejuſdem cum noſtrum aliquo ſubſtantiæ, & principium Filii a Maria fuiſſe, ipſumque electum fuiſſe ut eſſet ſalvator ſubſtantiæ humanæ, comitante ipſum gratia divina & in ipſo habitante per amorem & voluntatem, ideoque vocatum eſſe Filium Dei. Dixit etiam Deum unam eſſe ſubſtantiam, unamque perſonam, neque in Verbum credebat, neque in Spiritum ſanctum. Poſt mortem igitur ipſius congregati ſunt epiſcopi tredecim in urbe Antiochena, qui in ipſius factum & ſententiam inquiſiverunt, & cum ipſum & quotquot ſententiam ejus amplecterentur anathemate devoviſſent, reverſi ſunt. Mortuo Claudio Cæſare Romanorum imperatore, poſt ipſum Romanis Romæ imperavit Aurelius Cæſar annos quinque, idque anno regni Hormoſi filii Narſæ regis Perſarum quarto. Anno imperii Aurelii Cæſaris primo conſtitutus eſt Dionyſius patriarcha Romanus qui octo annos ſedit, &c.

Tam craſſi porro tamque frequentes in rebus præſertim chronologicis errores Eutychianorum annalium hoc apud eruditos lectores hactenus effecerunt, ut vix unius æſtimentur aſſis cum ab Euſebio, Socrate, Sozomeno, Evagrio, aliiſque probatis Græcis Latiniſque ſcriptoribus diſſentiunt. Iidem paulo ante pag. 332. referunt ſynodum incerti loci ab Heracla coactam, cujus nemo alius, quod meminerim, fecit hactenus mentionem. Mortuo, *inquit Eutychius*, Demetrio ſuffectus eſt Heraclas patriarcha Alexandrinus, qui epiſcopos conſtituit viginti. Ex his unus erat Ammonius dictus, religionis deſertor. De quo ſimul ac ad Heraclam delata eſt fama, congregavit is ſynodum epiſcoporum, & in urbem Ammonii perrexit, ubi re ſatis cognita & perſpecta eum ad veritatem reduxit. *Hæc ille.*

ANNO CHRISTI 270.

ADDITIO.

ANNO CHRISTI 270.

Ad Concilium Antiochenum habitum anno Chriſti CCLXX. ſive Fragmenta diſputationis in eo ſuſceptæ adverſus Paulum Samoſatenum a Malchione Presbytero Antiocheno.

FRAGMENTA EPISTOLÆ, ut videtur, ejuſdem ſynodi, ejus videlicet partis quam conſtat omiſſam ab Euſebio fuiſſe.

PAULUS. Ut nec unctus ex David alienus ſit a ſapientia, neque ſapientia in alio habitet. *Et paulo poſt.* Qui videbatur, non erat ſapientia. Non enim poterat reperiri in figura ſine habitu, nec in ſpectatione viri. Major eſt enim iis quæ ſpectantur.

MALCHION. Ex ſimplicibus fit certe compoſitum, ſicut in Chriſto Jeſu, qui ex Deo verbo & humano corpore, quod eſt ex ſemine David, unus factus eſt, nequaquam ulterius diviſione aliqua, ſed unitate ſubſiſtens. Tu vero videris mihi ſecundum hoc nolle compoſitionem fateri, ut non ſubſtantia ſit in eo filius Dei, ſed ſapientia ſecundum participationem. Hoc enim dixiſti, quod ſapientia diſpendium patiatur, & ideo compoſita eſſe poſſit; nec cogitas quod divina ſapientia ſicut ante quam ſe exinaniſſet indiminuta permanſit, ita & in hac exinanitione quam geſſit miſericorditer, indiminuta atque indemutabilis extitit. Et hoc etiam dicis, quod ſapientia habitaret in eo. Habitamus & nos in domibus, ut alter in altero; ſed neque pars domorum nos ſumus, nec noſtra pars domus eſt.

ITEM MALCHION. Nonne ante dicebam quod non concedis filium unigenitum, qui eſt ex æternitate ante omnem creaturam, in toto ſalvatore ἑ σιῶσαι, id eſt, unitum eſſe ſecundum ſubſtantiam?

SI autem ſecundum formationem & generationem copulatus erat, homini hoc accidere: & rurſus, non enim congeneratam fuiſſe cum humanitate ſapientiam, ut nos credimus, ſubſtantialiter, ſed ſecundum qualitatem. *Et poſt alia.* Quid autem vult dicere aliam eſſe & diverſam formationem Chriſti a noſtra, volentibus nobis in hac maxima una re differre ipſius conſtitutionem a noſtra, quod ſcilicet in ipſo ſit verbum quod in nobis homo interior. *Et poſtea.* Si dicere habitaſſe in eo ſapientiam ſicut in nullo alio, hoc modum quidem inhabitationis eundem declarat, menſura vero & moltitudine excellit, verbi gratia, duplo plus, aut quomodocumque amplius, vel minus duplo quam alii, cognoſcente ipſo a ſapientia. Hoc autem nolunt catholici & eccleſiaſtici canones, ſed potius illos quidem participaſſe ſapientiam foris inſpirantem, quæ alia eſt apud ipſos, ipſam vero ſapientiam per ſe ipſam ſubſtantialiter in corpus ex Maria veniſſe. *Et poſt alia.* Ac dicunt non eſſe duos filios. Si autem filius eſt Dei Jeſus Chriſtus, filius vero etiam ſapientia; & aliud eſt ſapientia & aliud Chriſtus, duo ſunt filii. *Et poſtea.* Copulationem vero

cum

cum ſapientia aliter intellige ſecundum diſciplinam & participationem, non autem ſecundum ſubſtantiam in corpore formatam. *Et poſt alia*. Neque Deus, qui corpus humanum ferebat & induerat, paſſionum humanarum principaliter expers erat, neque corpus humanum divinorum operum principaliter expers erat in eo in quo erat & per quem hæc opera faciebat. Formatus eſt principaliter ut homo in ventre; & ſecundario Deus erat in ventre συγκιρνάμενος τῷ ἀνθρωπίνῳ, id eſt, copulata ſubſtantia ejus cum homine.

ANNO CHRISTI 272. 270.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA FELICIS PAPÆ I.

Ex libro pontificali Damaſi Papæ.

a FElix natione Romanus ex patre Conſtantio, *b* ſedit annos 4. menſes 3. (*a*) dies 15. *c* Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Claudii & Aureliani, a *d* conſulatu Claudii & Paterni, uſque ad conſulatum Aureliani & Capitolini. *e* Hic conſtituit, ſupra ſepulcra aut memorias martyrum miſſas celebrari. Hic fecit ordinationes duas per menſem Decembrem, presbyteros novem, diaconos quinque, epiſcopos per diverſa loca [a] quinque (Sepultus eſt in cœmeterio ſuo ubi &) baſilicam (*b*) fecit via Aurelia, milliario ab urbe Roma ſecundo, III. Kalend. Junias. Et *f* ceſſavit epiſcopatus dies quinque.

[a] undecim

Notæ Severini Binii.

a Felix.) Ultimo die anni " 272. Felix Dionyſio ſubſtituitur, cum Aurelianus imperator annum imperii tertium ageret, & octavam vel nonam, ſecundum Auguſtinum, perſecutionem Chriſtianorum inſtauraſſet. In qua, teſte Euſebio libro 7. cap 24. hoc memorabile accidit, quod cum edicto in Chriſtianos promulgando imperator ſubſcriberet, repente brachium ſuum obriguiſſe, & divina ultione debilitatum eſſe ſenſerit. Quod autem ait Euſebius eum a perſecutione hac Dei vindicta deterritum fuiſſe, ideoque a perſecutione deſtitiſſe, ipſe in chronico negat, dicens, illum fideles perſecutum fuiſſe, & ob eam cauſam cœleſti vindicta ſublatum eſſe. Et rectè: nam ex probatiſſimis actis ſancti Symphoriani martyris, & ex martyrologio Romano conſtat, non modo Symphorianum, verum plures alios ſub Aureliano martyrium ſubiiſſe. Baron. anno 272. in fine, & anno ſequenti.

" 272. Felix quando pontificatum adeptus. Aurelianus an Chriſtianos perſecutus fuerit.

b Sedit annos 4. menſes 3. dies 15.) Annis duobus, " & menſibus 5. minus uno die Felicem ſediſſe, cœpti, & per martyrium ceſſi pontificatus tempora indicant.

Tempus ſedis. " quatuor.

c Martyrio coronatur.) Tertio Kalendas Julias anno 275. Felicem martyrii coronam adeptum fuiſſe, præter auctoritatem libri pontificalis, indicat epiſtola ejuſdem, quam ſcripſit ad Maximum Alexandrinum epiſcopum Dionyſii ſucceſſorem, cujus fragmentum in concilii Chalcedonenſis actis extat, qua nomen illius ab ipſis titulo martyrii conſcriptum eſt. Tertio Kalendas Julias occiſum eſſe, indicat martyrologium, anno 275. martyrem factum eſſe, faſti conſulares hic poſiti, & nomen Aureliani in tabulis eccleſiaſticis ſignatum, teſtantur: conſulatus enim Aureliani Auguſti ſecundus, & Julii Capitolini primus, anno prædicto 275. notatur. Errant " igitur, qui ſedi Felicis quatuor vel quinque annos tribuunt. Baron. anno 275. num. 1.

Felix quo tempore martyr factus ſit. " Immo aberraſſe Bar. oſtendemus in notis.

d Conſulatu Claudii & Paterni.) Jam ſupra in notis ad vitam Dionyſii oſtendimus, hac in re auctorem libri pontificalis aberraſſe; propterea quod biennio poſt horum conſulatum Dionyſius adhuc ſupervixerit, ut ſuprædicto loco oſtendimus.

Error libri pontificalis.

e Hic conſtituit). Hoc decretum non recens a Felice papa nunc primum eſt inſtitutum. Nam longe ante Felicis tempora ejuſmodi inſtitutionem eccleſia ſibi vendicat, & quidem convenientiſſime ſecundum ſcripturam ſacram, Apocal. cap. 7. ubi ſepulcra martyrum apellantur altaria Dei: ideo quod, ut interpretantur omnes Græci & Latini, ſuper illis ſacrificia offerri conſueverunt. Hoc antiquiſſimæ liturgiæ Jacobi & Clementis, in quibus ſanctorum apoſtolorum & martyrum quorumdam nomina recenſentur, evidentiſſime confirmant: maxime autem & firmiſſime id probatur teſtimonio Cypriani lib. 3. epiſt. 6. ubi petit annotari, & ad ſe ſcribi diem mortis ſingulorum martyrum, ut poſſit nominatim in die anniverſario paſſionis eorum pro eis ſacrificium offerre. Itaque cum prædicti patres eccleſiæ longe ante tempora Felicis glorioſo martyrio coronati diſceſſerint, dubium nullum eſſe poteſt, hanc conſuetudinem offerendi ſacrificium Deo, in quo ſanctorum apoſtolorum ac martyrum glorioſa commemoratio fit, non recens hoc tempore a Felice inſtitutam eſſe; ſed ſaltem illam hac de re traditionem apoſtolicam, quæ animis fidelium dumtaxat hactenus inſcripta fuerat, nunc publico edicto confirmatam, & ubique locorum promulgatam eſſe. Et merito; ſancti enim ſunt membra myſtici corporis, cujus nomine ſacrificium veri corporis Chriſti offertur, & offerri debet: ac proinde ſicut in eo viventes pontifices, reges, & multi alii nominantur, ita etiam in eodem mortui nominari debent, ſive ſint in cœlo, ſive in purgatorio; omnes enim ad idem corpus pertinent. Accedit quod, ut Auguſtinus lib. 10. Civitatis cap. 6., & l. 22. cap. 10. ſcribit, in ſacrificio altaris ſignificetur generale ſacrificium, quo univerſum Chriſti corpus myſticum, quod eſt tota per Chriſtum redempta civitas, Deo offertur per Chriſtum ſacerdotem magnum, ad cujus compagem cum pertineant etiam ſancti, qui in cœlo ſunt, fit ut illi merito ſuo ordine in ſacrificio altaris nominari debeant Vide Bellarm. de Miſſa lib. 2. cap. 8.

Commemoratio ſanctorum in quo actu fiat. Cur ſanctorum eccleſiæ memoratio Miſſa debeat.

f Ceſſavit epiſcopatus.) Hæc ſi vera ſunt, quod creditu facilius eſt, falſum eſt ipſum Eutychianum ſub conſulatu tertio Aureliani, qui incidit in annum Chriſti 276. ut ſcribit liber pontificalis in ejus vita, ſedere cœpiſſe, adeoque ſedem pontificiam ultra annum vacaſſe. Baron. prædicto anno 275. num. 9.

Quamdiu ſedes vacarit.

EPI-

(*a*) *Luc.* XXV. (*b*) Anſulis incluſa deſunt in *Luc.* ſtatim ponit: *b. fecit* baſilicam in via Appia ubi & ſepultus eſt III. Kal. Jun. milliario ab urbe Roma II. & ceſſavit &c.

A

[a] EPISTOLA I.

FELICIS PAPÆ I.

AD PATERNUM EPISCOPUM.

De judiciis & accusationibus & defensionibus sacrorum ordinum:

I. *Quod detractores & fautores inimicorum ab accusatione episcopali submoveantur.*
II. *Ne minores a majoribus accusationibus impetantur.*
III. *In re dubia non judicetur certa sententia de his qui adversus clericum causam aliquam habebunt in provincia.*
IV. *Clerici actiones suas exerceant.*
V. *Primates in accusatum episcopum quomodo se gerere debeant.*
VI. *Judices ecclesiæ ne absente eo, cujus causa ventilatur, sententiam proferant, & ne proditoris calumnia aut vox audiatur.*

Carissimo atque dilectissimo Paterno coepiscopo, Felix episcopus in domino salutem.

Gaudere me plurimum [b], & exultare in domino, dilectionis tuæ scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum hæreticum detestaris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & evangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere. Quoscumque [c] enim rapit ad se, non solum in hoc vitium, sed in multa alia vitia ruere facit: & ipso suadente antiquo hoste, non solum persecutores ecclesiæ, sed etiam sacerdotum ejus, fiunt. Una igitur mente corrigere curemus & insequamur tales, & ab hoste suo ecclesiam, ejusque fideles & sacerdotes domini, nitamur liberare. [d] Præstabit vires omnipotens redemptor noster caritati atque justitiæ: præstabit nobis, longe a se positis, unitatem spiritus sui ipse, cujus artificio, quasi in arcæ modum, quatuor mundi constructa lateribus, atque imputribilium lignorum compage, & bitumine caritatis adstricta est ecclesia, ut nullius adversitate spiritus nullius, venientis extrinsecus tumore fluctus perturbetur. Sed quemadmodum illius gubernante gratia, petendum est, ut nulla nos superveniens exterius unda conturbet, ita ex totis orandum est visceribus, frater carissime, ut suæ providentiæ dextera cumulum sentinæ nobis interioris exhauriat: *Adversarius* quippe *diabolus*, qui contra humiles [e] sæviens, *sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret*, non jam, ut cernimus, caulas circuivit, sed ita valide in quibusdam ecclesiæ necessariis membris dentem figit, ut nulli dubium quia nisi unanimiter, faciente domino, cunctorum provida pastorum turba concurrat, omne (quod absit) citius ovile dilaniet.

[a] Leo ep. 31.
[c] quocumque ium serpit.
[d] S. Gregor p. 36. lib. IV.
[e] 1. Petr. 5. circuit

I.

Quapropter detractores, qui divina auctoritate cradicandi sunt, & fautores inimicorum, ab episcopali submovemus accusatione. 5. q. 4. Detractores quoque qui. (1)

II.

Similiter ne summorum quispiam, [a] minorum accusationibus impetatur, aut dispereat. 2. q. 7. Majorum quispiam. (2) a Hadr. col. 19.

III.

Neque in re [b] dubia certa judicetur sententia, nec ullum judicium, nisi ordinabiliter habitum teneatur. b Gregor. 30. lib. VIII.

IV.

Si quis super quibuslibet criminibus clericum pulsandum crediderit, in provincia, in qua [c] consistit ille qui pulsatur, suas [d] exerceat actiones, nec [4] æstimet eum accusator alibi, aut longius pertrahendum ad judicium. Illi vero, qui pulsatus fuerit, si judices suspectos habuerit, liceat appellare primates. 3. q. 6. Si quis clericum. (3) c Hadr. col. 8. d exerat *ita & Luc.*

V.

Primates quoque accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quam apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur [e], aut per innocentes & canonice examinatos regulariter testes convincatur. Aliter irritam esse censemus & injustam episcoporum damnationem, & idcirco a synodo retractandam, ita ut oppressis ab omnibus, in cunctis subveniatur causis. 2. q. 1. Primates accusatum discutientes. e An. in const. lib. IX. tit. 40. Cod. Theo. 3. q. 6. Irritum esse episcoporum.

VI.

Caveant [f] judices ecclesiæ, ne absente eo cujus causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, qui etiam rationem pro actione fratrum in præsentia dabunt. [5] Proditoris vero nec * calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, quam ille qui injuriam ejusque sustinuit [g] nequitiam. Omnes ergo qui in Christo volunt pie vivere, necesse est, ut ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, [h] & despiciantur tamquam stulti & insani, qui præsentia bona perdunt, ut invisibilia & futura acquirant. Despectio tamen & irrisio talium in ipsos retorquebitur qui ipsos infestant: quia & abundantia eorum in egestatem, & superbia transibit in confusionem. Et quidquid justis adversitatum vel malorum irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Et sicut aurum, quanto plus excoquitur, tanto melius efficitur: sic justus, quanto plus tribulatur (si ipsam tribulationem patienter portaverit) multo purior & carior Deo redditur. Unde ipsa per se veritas dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum*. De talibus dominus per Isaiam loquitur, dicens: [6] *Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum ejus. Dixerunt fratres* f Conc. Carthag. IV. c. 28. * calumniatoris vox unquam. g Cod. Theod. const. 3. tit. 10. lib. X. h Prosp. sent. 32. ex Aug. in ps. 122. Justorum tentatio, virtutis examen. *Matth. 9.* *Isai. 66.*

(1) Ex Zephyrino Papa. (2) Ex eodem Zephyrino. (3) Ex Syxto Papa. 4. Alias *existimet*.
5 In MS. *Proditorum*. 6 Ex vulgata paucullis vocibus immutatis.

fratres vestri, odientes vos & abjicientes propter nomen meum: Glorificetur dominus, & videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur. Vox populi de civitate, vox de templo, vox domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum. Quis audivit unquam tale? & quis vidit huic simile? Numquid parturiet terra parietur *in die una? aut * parturietur gens simul, quia parturivit & peperit Sion filios suos? Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit dominus? Si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero, ait dominus Deus tuus? Lætamini cum Jerusalem; & exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaudete cum ea universi gaudio, qui lugetis super eam, ut jugatis, & replea-* B *mini ab ubere consolationis ejus, ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus: quia hæc dicit dominus: Ecce ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium quam sugetis. Ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Jerusalem consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra sicut herba germinabunt. Et cognoscetur manus domini servis ejus, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce do-*

a quadrige *minus in igne veniet, & quasi turbo [a] quadriga ejus, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne*

* dijudicabit *dominus * dijudicat, & in gladio suo ad omnem* C *carnem, & multiplicabuntur interfecti a domino. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post januam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem: simul consumentur, dicit dominus. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam, & ponam in eis signum. Et mittam ex eis qui salvati fuerint,*

† Lybia *ad gentes, in mari, in Africa, in [b] Lydia tendentes sagittam in Italiam. & Græciam, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum domino, in equis,* D *& in quadrigis, & in lectricis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit dominus: quomodo si inferant filii Israel munus in vase mundo in domo domini. Et assumam ex eis in sacerdotes & in Levitas, dicit dominus: Quia sicut cœli novi, & terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit dominus, sic stabit semen vestrum & nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato, & veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Et egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* Quid

b S. Gregor. ep. 41. lib. VIII. *aliud detrahentes faciunt [b], nisi in pulverem* E *flant, atque in oculos suos terram excitant? Et unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis vident? Tales tamen, frater carissime, portandi sunt & corrigendi, quia cæci*

Matth. 15. *sunt & duces cæcorum.* His, carissime, respondi breviter consultis tuis, quæ te & omnes episcopos regulariter tenere mandamus. Tuam tamen, frater, monemus prudentiam, ut pro sta-

tu ecclesiæ & sacerdotum ejus, pro viribus elaborare studeas, & ordinem sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ per omnia teneas, & violari sanctorum decreta non permittas, sed omnes quoscunque potueris, instruas, ut fructuosos manipulos domino repræsentes. Vale. Data * Nonis Junii, Claudio & * Aureliano [1] viris clarissimis consulibus. [a]

* nono lead.

* Mari

a Falsa nota cumqu vertas tem.

EPISTOLA II.

FELICIS PAPÆ I.

De auctoritate judicis sedis apostolicæ, & de episcopis accusatis. [b]

b & de rit rum.

Felix episcopus universis episcopis per Galliæ provincias constitutis, in domino salutem.

BOnorum operum & spiritualium [c] studiorum Deum auctorem esse, non dubium est, qui eorum incitat mentes, & adjuvat actiones. Unde lætari me fecerunt scripta vestra, ex bono studio, & ex integritate fidei devotionis vestræ: sed ex afflictione & contritione vestra magna ex parte tristavere. Tristis enim tristes [d] legi literas vestras, & scripta mœsta mœrore debito percurri: quia sicut nos ecclesiarum pax, sacerdotumque ejus concordia & tranquillitas plebis, * audire [e] facit [2] gaudium, ita nos affligit & dejicit fraterna afflictio. Vos tamen nolite [f] multum tristari, quia sicut ipsa per se veritas ait: *Si de hoc mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus*, id est, mundi amatores. Quidquid tamen hi loquantur, aut adversum vos agant, vos tamen semper integram servate fidem, & puram habetote conscientiam, *ut integer spiritus, & anima servetur in die domini.* Nos vero ad supplementum vestrum fratres & coepiscopos nostros vocavimus amplius quam septuaginta, cum quibus hæc, quæ subter habentur inserta, regulariter tractanda decrevimus. Vestris enim epistolis in omnium audientia perlectis, quæ multas (ut nostis) querimonias & oppressiones in se continebant vestras, (decretisque, quæ sunt de accusationibus episcoporum) sancta synodus [g] dixit: Hæc sunt, quæ deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam & in ecclesiasticos sæviunt viros indifferenter, & conservare firmissime volumus in sæcula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritative conventus fuerit, ut ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causa ejus canonice deferatur, qui in congruo loco intra ipsam provinciam, tempore congruo, [h] id est, autumnali vel æstivo, concilium regulariter convocare debebunt, ita ut ab omnibus ejusdem provinciæ episcopis inibi audiatur. Quo & ipse regulariter convocatus, [i] si eum aut infirmitas, aut alia gravis necessitas non detinuerit, adesse debebit: quia ultra provinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit,

c S. I 33.

d Petr fologi Eutyc

* adire

e gaud cit ga cœlef

f S. ep. VIII. Joan.

1. Tim.

Hæc incluf sunt

g Syn. na d Hadr c. 5. Sed qu ve te nondu tet. enim la, q ria est collig test.

h apud legitu pore nibus xo N inde a fraus latori

i Cod. lib. 1 const. q. 2. scopu fuerit

1 Non sunt in Fastis hi Consules. 2 Al. *gaudium cœleste*

rit, aut ecclesiæ sibi commissæ rebus expoliatus, aut (quod absit, quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus) a sede propria ejectus, aut in detentione aliqua a suis ovibus fuerit sequestratus: tunc canonice, antequam in pristino statu restituatur, cum omni privilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegrentur: nec convocari, nec judicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minime tamen judicandus) advenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam respondere * rogetur, antequam integerrime [a] omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati ejus ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis ordinatisque libere atque secure diu suis, tunc regulariter infra quatuor vel quinque, aut * septem menses juxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante, convocatus ad tempus, concilio in legitimo & canonico, veniat ad causam: & si ita juste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere providendum est, ne antequam hæc omnia fiant, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. [b] Adimi namque episcopo episcopatum, antequam causæ ejus exitus appareat, nulli Christiano videri jure potest, quia talis præsumptio sacrilegium est, & auctor talium, sacrilegus. Quod si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eum gravis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Nec [c] a communione suspendatur, cui crimen intenditur; nisi ad causam suam dicendam electorum judicum die statuta literis evocatus, minime occurrerit: hoc est, nisi eum aliqua præoccupaverit necessitas infra spatium prædictorum mensium, & eo amplius, prout causa dictaverit. Quod si ex utraque parte ad causam dicendam venerint; quia unus absque altero audiri non debet, quærendum est in judicio, cujus sint conversationis & fidei atque suspicionis accusatores, aut qua intentione hoc faciant: quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conversationis & rectæ fidei viri, hi videlicet qui omni suspicione careant, & bona vita clareant, neque infames existant. Quod si accusatorum personæ in judicio episcoporum culpabiles apparuerint [d], ad arguendum non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales) vel ecclesiasticas voluerint. Infamis enim persona, nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero adversario, non audiatur accusator: nec sententia, absente parte alia, a judice dicta, ullam obtinebit [e] firmitatem: neque absens per alium accusari, aut accusare potest, nec affinis testis admittatur. Neminem ergo [f] exhiberi de provincia ad provinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem judicis, ad quem fuerit appellatum, id est, ut auctor semper rei forum sequatur. Si quis autem judicem adversum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat quam nulli oportet [g] negari. Peregrina vero judicia generali sanctione prohibemus: quia indignum est, ut ab externis judicetur, qui comprovinciales [h] & se electos debet habere judices. Hæc, fratres, ad vestram & omnium coepiscoporum opem & defensionem in synodo unanimiter sunt decreta, ut si forte aliqui

[a] stultorum vos accusare, qui diabolicæ deceptionis errore decepti sunt, voluerint, dum ista legerint vel audierint, resipiscant, & ad unitatis concordiam revertantur: & quod prius erat in ultionem, transibit in gloriam. Nam procul dubio multi sunt, qui (secundum apostoli vocem) *prurientes auribus, a veritate auditum avertunt, ad fabulas autem convertuntur*, & ad nocumenta [b] honorum transeunt. [c] Ait autem idem apostolus de infidelium ignorantia: *Si cognovissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* Similiter si hi dominum perfecte agnovissent & amassent, nunquam servos ejus perturbassent, nec verbis aut factis persecuti essent. * Quod vero idem apostolus dicit: *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus;* cur insequimur fratres? cur perturbamus statum ecclesiæ Dei? & eos, qui ei servire debent, affligimus? Martyres enim passi sunt, [d] non tamen animæ eorum occisæ sunt in corporis passione, ore veritatis attestante: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.* Ubi agnosci oportet, quod si animæ martyrum, corpore perempto, suppliciis extingui non possunt, nec animæ prædicatorum & doctorum persequi debuissent, aut perturbari, & a Dei famulatu averti, quia cum corporibus non deficiunt. Tales autem perturbatores ecclesiæ non solum prædicta agunt mala, sed & memorias [e] martyrum execrantur. Quapropter in præfata constituimus synodo, vobisque & omnibus ecclesiis tenendum & agendum mandamus, ut super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoriæ eorum a talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. Vos vero fratres, nolite multum turbari, nolite vexari, sed confortamini in domino, & in potentia claritatis ejus. Habetote interim ista ad suffragium vestrum, apostolica auctoritate decreta: & scitote, nos semper paratos habere etiam (si necesse fuerit) usque ad mortem, ad quæcumque vobis necessaria fuerint (domino opem ferente) perficienda. Illi tamen, auctore Deo, peribunt, & vos stabitis, si tamen labor vester non fuerit inanis, sed plenus fide & caritate. *Væ*, inquit propheta, *qui potum dat amico suo, mittens fel suum*: Et iterum sapientissimus Salomon ait: [f] *Qui loquitur iniqua non potest latere, nec præteriet illum corripiens judicium. In cogitationibus ergo impii interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad dominum perveniet: & ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur.* Hæc enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur: sed per Dei timorem sermonum suorum præcaventes custodiam, piam sanctorum patrum diffinitionem, sine quadam nocumenti præsumptione, utique conservassent. Quoniam dicit sacrum eloquium: *Consilium bonum conservabit te, & mens bona custodiet te.* Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusationes & detractiones, atque ideo competenter nos beatus Paulus apostolus præmuniens ait, *non debere plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*, in definitione pietatis perdurantes. Qui enim hæc prætereunt, non tantum læsi sunt, decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt domibus memoriam, ut

[a] Concil. Hisp. 11. c. 13.
2. Tim. 4.
b bonorum
c Idem conc. cit.
1. Cor. 2.
* Quum
Rom. 5.
d Idem conc. cit.
Matth. 10
e Conc. Gangrense can. 20. interp. Dion.
Ephes. 6
Abac. 2
Sap. 1.
f Hæc eadem in ep. Felicis II. ad Ægyptios.
Prov. 2.
Rom. 12

in his, in quibus peccaverunt, minime latere potuissent. Gloria enim & contumelia in loquela, & * in loquela linguæ hominis casus illius est. Ideoque conveniens est, hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum nostris actibus inseri, ne ulterius jam talia patiamini, seminantibus eis zizania & scandala, sed lætari in officiis & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant, ac talia & hujusmodi blasphemiam subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, & a totius Christiani populi societate divelli. Licet namque de his plura & pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab apostolis eorumque successoribus, nostris videlicet prædecessoribus, statuta inveniuntur, dicere & conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens & hujus unigenitus filius, & salvator noster Christus hoc vobis tribuat incitamentum, ut omnibus fratribus & coepiscopis nostris, quibuscumque tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem ejusdem domini salvatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, ut & vos, & qui vobiscum sunt, hic & in futuro meliora possideatis, *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se*. Per dominum nostrum Jesum Christum, per quem & cum quo omnipotenti Deo gloria in sæcula sæculorum. Amen. Valere vos opto, carissimi fratres. Data quinto Idus Augusti, Claudio [b] & Paterno viris clarissimis consulibus.

Ecclef. 5. * in lingua hominis ita & MS.

1. *Cor.* 2.

b an. Christi 269. nondum mortuo Dionysio.

EPISTOLA III.

FELICIS PAPÆ I.

AD BENIGNUM EPISCOPUM.

I. *Errant, qui Filium non videre Patrem contendunt, eo quod Deum nemo vidit unquam.*

II. *Errant affirmantes Filium minorem Patre, quia ille invisibilis, Filius vero visibilis.*

Dilectissimo fratri Benigno episcopo, Felix episcopus in domino salutem.

Suscipientes [c] fraternitatis tuæ epistolas, quibus me requisisti super fidei documentis, quæ ab aliis habebantur aliter, quam rectæ fidei contineant sacramenta, prout dominus dedit, pro fraternitatis amore respondere non * resultavimus. Semper enim dubia & majora negotia, terminum ab hac sancta sede, a tempore apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueverunt. Ed ideo tu recte fecisti, quod hujus sanctæ sedis consultis, te ceterosque firmari & instrui voluisti.

c Zacharias ep. 5.

* forsan *refutavimus*

I.

Continebant enim literæ tuæ, fratrumque tuorum, quod quidam dicunt, Filium non posse proprie videre Patrem, quia scriptum est: *Deum enim nemo vidit unquam*. Et alii fingunt: Ideo minor est Patre Filius, quoniam *Pater illi perhibet testimonium*. Quidam autem garriunt, quod ideo Patre minor est, quia *invisibilis ipse* *dicitur*, Filius vero visibilis comprobatur. Hi enim ignorantes divinarum scripturarum & apostolorum jura, ex proprio aut adulterino sensu talia fabricant, & seducere corda fidelium quærunt. [a] Nos vero ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo Filium Patrem semper videre potuisse vel posse, evidentioribus testimoniis veteris & novi testamenti literis doceamus Salomone dicente: *Est tecum sapientia, quæ novit opera tua, quæ adsuit tibi, cum faceres orbem terrarum, & ipsa novit quid sit placitum coram oculis tuis*. Et dominus in evangelio: *Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare*. Et iterum: *Nemo Deum vidit unquam, nisi unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse narravit*. Et iterum Judæis dixit: *Vos non nostis eum, ego autem novi eum. Quod si dixero, quia non novi eum, ero similis vobis mendax*. Item ibi: *Qui ex Deo est, hic novit eum*. Et iterum: *Ego novi eum, qui ab ipso sum*. Ecce docuimus, quia videt semper Filius Patrem. Quomodo adstruunt, eum Patrem non posse videre, in cujus sinu noscitur permanere? Si sereno sensu divinas recenseas scripturas, invenies non solum Patrem Filio testimonium perhibentem, sed totam simul inseparabilem Trinitatem, ipso domino protestante, qui ait: *Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater*. Et iterum: *Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio unde venio, & quo vado*. Et de Spiritu sancto: *Cum venerit Paracletus spiritus veritatis, ille testimonium perhibebit de me*. Intende, quæso, intende, quoniam in quibus una testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior neque inferior judicatur.

Coloss. 1. 1. *Tim.* ... a Vide ... *Sap.* 9. *Luc.* 10. *Joan.* 1. *Joan.* 8. *Joan.* 8. *Ibidem.* *Joan.* 15.

II.

Sæpius ista jam diximus, quia secundum [b] hominis formam Filius visibilis dicitur, secundum vero deitatis substantiam invisibilis prædicatur, Paulo attestante apostolo: *O altitudo*, inquit, *divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Et in Isaia: *Cui similem æstimatis eum, cum sit ipse invisibilis?* Et item apostolus: *Mihi autem minimo omnium sanctorum data est gratia hæc in gentibus, evangelizare investigabiles divitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispositio sacramenti absconditi a sæculis, in quibus omnia creavit*. Item ipse: *Qui est*, ait, *imago Dei invisibilis*. Et ad Colossenses: *Ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & suppleo quæ desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore ejus, quod est ecclesia, cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei in ministerium Christi, quod absconditum fuit a sæculis & a generationibus*. Item ibi: *Ut consolentur corda eorum in caritate, in omnes divitias adimpletionis intellectus, in agnitionem mysterii, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*. Et in psalm. 76. *In mari est via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur*. Et in Salomone: *Sapientiam Dei præcedentem omnia quis investigabit?* Item ibi: *Radix sapientiæ cui revelata est? & astutias illius quis agnovit?* Item ibi: *Disciplina sapientiæ cui mani-*

Rom. 11. *Isai.* 40. *Ephes.* 3. *Coloss.* 1. *Ibidem.* *Coloss.* 2. *Eccles.* 1. *Ibidem.* *Ibidem.*

Joan. 1. *Matth.* 17. *Marc.* 9. *Luc.* 9. 1. *Cor.* 4.

manifestata est, & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Item ibi: *Quoniam mirabilia sunt opera domini solius, & gloriosa, & absconsa, & opera illius invisa hominibus.* Ecce sicut Pater invisibilis est, ita etiam & Filius invenitur. Quomodo ergo ab illis, qui hoc dicunt quod mandastis, in eo quod nobis carnaliter se videre dignatus est, Patre inferior judicatur? Talibus nolite credere vos, & alios ab eorum sensu avertere docete. *Vos ergo servite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne pereatis de via justa.* Hæc vero apostolorum est viva traditio, hæc vera caritas, quæ prædicanda est, ac veraciter diligenda ac fovenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. [a] Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum, Christi ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, a tramite apostolicæ traditionis nunquam erraſſe [b] probatur, nec ab hæreticis novitatibus depravanda succubuit, sed ut in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis, apostolorum Christi principibus, illibata fine tenus manet, secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem, qui suorum discipulorum principi in suis fatus est evangeliis: *Petre*, inquiens, *ecce satanas expetivit, ut cribraret vos sicut qui cribrat triticum: Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.* Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare: quoniam dominus & salvator omnium, cujus fides est, qui pro nobis mori non dubitavit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit: quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse, semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio, pediſſequa cupit existere. Væ enim nobis erit, qui hujus ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Jesu Christi, quam apostoli prædicaverunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummularis jubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius futuro Christi dicturi sumus examine, si sermonum ejus veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus, & de officio susceptо rationem justus judex Christus Deus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor [c] dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut qua potestis & debetis, solicitudine vigiletis, ad investigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Dei ecclesiæ, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua potestis, pro viribus extirpetis: quoniam ut habebit a Deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus: ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis auctores noluerit custodire. Data Nonis Februarii, Claudio [d] & Paterno viris clarissimis consulibus.

[a] EPISTOLA IV.

FELICIS PAPÆ I.

AD MAXIMUM EPISCOPUM, ET [a] CLERICOS ALEXANDRIÆ. [a] CLERUM

De Christi divinitate & humanitate fragmentum.

DE incarnatione vero Verbi, & fide credimus in dominum nostrum Jesum Christum ex Maria virgine natum, quoniam ipse est æternus Dei Filius: nec enim hominem assumpsit Dei filius, ut esset alter præter ipsum, sed Deus existens perfectus, factus est simul & homo perfectus incarnatus ex virgine. Christus verus Dei Filius veram humanam naturam assumpsit.

Observatio Philippi Labbe, S. J.

Græcum textum exhibemus ex actione I. concilii Ephesini, in qua lecta sunt a Petro presbytero Alexandriæ & primicerio notariorum selecta ex sanctis patribus testimonia de incarnatione D. N. J. C. atque ex capite II partis III. ejusdem concilii, sive apologetico S. Cyrilli Alexandrini patriarchæ pro duodecim capitibus adversus orientales episcopos.

Περὶ δὲ τῆς σαρκώσεως τοῦ λόγου καὶ τῆς πίστεως, πιστεύομεν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας γεννηθέντα, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀΐδιος υἱὸς, καὶ λόγος, καὶ οὐκ ἄνθρωπος ἕνεκα Θεοῦ ἀναληφθεὶς, ἵνα ἕτερος ᾖ παρ' ἐκεῖνον. οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς, ἵνα ᾖ ἕτερος παρ' αὐτόν. ἀλλὰ Θεὸς ὢν τέλειος, γέγονεν ἅμα καὶ τέλειος ἄνθρωπος σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου.

Nota Severini Binii.

[a] *Epistola quarta*,) Hujus epistolæ fragmentum extat in concilio Chalcedonensi, actione prima, & apud Cyrillum in sua apologia. Doctissimis quibusdam viris auctoribus, a Felice II. scriptam fuisse existimatum est, hac de causa, quod præ ictum fragmentum utrobique post epistolam Julii papæ attexatur. Verum argumentum & titulus epistolæ, eam sententiam firmissime refellunt. Nam si scriptum est, quod titulus indicat, ad Maximum Alexandrinum episcopum, Dionysii successorem, non secundus, sed primus Felix eam scripsisse potuit: eodem enim tempore Felix Dionysii Romani pontificis successor, universæ ecclesiæ præsedit, quo Maximus post Dionysium Alexandrinæ ecclesiæ præfuit. Occasio scribendæ hujus epistolæ hæc est: Cum a Paulo Samosateno catholicæ veritatis recens vulnus inflictum esset, & cicatrix de errore Sabellii nondum obducta fuisset, Felix pontifex de Filii Dei divinitate, ac pariter humanitate, naturisque duabus in una persona distinctis, ad Maximum Alexandrinum episcopum hanc epistolam scripsit, ut bellum adversus Sabellium & Samosatenum a duobus Dionysiis horum antecessoribus cœptum, utriusque successores ardentibus animis prosequerentur. Proinde hac epistola velut ancipiti gladio utramque hæresin uno ictu confodit; ut dum naturam divinam in Christo humanitati ejusdem indivise conjunctam ostendit, Pauli hæresin condemnet: dum vero humanam in eodem Christo a natura divina distinctam esse, & divinæ substantiæ in tribus personis subsistentiam demonstrat, Sabellium confutet. Quod autem in Chalcedonensi concilio, & apud Cyrillum prædictis locis post Julii epistolam re enseatur, ex eo accidit, quod in his recensendis nullam temporis rationem habuissent. Vincentius autem Lirinensis adversus hæreses cap. 42. probe intelligens tempore Felicis secundi nullum Alexandrinæ ecclesiæ præfuisse episcopum, nomine Maximum, habita ratione temporis, primo loco Felicem, deinde Julium nominat. Addit idem Vincentius hanc eamdem epistolam Felicis papæ & martyris inter alia patrum testimonia in concilio Ephesino lectam fuisse. Vide Baron. anno Christi 273. num. 11. 12. & 13. An Felix primus hanc epistolam scripserit.

Argumentum epistolæ.

Refellitur objectio.

VI.

ANNO CHRISTI 275. "Redeunt jam in concordiam nobiscum Baronius, Bintus, similesque, ut pluribus docuimus in nostra synopsi historica.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA EUTYCHIANI PAPÆ.

Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

a EUtychianus natione Tuscus, ex patre Marino, de civitate Lunensi, *b* sedit anno uno, mense uno, die uno. *c* Fuit temporibus Aureliani, a *d* consulatu Aureliani III & Marcellini, usque in diem Iduum Decembris, *e* Caro secundo & Carino consulibus. *f* Hic constituit fruges, fabas & uvas super altario (*a*) benedici. Hic temporibus suis per loca diversa 342. martyres manibus suis sepelivit. Qui hoc *g* constituit, ut quicumque fidelium martyrem sepeliret, sine *h* dalmatica aut *i* colobio purpurato nullatenus sepeliret, dum tamen hujus constitutionis ad illum perveniſſet notitia. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros 14. diaconos quinque, episcopos per loca novem. Et martyrio coronatur. Qui etiam sepultus est in cœmeterio Callisti via Appia, *k* VIII. Kalendas Augusti. Et cessavit episcopatus dies (*b*) novem.

Notæ Severini Binii.

Quando Eutychianus Felici succeſſerit.

a Eutychianus,) Anno Christi 275. pridie Nonas Julii in locum Felicis suffectus est Eutychianus, anno quinto Aureliani imperatoris. Sub hujus pontificatu Manichæorum hæresis, auctore Manete seu Manichæo Schytiani discipulo, & Terebinthi, qui in Perside mentito nomine se Buddam nominavit, condiscipulo, exorta est.

Manichæorum hæresis exorta.

Hic ex servo philosophaster factus, stultitias suas multis in locis disputando studuit seminare: sed sæpe convictus ac fugere compulsus, patrocinante illi Archelao quodam episcopo, tandem in Perside captus, arundine excoriatus, pœnas suorum scelerum atque impostorum dedit. Docebat (quod blasphemum est) se Paracletum esse; duo esse rerum principia, unum malorum, alterum bonorum; auctorem carnis, malum esse, ideoque carnis propagationem, ejusdem manducationem, ac futuram resurrectionem detestabatur: Christum non modo non incarnatum, sed etiam neque natum, neque passum esse: in homine nullum esse liberum arbitrium: baptismum neque necessarium, neque utilem esse. Plura portenta ac verius deliria Manichæorum habent Epiphanius hæresi 66. Cyrillus Hierosolymitanus catech. 6. Augustinus totis voluminibus contra Faustum & Manichæos, Baronius anno domini 277. per totum.

V. Notas Manichæi in. tertius.

Manichæi dogmata.

Tempus sedis Eutychiani.

b Sedit anno uno mense &c.) Eutychianum non octo dumtaxat mensibus, quod Eusebius scribit in chron. & 7. hist. cap. 26. neque etiam uno tantum anno & mense, quod hic auctor libri pontificalis asserit, sed potius annis octo, quinque mensibus, & quibusdam diebus pontificatum gessisse, cum antiquis ecclesiasticis tabulis consulatus Cari & Carini hic positus indicat. In Romano enim martyrologio VI. Idus Decembris Eutychianus sub Numeriano passus ponitur, hoc elogio addito: *Romæ, beati Eutychiani papæ, qui per diversa loca trecentos quadraginta duos martyres manu sua sepelivit: quibus & ipse sociatus, sub Numeriano imperatore martyrio coronatus est*, &c.

Eutychiani elogium

Quibus imperatoribus sederit.

c Fuit temporibus Aureliani.) Non tantum Aureliani, verum etiam Taciti, Floriani, Probi, ac demum Numeriani temporibus sedem pontificiam gubernavit, ut patet ex initio & fine pontificatus

d Consulatu Aureliani tertio.) Mira varietas & inconstantia auctoris. Si Aureliano tertium consule pontificatum auspicatus est, sicut hic dicitur, non quinque tantum diebus, quod supra in vita Felicis scripsit, sed integro anno sedem pontificiam vacasse, contra omnium historicorum judicium ac sententiam dicendum erit. Præterea, si a tertio consulatu Aureliani usque ad primum Cari & Carini, id est ab anno Christi 276 usque ad annum ejusdem 283. pontificatum tenuit, quomodo sibi constat, qui supra uno dumtaxat anno ac mense eum in sede ponificia sedisse scripsit?

Libri pontificalis inconstantia

e Caro secundo & Carino consulibus.) *Caro primo* legendum esse, collega ejus *Carinus*, qui huic adjungitur, demonstrat: nam secundus consulatus Cari imperatoris habet collegam Numerianum, qui anno sequente contigit, Baron. anno 283. num. 14.

Quibus consulibus obiit

f Hic constituit fruges, fabas, & uvas.) Usus benedicendi creaturas in ecclesia antiquissimus est, & ab apostolorum tempore frequentatus, ut constat ex canone apostolorum 2. 3. &c. & notis nostris ad eosdem. Eutychianus igitur, qui hæc servanda statuit, non est primus habendus, sed potius qui suo decreto hoc firmius instituerit, idque ut Manichæorum erroribus, hoc tempore (ut supra diximus) exortis, magis obniteretur, qui quod a mali principio creaturas exortas, ideoque execrabiles esse dicerent, atque iisdem pariter maledicerent; ipse contra, iisdem benedicendum, easdem verbo sanctificandas, ac demum pro iisdem Deo omnium creatori gratias agendas esse exemplo, legibus, ac traditione ecclesiæ insistens, constitutionem apostolicam, quam contra Cerinthum, ejusque sectatores latam primitiva apostolorum ecclesia tulit, propter renovatam a Manichæis eamdem hæresim, hoc edicto a se decreto denuo reformavit & confirmavit. Baron. anno 283. num. 15.

Benedictio creaturæ auctor

Cur Eutychianus de benedictione creaturæ decretum dederit

g Constituit ut quicumque fidelium.) Usus hujus decreti post hæc tempora fines suos prætextu religionis prætergressus est, ut non tantum sanctorum martyrum, verum etiam, ut constat testimonio sancti Gregorii libro 4. dialogorum cap. 40. sacrorum ministrorum corpora regerentur. Quod usque adeo ipse Gregorius alio decreto edito prohibuit lib. 4. in regist. cap. 48. ut etiam corpora Romanorum pontificum, cum humanda perferrentur, dalmaticis tegi vetuerit. Baron. prædicto anno num. 6.

Soli martyres cum dalmatica sepeliri.

h Dalmatica.) Dalmatica est tunica sine manicis, quæ olim in usu fuit. Vide notas Baron. ad martyrolog. Rom. die 31. Maii litera B

Dalmatica quid?

i Colobio.) Colobium est tunica sine manicis, quæ etiam ab antiquis multum usitata fuit. Vide notas in Cassianum, verbo *Colobium*.

Colobium quid?

k Octavo Kalendas Augusti.) Sexto Idus Decembris, cui æquius est assentiri, habetur in martyrologio Romano,

EPI-

(*a*) *Luc.* addit *tantum*. (*b*) *Luc.* VIII

a EPISTOLA I

EUTYCHIANI PAPÆ,

AD JOANNEM

ET AD OMNES EPISCOPOS BÆTICÆ PROVINCIÆ.

De fide incarnationis domini.

Christus ut salva proprietate utriusque naturæ, verus Deus, & homo verus extiterit.

Carissimis fratribus Joanni & omnibus per Bæticam provinciam constitutis episcopis, Eutychianus episcopus in domino salutem.

HOrtatur nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuæ [b] gratanter [c] annuere, & consultis tuis breviter respondere. Et quamvis dilectionem tuam sciam ad omne opus bonum esse devotam, [d] ut tamen efficacior fiat ad illos, qui sane non sapiunt, qualiter eos de incarnatione salvatoris nostri informare debeas, mandamus. [e] Unum igitur hoc immobile fundamentum, una hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: *Tu es*, inquit, *Christus Filius Dei vivi*, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ perversitatis quæstiones, & infidelitatis calumniæ movebuntur. Jam in ceteris dispensatio voluntatis paternæ sit. [f] Ergo partus & corpus, postque crux, mors inferni, salus nostra est. Humani enim generis causa Dei Filius natus ex virgine est & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, Dei videlicet, inumbrante virtute, corporis sibi initia consevit, & exordia carnis * instituit, ut homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, per quam hujus admixtionis societatem, sanctificatum in eo universi humani generis corpus existeret. Et quemadmodum omnes in ipso per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse per id, quod ejus est invisibile, referretur. Dei igitur imago invisibilis, pudorem humani exordii non recusavit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnesque nostræ naturæ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis [g] affectu rependetur? Inenarrabilis ergo a Deo originis, unus unigenitus Deus, in corporis humani formam sanctæ virginis utero insertus accrescit: qui omnia continet, intra quem, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur. Ad cujus vocem archangeli, atque angeli tremunt, cœlum & terra; & omnia hujus mundi resolvuntur elementa, [h] vagitus infantiæ auditur. Qui invisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cunis est obvolutus. Hæc si quis indigna Deo recolit tanto se majoris beneficii obnoxium confitetur, quanto minus hæc Dei convenerunt majestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus, ut Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis, unus interna universæ carnis incoleret. Humilitas ejus nostra nobilitas est: contumelia ejus honor noster est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renovati. * Plane vitam suam nescit, qui Christum Jesum ut verum Deum, ita & verum [a] ignorat hominem. Et ejusdem periculi res est, Jesum Christum, vel Spiritum sanctum, Deum non credere, vel carnem nostri corporis in Christo denegare. *Omnis ergo*, ait, *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est: qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis.* Hæc *Verbum caro factum* loquebatur, & homo Jesus Christus, dominus majestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & ipso illo inter Deum & homines mediatoris sacramento, utrimque unus existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturis, naturæ utriusque res eadem est; ita tamen, ut neutro careret in utroque, ne forte Deus esse, homo nascendo, desineret: & homo rursum, Deus manendo, non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri: neque Deum nescire, quod homo sit: neque carnem ignorare, quod Verbum sit. [b] Natus igitur unigenitus Deus ex virgine homo: & secundum plenitudinem temporum in semetipso profuturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se Dei Filium credi doceret, & hominis filium prædicaret & admoneret, loquens & gerens homo universa quæ Dei sunt, loquens & gerens deinde Deus universa quæ hominis sunt; ita tamen, ut ipso illo utriusque generis sermone, nunquam nisi cum significatione hominis locutus sit & Dei. Hæc [c] itaque fallendi simplices atque ignorantes, hæreticis occasio est, ut quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum divinæ naturæ infirmitatem mentiantur; & quia unus atque idem est, loquens omnia quæ loquitur de semetipso, omnia eum de divinitate locutum esse contendant. Nec sane negamus, totum illum, qui ei manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Jesus Christus & homo & Deus, & neque cum homo sit, tum primum Deus, neque tum, cum & homo sit & Deus, tum non etiam & Deus, neque post hominem in Deo, non totus homo totus Deus unum atque idem necesse est dicatur ejus esse sacramentum, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tunc, atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteris, Dei tunc atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine & Deo, rursum totius hominis, totius jam Dei tempus intelligis: siquidem illud ad demonstrationem temporis dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt: ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum, totus homo & totus Deus, non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum, alium cum sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non natum, alium adhuc morituro, alium etiam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Jesus Christus gerens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem

Utraque spuria doctia videtur.

Symm. ep. 3. ad S. Caesarium. innuere

S. Leo ep. 46 S. Leo ep. 93 ex S. Hilarii libris de Trinitate, quos citat.

Matth. 16

Virgo, partus, & corpus; postque crux, mors, inferi, salus nostra est. Sic omnino legendum.

instruxit.

affectui.

vagitu.

* Nam sic piane Ne sic

a Idem S. Leo ibidem ex eodem S. Hilario. *Matth.* 10.

Joan. 1.

b Idem eadem epistola ex eodem S. Hilario.

c Hinc

1 In MS. *Eutiziani*, & sic ubique. *Hard.*

dinem naturæ noſtræ locutus eſt, non tamen omittens naturæ ſuæ eſſe, quod Deus eſt. Nam tametſi in partu & paſſione & morte naturæ noſtræ rem peregerit; res tamen ipſas omnes virtute naturæ ſuæ geſſit. [a] Videſne ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur; non tamen ut alius ſit, qui mortuus eſt, & alius ſit, per quem mortuus reſurgit. Spoliata enim carne, Chriſtus eſt mortuus: & rurſum, Chriſtum a mortuis excitans, idem Chriſtus eſt, carne ſe expolians, Naturam Dei, in virtute reſurrectionis intellige: diſpenſationem hominis in morte agnoſce. Et cum ſint utraque ſuis geſta naturis, unum tamen Chriſtum Jeſum eum memento eſſe, qui utrumque eſt. Hæc igitur demonſtranda a me paucis fuerunt, ut utriuſque naturæ formam tractari in domino noſtro Jeſu Chriſto meminiſſemus: quia qui manens in forma Dei, formam ſervi ſuſcepit, ipſe divinitatem nequaquam amiſit. [b] Ceterum, fratres, hortamur vos, ut moneatis eos converti ad Deum. Unde ſcriptum eſt: *Fili, ne tardes converti ad dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in divitiis injuſtis: nihil proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omni via. Sic enim peccator probatur duplici lingua. Eſto firmus in via domini, & in veritate ſenſus tui, & ſcientia: & proſequatur te verbum pacis & juſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas: & cum ſapientia fer reſponſum. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati: lingua vero imprudentis, ſubverſio illius. Non appelleris ſuſurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & [c] denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. Juſtifica puſillum & magnum ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per ſtultitiam: & folia tua comedet, & fructus tuos perdet: & relinqueris velut lignum aridum in eremo. Anima enim nequam diſperdit, qui ſe habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducit in ſortem impiorum.* Talibus vos exhortationibus, fratres, viciſſim monetote, & bona ſemper ſectamini, malaque vitate. [d] Magnis enim ſtudiis (ſecundum beatum apoſtolum) præcavendum eſt, *ne fides, & diſciplina domini blaſphemetur*. Et ſi illa nonnunquam ſinenda ſunt, quæ (ſi ceterorum conſtet integritas) ſola nocere non valeant: illa tamen ſunt magnopere præcavenda, quæ recipi ſine manifeſta decoloratione non poſſunt. At ſi ea ipſa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda credentur, vel rerum temporumque cogit intuitus vel acceleratæ proviſionis reſpectus excuſat: quanto magis illa ſunt nullatenus mutilanda, quæ nec ulla neceſſitas, nec eccleſiaſticas prorſus extorquet utilitas? Idcirco, fratres, iſta prætulimus, ut hæ ſpecies, quas non licet offerri ſuper altare, *b* juxta [a] conſtitutionem apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, ad domum ſacerdotum deferantur, & a ſacerdotibus benedicantur, & per ſimplicem benedictionem benedicta, demum a populis ſumantur: fabæ tantum & uvæ, & cetera, quæ apoſtoli conſtituerunt, ſuper altare offerantur. [b] Optamus igitur, fratres cariſſimi, & totis omnipotentem dominum precibus exoramus, ut dilectionem veſtram in amoris ſui conſtantiam faciat magis magiſque ferveſcere, atque in pace eccleſiæ in una vos concedat manere concordia. [c] Admonemus etiam fraternitatem veſtram, ut in commiſſis vobis animabus ſolerter invigiletis, animarumque magis lucris, quam commodis vitæ præſentis intendatis. In continendis vero ac diſponendis rebus eccleſiaſticis diligentes cuſtodes exiſtatis, ut ex omni parte ſuſceptum vos condigne geſſiſſe paſtoris officium, venturus judex, cum ad judicandum venerit, debeat approbare. [d] Omnipotens autem Deus ſua vos protectione cuſtodiat, honoremque a Deo vobis collatum, moribus ſervare concedat, atque cum multiplici fructu animas vobis commiſſas ad paſcua æterna adducere, ſibique condigne repræſentare adjuvet, voſque inter ſanctos & electos ſuos collocare dignetur. Data II. Idus Aprilis, Aureliano & * Marcello viris clariſſimis [e] conſulibus.

a Idem ibidem ex quibus lector perpendat quam hæc diſtet purpura a vilibus ac quotidianis Mercatoris panniculis.

b Deinceps quædam interpolator pro more inſerit, & lacinias longiores ex Bibliis, aliiſque adnectit. *Eccleſ. 5.*

c *devotatio*

Eccleſ. 6.

d Gelaſius ep. 9. 1. *Tim. 6.*

Notæ Severini Binii.

a Epiſtola.) Prior hæc epiſtola Eutychiani adverſus Pauli Samoſateni venena paratum antidotum habet. Docet enim Chriſtum dominum, quem Paulus purum hominem eſſe dicebat, verum & æternum Dei Filium, in tempore virtute Spiritus ſancti in utero beatæ Mariæ virginis incarnatum eſſe, & per hoc nequaquam naturam divinam immutatam fuiſſe.

b Juxta conſtitutionem apoſtolorum,) Intelligit canonem apoſtolorum 4. Vide quæ ibidem & ſupra in vita hujus Eutychiani pontificis annotavimus.

Argumentum epiſtolæ hujus.

EPISTOLA II.

EUTYCHIANI PAPÆ

AD EPISCOPOS [f] PER I SICILIAM CONSTITUTOS.

f male Mannus & qui Cilician

I. *De modo recipiendi accuſationem adverſus clericos.*

II. *Qui non admittantur ad accuſationem religioſorum.*

III. *De modo procedendi in negotiis eccleſiaſticis, cum procedi non debeat modo ſæculari.*

Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis, Eutychianus.

[g] *Benedictus Deus & Pater domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu ejus in caritate prædeſtinans nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum*

g *Epheſ.* ex verſione mixta ex lica & ronymia

---

1 Ita etiam MS. Fiſc. cum quo hanc epiſtolam contulit Jacobus Sirmondus Soc. Jeſu. *Harduinus.*

situm voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ: in qua [a] *gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus quæ abundavit in nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus nos in laudem & gloriam ejus, qui ante speravimus in Christo: in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestræ: in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego*[c], *audiens fidem vestram in domino Jesu Christo, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus domini nostri Jesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed & in futuro. Et omnia subjecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ejus, & plenitudo ejus: qui omnia in omnibus adimplet. Et vos, cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus spiritus, qui nunc operatur in* [b] *filiis diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem* [c] *carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri.* Modo, fratres, quia ex filiis iræ, sua gratia & gratuita miseratione fecit nos Deus filios suos: & nos, qui digni servi non eramus, nullis meritis præcedentibus, sed *sua* (ut diximus) *gratia facti sumus filii ejus in quo clamamus, Abba Pater:* sequentes ejus exempla, simus filii misericordiæ & justitiæ atque dilectionis, ut veri filii Dei & dici & esse, ipso auxiliante, valeamus, deponentes (juxta Petrum apostolum) *omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones.* Hi vero qui talia agunt, non filii Dei, sed potius filii nequam esse comprobantur, sicut Paulus ait apostolus. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Grave, fratres, verbum, & horrendum nimis, quod ait: *quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Et ipsa per se veritas dicit: *Quid prodest homini, universum mundum lucrari, animæ vero suæ detrimentum pati?* Gravia sunt nimis, quæ prætulimus, & pervalde cavenda. Quibus enim regnum Dei præcluditur, procul dubio & ecclesia denegatur. De quibus dominus in evangelio, potestatem apostolorum, eorumque successorum annuncians, ait: *Quorum dimiseritis peccata, dimittuntur eis: & quorum alligaveritis, alligata erunt:* id est, quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis & janua regni cœlestis clausa erit.

Joan. 20. Matth. 18.

I.

Unde ista præcaventes, & stultorum animos prævidentes, cura pastorali cum omnibus episcopis, & sanctæ Romanæ atque universalis ecclesiæ utriusque ordinis fidelibus, statuimus, non ita in ecclesiasticis agendum esse negotiis, sicut in sæcularibus. Nam in sæcularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet ei ante peractam causam recedere; in ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægravari viderit. [a] Accusationis vero ordinem talem * & [b] dicimus, & servari jubemus, id est, si quis clericorum in crimine impeditur, non statim reus existimetur, qui accusari potuit, ne suspectam innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat: nomen rei indicet: vinculum inscriptionis arripiat: custodiat similitudinem: habita tamen dignitatis æstimatione * potiatur: nec forte [c] sibi noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Hæretici enim omnes, & suspecti, & excommunicati, homicidæ [d] quoque atque malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi.

2. q. 6. Non ita in ecclesiasticis.

a Hadr. coll. 7. ex cod. Theo. lib. IX. tit. 1. 2. const. ultima ut sagaciter subodoratus est Anton. Augusti.

* esse

b didicimus 2. q. 8. Quisquis ille est.

* patiatur ne forte

c patiatur. Nec fore

d Hadr. col. 63.

II.

Nulli infami unquam, atque sacrilego, de quocumque negotio liceat adversus religiosum Christianum, quamvis humilis serviliseque persona sit, testimonium dicere, nec de qualibet re, actione vel inscriptione, Christianum impetere. Omnibus quoque similiter accusandi, vel testificandi licentia denegetur, [e] qui Christianæ religionis & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint.

3. q. 4. Nulli unquam infami.

e Anianus in const. 1. tit. 7. lib. X. Cod. Theod.

III.

Similiter prohibemus, ut nullæ causæ a judicibus ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Hæc non solum ecclesiasticæ, sed & [f] sæculi leges observari præcipiunt. Non enim passim & vageque sacerdotum accusatio debet fieri. Nam si facile admitteretur, perpauci nimis invenirentur: quia *omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem patiuntur. Beati tamen qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Unde & ipsa per se veritas ait: *Pater, manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti & ser-*

f a quibusnam impp. latæ in favorem ecclesiasticorum tempore Eutychiani ejusque decessorum?

g Concil. Carthag. II. c. 6. 1. *Tim.* 3. *Matth.* 5. *Joan.* 17.

monem tuum ſervaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt, quia verba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt: & cognoverunt vere quia a te exivi, & crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, ſed pro eis quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis. Et jam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Pater ſancte, ſerva eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut unum ſint, ſicut & nos. Cum eſſem cum eis, ego ſervabam eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, cuſtodivi: & nemo ex his periit, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum: & mundus odio habuit eos, quia non ſunt de mundo, ſicut & ego non ſum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerves eos a malo. De mundo non ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum. Et pro eis ego ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me, ut omnes unum ſint, ſicut tu, Pater, in me, & ego in te, ut & ipſi in nobis unum ſint, & mundus credat, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus. Ego in eis, & tu in me, ut ſint conſummati in unum, ut cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater, quos dediſti mihi, volo, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, ut videant claritatem meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi. Pater juſte mundus te non cognovit, ego autem te cognovi, & hi cognoverunt, quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. Et idem Joannes apoſtolus & evangeliſta, in prima epiſtola ſua loquitur dicens: *Cariſſimi, diligamus invicem quia caritas ex Deo eſt, & omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit non novit Deum, quia Deus caritas eſt. In hoc apparuit caritas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum unigenitum miſit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc eſt caritas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe dilexit nos, & miſit Filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Cariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & caritas ejus in nobis perfecta eſt. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus & teſtificamur, quoniam Pater miſit Filium ſuum ſalvatorem mundi. Quiſquis confeſſus fuerit, quoniam Jeſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognovimus & credidimus caritati, quam habet Deus in nobis, Deus caritas eſt: & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta eſt caritas nobiſcum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in caritate, ſed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in caritate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui autem non diligit fratrem ſuum quem non videt, quomodo poteſt diligere? Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. Omnis qui credit, quoniam Jeſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus eſt ex eo. In hoc cognoſcimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus. Hæc eſt enim caritas Dei, ut mandata ejus cuſtodiamus; & mandata ejus gravia non ſunt.* Et per prophetam dominus, monendo, ne lædantur diſcipuli ſui, eorumque ſucceſſores, inquit: *Circumdat angelus domini in gyro timentes eum, & eruet eos. Guſtate & videte, quoniam bonus eſt dominus. Beatus vir qui ſperat in eo. Timete dominum omnes ſancti ejus, quoniam non eſt inopia timentibus eum. Leones indiguerunt, & eſurierunt: quærentibus dominum, non deerit omne bonum. Ambulate filii, audite me, timorem domini docebo vos. Quis eſt vir qui velit vitam, diligit dies videre bonos? Cuſtodi linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum: Recede a malo, & fac bonum: quære pacem, & perſequere eam. Oculi domini ſuper juſtos, & aures ejus ad clamorem eorum. Vultus autem domini in facientes malum, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamaverunt juſti, & dominus exaudivit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. Juxta eſt dominus contritis corde, & confractos ſpiritu ſalvabit. Multa mala juſto, & ex omnibus illis liberabit eum dominus. Cuſtodit dominus omnia oſſa ejus, unum ex his non confringetur. Interficiet impium malitia, & odientes juſtum culpabuntur. Redimet dominus animas ſervorum ſuorum, & liberabit eos. Vos ergo, fratres, ſuper dominum ponite corda veſtra, & ipſe enutriet vos, quia non dabit in æternum fluctuationem juſtis. Deus autem dominus noſter deducet inimicos noſtros,* juxta prophetæ vocem, *in puteum interitus, quoniam viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Vos autem ſemper ſperate in domino, & fiduciam habetote in eo, quia ipſe liberabit nos. Ipſe eſt enim benedictus a ſæculo uſque in ſæculum, & regni ejus non erit finis.* [a] Data decimo tertio Kalendas Octobris, [z] Caro ſecundo & Carino viris clariſſimis conſulibus.

1. Joan. 4.

Pſal. 33. ex verſ. Hieronymi quam ex vetere & Italica perfecit.

Pſalm. 54.

Luc. 1.

z anno 284.

Nota Severini Binii.

a Data 13. Kalend. Octob. Caro &c.) Hinc confirmatur quod ſupra diximus in notis ad vitam Eutychiani, verbis: *Octavo Kal. Auguſti*, verius eſſe, Eutychianum ſexto Idus Decembris, non autem octavo Kalendas Auguſti deceſſiſſe. Hæc epiſtola enim poſt Auguſtum menſe Septembri ſcripta eſt: ideoque certiſſimum eſt, eum ſaltem, quod ſcribit pontificalis, menſe Julio ex hac vita non emigraſſe.

Quando Eutychianus martyrium obierit?

DE-

DECRETA EUTYCHIANI PAPÆ,

SI IN IPSO EUTYCHIANI NOMINE error non est, quæ non habentur in prioribus, desumpta ex Gratiano & Ivone & aliis.

PRIMUM.

Non est obediendum episcopo, qui pro hæreticis missam canere jubet.

q. 3. Si quis episcopus. Ceteri collectores adsunt mortuis: pro viis enim & iis malis iam specia- oratione citum est are. Si quis episcopus, aut abbas, presbytero aut monacho suo jusserit missas pro hæreticis * cantare, non licet. Non enim expedit eis obedire.

Hoc decretum portio est alterius multo majoris, quod Burchardus lib. 19. *cap.* 105. *& Ivo p.* 15. *c.* 117. *Eutychiano pariter adscribunt; at ex Pœnitentiali Hieronymo falso inscripto cap.* 2. *ad literam exceptis nonnullis variantibus descriptum est, & complura ex isto Gratianus* 24. q. 1. *c.* 41. *Julio adscribit. En verba ejus decreti*: Si quis dederit, aut acceperit communionem de manu Hæretici, & nescit quod Ecclesia catholica contradicit, postea intelligens, annum unum pœniteat. Si autem scit, & neglexerit, & postea pœnitentiam egerit, decem annos pœniteat: alii judicant septem: & humamus alii, quinque pœniteat. Si quis permiserit Hæreticum Missam suam celebrare in Ecclesia catholica, & nescit, quadraginta dies pœniteat. Si pro reverentia ejus, annum unum pœniteat. Si pro damnatione Ecclesiæ catholicæ, & consuetudinis Romanorum (*deest in Pœnitentiali* consuetudinis Romanorum) projiciatur ab Ecclesia, sicut Hæreticus, nisi habeat pœnitentiam (*Pœnit.* nisi pœnituerit); si habuerit, decem annos pœniteat. Si recesserit ab Ecclesia catholica in congregationem Hæreticorum, & aliis persuaserit, & postea pœnitentiam egerit, duodecim annos pœniteat, quatuor annos extra Ecclesiam, & sex inter auditores, & duos adhuc extra communionem. De his in Can. (*Pœnit.* in Synodo) dicitur; ut decimo anno communionem sine oblatione accipiant. Si Episcopus, aut abbas jubet Monacho suo pro hæreticis mortuis missas cantare, non licet, & non expedit obedire eis. Si presbytero contigerit, ubi Missam cantaverit, & alius recitaverit nomina mortuorum, & simul nominaverit hæreticos cum catholicis, si post Missam intellexerit, hebdomada pœniteat, (*Pœnit.* jejunet) si frequenter fecerit, annum integrum pœniteat. Si quis autem pro morte hæretici missam ordinaverit, ut pro religione sua (*Pœnit.* reliquias de illo fecerit, quia multum jejunavit, & postea) ejus reliquias ibi tenuerit, & nescit differentiam catholicæ fidei, & postea intellexerit, pœnitentiamque egerit, reliquias ibi debet igne concremare, & annum unum pœniteat, Si autem scit, & neglexerit, pœnitentia commotus, decem (*Pœnit.* Quadraginta) annos pœniteat. Si quis a fide catholica discesserit sine ulla necessitate, & postea ex toto animo pœnitentiam acceperit, tres annos extra Ecclesiam, id est inter audientes, juxta Nicænum concilium, septem annos in Ecclesiis inter pœnitentes, & duos annos adhuc extra communionem pœniteat.

SECUNDUM.

Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur.

decret. Ivo. lib. 3. 20. q. 2. statuimus ut si abbatissa. (1) Nihilominus etiam in quibusdam locis inolitum invenimus usum stultitiæ plenum, & ecclesiasticæ auctoritati contrarium, eo quod videlicet nonnullæ abbatissæ, & aliquæ ex sanctimonialibus, viduis & puellis virginibus, contra fas, velum imponere præsumant, & ideo nonnullæ injuste velatæ, putant se liberius suis carnalibus desideriis posse servire, & suas voluptates explere. Quapropter statuimus, ut si abbatissa aut quælibet sanctimonialis, post hanc diffinitionem, in tantam audaciam proruperit, ut aut viduam aut puellam virginem velare præsumat, judicio canonico usque ad satisfactionem subdatur. (*) (a) Est canon conc. Paris. VI. an. 829.

TERTIUM.

Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam perjurii agere noluerit.

Prædicandum est etiam, ut perjurium fideles caveant, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse & in lege & in prophetis & in evangelio prohibitum. Audivimus autem quosdam parvipendere hoc scelus, & levem quodammodo perjuriis pœnitentiæ modum imponere. Qui nosse debent, talem de perjurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commisso, & de ceteris criminalibus vitiis. Si quis vero perpetrato perjurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam longam, ad confessionem venire noluerit; ab ecclesia repellendus est, sive a communione & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo sua eum recipiat. 22. q. 1. prædicandum est. (2) Levit. 6. Josue 9. Malach. 3. Matth. 5

QUARTUM.

Membra detruncans, domos incendens, absque judiciali auctoritate excommunicetur.

Si quis membrorum truncationes, & domorum incendia fecerit, sive fieri jusserit, aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter & amicabiliter coram episcopo civitatis, aliisque civibus, non emendaverit, ab ecclesia se privatum cognoscat, Si vero post secundam & tertiam conventionem, cuncta in quibus arguitur, non emendaverit, tanquam ethnicus & publicanus, ab omni Christianorum collegio separetur. 23. q. 8. Si quis membrorum.

QUINTUM.

In potestate fidelis sit, post baptismum recipere uxorem quam ante dimiserat.

Si quis gentilis gentilem uxorem dimiserit ante baptismum; post baptismum in potestate ejus erit, eam habere, vel non habere. 28. q. 1. Si quis gentilis (3)

SEXTUM.

Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.

Simili modo, si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit apostolus: *Infidelis si discedit, discedat.* Ibidem ubi supra. (4) 1. Cor. 7.

SEPTIMUM.

Synodale juramentum.

Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe * ejus parochiæ, vel 35. q. 6. Episcopus in synodo residens. * ipsius

(1) Quod verius est ex Concilio Paris. lib. 1. cap. 43. an. 829. *Hard.*
(2) Quod est e Capitularibus Theodulphi cap. 26. *Hard.*
(3) Quod est e Pœnitentiali Theodori. *Hard.*
(4) Ex eodem Pœnitentiali.

vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros, in medium debet advocare: & * illatis ſanctorum uignoribus, unumquemque illorum tali ſacramento conſtringere, ut amodo in * ante quidquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodum inquiſiturus es, quod contra voluntatem Dei & rectam chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, ſi ſcis, aut indicatum fuerit tibi, ſynodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium epiſcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam, ullatenus celes epiſcopo, aut ejus miſſo, cui hoc inquirere juſſerit, quandocumque ex hoc te interrogaverit: ſic te Deus adjuvet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ, & illud ſacramentum, quod * juſte juravit de ſynodali cauſa, quod tu illud ex te ita obſervabis, inquantum ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es, ſic te Deus adjuvet.

* allatis

* antea

Illud, Burchardus legit, iſtud; & præponit hanc rubricam, Juramentum ceterorum

* iſte.

OCTAVUM.

Ex decreto, quod eſt librorum ſexdecim, libro decimo quarto, capite ſecundo.

Et malum ebrietatis omnino vitetur.

Malum magnum ebrietatis, unde omnia vitia pullulant, Chriſtianis modis omnibus cavere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum eſſe decrevimus, uſque ad congruam emendationem. (a)

(a) Eſt can. 46. conc. Moguntini an. 813.

NONUM.

Ex eodem, capite tertio.

Quod epiſcopi, & Dei miniſtri, ebrietate non debeant gravari.

Epiſcopi & Dei miniſtri, non debent comeſſationibus & vinolentiis nimiis incumbere, ſed conſiderent ſententiam domini, dicentis: *Attendite, ne graventur corda veſtra in crapula & ebrietate.* Moderate enim cibum & neceſſarium ſumptum ſumant, ut, juxta apoſtolum, ſobrii ſint, & parati ad ſervitium Dei. (a)

Luc. 2 v. Thi

(a) Eſt Rem an. 8

DECIMUM.

Ex eodem, capite decimo.

Quales perſonæ ſacerdotum epulis intereſſe debeant,

Obſervandum eſt nobis, ut & vos ab ebrietate abſtineatis, & ut plebes ſubditæ abſtineant, prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo, neque domos aut vicos curioſitate qualibet peragretis, neque cum fœminis, aut cum quibuslibet perſonis impuris, convivia exerceatis, niſi forte paterfamilias quilibet vos invitaverit ad domum ſuam, & cum conjuge ſua, & cum plebe velit vobiſcum ſpiritali gaudio lætari, & verborum veſtrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem caritatis officio exhibere. Oportet enim, ut ſi quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur ſpiritualibus epulis. a

a Ex dulfo

SYNODUS MESOPOTAMICA

Ex libello ſynodico. b

Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ, ἀπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων, καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους, καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου. ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλεγξασα ἀπεκήρυξε.

SYnodus divina & ſacra particularis, collecta in Meſopotamia ab Archelao Carcharorum epiſcopo, & Diodoro ſacerdote, contra Manem infernalem, & Diodoriadem presbyterum: quæ multis modis confutatos hoſce abdicavit,

b In hic I nari ſ ſtrum bimus tis.



ANNO CHRISTI 277.

ACTA DISPUTATIONIS

ANNO CHRISTI 277.

ARCHELAI EPISCOPI

MESOPOTAMIÆ

CUM

MANETE MANICHÆO.

LAURENTII ALEXANDRI ZACAGNI

IN HÆC ACTA PRÆFATIO.

Ex Manſi Suppl. tom. I. pag. 16.

QUinam acta iſta ſcriptis conſignaverit, inter Epiphanium, Hieronymum, & Heraclianum Chalcedonenſem Epiſcopum non convenit. Sanctus enim Epiphanius in Hæreſi LXVI. quæ Manichæorum eſt num. XXI. XXV. & XXXII. & S. Hieronymus de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. LXXII. Archelaum ipſum, quæ coram delectis judicibus adverſus Manetem diſſeruit, ſcripto tradidiſſe putant. Heraclianus vero Chalcedonenſis Epiſcopus in libris, quos contra Manichæos conſcripſit, Hegemonium quemdam illorum auctorem fuiſſe cenſuit. Siquidem Photius in ſuæ Bibliothecæ codice LXXXV. horum Heracliani librorum excerpta referens, eundem Heraclianum, ait, in confutandis Manichæorum erroribus uſum fuiſſe actis diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete, ab Hegemonio conſcriptis. Et Heracliani quidem ſententiam confirmare videntur acta ipſa diſputationis, in quibus cap. XXXIX. hæc legimus. *Quoniam vero placuit Marcello diſputationem hanc excipi, atque deſcribi, contradicere non potui, confiſus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, ſi quid imperitum, aut ruſticum ſonabit oratio; hoc enim tantum eſt quod ſtudemus, ut rei geſtæ cognitio ſtudioſum quemque non lateat:* Et clarius in eorundem cap. ultimo: *Quibus poſtea agnitis Archelaus, adjecit ea prio-*A *ri diſputationi, ut omnibus innoteſceret, ſicut ego, qui inſcripſi, in prioribus expoſui.* Veriſimile enim non eſt Archelaum ita locutum fuiſſe, ſi ipſemet, quæ nunc habemus, diſputationis hujus acta ſcriptis mandaſſet; eo præſertim quod pro *inſcripſi*, legendum potius eſſe videatur *excripſi*. Sed nihilo ſecius cum in poſtremo eorundem actorum loco mox memorato diſerte dicatur, Archelaum ipſum nonnulla priori diſputationi ſuæ poſtmodum addidiſſe, in eam ſententiam lubens venio, ut Epiphanium, atque Hieronymum cum Heracliano conciliari poſſe credam, ſi dicamus, Archelaum Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram delectis Judicibus adverſus Manetem protulerat, B divulgaſſe; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non ſolum ordine digeſſiſſe, verum etiam exordio, epilogo, aliiſque nonnullis locupletaſſe, ut omnibus numeris abſoluta, celeberrimæ illius diſputationis acta ad poſteros tranſmitterentur. Porro Syriaca primum lingua ſcripta fuiſſe acta iſta, præter Hieronymum id ipſum loco mox laudato clare teſtantem, illud etiam argumento eſt, quod Archelaus de ſolaris curſus ſpatio agens, *ſphæram* illud a Græcis vocari ait cap. XXXII. Quinam ea in Græcum ſermonem tranſtulerit, certo affirmari non poteſt, quamvis magna apud me ſuſcipio ſit, Hegemonium, qui alteram Archelai diſputationis editionem concinnavit, ipſum quoque eorundem verſionem e

Syria-

ANNO CHRISTI 277.

Syriaco in Græcum eloquium elucubrasse, ut in notiorem linguam transfusa, cuncti per Orbem fideles plenissimam eorundem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphanio constat, qui insignia eorundem excerpta græce refert in Manichæorum Hæresi, nec dici potest, ea ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia, quæ ab eodem ex actis disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in latina, quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de latina versione mentionem fecisse par est, si suis temporibus extitisset; vixisse tamen ante septimum Christianæ ætæ sæculum vel inde colligitur, quod in laudandis S. Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo sæculo per Occidentem passim recepta fuit, non sequatur.

Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum præ manibus latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ Græcæ non vero Syriacæ linguæ indolem geniumque redolet, satis superque demonstratur; verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. VIII. ita loquitur, *Cum igitur Luna onus, quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur Vir Perfectus. Hic autem vir est columna lucis.* Quæ verba ita leguntur in Græca apud Epiphanium versione. Τῆς δὲν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν, πρὸς αἰῶνα τὸ πατρὸς παραμένουσιν ἐν τῷ σύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται. ἀὴρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος σύλος ἐστὶ φωτός. Ex quibus patet, latinum interpretem græcarum vocum similitudine deceptum, pro ἀὴρ, ut Epiphanius habet, ἀνὴρ legisse, & cum vertere debuisset, *Permanent illæ in columna gloriæ, quæ vocatur aer perfectus; aer autem iste est columna lucis*; ipsum male interpretatum fuisse, *Quod vocatur vir perfectus, hic autem vir est columna lucis*; in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt & aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem cap. VII. de viventi spiritu a Manete conficto loquens, ait: *Rursus ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquiæ animæ, & fecit ea firmamentum circumire, & iterum creavit terram, & sunt octo.* Hinc autem patet ipsum græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat εἰσὶ δὲ ὀκτώ, vel εἰσὶν δὲ ὀκτώ, cum tamen apud Epiphanium legatur ὡς ἁπλῆ ὀκτώ, *octuplici specie*; quæ sane æquivocatio, non ex Syriaca, sed ex Græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. VIII. pag. 14. vertit, *effundet famem*, cum vertere debuisset *Pestem*, a Græcarum vocum λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς *pestis*, similitudine deceptus; ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic cap. IX. pag. 16. pro πήσσει, *congelat*, *frigore adstringit*, ut est apud Epiphanium, legisse videtur πλήσσει, *percutit*, ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces Græcas in versione sua, & interdum quidem absolute, interdum vero addita earundem explicatione, quod utique non feciset, qui Syriace scriptum opus latinitati donasset. Hinc cap. LIII. talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud Græcos vox ταλαντον interdum accipitur. Sic paulo ante *Cybi* vocabulo utitur, & statim subdit ex emendatione nostra, *quod nomen est tali*; vel ut in quodam Regio Alexandrino codice legitur, *quod nomen est aleæ* a κύβος scilicet, quæ vox æque talum, atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis, & earum appendice observavimus. Sic denique cap. VIII. ait, *Lunam apocrusin, detrimentum pati*, quam postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt.

Refert Epiphanius cap. XI. Archelaum post fugatum e Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem Castrum a Diodoro loci illius Presbytero certiorem factum, duos ad eundem Diodorum λόγους, hoc est libros misisse, ut eorum lectione instructus impii Hæretici conatus & ipse infringere valeret. Sed ea in re lapsum fuisse Epiphanium scite advertit Gulielmus Cave in scriptorum ecclesiasticorum Historia literaria, & ex actis ipsis disputationis Archelai cum Manete luculenter ostenditur; in iis enim cap. XLI. integra refertur Archelai ad Diodorum epistola, in qua se voluisse quidem ait Archelaus, ad Diodorum omnia perscribere, de quibus cum Manete coram delectis judicibus disputaverat; sed propterea iis mittendis supersedisse, quod deinceps per otium de tota disputatione eundem certiorem reddere cogitabat. In fine etiam epistolæ, post breviter perstrictos Manetis errores, se multa silentio præteriisse scribit, dum celerem ipsi responsionem reddere festinat, ne minima quidem librorum ad eundem missorum mentione facta. Certum itaque est, Archelaum, quo tempore ad Diodorum Presbyterum literas dedit, nullos adversus Manetis hæresim libros elucubrasse: sed nec secutis deinceps temporibus libri ulli ab Archelao adversus eundem scripti fuisse videntur; nisi quis contendat ipsummet acta disputationis suæ scriptis mandasse. Nam Epiphanius ipse ex alio quopiam Archelai libro nil recitat, nihilque ferme adversus Manichæorum errores profert, quod in disputationis a nobis editæ actis non reperiatur. Eadem quoque sola acta, non vero alios quospiam Archelai libros laudat Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, dum omnium antiquorum Patrum scripta commemorat, quibus in suo adversus Manichæos opere usus fuerat. Quamobrem dicendum est hac in re quoque humani quid passum fuisse Epiphanium, & duorum Archelai librorum loco habuisse acta ipsa disputationis a nobis editæ, quæ cum res diversis temporibus gestas complectantur, haud inani conjectura colligi potest, in duas olim partes divisa fuisse, in quarum priori disputatio Archelai cum Manete apud Carras, in secunda vero cuncta, quæ tam Diodorus Presbyter, quam idem Archelaus a Diodoro monitus contra Manetem in Diodoridis castro egit, continerentur.

Jam vero Archelaum Καρχάρων, Chascarorum Episcopum fuisse tradit Socrates lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ capite XXII. Epiphanium secutus in Manichæorum Hæresi num. V. & VII. & in tractatu de Mensuris, & Ponderibus num. XX. At auctor iste sibi non constat, utpote qui in eadem Manichæorum Hæresi num. XI. Urbem, cujus Episcopus erat Archelaus Καρχάρων, nominat in Petaviana editione, licet in alia Basi-

leensi

ANNO CHRISTI 277.

leenſi editione Καλχάρων, corrupte habeatur. Poſtremam hanc lectionem expreſſiſſe videtur Epiphanius ex actis ipſis diſputationis Archelai Epiſcopi cum Manete, in quorum initio dicitur, *Theſaurus verus, ſive diſputatio habita in Carchar civitate Meſopotamiæ*; eamque lectionem ſequuntur Petrus Siculus in Manichæorum hiſtoria pag. 37. & Photius P. C. in opere adhuc inedito adverſus Manichæos ſuo ævo repullulantes, lib. I. qui dum Epiphanii narrationes in epitomen redigunt, Archelaum, non Καρχάρων, vel Καλχάρων, ſed Καρχάρων Epiſcopum vocant; unde etiam patet emendanda eſſe alia Epiphanii, & Socratis loca, in quibus Καχάρα, vel Καχάρων perperam legitur. Porro urbem quandam Carcham nomine in Arabia felice ſitam fuiſſe, Anonymus Ravennas Geographiæ ſcriptor tradit lib. II. cap. VII. Meminit & alterius Charchæ Ammianus Marcellinus lib. XVIII. cap. XXIII. & lib. XXV. cap. XX. cum ſequenti; verum neutrius harum urbium Archelaus Epiſcopus extitit; nam ejus cum Manete diſputatio habita eſt in Meſopotamiæ Urbe ſub Romanorum ditione poſita, cujus epiſcopatum obtinebat Archelaus, ut diſerte dicitur apud Epiphanium, & in actis ipſius diſputationis. Charcha vero a Marcellino memorata, extra Meſopotamiam trans Tigrim, in Perſarum ditione ſita erat, eodem Ammiano teſte locis ſupra laudatis. Charchæ quoque Arabiæ urbis, cujus apud Anonymum Ravennatem mentio eſt, Archelaus nullo pacto Epiſcopus eſſe potuit, cum antiqui omnes ſcriptores eum non Arabiæ, ſed Meſopotamiæ Epiſcopum fuiſſe tradant. Poſteriorem apud Epiphanium lectionem, præter Petrum Siculum, atque Photium, probare inſuper videntur acta ipſa diſputationis Archelai cum Manete, in quorum initio dicitur, *Theſaurus verus, ſive diſputatio habita in Charchar civitate Meſopotamiæ*. Verum cum inferius cap. III. Charram habeant, eamque Meſopotamiæ urbem eſſe dicant; hinc lucide conſtat, tam eadem acta, quam Epiphanium, & alios intelligendos eſſe de Carris celeberrima Meſopotamiæ urbe, unde vias duas regias in Perſidem ducentes diſtingui tradit Marcellinus lib. XXIII. cap. IV. quæ urbs Charra etiam ſcribitur apud Paulum Diac. in Hiſt. Miſcella lib. XXII. cap. XX. Carchar autem, vel Carchara in eiſdem actis, & apud Epiphanium ſcriptum fuiſſe videtur, librariorum forſitan errore, vel quod vulgari indigenarum lingua ita nuncuparetur.

De tempore etiam habitæ ab Archelao diſputationis conſentanea ſibi nequaquam tradit Epiphanius; nam in libro de Menſuris, & Ponderibus num. XX. Manetem ob perpetratam Regis Perſarum filii necem ex Perſide profugum, in Meſopotamiam nono Valeriani, & Gallieni Imp. anno veniſſe, qui eſt Chriſtianæ æræ annus CCLXII. eodemque tempore cum Archelao ejuſdem regionis Epiſcopo diſputaſſe refert. At in hæreſi Manichæorum ſub ipſum operis initium, & num. XX. primum quidem ortos fuiſſe Manichæos, ſeu potius antiquam de bono, ac malo Deo hæreſim a Manete per varias orbis terrarum partes circa annum IV. Aureliani Imp. rurſus divulgatam fuiſſe ſcribit; deinde vero ſub Aureliano, & Probo id a Manete factum fuiſſe innuit, ut videre eſt num. XIX. XX. LIX. & LXXVII. ejuſdem hæreſeos. Non potuit autem Archelaus Valeriani, & Gallieni anno IX. Manetem viva voce confutare, ut in libro de Menſuris, & Ponderibus ait Epiphanius, ſi poſt non paucos annos, vel anno IV. Aureliani, vel circa finem ejuſdem Imperii, & initium Probi, Manes antiquioris nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro de Menſuris, & Ponderibus ſequitur Petrus Siculus in Hiſt. Manichæorum pag. 37. & Photius in laudato lib. I. adverſus Manichæos repullulantes, licet Valerianus Auguſtus jam ab anno VII. ejus Imperii a Sapore Rege Perſarum captus fuerit; poſteriorem vero probant acta ipſa diſputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. XXXVII. lucide apparet, Archelaum ſub imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete, de cujus hæreſi nil adhuc ſibi compertum erat, diſputaſſe. Cyrillus quoque Hieroſolymitanus, qui ſeptuaginta tantum annis poſt detectam Manetis hæreſim ſe ſcribere teſtatur in Catecheſi VI. pag. 140. Manetem, Probo imperante, hæreſim divulgare cœpiſſe, diſerte ſcribit. Dicendum itaque eſt, Epiphanium in libro de Menſuris, & Ponderibus erraſſe, & multo certiora de Manichæorum hæreſis exortu in libris adverſus hæreſes nobis tradidiſſe; licet in eiſdem quoque libris iterum ſibi non conſtare deprehendatur; nam cum dixiſſet anno IV. Aureliani, qui partem anni CCLXXIII. & CCLXXIV. complectitur, emerſiſſe Manetem, ac præterea affirmaſſet id accidiſſe Aureliani, & Probi temporibus, hoc eſt anno Chriſti CCLXXVI. ſecundum quoſdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos annumerare ſueverant, vel anno CCXLVI. ſecundum alios, qui a Chriſti morte annos ſupputabant; poſtea ſubdit, a Manetis temporibus uſque ad annum XIII. Imp. Valentis, & IX. Gratiani, ac primum Valentiniani Junioris, quo ipſe ſcribebat, hoc eſt, uſque ad æræ vulgaris annum CCCLXXVI. interceſſiſſe annos CVII. quod ſane verum eſſe non poteſt; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, & ſeptem anni; ſed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni ſecundum varias ſupputationes modo memoratas numerantur.

Porro quonam Probi anno id acciderit, ex Euſebio colligi poteſt, qui in Chronico ſic de Manichæorum initiis ſcribit, *ſecundo anno Probi juxta Antiochenos CCCXXV. annus fuit, juxta Tyrios CCCCII. vel CCCCIII. ſecundum quoſdam; juxta Laodicenos CCCXXIV. juxta Edeſſenos CCCLXXXVIII.* (ita enim corrigi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Aſcalonitas CCCLXXX. inſana Manichæorum hæreſis in commune humani generis malum exorta.* Hæc autem Euſebii verba ita intelligenda ſunt, ut non tunc primum Manichæorum hæreſis orta fuerit; jam enim ab Apoſtolorum ferme temporibus quorumdam mentes ille nefarius error invaſerat, ut ex Archelao noſtro, & Epiphanio liquet; ſed quod tunc primum Manete hæreſim veterem per varias Orientis regiones diſſeminante, & in Archelaum forte incidente, qui omnes ejus artes ac errores diſputando detexit, ita in cunctorum per Orbem fidelium notitiam venerit, ut eo tempore incepiſſe quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus poſt confutatum coram

ANNO CHRISTI 277.

ANNO CHRISTI 277.

ram Judicibus Manetem, rem totam cunctis per Orbem Episcopis notam fecisse, ut labanti Catholicæ Fidei, quanta possent sedulitate, succurrerent, eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse crediderint, cum primum ejusdem notitiam ex Archelai literis habuerunt.

Sed & habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisius designari potest, qui in Sermone II. de Pentecoste, Manichæum innotuisse ait, Probo Imp. & Paulino Coss. anno post Christi Resurrectionem CCL. ut accomodatius ad Chronologicam veritatem in codice Oxoniensi legi Quesnellus testatur. At hic Probi, & Paulini Consulatus partem anni primi, & secundi Imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die XIII. Aprilis, ejusque fratre Floriano post duos menses occiso, Romanum Imperium obtinuisse constat. Quare si juxta Eusebium anno Probi II. & juxta Leonem Magnum sub Consulatu Probi, & Paulini patefacta est Manichæorum hæresis, necessario dici debet, Archelai cum Manete disputationem, per quam universæ Ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium, atque Decembrem anni CCLXXVII. Verum Archelai nostri verba benigne sunt interpretanda, qui in cap. XXVII. disputationis suæ post trecentos fere annos a Christi morte, imo post trecentos, & eo amplius annos ab eadem Christi morte advenisse Manetem asserit: Archelaum enim ad exaggerandam Manetis stoliditatem, qui Paraclitum Spiritum a Christo promissum, temere se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis æstu auxisse dicendum est, ut clarius ostenderet, ipsum longo adeo post Christi mortem tempore emergentem, Paraclitum esse non posse, quem Jesus post suum in Cælos ascensum, illico se Apostolis missurum affirmaverat, & revera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum acta diserte testantur.

His de Archelai cum Manete disputationis tempore, ac versionibus, deque ejusdem Archelai Episcopali sede prælibatis, agendum nobis est de sinceritate, atque præstantia ejusdem operis, ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; postremo indicandum, quænam actorum, quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, & ex cujus Bibliothecæ codice editio nostra profluxerit. Et primo quidem de actorum istorum sinceritate suspicio nulla oriri potest; nam Epiphanius anno Christi CCCLXXVI. adversus hæreses scribens, insigne ex disputatione Archelai fragmentum protulit in hæresi Manichæorum cap. XXV. quod ejusdem actis ex latina versione a nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea si Archelai rationes, atque argumenta cum Epiphanii confutationibus conferas, evidentissime apparebit, ipsum ita in omnibus secutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversus Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus disputationis Socrates, qui in consulatu XVII. Theodosii Junioris, hoc est, anno æræ Christianæ CCCCXXXIX. Ecclesiasticam Historiam absolvit, & ea omnia, quæ de Manichæorum hæresi narravit, se ex eisdem actis hausisse ingenue fatetur lib. I. cap. XXII. Eorum insuper, tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis Episcopus, ut supra dictum est. Denique Archelai nostri operum fragmentum contineri in veteri Catena Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ Bibliothecæ codice, testis est Lambecius lib. III. Comm. de eadem Bibliotheca codice XL. quod utique ex hujus disputationis actis desumptum fuisse non dubito.

Præterea ex eorundem actorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas, atque sinceritas demonstratur. Archelaus enim cap. XXVII. & XXXVIII. varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Christi CCLVII. & CCLVIII. Romanam Ecclesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio in Historia Ecclesiastica lib. VII. cap. VI. Meminit quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se fuisse testatur cap. XXIV. quæ nulla alia videtur esse posse, quam illa, quæ sub Valeriano Augusto contigit, cum scilicet a Persis expugnata fuit, vel alia sub Gallieno, cum ab Odenatho Orientis Rege Persis erepta in Romani Imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in Gallieno cap. X. & XII. Eorum insuper mentionem facit cap. LII. qui per parentum traditionem Scythiani hæretici, Apostolorum temporibus viventis, notitiam habuerant, sibique nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin & varii antiqui mores, in hisce actis memorati, de eorundem sinceritate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum Legionum militibus, Marcelli misericordiæ exemplo commotos, depositio militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse, quod antiquissimis Ecclesiæ temporibus a Christianis militibus, ne Paganorum commercio, & superstitionibus macularentur, factum fuisse, testis est Tertullianus de Corona militis cap. XI. aliique in nostris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hospitia in Christianorum peregrinantium usum per vias regias construxisse, quæ a Carris in Persidem ducebant, quod itidem ab antiquis Christianis, qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consueviſse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc diversoria, & hospitia per Orbem Romanum Christianorum exemplo ædificari mandasse testatur, ut Paganorum superstitionibus majorem laudem venerationemque conciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. LIV. Manetem in carcere positum, Discipulos suos misisse *ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur*, eisque, Christianorum se nunc os esse simulantibus, sacrorum codicum copiam factam fuisse. At id sub Ethnicis tantum Imperatoribus facere oportebat, quorum temporibus Christifideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad Ethnicorum manus pervenirent; ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, Sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi cap. V. ait, Manetem discipulos suos ad inquirendos sacros libros misisse, antequam in carcerem tru-

ANNO CHRISTI 277.

truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex prophanis quibusdam rebus, quarum in hisce actis mentio fit, eorumdem fides adstruitur. In iis quippe legimus Manetem, cum a Marcello literis accitus Carras venit, baculum ex ebeno in manibus gestasse, quod ab Alytarchis factitatum olim fuisse testatur Jo: Maleles in Chronico recens in Anglia edito pag. 376. Callisthenes quoque spurius scriptor a doctissimo Ducangio in Glossario mediæ & infimæ græcitatis laudatus verbo Εβενῖνος, de Psammetico ita scribit, Καὶ ἐσολέα ἑαυτὸν σολὴν προφήτην, κατέχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἐβενίνην, ubi Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui versionem suam Constantio Constantini magni filio dicavit, male Tamariscí virgam vertit: unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem affectabant. Incessum quoque Imperatorum, dum publice cum Protectoribus, signis, draconibus, labaris, Ducibus, Principibus, & Præfectis urbem aliquam ingrederentur, exacte describit cap. XXXVII. Denique de multiplici sigillorum, & clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. XIV. & XXVI. quibus similia prorsus in Ethnicorum Scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis, superque demonstratur, acta ista genuina, & antiquissima esse, nec eorum fidem ulla ex parte nutare.

Illud tamen dissimulare non possum, Acta ista disputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis a veteri librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi VI. pag. mihi 147. quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitat, quæ in nostra editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quippiam in nullo nostræ editionis loco legatur; ac præterea verba illa, quæ Cyrillus refert, ita concepta sint, ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed & conjecturæ nonnullæ ex nostra eorundem actorum editione peti possunt, quibus idipsum ulterius confirmatur. Nam in eorumdem cap. XII. hæc habentur, *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, & in Archelai domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes*, & quæ sequuntur. At vero nil in antecedentibus narratur, quod ea, qua Manes advenit, die factum fuerit. Præterea in cap. XXV. hujus disputationis Archelaus ait, *Nonne David ex ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit*. At vero in antecedentibus non legimus hæc unquam a Manete dicta fuisse. Quin & in cap. XXXVIII. verba illa; *Quæ quidem ego non ex meis verbis adstruo* & quæ sequuntur usque ad finem capitis, nullam cum præcedentibus connexionem habere videntur. Denique in horum actorum cap. ultimo, post narratam Manetis necem, hæc legimus, *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego qui inscripsi in prioribus exposui*. Videntur autem hæc verba esse Hegemonii illius, qui, ut superius diximus, eadem acta compilavit, & in Græcum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio, quia fortasse in Casinensi codice præfatio deficit, in qua Hegemonius compilationis suæ rationem reddebat; nisi quis verba illa, *In prioribus exposui*, de his accipienda esse censeat, quæ proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum, qui Casinensem codicem, ante quingentos, & amplius annos exaravit, magna actorum disputationis hujus prolixitate pertæsum multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis actis, suam Manichæorum hæreseos confutationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

Quod ad eorum editionem attinet, vetusti adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana Bibliotheca servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum Bibliothecarum perscrutator, eamque Clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem, & Sozomenum, fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa, quæ ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius; tum alia nonnulla ab eodem omissa; quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Palladio recudere cogitaverit, appositio Græco Epiphanii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectione restituta, quivis colligere posset, quanti faciendæ sint antiquæ latinæ versiones, & quantum utilitatis redundet, ut idemmet ait in præfatione ad Palladii Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi prope finem. Sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggressuri essent, aut qui Socratis historiæ cum notis doctissimi Valesii rursus edendæ operam susciperent. Et hactenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem Sacri Loci reverentia ductus Casinum venissem, & ab antiquissimis temporibus conditam ibi a Doctissimis æque, ac Sanctissimis Cœnobiarchis Bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum, & amplius annorum codice reperi, quam bona Reverendissimi quondam Abbatis, nunc vero Archiepiscopi Rossanensis Andreæ Deodati, Viri humanissimi atque amicissimi venia, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanæ Bibliothecæ ornamentum transcribi curavi, operam favoremque suum humanissime præstante Domno Augustino Collicello a Neapoli, tunc temporis Bibliothecæ illius Præfecto. Non possum tamen hic silentio præterire quantum diligentissimi alterius bibliothecarii Erasmi Gattolæ a Cajeta humanitati debeam, qui

ANNO CHRISTI 277.

qui nunquam meis votis defuit, plurimoſque in meorum ſtudiorum profectum labores ultro ſubivit, præſertim in emaculanda hac diſputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetuſtiſſimo adverſus Manichæos opere, ad nefariæ eorumdem hæreſeos hiſtoriam conſcribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai diſputationem, ſed & Photii Patriarchæ CP. libros IV. adverſus Manichæos ſuo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita, magnique facienda veterum Auctorum ſcripta appendicis loco ſubjungere decreveram: ſed doctiſſimorum virorum conſilio factum eſt, ut in anteceſſum acta iſta in primo collectionis noſtræ tomo ederentur. Habes itaque, erudite lector, integram Archelai cum Manete diſputationem bona fide ex apographo Caſinenſis codicis, quod in Vaticana Bibliotheca ſervatur, editam, brevibuſque notis criticis illuſtratam, atque ubi per ingenium tuto licuit, emendatam; ſunt enim in eo codice librarii ſphalmata plurima, quæ ſine alterius codicis ope emendare periculoſum conatum eſſe probe ſciunt, qui in vetuſtis ſcriptis edendis occupantur. Sed fortaſſe hoc opus, Deo dante, correctius recudere fas erit cum aliis veterum ſcriptorum adverſus Manichæos lucubrationibus ad calcem noſtræ Manichæorum hiſtoriæ, ſi aliquod aliud exemplar inter luſtrandum Bibliothecarum noſtrarum loculos occurrat, aut in aliis Europæ Bibliothecis repertum, mihi communicare, Eruditos Viros non pigeat.

Cæterum magnum ex Archelai noſtri verbis Catholicæ Fidei præſidium, atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæreſim validiſſimis argumentis oppugnat, ejuſque originem atque incrementa conſectatur, non modo eam funditus ſubvertit, & quam impios habuerit auctores, oſtendit; ſed & pleraque Catholicorum dogmata illuſtrat, atque confirmat. Elegans eſt inter alia locus de inſtituta ab Apoſtolis, quam uſque nunc ſervamus, Eccleſiæ Hierarchia, hiſce verbis in cap. LI. conceptus, *Sed & optimos architectos ei fundamentum noſtrum, ideſt Eccleſiæ, Paulus poſuit, & legem tradidit, ordinatis miniſtris, & Presbyteris, & Epiſcopis, in ea deſcribens per loca ſingula, quo modo, & qualiter oporteat Miniſtros Dei, quales, & qualiter fieri Presbyteros qualeſque eſſe debeant, qui Epiſcopatum deſiderant, quæ omnia bene nobis, & recte diſpoſita, uſque in hodiernum, ſtatum ſuum cuſtodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ diſciplina.* Palmaria quoque ſunt in hiſce actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adverſus recentiores hæreticos adſtruitur, ut videre eſt cap. XV. & XIX. Pulcherrima ſunt, maximeque notanda verba illa cap. XXXII. ubi ſic ait: *Deus enim omnia quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii ſenſum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii poſuit. Peccare noſtrum eſt; ut autem non peccemus Dei donum eſt, ex eo quod in noſtro ſit arbitrio conſtitutum peccare, vel non peccare &c. Et certe qui voluerint, obſervant mandata; qui vero contempſerint, & in perverſum declinaverint, ſine dubio legem Judicii ferent.* Romanarum quoque antiquitatum ſtudioſi plura in hoc opere invenient ſcitu haud indigna, quorum pleraque ſuperius commemoravimus, ubi de ejuſdem ſinceritate tractavimus. Denique hinc etiam diſcere poſſumus quouſque Romani Imperii limites Parthorum, ſeu Perſarum ditionem verſus, tunc temporis protenderentur, aliaque nonnulla de locis in eorundem collimitio ſitis, deque Romanorum militum numero, qui apud Carras caſtra ſervabant; de his enim rebus ſparſim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejuſdem cap. LII. LIV. & LV. Plura Eruditi inter legendum obſervabunt, nos enim alio properamus.

ACTA

ACTA DISPUTATIONIS
ARCHELAI EPISCOPI MESOPOTAMIÆ
ET MANETIS HÆRESIARCHÆ.

Thesaurus verus, sive disputatio habita in [1] *Carchar civitate Mesopotamiæ, judicantibus* [2] *Manippo, & Egialeo, & Claudio, & Cleobolo.*

I. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita, & studiis, & genere, prudentia quoque, & honestate valde clarus habebatur, facultatibus etiam copiosus, & quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, & his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans, nec quidquam omnino boni erat, quod illi viro deesset; unde, & honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potius, quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat; ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao Episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus, qui ibi castra servabant, septem millia numero, & septingenti, non mediocris eum sollicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum a militibus poscceretur; qui eum dissimulare non posset, pro religione, & timore Dei vehementer æstuabat, & tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque popoſcissent, qui deduxerant vinctos, & continuo, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo, nec discretione ulla [3] distinguit; ut magis dona, quam pretia viderentur. At illi admirati, & amplexi tam immensam viri pietatem, munificentiamque, & facti stupore permoti exemplo misericordiæ [4] commonentur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini Nostri Jesu Christi, [5] derelicto militiæ cingulo; alii vero vix quarta pretiorum portione susceptа, ad propria castra discederent; cæteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, & accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo causam belli, vel quo casu ipsi inferiores extiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permissa, ita exorsus est. Nos, Domine mi Marcelle, viventi Deo credimus soli. Est autem nobis mos hujusmodi, Patrum nostrorum in nos traditione descendens, quique a nobis observatus est usque ad hunc diem: per annos singulos extra urbem egressi, una cum conjugibus ac liberis, supplicamus soli & invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris, ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore, ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, & gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, & vigiliæ. Circa medium vero noctis invidus nobis, & importunus somnus obrepsit; & cervicibus degravatis, ac lapsis [6] demerso capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus aderat, ut Dei judicio pœnas pro meritis penderemus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut æstimo, putantes nos pro insidiis consedisse, aut omnino usum vel studium habere præliorum, & nulla conventus nostri causa penitus explorata, bellum nobis denunciant; non sermone, sed gladio, & homines qui injuriam facere cuiquam non didicimus, sine ulla misericordia [7] missibilibus vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui super fuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordiæ concedentes: agebant enim nos ante equos, hastilium verberibus stimulatos, & equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt toleran-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Hæc eadem urbs infra cap. 3. *Charra* vocatur, non *Charcar*, aut *Caschar* ut Epiphanius, habet. Quare disputatio ista habita fuisse videtur apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao.

2 Μαρσιππος vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum num. 10.

3 Forte, *distribuit*.

4 Forte, *commoventur*.

5 Abhorruisse a militia Christianos primitivæ Ecclesiæ, ne Paganorum commercio, atque superstitionibus maculārentur, notius est ex Tertulliano de Corona militis cap. 11. quam ut pluribus demonstrari opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus. *Plane si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut Centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, & quem Petrus catechizat; dum tamen susceptа fide, atque signata, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum, nequid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana condixit.* Concilium Nicænum can. 12. *Quicunque vocatì per gratiam primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, itaut quidam & pecunias tribuerent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annos post triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.* Vide Lupum, & Beveregium in eundem canonem.

6 Forte, *dimisso*.

7 Barbara vox pro *missilibus*.

ANNO CHRISTI 277

lerandi, plurimi vero ante ora dominorum cru- A delium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos suos matres, defatigatis, ac dimissis onere brachiis, humi decidere sinebant, agitatæ insequentium minis; omnis vero senilis ætas victa laboribus, ac resoluta per inediam, corruebat in terram. Superbi vero milites hoc tam cruento collabentium spectaculo, tanquam voluptate aliqua, fruebantur, cum alios deficientes sterni solo cernerent, in aliis sitis ardoribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, arescente linguæ glutino, præpediri; alios vero viderent, conversis post terga oculis, expirantium parvulorum suorum ingemiscentes exitiis, cum illi infelicissimas matres vagitibus inclamarent, ille vero prædonum B acerbitatibus agitatæ, quibus solis libere uti licebat, gemitibus responderent: quarum si quæ tenerius propriis indulgerent visceribus, interitus sortem sponte sibi parem cum filiis præsumpserunt; si quæ vero habere aliquid tolerantiæ potuerunt, captivæ huc usque perductæ sunt. Triduo itaque exacto, cum ne noctibus quidem aliquam requiem cepissemus, ad locum hunc perducimur, in quo post hæc jam quod gestum sit, melius ipse nosti.

III. His auditis vir piissimus Marcellus plurimum in lacrymas profusus est, misertus tantos, & tam varios casus; sed nihil moratus cibos præparat, fatigatis per semetipsum ministeria exhibens, imitatus patrem nostrum Ab- C *Genes.* 18. raham Patriarcham, qui quondam Angelis a se hospitio susceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; sed ipse senior impositum humeris pertulit, ac per semet præparatos cibos propriis manibus Angelis apposuit. Simili & Marcellus functus officio, denos præcipit per convivia reclinari, septingentisque omnibus extructis mensis, cum ingenti lætitia reficiebat universos, ita ut qui superesse potuerant, oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cum autem quintus decimus transigeretur dies, Marcello cuncta affatim ministrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, præter eos quos vulnerum cura re- D tinebat, quibus competens adhibita medela, ad sua cæteros abire præcepit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia, cum plurima namque suorum manu progressus est ad sepelienda corpora in itinere peremptorum, & omnia quæcumque invenire potuit, ut dignum erat, tradidit sepulturæ. Quo munere impleto, ad [1] Charram rediit, atque exinde recuperata sanitate, vulneratos ad patriam remeare permittit, largissimo ad iter viatico præparato. At vero facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene gesta immensum cumulum contulit. per universam enim regionem illam ingens fama discurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diversis urbibus videndi, atque cognoscendi viri cupiditate flagrarent, & maxime hi, quibus ferre penuriam usus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentissime ministrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præstantiorem. Sed & viduæ universæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cum imbecilli quoque ex eo sibi auxilium certissimum præsumebant, necnon & orphani omnes ab ipso nutriebantur, domusque ejus peregrinorum, & pauperum hospitium dicebatur: super omnia vero hæc, fidei curam egregie, ac singulariter retinebat, ædificans cor suum super immobilem petram.

IV. [2] Igitur cum diversis in locis fama de eo sæpissime spargeretur, etiam Stranga fluvio superato, Persarum in regionem eum pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam, qui ad se hujuscemodi viri opinione perlata, plurima secum ipse volvebat, quemadmodum eum doctrinæ suæ posset laqueis irretire, sperans assertorem dogmatis sui fieri posse Marcellum. Præsumebat enim universam se occupare posse provinciam, si prius talem virum sibimet subdere potuisset; in quo duplici cogitatione animus æstuabat, utrumnam ipse ad eum pergeret, an literis eum primo tentaret adoriri; verebatur enim, ne forte improviso & subito ingressu malum sibi aliquo nasceretur, ad ultimum versutioribus consiliis parens, scribere decrevit, accitumque unum ex discipulis, [3] Turbonem nomine, qui per Addam fuerat instructus, tradita Epistola abire jubet ac perferre Marcello; [4] quique acceptam eam huic, cui a Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto. Veloci etenim usus est cursu, in quo plurimum supradictus Turbo laboris & molestiæ pertulit: si quando enim [5] veluti peregrinans ad hospitium perveniisset, [6] quæ quidem diversoria hospitalissimus Marcellus instruxerat, cum a servatoribus hospitiorum interrogaretur, unde, & quis, vel a quo missus esset, ajebat, sum quidem [7] Mesopotamensis: de Persida autem venio a Manichæo magistro Christianorum missus. At illi [8] ignotum

ANNO CHRISTI 277

NOTÆ ZACAGNI.

1 Habita est itaque hæc disputatio apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem, cujus Episcopus erat Archelaus, uti supra adnotavimus.

2 Hinc incipit pars hujus operis edita a Valesio ex codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana Bibliotheca servatur.

3 Codex Bobiensis legit *Adda Turbonem*. Fuit autem Adda unus ex discipulis suis, cui Orientem hæresi infidendum Manes demandavit, ut infra cap. 11. dicitur.

4 Codex Bobiensis, *Quippe*, mala lectio.

5 Codex Bobiensis, *ad vesperam veluti peregrinus*.

6 Idem Codex, *quæ quidem ipsa diversoria*. Hinc autem apparet quam sedulo hospitalitati operam dederint primitivæ ecclesiæ fideles Pauli præcepto in Epistola ad Hæbreos cap. 13. vers. 1. obsecuti. Tertullianus de præscriptionibus adversus hæreses cap. 20. *Sic omnes* (Ecclesiæ videlicet) *primæ, & Apostolicæ; dum una omnes probant unitatem, dum est illis communicatio pacis & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio*. Nota sunt quæ de Christianorum erga Peregrinum hospitem officiis refert Lucianus in libro de ejusdem morte. Sed & quod de diversoriis, atque hospitiis, per regias vias in Persidiem ducentes, a Marcello constructis, hic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme a Christianis factum fuisse, aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva 1. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc ad Christianorum imitationem diversoria, & hospitia per orbem Romanum ædificari mandasse testatur, ut Gentilium superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium de literis canonicis cap. 5. & seqq. & Thomasinum de Tesseris hospitalitatis cap. 26.

7 Codex Pob. *Mesopotamenus*.

8 Item Codex, *ignoratum*.

ANNO CHRISTI 277.

tum sibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipsis hospitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quæ cum singula quotidie, atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus atque hospitiis præerant, nisi ad ultimum Marcello se portare literas indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

ANNO CHRISTI 277.

V. Acceptas igitur Marcellus literas resolvit, ac legit præsente Archelao civitatis Episcopo, quarum exemplum hoc est.

ΜΑΝΙΧΑΙΟΣ

Ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσειε σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ τῆς συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

B

MANICHÆUS. [1]

Apostolus Jesu Christi, & qui mecum sunt omnes Sancti, & virgines, Marcello filio carissimo gratia, misericordia, pax a Deo Patre, & Domino Nostro Jesu Christo, & dextera lucis conservet te a præsenti sæculo malo, & a ruina ejus, & a laqueis maligni.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην ἔσαν αἰσθησεις, λίαν ἐχάρην. τὴν δὲ πίστιν οὐκ ἔσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἠχθέσθην. ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως ἀποσταλείς, φειδόμενός τε τῆς ἀπάτης καὶ πλάνης ἑαυτὸς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τῆς σεαυτοῦ ψυχῆς. ἔπειτα δὲ καὶ τῆς ἅμα σοὶ τυγχανόντων [2] πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμόν, ὡς δὲ τῆς ἁπλουστέρων καθηγεμόνες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, ἃ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαύλου, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν, ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνύντες θάτερον θατέρῳ, ἃ παύονται. σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῆς ἀνθρώπων ἀλογίστως, καὶ ἀφρόνως ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, οὐώσης μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθωσύνης Θεῷ ἀνατίθεσο. ἀρχὴν γὰρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῆς κακῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρας ἐγγύς. ὅτε γὰρ [3] ἐν τοῖς εἰρημένοις εὐαγγελίοις παρ' αὐτοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύουσιν, ὅτι δύναται δένδρον καλὸν καρποὺς κακοὺς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλοὺς καρποὺς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τοῦ Σατανᾶ, καὶ τῆς κακῶν αὐτοῦ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται· καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τούτων ἔφθασεν αὐτοῖς ἡ ματαιοπονία, καὶ μὴ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τῆς κόλπων τοῦ πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῆς γυναικῶν γεγενῆσθαι. καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ τῆς δεύτερας ἐπιστολῆς γράφων, εἰς μῆκος χρόνου ἐκτείνω σε

C

D

Dilectionem quidem tuam immensam sentiens, vehementer gavisus sum, fides vero, quia non sit [3] juxta te, recta ratione molestè tuli; propter quod ad emendationem generis humani [4] missus sum, & subveniens his, qui se seductionibus, atque erroribus tradiderunt, hæc [5] scripta ad te necessarium duxi transmittere; primo quidem ad salutem animæ tuæ, deinde, & eorum, qui tecum sunt; [6] uti ne indiscretos animos geras, sicut simpliciorum [7] magistri docent, dicentes malum, & bonum ab eodem subsistere, & unum initium introducentes, neque quidquam perscrutantes, vel discernentes [8] a luce tenebras, & bonum a malo, & exteriorem hominem ab interiori, sicut prædiximus; sed confundere, ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, o Fili, ne similiter, ut multi hominum irrationabiliter, & simpliciter utraque indiscreta [9] permisceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim, & finem, & horum patrem malorum ad [10] Deum referunt, *quorum finis est maledicto proximus*. Non enim [11] his quæ dicta sunt in Evangeliis Salvatoris nostri, & Domini Jesu Christi credunt, quia *non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere*. Quomodo Dominum Satanæ, & malorum ejus actuum factorem dicere audeant, & conditorem, plurimum miror. Et atque utinam eo usque eorum vanitas perveniisset, & non unigenitum [12] *qui de Patris sinibus descendit*, Christum, Mariæ cujusdam mulieris esse dicerent filium, ex sanguine, & carne, ac reliquis mulierum spurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham pa-

Hebr. 6. 8.

Matth. 7. 18.

Joan. 1. 18.

tien-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Hanc epistolam cum Marcelli responsione integram refert Epiphanius in Manichæorum Hæresi n. 6. ex quo græca desumpsimus.

2 Codex Bobiensis *a ruinis ejus, & de laqueis*. Sic & Epiphanius.

3 Idem Codex, *juxta rectam rationem*. Sic & Epiphanius.

4 Idem Codex, *missus sum subveniens*. Epiphanius, *missus, & subveniens*.

5 Idem codex, *hæc scripta necessarium duxi*.

6 Hinc patet recte in græco Epiphanii textu emendasse Petavium πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον; nam prius μὴ deerat.

7 Codex Casinensis, *magistri dicentes*. Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius.

8 Male idem codex, *a luce, a tenebris*.

9 Codex Casinensis, *Permiscens*. At Bobiensis, *Permisceas, neque Bonitatis Dei inferas*. Epiphanius. *Permisceas, neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim &c.* Præterea Casinensis legit paulo post, *Initium, & finem*. Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.

10 Bobiensis codex *Dominum*.

11 Casinensis habebat, *in his*. Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanium, οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις.

12 Codex Bobiensis, *Qui Patris finibus discessit*. Casinensis, *Quidem patris finibus descendit*. Nos ex Epiphanio hunc locum restituimus.

ANNO CHRISTI 277.

tientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognoscis, cum præsens fuero apud te; si tamen saluti tuæ [1] parcere, ac providere festinas; non enim *laqueum alicui injicio*, sicut plurimi insipientium faciunt. Intellige quæ dico, fili [2] honorabilis.

1. Cor. 7. 35.

VI. Hac epistola lecta, bajulum literarum Marcellus [3] obsequentissime fovebat hóspitio, Archelaus vero ea quæ lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus [4] infrendedat, auctorem epistolæ sibi desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet pollicens procuraturum præsentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea, quæ scripta sunt, statuit epistolam continentem hæc.

A τὼ ἐπιέναι, ὰν ἔχω τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τούτοις ἀρκεσθήσομαι τὸ δὶ ὅλου γνώσῃ παρόντος μου σοῦ σὲ, ἔγε τῆς σεαυτοῦ σωτηρίας ἔτι φείδῃ, ὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς δὲ τοῖς πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιοῦσιν. νόει ἃ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

ANNO CHRISTI 277.

MARCELLUS.

[5] *Vir notus, Manichæo, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.*

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ.

B Ἀνὴρ ἐπίσημος, μανιχαίῳ τῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς δηλουμένῳ, Χαίρειν.

SCriptam quidem a te epistolam sumpsi, & Turbonem solita mihi humanitate suscepi, sensum vero litterarum nequaquam adverti; nisi forte tu præsens exponas nobis per verba, singula, [6] sicut promisisti. Vale.

Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην. τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ φιλοφρωσύνην ἐμὴν τὴν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν οὐδαμῶς ἔγνων, εἰ μὴ σὺ παραγυμνώσῃς φράσῃς ἡμῖν κατὰ λογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέσχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἔρρωσο.

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni referendam ad eum, a quo prius ipse pertulerat, ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, & rogabat alium pro se dirigi, abnegans ultra sibi [7] ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum. Marcellus vero accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, præcipit proficisci, qui nihil moratus, illico proficiscitur; & post triduum pervenit ad Manetem, quem in castello quodam [8] Arabionis reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlecta, gavisus est, a Marcello invitatum se esse, ac sine mora iter invadit. Turbonis tamen remorationem non prosperam [9] præsagitus, & quasi consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus non discedebat, nec ab Archelai Episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichæi studiis perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At ille universa dilucide enarravit, repetens, & exponens de fide ejus hoc modo.

VII. [10] Si fidem Manichæi discere a me vultis; breviter audite. Hic duos colit Deos innatos, ex semetipsis extantes, æternos, unum uni adversantem; & alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, & alteri tenebras. Et lucis quidem esse partem animam, quæ in hominibus est, tenebrarum autem corpus, & quæ ex materia est conditio. Permixtionem autem, vel conjunctionem [11] hoc modo dicit effectam, conferens ambos Deos in hujusmodi exemplum. Quemadmodum si duo Reges sint adversum se pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; acciderit autem, ut tenebræ progredientes fines suos bellum cum luce commiserint. Quod cum cognovisset bonus pater tenebras ad terram suam supervenisse, [12] produxit ex se virtutem, quæ dicitur mater vitæ [13] qua virtute circumdedit

C Εἰ τὼ τῷ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν, παρ' ἐμοῦ ἀκούσατε συντόμως. ὅτος δύο σέβει Θεοὺς ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, ἀϊδίους, ἕνα τῷ ἑνὶ ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται, φῶς τῷ ἑνὶ ὄνομα τίθεμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ σκότος, καὶ τὸ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιούργημα. μίξιν δὲ, ἤτοι σύγκρασιν [11] τοῦτον λέγει γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων τοὺς δύο τῷδε τῷ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμέρος ἑκάστου τὰ ἴδια ἔχοντος. κατὰ δὲ σύσασιν τὸ σκότος ἐπελθὸν ἐκ τῆς ὑείων αὐτοῦ προσεμαχήσατο τῷ φωτί· γνόντα δὲ D τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ ἐπιδεδημηκὸς, προβάλλειν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τῆς ζωῆς, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα

εἰσὶ

NOTÆ ZACAGNI.

1 Casinensis *parere*. Melior alia lectio Bobiensis codicis, ut patet ex Epiphanio.
2 Codex Bobiensis, *Honorabilis. Vale*, quod verbum non habet Epiphanius.
3 Codex Bobiensis, *Obsequentissimo*.
4 Codex Bobiensis, *Infringebat*.
5 Melior Petavii versio, *Vir illustris*.
6 Codex Bobiensis, *Sicut per epistolam promisisti. Vale. Hanc epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni ferendam*. Epiphanius pariter legit, *sicut per epistolam promisisti. Vale*.
7 Codex Bobiensis, *Ad illum reversurum, aut communionem cum eo aliquam fore*.
8 Castellum hoc trans fluvium Strangam situm fuisse in medio Persarum, & Mesopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæresi num. 7.
9 Codex Bobiensis, *Præsagus*.
10 Sequentia usque ad cap. 12. verbatim græce retulit Epiphanius num. 25.
11 Hinc patet apud Epiphanium legi debere τοῦτον λέγω cum prius esset, τοῦτων.
12 Codex Bobiensis, *Produxit ex virtute*. Casinensis, *Produxerit*, & *esse virtutem*. Sed legendum est ex Epiphanio, uti emendatum est.
13 Codex Bobiensis, *Qua circumdedit*, Casinensis, *Quæ virtute*. Sed ex Bobiensi, & Epiphanio emendavi, *Qua virtute*.

εἰσὶ δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ὕλη. καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει· οἱ δὲ τοῦ σκότους ἄρχοντες ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή· τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ εὐξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους, πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος, ἐκινδύνευσεν. ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν. καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συναντήσωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς διδόασιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σωθέντες. ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι λέγει. τότε ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κατελθὸν ἀνήνεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐστερέωσεν ἐν τῷ στερεώματι, ὅ ἐστιν αὐτῶν σῶμα ἡ σφαῖρα. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἅ ἐστι τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ οὕτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλεῦσαι. καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἴδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βαστάζει, καὶ ἐπὰν κάμῃ βαστάζων, τρέμει, καὶ σεισμοῦ αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὡρισμένον καιρόν. τούτου ἕνεκα τὸν Υἱὸν αὐτοῦ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν [8] ἐπιτιμίαν δῷ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἕτερον ὦμον. τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ' ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτὰ, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπό τινων Ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν Ἀρχόντων πρώτους, καὶ ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. [2] αὕτη ἐστὶ τῆς συγκράσεως ἡ ὑπόθεσις.

Ὅτε δὲ εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὔσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλεήμων, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς, διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφασιν, καὶ τὴν τοῦ Ὠμοφόρου, ἀπέστειλεν αὐτόν. καὶ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄν-

A primum hominem, quæ sunt quinque elementa [1] idest, Ventus, Lux, Aqua, Ignis, & Materia, quibus indutus, tanquam [2] ad paratum belli, descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At vero tenebrarum Principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflictus est deorsum [3] primus parens homo a tenebris, & nisi orantem eum exaudisset pater, & misisset alteram virtutem, quæ processerat ex se, quæ dicitur Spiritus vivens, & descendens porrexisset ei dexteram, & eduxisset eum de tenebris, olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorsum [4] reliquit, & propterea Manichæi,
B cum sibi invicem occurrunt, dant sibi dexteras hujus signi gratia, tanquam ex tenebris liberati; in tenebris enim [5] omnes hæreses esse dicunt. Tunc vivens spiritus creavit mundum, & indutus alias tres virtutes descendens eduxit [6] Principes, & crucifixit eos in firmamento, quod est ejus corpus sphæra; & rursum ipse vivens Spiritus creavit luminaria, quæ sunt [7] reliquiæ animæ, & fecit ea [8] firmamentum circumire, & iterum creavit terram, [9] & sunt octo. Est autem Omophorus deorsum, idest qui eam portat in humeris, & cum laboraverit portans, intremiscit & hæc est causa terræ motus præter constitutum tempus. Hac de causa
C filium suum misit benignus pater [10] de finibus suis in cor terræ, & in interiores ejus partes [11] quo illum, ut par erat, coerceret; quotiens enim efficitur terræ motus, tremante eo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus efficitur. Tunc ergo & ipsa materia creavit ex se plantas vel germina, quæ cum [12] furatæ essent a quibusdam Principibus, convocavit omnes Principes primarios, & sumpsit ab eis singulas virtutes, & fecit hominem hunc secundum speciem primi hominis illius, [13] & junxit animam in eo.

VIII. Cum autem vidisset Pater vivens affligi animam in corpore, [14] quia est mi-
D serator & misericors, misit Filium [15] suum dilectum ad salutem animæ; hac enim causa, & propter omophorum misit eum. Et veniens filius, transformavit se in speciem hominis; [16] & apparebat quidem hominibus ut homo, cum non esset homo, & homines puta-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Codex Bobiensis, *Id est lux, aqua, ignis, & maria*. Sed Epiphanius legit, *ventus, lux, aqua, ignis, & materia*, ut in Codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.
2 Epiphanius legit, *Ad apparatum belli*.
3 Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, *primus homo*.
4 Codex Bobiensis, *relinquit*. Mala lectio, ut patet ex Epiphanio.
5 Codex Bobiensis, *omnis hæresis esse dicitur*. Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.
6 Hæc est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam enim ex codice Bobiensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo non videt; sic enim se habet, *Descendens eduxit Principes Jeru, exiens in firmamentum, quod est &c.* In græco Epiphanii est, *Et stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphæra*. Sed vide eundem Epiphanium cap. 48.
7 Ita & Epiphanius. Male apud Valesium, *Reliquæ animæ*. Vide eundem Epiphanium ibidem cap. 49.
8 Et hic male codex Bobiensis, *in firmamento circuire*, ut patet ex Epiphanio.
9 Epiphanius habet εἰς εἴδη ὀκτώ. *Creavit terram Octuplici specie. Omophorus autem*, hoc est, bajulus, *infra sustinet*. Sed latinus noster interpres legit, εἰσὶ δὲ, vel εἰσὶ δή.
10 Codex Bobiensis, *de finibus in cor terræ*. Sic legit & Epiphanius.
11 Idem codex, *quod illum, ut pareret, coerceret*. Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro ἐπιθυμίαν recte emendasse ἐπιτιμίαν.
12 Codex Casinensis, *furatæ essent, convocavit*. Nos Bobiensem codicem, & Epiphanium secuti sumus.
13 Male codex Bobiensis, *& vexit animam in eo*. Quam lectionem non sequitur Epiphanius: subditurque apud eundem, *Et hæc est commixtionis ratio*. Quæ verba de suo fortasse addidit Epiphanius.
14 Codex Bobiensis, *qui est*.
15 Ita codex Bobiensis, & Epiphanius. Casinensis non habet *dilectum*.
16 Uterque codex, *& parebat*. Sed nos Epiphanii lectionem prætulimus.

ANNO CHRISTI 277.

[1] putaverunt cum natum esse. Cum ergo veniſſet, machinam quandam [2] concinnavit ad ſalutem animarum; ideſt, rotam ſtatuit, habentem duodecim urceos [3] quæ rota per hanc ſphæram vertitur, hauriens animas morientium, quaſque luminare majus, ideſt, ſol radiis ſuis [4] adimens purgat, & Lunæ tradit, & ita adimpletur lunæ [5] diſcus, qui a nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria, & cum repleta fuerit luna, transfretare animas ad subsolanam partem, & ita [6] apocruſim, detrimentum, patitur, cum onere fuerit relevata: & [7] iterum repleri cymbam; & rurſus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, uſquequo partem ſuam propriam liberet [8] animarum. De ſubſtantia autem boni Patris omnem animam, atque omne animal, quod movetur, partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus, quod gerit, animarum, ſeculis tradiderit Patris, permanent [9] illæ in columna gloriæ, quod vocatur [10] Vir perfectus. Hic autem Vir eſt columna lucis: repleta eſt enim mundarum animarum, & hæc eſt cauſa ſalutis animarum; mortis vero cauſa hominibus eſt iſta. Virgo quædam decora & exornata, elegans valde, furto appetit Principes, qui ſunt in firmamento a vivente ſpiritu educti, & crucifixi, quæ cum apparuerit, maribus fœmina decora apparet; fœminis vero adoleſcentem ſpecioſum, & concupiſcibilem demonſtrat. Sed Principes quidem, cum eam viderint exornatam, [11] amore ejus in libidinem moventur; & quia eam apprehendere non poſſunt, vehementer inſtigantur, amoris incendiis excitati; rapti ſunt enim [12] libidinis calore: cum enim currentibus poſt eam anxii effecti fuiſſent, Virgo ſubito nuſquam comparuit. Tunc Princeps ille magnus producit nebulas ex ſemetipſo, uti obſcuret in ira ſua omnem mundum, qui cum tribulatus fuerit plurimum, ſicut homo ſudat poſt laborem, ita & hic Princeps [13] ſudat ex tribulatione ſua, cujus ſudor pluviæ ſunt. [14] Sed & meſſis Princeps, ſi deceptus fuerit a Virgine [15] effundit peſtem ſuper terram, itaut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad ſimilitudinem

ANNO CHRISTI 277.

Ἄνθρωπος, μὴ ὢν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννῆσθαι. ἐλθὼν οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαίρας σῤῥεφομένη, ἀνιμᾶται τὰς θνησκόντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτης ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ ὅτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσαγορεύομενος. πλοῖα γάρ, ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. εἶτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, καὶ ὅτως ἀπόκρυσιν ποιεῖται, τῶ γόμῳ ἐλαφρυνομένη. καὶ ὅτω πληροῖ τὸ πορθμεῖον, καὶ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις ὅ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει τῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τῶ ἀγαθῶ Πατρὸς ὑσίας πᾶσαν ψυχὴν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν τοῖς Αἰῶσι τῶ Πατρὸς, παραμένουσιν ἐν τῷ σύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀνὴρ ὁ τέλειος. ὁ δὲ ἀνὴρ ὅτος σύλος ἐστὶ φωτὸς, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν καθαιρομένων. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἣς αἱ ψυχαὶ σώζονται. ἡ δὲ τὸ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶ πάλιν αὕτη. παρθένος τις ὡραία κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ συλᾶν ἐπιχειρεῖ τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σωρωθέντας, φαινομένη δὲ τοῖς ἄῤῥεσι θήλεια εὔμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις νεανίας ἡδὺς καὶ ἐπιθυμητὸς, καὶ οἱ μὴ Ἄρχοντες ὁπόταν ἴδωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰσῤῥῶσι τῷ φίλτρῳ, καὶ μὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ ἐρωτικῷ πόθῳ τὸν νοῦν ἐξαρπαθέντες. ὅταν οὖν τρεχόντων αὐτῇ, ἡ παρθένος ἄφαντος γένηται, τότε ὁ Ἄρχων ὁ μέγας προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ ὅτως ἐὰν θλίβῃ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἱδρῶν ἀποκοπᾶται. ὁ δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ ἐστὶν ἡ βροχὴ [4] ὁμῶ καὶ ὁ θεϊσμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, ταχέως λοιμὸν ἐφ' ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσει τοὺς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἄνθρωποι

πάντες

NOTÆ ZACAGNI.

1 Codex Bobienſis, probante Epiphanio, *putabant cum natum esse*. Caſinenſis male, *naturam esse*.

2 Codex Bobienſis, *concinnatam*. Epiphanius habet, *Veniens igitur opus quoddam ad animarum ſalutem molitus eſt, & machinam conſtruxit, cados duodecim habentem, quæ a ſphæra converſa mortuorum animas ſurſum evehit*.

3 Codex Bobienſis, *quæ per hanc ſphæram hauriens animas viventium*. Mala lectio, ut ex Epiphanio apparet.

4 Epiphanius, λαβὼν, *aſſumens*,

5 Codex Bobienſis, *diſcurſus*, peſſima lectio.

6 In codice Caſinenſi, *Apocriſin*, ſcribitur; ſed nos locum reſtituimus ex codice Bobienſi, in quo *Apocruſin* recte legitur, licet in aliis hic depravatiſſimus exiſtat. Ἀπόκρυσιν autem Alexandro Aphrodiſienſi, & Tralliano dicitur facere luna, cum decreſcit, ſeu feneſcit, ut notum eſt.

7 Epiphanius ὅτω, *& ita repleri*.

8 Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς *animæ*; ſed ex hujus antiqui interpretis verſione debet emendari.

9 Legendum *illæ*, hoc eſt, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex habeat *illa*.

10 Epiphanius habet, *aer perfectus*, unde colligitur latinum hujus operis exemplar e græco expreſſum eſſe, & male interpretem legiſſe, ἀνὴρ, pro ἀήρ; vertendum autem eſſe, *Aer perfectus*. *Aer autem hic* &c. ut græca cum latinis conveniant, & aliquis inde ſenſus eruatur.

11 Melior in ſequent. Epiphanii lectio, quæ ſic latine ſonat. *Amoris æſtro aguntur, cumque eam aſſequi nequeant, extra mentem acti, præ amore, & cupiditate mirum in modum exardeſcunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo ſe ex illorum aſpectu ſubduxerit, tunc* &c.

12 Male codex Bobienſis, *libidinis amoris calorem: cum ergo currentibus eis poſt eam, virgo* &c.

13 Item codex, *ſudat ei ex tribulatione*. prava lectio.

14 Epiphanius habet ex verſione Petavii, *Sic & Princeps alter, Meſſor appellatur, ſi Virginis illecebra capiatur, peſtem in univerſam terram perdendis hominibus immittit*. In textu tamen græco, *Meſſis*, eſt, non, *Meſſor*, ſed fortaſſe legendum θεϊσμὸς.

15 Codex Caſinenſis, *effundit famem*. Bobienſis, *effundet famem*. Sed nos ex ſeqq. & ex Epiphanio, *peſtem*, ſubſtituimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob ſimilitudinem vocum, λιμὸς, *fames*, & λοιμὸς, *peſtis*, in hunc errorem incidere.

ANNO CHRISTI 277

παντες ῥίζας ἔχυσι, κατω συνδεθείσας τοῖς ἄνω, ὁπότιν ὃν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένε, τότε ἄρχηται κόπτειν τὰς ῥίζας τῆς ἀνθρώπων. κ) ὅταν κωπῶσιν αἱ ῥίζαι αὐτῆς, τότε ἄρχηται λοιμὸς γίνεσθαι, κ) ὕπως ἀποθνήσκωσιν. ἐὰν δὲ τὶ ἄνω τῆς ῥίζης πόνω σαλθῇ, σεισμὸς γίγνεταί τε. κ) ἐπακολυθεῖ, συγκινυμένε μᾶ τοῦ Ὠμοφόρε, αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θανάτε.

Ἐρῶ δὲ ὑμῖν κ) τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς ἕτερα σώματα. πρῶτον καθαίρεται μικρόν τι ἀπ' αὐτῆς εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλε, ἢ εἰς ἑτέρε ζώε σῶμα. ἐὰν δὲ ἡ πεφονευκυία ψυχὴ, εἰς ἐλεφῶν σῶμα μεταφέρεται. ἐὰν δὲ θεείσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλες. τῆς δὲ ψυχῆς ἐστὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα, νῶς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός· οἱ δὲ θερισαὶ, ὅσοι θερίζυσιν, ἐοίκασι τοῖς Ἄρχυσι τοῖς ἀπαρχῆς ὧσιν εἰς σκότος, ὅτε ἔφαγον ἐκ τῆς τῦ πρώτε ἀνθρώπε πανοπλίας. διὸ ἀνάγκη αὐτὸς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασήλια, ἢ εἰς κριθὴ, ἢ εἰς σάχυν, ἢ εἰς λάχανα, ἵνα θερισθῶσι, κ) κοπῶσι. κ) εἴ τις πάλιν ἐσθίει ἄρτον, ἀνάγκη κ) αὐτὸν βρωθῆναι, ἄρτον γινόμενον. εἴ τις φονεύσει ὀρνίθιον, ὀρνίθιον ἔσαι· εἴ τις φονεύσει μῦν, κ) αὐτὸς μῦς ἔσαι. εἴ τις πάλιν ἐστὶ πλέσιος ἐν τέτῳ τῷ κόσμῳ, κ) ἐὰν ἐξέλθῃ ἐκ τῦ σκηνώματος αὐτῦ, ἀνάγκη αὐτὸν εἰς πτωχῦ σῶμα μεταγγισθῆναι, ὥσε περιπατῆντι αὐτὸν ἐπαιτῆσαι, κ) μετὰ ταῦτα ἀνελθεῖν αὐτὸν εἰς κόλασιν αἰώνιον. τῦ δὲ σώματος τότε ὄντος τῆς Ἀρχόντων, κ) τῆς ὕλης, ἀνάγκη τὸν φυτεύοντι περσέαν διελθεῖν πολλὰ σώματα, ἕως ἂν καταβληθῇ ἡ περσέα ἐκείνη. εἰ δέ τις οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ οἰκίαν, διασπαραχθήσεται εἰς τὰ ὅλα σώματα. εἴ τις λύεται εἰς τὸ ὕδωρ, τὴν ἑαυτῦ ψυχὴν [13] πήσει. κ) εἴ τις δ' δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτῦ ἀσέβειαν, κολασθήσεται εἰς τὰς γενεὰς, κ) μετενσωματῶται εἰς κατηχυμένων σώματα, ἕως ἃ δῷ ἀσεβείας πολλὰς, κ) διὰ τῦτο, εἴ τι καλλιεον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρυσι. κ) ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, ὕπω λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον, ὅτε σὲ ἐγὼ ἐθέρισα, ὅτε ἤλεσα, ὅτε ἔθλιψά σε, ὅτε εἰς κλίβανον ἔβαλον. ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, κ) ἤνεγκέ

A magni hujus mundi, [1] & omnes homines, qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas. Cum ergo deceptus fuerit a Virgine [2] tunc incipit excidere radices hominum, & cum exciſæ fuerint radices eorum, efficitur peſtilentia & ita moriuntur [3] Quod ſi ſuperiores partes radicum validius concuſſerit, fit terræ motus, & inſequitur Omophori concuſſio, & hæc eſt mortis occaſio.

ANNO CHRISTI 277

IX. Dicam autem vobis, quomodo, & animæ in alia quoque corpora [4] transfunduntur. In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde, transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod ſi [5] homicidium commiſit anima, in Elephantiacorum corpora transfunditur; quod ſi meſſem ſecuit, in mutos. Nomina autem animæ ſunt iſta, [6] Mens, Senſus, Prudentia, Intellectus, Cogitatio. Meſſores autem qui meſſem metunt, conferuntur Principibus, [7] qui ex materia orti in tenebris ſunt, ex quo manducaverunt de primi hominis armatura, propter quod neceſſe eſt eos transfundi in fœnum aut in [8] faſeolum aut in hordeum, aut in olera, ut & ipſi deſecentur, & demetantur: & qui manducant panem, [9] neceſſe eſt ut & ipſi manducentur panem effecti. Qui occiderit pullum, & ipſe pullus erit; qui murem, mus etiam ipſe erit. Si quis vero eſt dives in hoc mundo, cum exierit de corpore ſuo, neceſſe eſt eum in corpus pauperis injici, [10] itaut ambulet, & mendicet, & poſt hæc eat in pœnas æternas. Cum ergo corpus hoc Principum ſit, & materiæ, neceſſe eſt eum, qui plantaverit perſeam, tranſire per multa corpora, uſquequo [11] perſea illa, quam plantaverat, concidat. Qui autem ædificaverit ſibi domum [12] diſpergetur per omnia corpora. Si quis laverit ſe in aqua, animam ſuam [13] vulnerat, & qui non præſtiterit electis ejus [14] alimenta, pœnis ſubdetur [15] gehennæ, & transformatur in catechumenorum corpora, uſquequo faciat miſericordias multas: & propterea ſi quid optimum eſt in eſcis, [16] offerunt illud electis & cum voluerint manducare panem, orant primo iſta dicentes ad panem neque ego te meſſui, neque [17] tribu-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Epiphanius habet, *Et omnes homines radices habent infra cum ſuperioribus connexas*.

2 Codex Bobienſis, *tunc cum incipiet*.

3 Apud Epiphanium legitur, *quod ſi ſuperiores partes radicum præ labore quatiantur, terræmotus fit, atque conſequitur Omophoro quidem infimul concuſſio*.

4 Codex Bobienſis, *transferuntur*. mala lectio. Epiphanius habet, *quomodo anima in quinque corpora transfundatur. Primum &c.*

5. Codex Bobienſis, *homicidium admiſit, anima in elephantorum corpora*. In Caſinenſi ſcribitur, *in elefantia eorum corpora*, quod procul dubio, *elephantiacorum*, legi debet. Epiphanius tamen habet, κτλεφῶν, *telephorum*. Ignotum mihi animal.

6 Petavius melius vertit apud Epiphanium, *Mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio*.

7 Codex Bobienſis, *quæ ex materia horti*, typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, *qui ab initio in tenebris ſunt*.

8 Codex Bobienſis male, *faſellum*.

9 Codex Bobienſis, *neceſſe eſt, & ipſum manducari panem effectum. Quod ſi occiderit pullum, & ipſe pullus erit Quis vero eſt dives*. Sed Epiphanius cum Caſinenſi codice convenit. Male autem in margine emendavit Valeſius, *Quiſquis vero eſt dives*.

10 Cod. Bobienſis, *ut ambulet, mendicet*.

11 Male in Caſinenſi codice legebatur, *per ſe ad illam*. Porro περσέα Petavius vertit, *perſica arbor*. Vide Epiphanium num. 9.

12 Codex Bobienſis, *Diſpergitur*. Epiphanius habet, ut Codex Caſinenſis.

13 In græco Epiphanii eſt πήσει, *frigore adſtringit, congelat*. Latinus tamen interpres legiſſe videtur πλήσει.

14 Apud Epiphanium ſcribitur, ἀσέβειαν, *pietatem*.

15 Epiphanius, *per multas generationes pœnas expendet*.

16 Codex Bobienſis, *Offerunt illud illis electis*. Caſinenſis, *offerre illud electis*. Sed ex Epiphanio legendum, ut edidimus.

17 In græco Epiphanii ἔθλιψα, *ſubegi*, eo ſenſu, quo farinam ſubigere dicimus.

ANNO CHRISTI 277.

lavi, nec in clibanum te misi, alius te secit, & detulit te mihi, ego innocenter te [1] manduco. Et cum intra semetipsum hæc dixerit [2] respondet ad eum, qui ei detulit, oravi pro te, & ille discedit ita. Sicut ergo dixi vobis paulo ante, si quis messuerit, demetetur, ita & si quis frumentum in molam miserit, etiam ipse mittetur in molam, aut si quis consperserit conspergetur, [3] aut si panem coxerit, excoquetur; & propter hoc illicitum est apud eos opus facere. Et iterum dicunt esse [4] alios quosdam, præter hunc quem videmus, mundos quibus hujus mundi luminaria, cum hic occiderint, oboriuntur. [5] Et illi dicunt, si quis ambulat in terra, lædit terram, & [6] qui movet manum, lædit aerem, quia aer anima est hominum, & animalium, & volatilium, & piscium, & [7] repentium, & siquid est in hoc mundo: dixi enim vobis quia [8] corpus hoc non est Dei, sed materiæ est tenebrarum, & ideo necesse est illud obscurari.

X. Paradisus autem, [9] qui vocatur Mundus, & arbores, quæ in ipso sunt, concupiscentiæ sunt, & cæteræ seductiones corrumpentes [10] cogitationes hominum. Illa autem arbor, quæ est in paradiso, ex qua agnoscitur bonum, ipse est Jesus, & [11] scientia illius, quæ est in mundo; quam qui acceperit, discernit bonum a malo. Mundus autem, nec ipse est Dei, sed [12] ex parte materiæ plasmatus, & ideo omnia exterminantur. Quod autem furati sunt Principes a primo homine, ipsum est, quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur a mundo: [13] & si exierit anima, quæ non cognoverit veritatem, traditur Dæmonibus, ut eam dominent in gehenna ignis, & postea quam [14] correcta fuerit, transfunditur in alia corpora ut dometur, & ita injicitur in illum magnum ignem usque ad consummationem. De Prophetis autem, qui [15] apud vos sunt, hæc dicit, spiritus esse impietatis, sive iniquitatis tenebrarum illarum, quæ ab initio [16] ascenderunt, a quibus decepti, non sunt locuti in veritate; excæcavit enim Princeps ille [17] mentes ipsorum; & si quis sequitur verba ipsorum, morietur in sæcula, [18] devinctus in-

ANNO CHRI 27

Αμοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπη τοῦτο, λέγει τῷ κατηχουμένῳ, ἠυξάμην ὑπὲρ σοῦ, καὶ ὕπως ἀφεθήσεται ἐκεῖνος. ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν πρὸ ὀλίγου, εἴ τις θερίζει θερισθήσεται. ὕπως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτός, ἢ φυράσας φυραθήσεται, ἢ ὀπτήσας ἄρτον ὀπτηθήσεται. καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινές, τῶν φωτήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαί, βλάπτει τὴν γῆν. καὶ ὁ κινῶν τὴν χεῖρα, βλάπτει τὸν ἀέρα. ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχὴ ἐστὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν. ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ, καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

Περὶ δὲ τοῦ Παραδείσου, [9] ὃς καλεῖται κόσμος. ἐστὶ δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν Παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν, αὐτό ἐστιν ὁ Ἰησοῦς [11] ἡ γνῶσις αὐτοῦ, ἡ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ δὲ λαμβάνων, διακρίνει τὸ καλὸν, καὶ τὸ πονηρόν. ὁ μὲν τοι κόσμος, οὐδ' αὐτὸς ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται. ὃ δὲ ἐσύλησαν οἱ Ἄρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ γεμίζον τὴν σελήνην, τὸ καθαιρίζομενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τὴν ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεέννας τοῦ πυρὸς, καὶ μετὰ τοῦτο παίδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῇ, καὶ οὕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τῆς συντελείας. Περὶ δὲ τῶν [15] παρ' ὑμῖν Προφητῶν, ὅτι λέγει. Πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντος. καὶ διὰ τοῦτο [16] πλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν. ἐτύφλωσεν γὰρ αὐτῶν ὁ Ἄρχων τοῦ διάνοιαν. καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀπο-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Casinensis, *manduco*, & *solvo*. Sed nos Bobiensis codicis, & Epiphanii lectionem expressimus.

2 Codex Bobiensis, *Respondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis messuerit, demetetur &c.* Epiphanius habet; *Dicit Catechumeno: oravi pro te, & ita ille discedit. Nam sicut ego paulo ante dixi, si quis messuerit, demetetur.* Sed melior latini interpretis lectio.

3 Cod. Bobiensis, *Ita & si quis panem.*

4 Idem codex, *Alios præter hunc, quem videmus mundum.*

5 Codex Bobiensis, *& ibi dicunt.*

6 Idem Codex, *Qui levat manum.*

7 Idem Codex, *reptantium. Et si quod.*

8 Codex Bobiensis, *Corpus hoc non illud necesse est obscurari.* Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epiphanio, qui cum Casin. cod. concordat Nisi quod habet Epiph., *sed materia est ipsumque corpus obscuritas est.*

9 Hinc patet apud Epiphanium legi debere, ὃς καλεῖται κόσμος. non autem, ὃ καλεῖται κόσμος.

10 Codex Bobiensis, *cogitationem.* Epiphanius habet, *Cogitationes hominum illorum. Arbor autem.* Sed melior videtur latini interpretis lectio.

11 Codex Bobiensis, & *scientia ejus.* Epiphanius, γνῶσις *cognitio*, vel etiam, *scientia.* Hinc autem patet legendum esse apud eundem, καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ, *ejusque cognitio.*

12 Ita apud Epiphanium, & in codice Bobiensi. At Casinensis, *ex materia.*

13 Codex Bobiensis, & *si exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur.* Sed Codicis Casinensis lectionem firmat Epiphanius.

14 Codex Bobiensis, *correpta fuerit transfundetur.* Casinensis, *correpta fuerit, transfunditur.* Nos tamen *correcta fuerit* edidimus ex Epiphanio.

15 Hinc patet apud Epiphanium pro ὑμῖν non esse legendum ἡμῖν ut Petavius in margine emendandum esse monuit; nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide pag. seq. n. 8.

16 Codex Bobiensis, *Ascenderunt quibus deceptis.* Epiphanius, & *ob id aberrantes.* Male autem ibi expungendam esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet; qui tamen legisse videtur in græco textu οὐκ ἐλάλησαν ὦν ἀληθείᾳ.

17 Codex Bobiensis, *mentem illorum.* Ita & Epiphanius.

18 Codex Bobiensis, *devictur*, quod est contra græci textus sensum.

ANNO CHRISTI 277.

ἀποθνήσκει εἰς τοὺς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶ-
λον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γνῶσιν τοῦ Παρακλήτου.
ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ μόνοις, ὁ πλέον
ἑπτὰ οὖσι τὸν ἀριθμόν, ἐὰν παύσησθε ἐσθίοντες,
εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔλαιον
ἐξορκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς σημασμὸν τῆς
πίστεως ταύτης. τὰ δὲ ὀνόματα μοι οὐκ ἐφανερώ-
θη. μόνοι γὰρ οἱ ἐστὲ τούτοις χρῶντες. καὶ πά-
λιν τὸ παρ' [7] ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σα-
βαὼθ, αὐτὸ εἶναι τὸν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ
πατέρα τῆς ἐπιθυμίας, καὶ διὰ τοῦτο [9] ἁπλού-
στεροι προσκυνοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν, Θεὸν αὐτὴν
ἡγούμενοι. Περὶ δὲ τοῦ Ἀδὰμ πῶς ἐκτίσθη,
λέγει οὕτως. ὅτι ὁ εἰπὼν, δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν [10]
ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίω-
σιν, ἣ καθ' ἣν εἴδομεν μορφήν, Ἄρχων ἐστὶν, ὁ
εἰπὼν τοῖς ἑτέροις Ἄρχουσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι
ἐκ τοῦ φωτὸς, οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄν-
θρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν Ἀρχόντων μορφὴν
καθ' ἣν εἴδομεν, ὃ ἐστὶ πρῶτος ἄνθρωπος. καὶ
οὕτως ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον. τὴν δὲ Εὔαν ὁμοίως
ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν,
πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τούτων
γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ Ἄρ-
χοντος δημιουργίας.

Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσ-
μου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σε-
συλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐ-
τῷ θλῖψιν, τότε χάριν πέμπει, καὶ συλᾷ ἀπ' αὐ-
τῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων
τούτων, ἡλίου, καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ
πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται, τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ
Μωϋσέως, καὶ τῶν Ἰουδαίων. ἢ τῶν ἱερέων, τὸν Ἄρ-
χοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους. ὥστε ἓν εἶσι, καὶ τὸ αὐ-
τὸ οἵ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ,
τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιθυμίαις
αὐτοῦ ἐξαπατᾷ αὐτοὺς, οὐκ ὢν ἀληθείας Θεός. διὰ
τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν με-
τὰ Μωϋσέως λαλήσαντα, καὶ τῶν προφητῶν, μετ'

ANNO CHRISTI 277.

A tra maſſam, quoniam non didicit ſcientiam Paracliti. Præcepit autem electis ſuis ſolis, [1] qui non ſunt amplius quam ſeptem numero, ut cum [2] deſinerent manducantes, orarent, & mitterent oleum ſuper caput, [3] exorcidiatum, invocatis nominibus plurimis ad confirmationem fidei [4] hujus; nomina tamen mihi non manifeſtavit, [5] ſoli enim illi ſeptem utuntur his nominibus. Et [6] iterum hoc, quod [7] apud vos magnum, & honorabile [8] eſt nomen Sabaoth, ille dicit naturam eſſe hominis, & patrem concupiſcentiæ, & propterea, inquit, [9] ſimpliciores adorant concupiſcentiam, Deum eam putantes. De Adam vero quomodo creatus ſit,
B [10] ita dicit, quia qui dicit; *Venite faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*, [11] ſecundum eam, quam videmus formam, Princeps eſt, qui hæc dicit ad collegas ſuos Principes, ideſt, venite, date mihi de lumine, quod accepimus, & faciamus ſecundum [12] noſtram, qui Principes ſumus, formam, & ſecundum eam, quam videmus, quod eſt primus homo, & ita hominem creaverunt. [13] Evam quoque ſimiliter fecerunt, dantes ei de concupiſcentia ſua ad decipiendum Adam, {& per hæc factum eſt figmentum [14] mundi per conditionem Principis. Gen. 1.

XI. [15] Deum vero non habere partem
C cum mundo, nec gaudere ſuper eo, [16] quod ab initio [17] furtum paſſus ſit a Principibus, & oborta fuerit ei tribulatio; hac de cauſa mittit, & furatur ab eis animam ſuam quotidie per luminaria hæc, ideſt, per ſolem, & lunam, per quos univerſus mundus, & omnis creatura [18] raptatur. Illum vero, qui locutus eſt cum Moyſe, & Judæis, & ſacerdotibus, Principem dicit eſſe tenebrarum, & ideo unum, atque idem ſunt Chriſtiani, & Judæi, & [19] Gentes, eundem Deum colentes; in concupiſcentiis enim ſuis ſeducit eos, quia non eſt Deus veritatis. Propter hoc ergo quicumque in illum Deum [20] ſperant, qui cum Moyſe locutus eſt, & Prophetis,

NOTÆ ZACAGNI.

1 Idem codex, *Qui ſunt*. Mala lectio.

2 Codex Bobienſis, *deſinerint*.

3 Oleum exorcidiatum ait, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum ſcribere ſolebant; hic enim ſyllaba *χα*, in *dia*, convertitur, illi autem propoſitionem græcam *διὰ*, & *ι* conſonans vocalibus adjunctum in *ζ* mutabant; ſic *Zabulus*, pro *Diabolus*, & ſimilia. Vide Barthium in notis ad Phoebadium cap. 1.

4 Codex Bobienſis, *ad confirmationem fidei. Hujus nomina*. Caſinenſis, *ad confirmationem fidei. Horum nomina*. Nos juxta fidem græci apud Epiphanium textus emendavimus, *ad confirmationem fidei hujus. nomine tamen &c.*

5 Codex Caſinenſis, *ſoli autem*.

6 Bobienſis codex, *iterum quod*.

7 Hinc patet apud Epiphanium legendum non eſſe ἡμῖν, ut paulo ante monuimus.

8 Codex Bobienſis, *eſſet*.

9 Quid Manichæis ἁπλαρίων, vox ſignificaret, Eruditis explorandum reliquit Petavius. Verum hoc nomine Catholicos, quaſi *ſimpliciores*, ut antiquus latinus interpres tranſtulit, ab eiſdem deſignatos fuiſſe ex anathematiſmis, quos olim apud Græcos publice emittebant Manetis aſſeclæ, ad catholicam fidem venientes, probat Ducangius in Gloſſario Mediæ, & infimæ græcitatis. Male autem in Cæſareæ Bibliothecæ ſcripto codice, ex quo eoſdem anathematiſmos a Clariſſimo viro Jacobo Tollio humaniſſime deſcriptos habeo, pro ἁπλαρίας, ſcribitur ἀπλανάριος. Meliori tamen vocabulo eos ἀπλανεῖς, vocat Manes in epiſtola ad Marcellum ſuperius relata.

10 Idem codex, *ita dicit. Venite*. Sed hæc mera eſt librarii hallucinatio. Cæterum doloſe corruptum fuiſſe a Manete hunc Geneſeos locum, additione vocis, *Venite*, teſtis eſt Epiphanius n. 56.

11 Idem codex, *& ſecundum*,

12 Codex Bobienſis, *noſtram qua*, lectio improbanda.

13 Codex Bobienſis, *Qui Evam*.

14 Male Caſinenſis codex, *mundum*.

15 Codex Bobienſis, *Dominum vero non habere Patrem cum mundo*. Typographi forſitan error.

16 Codex Bobienſis, *propter quod*.

17 Male codex Caſinenſis, *furcam*.

18 Codex Bobienſis, *rapatur*. Valeſius autem recte corroxit *raptatur*.

19 Codex Caſinenſis, *Gentes unum Deum*. Codex autem Bobienſis, *Gentiles eundem Deum*, quam lectionem conſona cum eſſet græco apud Epiphanium textui, nos retinuimus.

20 Male codex Bobienſis, *ſuperant*.

ANNO CHRISTI 277.

phetis, cum ipso habent vinculis tradi, quia non speraverunt in Deum veritatis; ille enim secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc vero omnia ad ultimum dicit, [1] sicut ipse scripsit, senior cum manifestam fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, & ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum consummat universum; deinde iterum [2] dimittunt animam, quæ objicitur inter medium novi sæculi, ut omnes animæ peccatorum [3] vinciantur in æternum Tunc autem hæc fient, [4] cum statuta venerit dies. [5] Probationes autem omnes Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim Gubernatores, & Virgo lucis; & senior tertius. Unde [6] & majori in navi vivens spiritus adhibetur, & murus illius ignis magni, & murus venti, & aeris, [7] & aquæ & interioris ignis vivi, quæ omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutio erit duorum [8] luminarium, & Principes habitabunt in inferioribus [9] partibus suis: Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina, quam tradidit tribus discipulis suis & jussit eos in tres mundi [10] plagas proficisci. [11] Adda partes sortitus est orientis; Thomas vero Syrorum terras suscepit; Hermas vero ad Ægyptum profectus est, & usque in hodiernum, ibi degunt, dogmatis hujus gratia prædicandi.

ἀυτῦ ἔχυσι δεθῆναι, ὅτι ἀκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας. ἐκεῖνος γὰρ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας ἀυτῆ ἐλάλησε μετ' ἀυτῆ. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐκεῖ πλειλέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ Πρεσβύτης, ὅταν φανερωθῆ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὠμοφόρος ἀφήσιν ἔξω τῆ γῆν, καὶ ὅτως ἀπολίεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. εἶτα πάλιν ἀφήσι τὴν βῶλον μετὰ τὸ νέυ αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῆ ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γίνησεται, ὅταν ὁ ἀνδειὰς ἔλθη. αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερνῆται, καὶ ἡ παρθένος τὸ φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσβύτης ὁ ξίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν Πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τῦ μεγάλυ πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τῦ ἀνέμυ, καὶ τῦ ἀέρος καὶ τῦ ὕδατος, καὶ τῦ ἔσωθεν πυρὸς τῦ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φωσῆρα οἰκῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτ' ἔτεσιν, ὧν ὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάσασις ἔσαι τῆ δύο φύσεων. καὶ οἱ Ἄρχοντες οἰκήσυσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῆ, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. ταύτιλω δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς ξισὶν αὐτῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκασον εἰς [10] κλίματα ὁδεύειν. καὶ ὁ μὲν Ἀδδᾶς τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τιὰ εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο. καὶ μέχει σήμερον ἐκεῖσε διαξίβυσι, τιὰ τῦ δόγματος ὑποθεσιν σῆσαι θέλοντες.

XII. [12] Hæc cum Turbo dixisset, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus vero non movebatur, Deum expectans, [13] auxilium veritati suæ futurum: Archelao autem erat cura pro populo, tamquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis [14] replevit, & in Archelai [15] Episcopi domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, adducens secum juvenes & virgines electos [16] ad viginti duo simul; & primo omnium Turbonem [17] requirebat pro foribus Marcelli quem cum non invenisset, ad Marcellum ingreditur salutandum. Quo ille viso, admiratus est

NOTÆ ZACAGNI.

1 Casinensis, & Bobiensis codices habent, *sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam.* At nos ex Epiphanio unius vocis transpositione locum restituimus. Senior autem ille, hoc est, πρεσβύτερος, idem esse videtur cum eo, quem infra Seniorem tertium vocat. Præterea Codex Bobiensis, pro *fecerit* habet *feceris*.

2 Codex Bobiensis, *dimittitur anima, quæ objicior inter medium novi seculi*. Græca sonant, *Deinde iterum glebam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis constrictæ teneantur*. Unde autem tanta inter græcam, & latinam versionem diversitas oriatur, ignoro.

3 Cod. Bobiens., *vincantur*, quam lectionem mendosam esse græcus apud Epiphanium textus evincit.

4 Codex Bobiensis, *cum ista tota venerit; probationes &c.* Sed apud Epiphanium est, *cum statua venerit.*

5 Hic locus mire in Bobiensi etiam codice est depravatus, in quo sic legitur. *Probationes autem omnes, Jesus est in modica navi, & Mater vitæ, & duodecim gubernatores, & Virgo lucis, & senior tertius Unde & major in navi vivens spiritus adhibetur, & murus ignis illius magni, & murus venti, & aeris, & aquæ interioris ignis viventisque. Omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat, in quem autem annorum numerum non didici.* Videtur autem antiquus interpres non bene intellexisse quibusdam in locis vim græci textus, cujus verba apud Epiph. ita latine sonant ex versione nostra. *Cuncta vero propagationes, seu prolationes potestatum ex bono Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio manet, & vitæ Mater, & Gubernatores duodecim, & Virgo lucis, & Senior tertius, qui in majore navigio residet, & vivens spiritus, & ingentis ignis murus, & murus venti, & aeris, & aquæ, & interioris ignis viventis; hæ inquam omnes propagationes, seu prolationes, apud exiguum luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat, id quod verto annorum spatio continget, quorum numerum nescio.* Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis agendi locus erit in Manichæorum historia.

6 Codex Casinensis, *majore navi*. Legendum autem, *majori in navi*. Græci enim textus apud Epiphanium hic est sensus.

7 Codex Bobiensis, *& aquæ interioris ignis vivensque*. Casinensis, *eaque interioris vivi*. Nos ex græco textu latinum correximus.

8 Codex Casinensis, *luminariorum*. Græca sonant, *duarum naturarum*.

9 Hic lacuna est in codice Bobiensi, in quo etiam *recipies*, perperam legitur.

10 Hinc patet recte Petavium in græco hujus loci textu pro κλήματα, ut perperam legitur in Basileensi Epiphanii operum editione, substituisse κλίματα.

11 Codex Bobiensis, *ex quibus Adda*. Cæterum ex codice Bobiensi, & Epiphanio Casinensem supplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

12 Huc usque Epiphanius.

13 Codex Bobiensis, *auxilio*.

14 Codex Bobiensis, *donavit*.

15 Vox *Episcopi* deest in Bobiensi.

16 Codex Bobiensis, *ad duodecim*.

17 Codex Bobiensis, *requirit*.

ANNO CHRISTI 277.

est primo habitus indumenta ; habebat enim calceamenti genus, quod [1] quadrisole vulgo appellari solet ; pallium autem varium , tanquam [2] aerina specie ; in manu vero validissimum baculum tenebat ex ligno [3] ebelino ; Babilonium vero librum portabat sub sinistra ala ; [4] crura etiam braccis obtexerat colore diverso, quarum una rufa , alia velut prasini coloris erat : [5] vultus vero ut senis Persæ artificis , & bellorum ducis videbatur . Igitur Marcellus statim ad Archelaum mittit , qui cum verbo citius affuisset , invehi in eum animo urgebatur ex ipso habitu , ac specie ejus [6] & maxime quidem, quod, & quæ Turbone referente cognoverat ; secretius factum apud semetipsum retractaverat, & diligenter præparatus advenerat. At vero prudentissimus Marcellus omni contentionum studio sublato, utrumque audire [7] decernit, invitatis viris primariis civitatis ; ex quibus judices elegit , religione gentiles , quatuor numero , quorum hæc sunt nomina , Mannippus [8] Grammaticæ artis , & disciplinæ rhetoricæ peritissimus ; Ægialeus archiater nobilissimus , & literis apprime eruditus ; Claudius, & Cleobolus duo fratres egregii [9] rhetores. Fit ergo magnificus conventus , itaut domus Marcelli , quæ erat immensa , repleretur ex his, qui ad audiendum fuerant [10] vocati : & cum in conspectu omnium constitissent ii , qui adversum se dicere proponebant , tunc illi electi judices excelsiores omnibus consederunt , atque Manæ dicendi initium datum est . Silentio igitur facto, [11] primum aggressus est hoc modo.

XIII. [12] Ego, Viri fratres , Christi quidem sum discipulus , Apostolus vero Jesu ; pro nimia autem humanitate Marcelli adesse festinavi, ut qualiter oporteat observare modum divinæ religionis eum edoceam : ne sicut muta animalia, quæ intellectu carent, nec quid agunt advertunt , ita etiam Marcellus , qui nunc se velut deditium doctrinæ Archelai subjugavit , ad ultimum damno animæ feriatur , cum præparandæ divini cultus observantiæ ultra non habuerit facultatem . Scio autem & certus sum , quod [13] emendato Marcello , etiam vos omnes salvi esse poteritis ; ipsius enim judicio suspensa pendet urbs vestra : quod si ab unoquoque vestrum abjiciatur vana præsumptio, & ea quæ dicentur a me , veri amore audiantur, futuri seculi hæreditatem, cœlorum regna capietis . Sum quidem ego Paraclitus , qui ab Jesu mitti prædictus sum, *ad arguendum mundum de peccato*, *& de* [14] *injustitia* . Sicut & qui ante me missus est Paulus, *ex parte scire, & ex parte prophetare* se dixit , mihi reservans , quod perfectum est, ut hoc quod ex parte est, destruam . Tertium ergo testimonium accipite, Apostolum me esse Christi electum : & si vultis mea verba suscipere invenietis salutem ; nolentes autem , vos æternus ignis absumere habet Sicut enim Hymeneus & Alexander *traditi sunt Satanæ , ut discerent non blasphemare* ; ita & vos omnes pœnarum Principi trademini , pro eo quod manus injeciistis in patrem Christi , cum eum dicitis causam esse omnium malorum , & conditorem injustitiæ , & totius iniquitatis creatorem , ex eodem fonte dulcem , & amaram producentes aquam : quod fieri , aut intelligi nulla ratione possibile est . Cui enim oportet credi ? magistris vestris istis , qui carnibus vescuntur , & affluentissimis deliciis perfruuntur , aut Salvatori Christo Jesu dicenti , sicut scriptum est in Evangeliorum libro , *Non potest arbor bona malos fructus facere , neque arbor mala bonos fructus facere ?* Et alio in loco, patrem Diaboli , mendacem , & homicidam ab initio esse confirmat . [15] Rursum desiderium fuisse tenebris , ut insequerentur illud , quod de luce initio fuerat prolatum verbum , & inimicum hominem zizaniorum seminatorem & principem seculi mundi hujus Deum , qui hominum mentes excæcat, ut in Evangelio Christi deserviant ? Bonus est iste Deus , qui suos homines salvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam , & spatium temporis obteram , veræ doctrinæ [16] differens tempus , hæc dixisse sufficiat , & ad propositum redeam , ut competenter ostendam istorum absurdam esse doctrinam , nec quicquam Deo , & Patri Domini Nostri Salvatoris adscribendum , sed malorum nostrorum causam accipere Satanam : in ipsum etenim rejiciendum , quod omnia hujuscemodi mala ab ipso generentur . Sed & ea , quæ in Prophetis , & lege scripta sunt , ipsi nihilominus adscribenda sunt ; ipse est enim , qui in Prophetis tunc locutus est , plurimas eis de Deo ignorantias suggerens , & tentationes , & concupiscentias . Sed & devoratorem eum sanguinis , & carnis ostendunt ; quæ omnia ad eum pertinent Satanam , & ad Prophetas ejus , quæ transformare voluit in patrem Christi , & scribere pauca quædam vera , ut per hæc etiam cætera , quæ sunt falsa , crederentur . Unde bonum nobis est ex omnibus , quæ usque ad Joannem scripta sunt , nihil omnino suscipere , a diebus vero ejus evangelizatum regnum cælorum solum amplecti ; semetipsos

ANNO CHRISTI 277.

1. Cor. 3. 9.

1. Tim. 1. 20.

Matth. 7. 18.

Joan. 8. 44.

Matth. 13. 25.

Ephes. 6. 12.

mm. 16. 8.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Codex Bobiensis, *trisolium*. Persas altis calceis usos fuisse ait Strabo lib. 15.

2 Mire corruptus est hic Bob. cod. legit enim, *aer inaspici enim. Manus vero*.

3 Codex Bobiensis, *ebilino*. Baculum ex ebeno gestasse Prophetas, hoc est, sacrarum rerum interpretes ex Callisthene probat Ducangius in Glossario verbo Εβένινος

4 Hic lacuna est in codice Bobiensi.

5 Casinensis, *vultus erat*.

6 Codex Bobiensis non habet, *quidem*.

7 Codex Casinensis male, *cernit*.

8 Codex Bobiensis, *Grammaticus, & disciplinæ rethoricæ artis peritissimus, & Ægidius*. Horum autem judicum primum, Gentilium Philosophiæ professorem, secundum Medicum, tertium Grammaticum, quartum Rhetorem facit Epiphanius num. 10.

9 Codex Casinensis, *Rectores*.

10 Codex Bobiensis, *convocati*.

11 Codex Casinensis, *plurima*.

12 Huc usque Valesius edidit ex cod. Bobiensi.

13 In codice Casinensi, *enim dato*,

14 Videtur hic locus a Manete, vel ab imperito librario corruptus ; nam in Sacro textu , *justitia* , scribitur contrario sensu. Varia autem sacræ Scripturæ loca dolose interpolasse , atque corrupisse Manetem diserte Archelaus asserit infra cap. 53. & ex Epiphanio colligitur in ejusdem hæresi num. 56.

15 Videtur respicere Manes ad illa Joan. 1. 5. *& tenebræ eum non comprehenderunt*.

16 In codice Casinensi *differens* legitur.

ANNO CHRISTI 277.

tipsos etenim irriserunt, ridicula, & ludrica introducentes, exiguis quibusdam verbis in lege adumbratis, ignorantes, quia malis si admiscerentur bona, malorum corruptione etiam, quæ bona sunt, exterminantur. Et si quidem est quisquam, qui possit ostendere, legem recti tenentem esse, debet custodiri; sin autem malam ostendero, interimenda est, & abjicienda,
11. Cor. 6. 7. quippe quæ [1] mortis ministerium continet informatum, quæ vultus Moysi gloriam, contegens, destruxit. Non est igitur sine periculo cuiquam vestrum pariter cum lege, & Prophetis novum [2] testamentum, tanquam unius sint utraque, docere; quippe cum renovet de die in diem Salvatoris Nostri eruditio: illa vero veterascens, & senescens prope exterminium fiat. Quod manifestum est his, qui discretionem habere possunt; quia sicut arboris cum senuerint rami, vel truncus fructum ultra non affert, sed abscinduntur, & membra corporum, cum corrupta fuerint, amputantur: corruptionis enim virus ex membris, per omne corpus infunditur, & nisi artificis diligentia remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur; ita ergo & recipientes legem, nisi cognoveritis cujus sit, animas cum salute perdetis. *Lex enim,*
Luc. 16. 16 *& Prophetæ usque ad Joannem Baptistam*, a Joanne vero lex veritatis, lex promissionum, lex cælorum, lex annutiatur humano generi nova. Equidem donec non erat qui verissimam scientiam Domini nostri Jesu vobis ostenderet, peccatum non habebatis, nunc autem, & videtis, & auditis, [3] & insscitias ire vultis, ut legem, quæ destructa est, & relicta, [4] sicut Paulus, qui apud vos probatissimus habetur, ait in quadam epistola sua hoc modo, *Si enim quæ de-*
Gal. 11. 18 *struxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo*. Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod sub elementis mundi essent, priusquam veniret plenitudo fidei, credentes
Ibid. 4. 3. in lege, & Prophetis.

XIV. Judices dixerunt, Si quid adhuc manifestius habes, dic de doctrinæ tuæ modo, & fidei titulo. Manes dixit. Ego duas naturas esse dico, unam bonam, & alteram malam, & eam quidem, quæ bona est, in quibusdam partibus habitare; malam vero esse tam mundum hunc, quam omnia, quæ in eo sunt, quæ quasi ergastula in parte maligni posita sunt,
1. Joan. 5. 19. sicut ait Joannes, *Totus mundus in maligno est positus*, & non in Deo. Propterea duo loca esse diximus, unum bonum, & alium, qui extra eum est, ut in his spatium habens, posset in se suscipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, & omnia Deum replere, & nullum esse extra eum locum, quis erit creaturæ susceptor? ubi gehenna iguis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipso dicam? Absit; alioquin etiam ipse in his pariter cruciabitur. Non ista sentiatis quicumque salutis vestræ curam geritis; exemplum enim vobis dicam, ut plenius intelligatis. Unum vas est mundus; quod Dei substantia totum hoc vas replevit, quomodo jam potest in ipso vase aliquid amplius reponi? Si repletum est, quomodo suscipiet quod ponitur, nisi evacuetur de vase pars aliqua? Aut quo proficiet, quod evacuabitur, cum locus non sit? Ubi terra? Ubi Cælum? ubi abyssus? ubi stellæ? ubi sedes? ubi Potestates? ubi Principes? ubi tenebræ exteriores? quis est qui horum posuit fundamenta, & ubi? Non potest aliquis dicere, nisi forte blasphemet. Quomodo autem & condere potuit creaturas non subsistente materia? si enim de non extantibus [5] consequetur has visibiles creaturas meliores esse, & omnibus virtutibus plenas. Quod si malitia est, & mors in eis, & corruptio, & si quid bono contrarium est; quomodo ex alia natura factas esse eas dicimus? Si vero consideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non esse Dominum hominis creatorem; sed alium, qui & ipse ingenitæ est naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor est, sed sola malitia sua talem eum protulit. Est igitur vobis hominibus commixtio cum uxoribus vestris de hujusmodi occasione descendens. Cum quis vestrum carnalibus aliisque cibis fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ oboritur incitatio, & ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliqua, nec ex Philosophia, nec ex alio ullo intellectu; sed ex sola ciborum satietate, & libidine, & fornicatione. Et quomodo mihi quisquam dicet, quia ad imaginem Dei factus est pater noster Adam, & ad similitudinem, & similis est ei, qui fecit eum? Quomodo omnes, qui ex eo generati sumus, similes ei sumus? imo vero e contrario plurimæ nobis sunt formæ, diversi vultus ferentes effigiem? Quod quam verum sit demonstrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volentem [6] thesaurum, aut aliquid aliud signare, & accepta cera, vel luto velle vultus sui signaculum, quod gerit, exprimere; quod si alius quoque vul-

ANNO CHRISTI 277.

NOTÆ ZACAGNI

1 Hic unus ex illis Sacræ Scripturæ locis esse videtur, quos Manes, Archelão teste in cap. 52. hujus disputationis, ad suam fulciendam hæresim corrupit: nam diversum sensum præseferunt Pauli verba, ad quæ respicit, tam in vulgata editione, quam apud Archelaum nostrum infra cap. 43.

2 Ita codicis Casinensis lectionem correximus, in quo scriptum est, *novum testimonium, tum tamquam.*

3 Locus corruptus: forte, *& insscitias.*

4 Deest fortasse, *observetis*, vel quid simile.

5 In codice Casinensi est, *consequentem.*

6 Antiquos anulis omnia signasse, quæ a domesticorum, & servorum rapinis vindicare satagebant, arcas, armaria, amphoras, penum, aliaque furto ac rapinæ obnoxia, res notissima est antiquitatis Romanæ & Græcæ studiosis, deque ea post alios late agit Kirchmannus de Anulis cap. 10. Anuli ad hoc facti, *signatorii*, & *sigillatorii*, & a Vopisco in Aureliano, *sigillaritii* nuncupantur quin & *signacula*, ut Archelai disputationis interpres vertit, dici posse scite tradit Salmasius de subsignandis testamentis cap. 19. Cera autem in hanc rem usos fuisse veteres late probat Vossius de Idololatria lib. 4. cap. 91. De creta, quam *lutum* idem Archelai interpres vocat testis est Servius in lib. 4. Æneidos ad illa verba: Longæva sacerdos ubi Sibillæ apud Cumas agenti ab Erythræis epistolam missam fuisse refert, *creta antiquo more signatam*. Meminit Herodotus in Euterpe, γῆς ἀμμαντρίδος, *terræ signatricis*, & Cicero orat. 4. in Verrem epistolæ *cretulæ* signatæ. Cujus autem generis esset hæc terra ex eodem Cicerone liquet in Or. pro Flacco ubi sic ait. *Hæc quæ a nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica, quæ fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes, non modo in publicis, sed & in privatis literis.* Pinguis enim, lenta, & glutinosa est creta illa. Denique de proprii vultus imagine in anulis interdum repræsentata locus est Plauti in Pseudolo scen. 1. *Ea causa miles hic reliquit symbolum, Expressam in cera ex anulo suam imaginem.* Cæterum thesauri sigillo obsignati mentio est apud Theodoretum in orat. 5. de providentia, haud procul ab initio ubi de apibus.

ANNO CHRISTI 277.

vultus sui figuram similiter expressérit, nunquid simile signaculum apparebit? Nequaquam, etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quod si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, & materiæ esse facturam, [1] secundum enim ipsorum formam, & similitudinem, & imaginem etiam nos existimus formæ diversæ. Quod si eam, quæ ex initio facta commixtio est, & qualiter facta sit, vultis edíscere, edicam.

XV. Judices dixerunt: Non prius quæritur quomodo facta sit prima commixtio, nisi prius detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo esse ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiamsi pars aliqua non accommodaverit assensum: judicandi enim nobis potestate permissa, dicemus quod nostræ opinioni claruerit. Demus tamen & Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. Archelaus dixit: Tametsi ingentis audaciæ, & blasphemiæ plena est intentio Adversarii. Manes dixit, Audite Judices [2] quid dixerit adversarii? Ergo duæ res sunt. Archelaus dixit, Insaniæ magis quam prudentiæ videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero adversarii; sed ablata tibi est in modico sermone objectio: [3] tametsi quidem ex hoc arbitratus est me affirmaturum duas esse naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum quæ asseris, stat. Potest enim is, qui non natura, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, & ita cum alter e nobis alteri acquieverit, unum, atque idem uterque apparebit; quæ causa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio esse permissas, unde, & conversiones recipiunt, & [4] ideo ingenitæ naturæ esse non possunt. Quid ergo ais? duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At vero Manes remoratus est, non inveniendo responsum; intuebatur enim quod ex utroque concluderetur retractans; quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in Evangelio scriptum est de arboribus; quod si negem esse convertibiles, permixtionis statum, & causam necessario [5] expetet. Interea aliquando respondit Manes, inconvertibiles quidem sunt utræque, quantum [6] spectat ad contraria, convertibiles vero quod spectat ad propria. Archelaus dixit: Videris mihi delirus esse, & obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem, quæ [7] didicisti, verborum virtutes, vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præsens, quidve futurum sit, sicut ex his, quæ a te nunc dicta sunt, adverti. Inconvertibilem enim esse affirmasti utramque naturam, quantum ad contraria [8] spectat; convertibilem vero quantum ad propria. Ego vero dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit a se, sed est in eisdem, quibus semper est inconvertibilis: qui vero recipit convertibilitatem, hîc extra propria effectus, devenit in aliena.

ANNO CHRISTI 277.

XVI. Judices dixerunt: Convertibilitas illum, cui accidit, transfert in alium; ut si dicamus, Judæus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse Gentilis, hæc species est convertibilitatis, & causa. Neque vero si Gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ac Diis suis hostias offerat, templisque ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, nunquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem, an non? Et immorante Mane, Archelaus ait: Si quidem convertibiles esse dicit utrasque naturas, quid est, quod impediat, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis, quæ similiter inconvertibiles sunt, & similiter ingenitæ, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur, aut mala. Quod si convertibiles sunt, scilicet provenire potest, & bonum effici malum, & malum bonum. Si enim hoc provenire possibile est, quare non unum dicamus ingenitum, quod intelligere magis dignum est juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum cœlum nondum extitisset, & nondum terra subsisteret, non homo, non animal, in quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuste? quem spolians occidit? Quod si suis eum dicas extitisse malum, sine dubio ergo ostenditur illum bonæ esse naturæ. Si vero & illi omnes mali sunt, quomodo potest Satanam, & Satanas ejicere? Sed conclusus [9] sermone convertis, ut dicas, bonus vim passus est a malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur vicinum habet interitum. Quid enim ait sermo divinus? *Quis enim potest introire in domum fortis, & diripere vasa ejus, nisi illo sit fortior.* Quod si hominibus eum malum extitisse dixeris, & ex eo malitiæ suæ indicia demonstrasse; ergo ante hoc bonus fuit, & convertibilitatem recipit ex eo, quod [10] creati hominis causa invenitur extitisse malitiæ. Sed postremo dicat quod est malum, ne forte nomen solum defendat, aut adstruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiæ, & nequitiæ hujus exponat, quoniam non agnoscitur unquam arboris natura sine fructu.

Marc. 3. 27.

XVII. Manes dixit. Constet apud te prius, quia est radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, & tunc tibi dicam fructus ejus, Archelaus dixit. Non hoc veri expetit ratio; neque

NOTÆ ZACAGNI.

1 In Codice Casinensi erat, *Sed Deum enim*, nullo sensu, nos ex ingenio, ut editum est, correximus.
2 Forte *quod dixerit*. vel, *quia dixerit*.
3 Ita hunc locum restituimus; nam in codice legebatur, *tam si quidem ex hoc arbitratus est se affirmaturum*. Sed supra vocem *tam*, quædam lineola literæ *c*, similis apparebat, quam particulæ, & compendium esse putavimus.
4 Forte, *& ideo duæ ingenitæ naturæ esse non possunt*.
5 In codice Casinensi erat, *expetit*.
6 In eodem codice, tam in hoc commate, quam in sequenti, perperam legitur, *expectat*.
7 Forte, *dixisti*.
8 Et hic male legitur in codice Casinensi, *expectat*.
9 Forte *sermonem convertis*.
10 Forte, *creatio hominis*.

ANNO CHRISTI 177.

que enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de cujus fructibus nunquam ullus gustaverit. Tanquam si vellt aliquid quis emere; nisi prius gustando discat, utrum arida sit species, aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam & pessimam, nisi prius qualitas fructuum ejus fuerit manifestata; scriptum est enim, quia de fructibus arbor cognoscitur. Dic ergo nobis, o Manes, arbor, quæ dicitur mala, quem afferat fructum, aut cujus naturæ sit, quam virtutem habeat, ut tibi credamus, etiam radicem arboris ipsius esse talem? Manes dixit, Radix quidem mala, arbor autem pessima, incrementum vero non ex Deo, fructus autem fornicationes, adulteria, homicidia, avaritia, & omnes mali actus malæ illius radicis. Archelaus dixit, ut tibi credamus, quia isti sunt fructus malæ illius radicis, gustum nobis eorum profer; substantiam enim ingenitam esse pronunciasti hujus arboris, cujus fructus secundum sui similitudinem proferuntur. Manes dixit: Hæc ipsa injustitia, quæ in hominibus est, testimonium reddit, & avaritia de gustu illius malæ radicis. Archelaus dixit: Ergo, ut dixisti, fructus sunt arboris hujus iniquitates istæ, quæ geruntur ab hominibus. Manes dixit: Ita plane. Archelaus dixit. Si fructus isti sunt, id est, actus hominum mali, ipsi ergo homines radicis locum, atque arboris obtinebunt; ipsos enim pronunciasti fructus ferre hujuscemodi. Manes dixit, Ita dico. Archelaus dixit, Male dicis, ita dico; non enim ita dicis, alioquin, cum homines cessaverint peccare, arbor malitiæ infructuosa apparebit. Manes dixit: Impossibile est quod dicis; si enim unus cessaverit, aut alius aut plures; alii autem hoc agerent. Archelaus dixit: Si omnino possibile est unum, & alium, & plures, sicut ais, non peccare, possibile est etiam hoc omnes agere; unius enim conditoris sunt, & unius massæ homines omnes, & ne otiose per ineptias sequar, ea quæ incondite protulisti, certis præscriptionibus excludam. Ais fructus malæ radicis, atque malæ arboris esse actus hominum, ideſt, fornicationes, adulteria, perjuria, homicidia, & reliqua his similia? Manes dixit, Ita. Archelaus dixit: Ergo si humanum genus interire pervenerit a facie terræ, itaut ultra jam peccare non possint, periret arboris hujus substantia, fructum ultra non afferens. Manes dixit, Et quando, quod dicis, fiet? Archelaus dixit, Quoniam quod futurum est nescio, homo enim sum; non tamen sermonem istum indiscussum relinquam. Quid dicis de humano genere, ingenitum est, aut factura? Manes dixit, Factura est. Archelaus dixit; Si factura est homo, quis est adulterii, & fornicationis, & reliquorum talium pater? cujus hic est fructus? Priusquam fieret homo, quis erat qui fornicaretur, aut adulteraret, aut homicidia perpetraret? Manes dixit: Sed homo a mala natura plasmatus, manifestum est, quia ipse sit fructus, etiamsi peccet, etiamsi non peccet; unde semel absolute nomen hominum, & genus tale est, etiamsi justa gesserit, aut injusta. Archelaus dixit, Sed & illius rei faciamus mentionem. Si ipse, ut ais, hominem fecit malignus, quare malitiam exercet adversus eum?

XVIII. Judices dixerunt: Hoc volumus scire a te, Manichæe, quomodo illum affirmasti malum esse? Ex eo, quo homines facti sunt, aut antea? Quia enim necesse est te malitiæ ejus opus ostendere ex eo tempore, ex quo malum eum fuisse asseris, certus esto, quia neque cognoscitur vini qualitas, nisi prius gustaverit quis, sicut ex fructu omnis arbor dignoscitur. Quid ergo dicis? ex quo tempore malus est hic? necessaria enim nobis videtur hæc ratio. Manes dixit, Semper. Archelaus dixit, Ostendam etiam hoc, optimi viri, & prudentissimi auditores, quoniam sermo ejus omnino non constat; nam & ferrum non est semper malum, nisi ex quo homo est, & artificium ejus in malo conversum, utendo ex eo perverse; & omne peccatum extitit ex quo homo est. Sed nec ille quidem ipse magnus serpens, malus ante hominem fuit; sed post hominem, in quo malitiæ suæ ostendit fructum, quia ipse voluit. Si ergo nobis post hominem apparet secundum scripturas malitiæ pater; quomodo ingenitus erit, qui post hominem, qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis [1] tempore a se creati, cur malus ostendatur? Quid in eo concupivit, si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur, aut concupiscit, meliora, & aliena concupiscit. Si ergo ex eo homo est, mala natura, demonstratur quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo. Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tanquam talis arboris fructus; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo causa est? Lege autem, ac præcepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti, & his, quæ ab eo dicebantur, cui si non obtemperasset homo, qua ex causa malus fuisset? Quod si ingenitum est malum; & quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; & ridiculum est, si iste qui factura est, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem est lex, & mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno, aut inimico quis potest dare præceptum? Aut ille, qui accipit præceptum, quomodo potest adversus Diabolum, ideſt, adversus creatorem suum pugnare, tanquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte in utilitatem hominis designans, si per legem, & mandatum adversus eum, qui plasmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum Diabolum putabimus, quod adversum se hominem feciſſe non senserit, nec animadverterit quid futurum esset, nec providerit quid sequebatur; cum etiam in nobis, qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest & aliquid prudentiæ, & æstimationis nonnunquam certæ. Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credi-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Prima facie hic locus videbatur esse corruptus, sed modica vocum transpositione, clare sensus ejus constabit, ut sit, sed ex tempore hominis a se creati, hoc est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur?

ANNO CHRISTI 277.

credimus neque existimationis, aut intellectus; sed brutissimus sensu, & obtusissimi cordis, & naturæ pecoris invenitur, secundum assertionem, videlicet, tuam. Quod si ita est; quomodo homo, qui ingenio, atque scientia non parum pollet, ab eo, qui ignarus omnium, atque hebes sensu est, potuit accepisse substantiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus esse hominem audebit aliquis confiteri? Quod si homo anima est, & corpus, & non solum corpus sine anima, quæ sine se subsistere non possunt; quare ea inimica sibimet dices, & contraria? Videtur enim mihi Dominus noster Jesus Christus de his dixisse per parabolas, *Nemo potest vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, & vinum effunde-* Matth. 9. 17. *tur*. Sed vinum novum in utres novos mittendum est, quoniam quidem idem Dominus est utris, & vini; nam etsi diversa substantia sit, sed dominatione, & observantiæ usu ex his duabus una persona subsistit. Non enim animam dicimus substantiæ unius esse cum corpore, sed habere unumquodque qualitatem suam; tanquam ad unum genus, atque unam speciem hominum, Uter, ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis: gaudet enim anima corpore, & diligit, & colit illud, nihilominus etiam corpus gaudet ab anima se vivificatum. Quod si maligni opus dicat esse quis corpus, cum sit & corruptibile, ac vetustum, atque deterrimum, non potest ferre spiritus virtutem, nec animæ commotionem, & ejus splendidissimam creaturam. Sicut enim si assumemum panni rudis assuat quis vestimento veteri, major scissura fit, ita etiam corpus, si præclarissimo operi, animæ adsociatum fuerit, interiret. Similiter & si quis inferat lucernæ lumen in locum tenebrosum, fugantur continuo tenebræ, nec apparent; ita intelligendum est, anima corpori inserta, continuo tenebras effugatas, & unam jam effectam esse naturam, atque unum hominem in unam speciem constitutum, & ita conveniet consonanter vinum novum esse missum in utres novos, & assumentum panni rudis assutum non esse veteri vestimento. Sed ex hoc ostendere possumus consonantiam esse virtutum in utraque, ideſt, corporis, atque animæ substantia, in qua ait scripturarum Doctor maximus Paulus, Deum in corpore, sicut voluit, unumquodque membrum posuisse.

Matth. ibid.

2. Cor. 12. 18.

XIX. Quod si tibi id difficile videtur intellectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis tibi affirmabo. Intuere hominem templum esse quoddam, sicut scriptum est, spiritus autem, qui in ipso est, referat ejus formam, qui inhabitat templum; neque ergo templum constitui potest, non agnito prius habitatore templi, neque inhabitator collocatur, si templum non sit extructum. Cum ergo utrunque una, ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid, aut contrarium inveniri potest, & non potius ab amicis, atque idem volentibus utrunque videtur effectum? Et ut scias, quoniam & amicitia, & genere conjuncti sunt,

1. Cor. 3. 17. Et 12. Cor. 6. 1.

qui scit, & audit, *Faciamus hominem*, & reliqua, respondit. [1] Hic enim qui templum extruit, interrogat illum, qui informat simulacrum, mensurasque etiam magnitudinis, ac latitudinis, vastitatisque perquirit, ut ita fundamentorum spatia describat; neque enim in vanum quis templum extruit, nisi mensuras collocandi didicerit simulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis, atque mensura, ut possit apte in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quod si dicat quis inimicum esse eum, qui plasmaverit corpus; [2] Deus qui creator est animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius operi irrogavit infamiam, ut aut ille, qui templum extruit, angustum faciat, ita ut capere non possit, quod collocatur? aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit, & ponderosum, quo intromisso, templum continuo concideret? Secundum hoc, quod novimus esse inimicorum studia, contemplemur hæc, si non ita se habent; sin autem oportet omnia iisdem mensuris, eadem æquitate disponi, similique gloria efferri; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantum, si placet, etiam illud exemplum, similis videtur esse homo navi, quæ instructa ab artifice, atque in mare deducta est, quamque navigare impossibile est sine gubernaculis, quibus regi, & flecti possit in quæcumque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo & totius navis, nulli dubium est; sine gubernaculis enim otiosum erit omne navis opus, corpus illud immensum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus, reguntur autem utraque arbitrii, atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; [3] quæ cum per conjunctionem unum effecta, consonantiam officii sui continent ad omne opus, quodcunque ex semetipsis efficiunt, uni auctori, & conditori testimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ quæ aderant, vehementer gavisæ sunt, itaut pene manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens & reprimens, conquiescere fecit. Judices dixerunt: Sufficienter ostendit Archelaus hominis & corpus, & animam unius esse factoris, eo quod consonare in conjunctione non possit opus unius, si propositum artificis a se dissentiret alterius. Quod si dicatur unum explicare utrunque minime valuisse, infirmitatem ostendit artificis; quia & si dicat quis animam boni Dei esse, otiosum opus invenitur hominis, nisi etiam corpus acceperit. Quod si rursum corpus mali Dei dicatur esse figmentum otiosum nihilominus erit, si animam non acceperit; quæ utique nisi commixtione, atque sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus totius hominis unum, atque eundem esse factorem. Archelaus dixit: Scire te non dubito, Manes, hoc quod generantis, aut creantis filius dicitur ille, qui [4] natus est & creatus. Quod si malignus hominem finxit, pater ejus esse debet secundum natu-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Forte, *Sic enim qui templum extruit*. In codice enim erat, *extruis*.
2 In codice Casinensi, *Deum*.
3 In codice Casinensi est, *quæ cum conjunctionem*.
4 In eodem codice legitur, *natus est creatus*.

ANNO CHRISTI 177.

ram. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines, *Sic dicite cum oratis, Pater noster qui es in cœlis*, & iterum, [1] *Orate patrem vestrum, qui est in occulto*. De Satana autem dixit vidisse se eum, *Sicut fulgur cadentem de cælo*, uti ne quisquam audeat dicere, quod ipsum nos docebat orare; neque enim descenderat Jesus ut homines conjungeret, & reconciliaret Satanæ, quin potius conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiores istos dicam esse gentiles, qui multos quidem introducunt Deos, unanimes tamen, atque amicos eos confitentur; hic vero duos introducens, inimicitias inter eos, discordemque sententiam non erubescit adstruere. [2] Quod si simulatos sub hujuscemodi conditione [3] introducerent Deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas, diversasque sententias.

Matth. 6. 9. Luc. 11. 2. Matth. 6. 9. Luc. 10. 18.

XXI. Jam vero de interiore, atque exteriore homine quid me necesse est dicere, cum Salvatoris voce dicatur ad eos, qui camelum glutiunt, & de foris hypocritæ sunt, blandimentis, atque adulatione circumdati, ad quos Jesus ait, *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quare quod de foris est catini, & calicis lavatis, quod autem intus est, immunditia plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, & quod de intus est, fecit*. Nunquid de catino, & de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat, qui hæc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore, atque anima evidentissime loquebatur? Quoniam quidem Pharisæi aneti, & crimini decimas expectantes, quæ erant graviora legis relinquebant, [4] & his quæ extrinsecus erant, adhibentes diligentiam, contemnebant ea, quæ ad salutem animæ pertinebant; expectabant etiam salutationes in foro, & primos [5] discubitus in cœnis, quos sciens Dominus Jesus perditos esse, dicebat eis, quia his solis rebus, quæ, de foris erant, adhiberent diligentiam, & ea quæ intrinsecus erant, contemnerent velut aliena, ignorantes, quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit & animam. Et quis ita lapideus est, & stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni consonans Paulus ait, interpretans ea, quæ in lege scripta sunt, hoc modo; *Non infrenabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura erat Deo?* [6] *Aut propter nos utique dicit?* Sed quid immoramur ulterius; adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenita, & his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est, & non ubique diffunditur, & erit multo inferior loco, in quo est, ([7] majus enim quod continet semper eo, quem continet) & efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus est locus, in quo continetur, sicut homo, si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est qui inter eos diviserit, aut quis eis certos terminos statuerit, & invenitur jam uterque multo inferior virtutis humanæ. Lysimachus enim, & Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque nationes barbaras, atque omne genus hominum subjicere potuerunt, itaut non esset alius Imperator per illud tempus, præter ipsos sub cœlo. Et quomodo audebit quisquam dicere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum, & sempiternum, [8] ceu nequissimi istius impietas, qui nec [9] æqualem quidem cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit.

Luc. 11. 48. Luc. 20. 46. Matth. 23. 6. Mar. 12. 28. 1. Cor. 9. 9.

XXII. Judices dixerunt: Lumen in tota domo lucere scimus, & non in una aliqua parte, sicut, & Jesus dicit, quia, *Nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt*. Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, & non per partes; [10] a quo si universum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, nisi forte accidentes, intelligantur? Archelaus dixit, Quoniam quidem multo melius a vobis intelligitur sermo evangelicus, quam ab isto, qui se Paraclitum esse profitetur, quem ego magis Parasitum, quam Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cum lux esset ubique diffusa, mundum cœpit Deus condere, initium a cælo, & terra sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas, quæ est terræ locus umbra obtectus, [11] objectu videlicet earum, quæ factæ sunt, creaturarum, inveniretur obscurus, itaut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietate posito loco. Unde & in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factæ sint, aut non factæ; sed ipse tacuit, his qui possint advertere, derelinquens rationem hujus intellectus; quæ quidem, nec satis est ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cum ab oriente fuerit exortus, & tetenderit iter suum ad occidentem, cum sub terram ierit & interior effectus fuerit, ea, quæ apud Græcos Sphæra vocatur, [12] quod tunc objectu corporum obumbratus non appareat? Sed obtecto eo, obstante terræ corpore, superducitur umbra, quæ ex se efficit tenebras, usquequo rursum, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbræ, atque noctis causa corporis terræ soliditas, quod etiam [13] ex suimet ipsius umbra homo intelligere potest.

Ante

NOTÆ ZACAGNI.

1 Melius in Vulgata, *Ora patrem tuum in abscondito*.

2 In codice Casinensi, *Quod simulatos*.

3 In Casinensi codice est, *introduceret*. Sed hic de Gentilibus loqui palam est, quare legendum, *introducerent*.

4 In Casinensi cod., *ex his*.

5 Hic mire depravatus est codex Casinensis, legit enim, *Primos discipulos subitos in cenis, quod scientes Dominus*. Nos eum ex Sacro textu restituimus.

6 Melius Vulgata, *An propter nos*.

7 In Casinensi, *Malus*, nullo sensu.

8 In codice Casinensi est *eu*, quod legendum putavimus, *ceu*.

9 Ita depravatum locum ex ingenio restituimus; nam in codice Casinensi scribitur, *Nec qua vellem quidem*.

10 Forte, *Atqui*.

11 In Casinensi codice, *obtectu*.

12 In Casinensi est, *quod nunc obtectu*.

13 Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, *Exuet ipsius umbra*.

ANNO CHRISTI 277.

Ante cælum enim, & terram, atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cum nullum corpus existeret, quod umbram sui objectione generaret, & ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratia, placeat ei cui potestas est omnium, plagam, quæ ad occasum est, auferre de medio; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespera, aut tenebræ; sed erit sol semper in cursu, nec unquam occidet, & medium cæli axem pene semper tenebit, nec aliquando desinet apparere, & per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plaga statum suum servante, & sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante, hi quidem, qui sub sole sunt, clarius videntur illuminari, ita ut pene dixerim, dormientibus adhuc iis, qui e diversa plaga consistunt, isti priores diei exordium sumant. Sicut autem ante eos, qui in parte occidua jacent, illis lumen exoritur, ita velocius obscuratur, & soli omnium, qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cum enim medium sol tenuerit cælum, nullus est locus, qui aut lucidior, aut obscurior esse videatur; sed omnes mundi partes [1] ex æquo, & justo solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occiduæ plagæ pars auferatur e medio, ultra jam non obscurabitur pars, quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simplicius dicta sint, cum possim & Zodiacum circulum describere; [2] sed non intui nunc fieri ratus sum, propter quod de his silebo, & ad illud caput recurram, quod objecit adversarius, affirmans [3] omni nisu, tenebras esse ingenitas, quod & ipsum, quantum valuimus, jam confutatum est.

XXIII. Judices dixerunt: Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, & nihil fuisse objectum, quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, & omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostensum est ex his, quæ a te nuper dicta sunt, in quibus veram esse rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, & ex una parte habitent tenebræ, ex alia vero lux, intelligitur nihilominus, quia ex eo, quod instructum est ædificium, umbra generata, acciderint tenebræ, & rursum nobis quærendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fateris, o Manichæe. Si vero illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus, rursus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non possunt. Archelaus dixit, Dicat mihi etiam hoc ad ea, quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, & maligno similiter in suo regno, quis inter medium ipsorum construxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit [4] utriusque majus, sicut dicit in Genesis libro, quia *divisit Deus inter lucem, & tenebras*. Talem esse aliquem necesse est & muri istius instructorem, murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos, qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuscemodi divisio fraternæ potius hæreditatis sit ratio. Verum nunc non est mihi de his dicendum, quanquam necessarium videatur; nam illud est quod petimus, quis est, qui extruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat, nolo moretur hic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis suæ in unum refusam esse substantiam. Dicat quemquam, qui medium extruxerit murum? Quid agebat alter, altero instruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui extruxit. Vos deprecor, Judices, quos Deus plenissime repletos intellectu misit nobis, judicate, quis ex duobus extruxerit, & quid agebat unus, cum alter extruxerat.

ANNO CHRISTI 277.

Gen. 1.

XXIV. Judices dixerunt, Dic nobis, o Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. Manes dicit, Bonus Deus, & nil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quo alienum a se esse [5] patefaceret malignum. Archelaus dixit, Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim solummodo nomine appellas, & deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non extantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ quidem ante se fuerit, asseris extruxisse, ut homines solent extructores. Interdum etiam eum timidum, interdum & convertibilem dicis; Dei est enim agere, quæ Dei sunt, hominis vero, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, & nihil fortitudinis se habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium verentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circumdare, in quo & ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem a nobis reticendum est, quin potius in medium proferendum, ut & multa assertionum copia, machinationum adversarii diversitas destruatur, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad discretionem esset uniuscujusque regni: impossibile enim est sine hoc uno habere unumquemque proprium regnum; eodem vero modo impossibile est, & malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione constante, nisi forte prius dejiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri, atque etiam oculis nostris [6] nuper conspeximus

NOTÆ ZACAGNI.

1 In codice Casinensi legitur, *ex ea quo*, & mox *fulgure*.

2 Locus manifeste corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit.

3 In Casinensi erat, *Omni nisi*. Sed legendum; *Omni nisu*, hoc est omni conatu; formula dicendi huic interpreti usitata. Vide cap. 40, & præsertim cap. 47.

4 In codice Casinensi, *utrunque majus*.

5 In codice Casinensi, *partum faceret*.

6 Nota Archelai ætatem, & habitæ disputationis tempus; loqui autem hic videtur Archelaus de Carrhis a Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem iterum ab Odenatho Orientis Rege Gallieni imperatoris temporibus in Romani Imperii dictionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Gallieno cap. 10. & 12.

ANNO CHRISTI 277.

Cum rex aliquis oppugnat turrim valido muro circumdatam, adhibet primo balliſtas, & jacula, ſecuribus deinde portas excidere, atque arietibus muros conatur evertere; & cum obtinuerit, tum demum ingreſſus, quæ libuerit, agit, ſive captivos placet cives adducere, ſive cuncta ſubvertere, aut etiam, ſi placuerit, rogatus indulget. Quid ergo dicit iſte? Non ſubſtantia, ideſt, propoſito adverſarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum: in præcedentibus enim profeſſus eſt, quia ſupervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis prius dejecit munitionem? impoſſibile enim erat ingredi malum, munitione conſtante. Quid taces? quid moraris tu, Manichæe? Etiamſi tu differas, aggrediar mea ſponte. Si enim dixers, quia Deus deſtruxerit, requiram quid eum moverit ad deſtruendum hoc, quod prius propter importunitatem maligni, & ſeparationem ipſe extruxerat? Quid iratus, aut quid damni perpeſſus, adverſum ſe ipſe pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quod ſi horum nihil in cauſa eſt Deo deſtruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum a ſe, & ſeparandum malum ipſe conſtruxerat, illud nec mirum putandum eſt, [1] quod ejus conſortio fuerit delectatus; munitio enim, quæ miſſa fuerat propter hoc, ne ejus moleſtiam pateretur, idcirco deſtructa videbitur, quoniam non jam moleſtus, ſed amicus fore putabitur. Quod ſi a maligno murum dicas eſſe deſtructum; quomodo poſſunt boni Dei opera a maligno ſuperari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo & ipſe, cum ſit omnino totus tenebræ, luci ſupervenit, & comprehendit, Evangeliſta teſtimonium ferente, quia *Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt*? Quomodo cæcus armatur? quomodo tenebræ adverſus lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc [2] illæſis oculis ſolis radios in ſe recipere non poſſunt; ita & hic ferre non valet regni lucis intuitum, ſed manet ſemper extraneus, & alienus.

Joan. 1. 5.

XXV. Manes dixit, Non omnes capiunt verbum Dei, ſed quibus datum eſt ſcire myſteria Regni Cælorum? [3] Et jam quidem ſcio qui ſint noſtri; *Meæ*, enim, inquit, *oves vocem meam audiunt*. Propter noſtros ergo, quibus datus eſt veritatis intellectus, per ſimilitudines dicam. Similis eſt malignus leoni, qui irripere vult gregi boni paſtoris, quod cum paſtor viderit, fodit foveam ingentem, & de grege tulit unum hædum, & jactavit in foveam, quem leo invadere deſiderans, cum ingenti indignatione voluit eum abſorbere, & accurrens ad foveam, decidit in eam, aſcendendi inde ſurſum non habens vires; quem paſtor apprehenſum pro prudentia ſua in cavea concludit, atque hædum, qui cum ipſo fuerit in fovea, incolumem conſervavit. Ex hoc ergo infirmatus

Matth. 19. 11.

Joan. 10. 27.

Aeſt malignus, ultra jam leone non habente poteſtatem faciendi aliquid, & ſalvabitur omne animarum genus, ac reſtituetur, quod perierat, proprio ſuo gregi. Archelaus dixit, Si leonem maligno comparas, Deum vero paſtori; oves, atque hædum dic, cuinam comparabimus? Manes dixit, Oves, & hædus unius mihi videntur eſſe naturæ; in ſimilitudinem autem ponuntur animarum. Archelaus dixit, Animam, ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in fovea. Manes dixit, Nequaquam, abſit hoc; ſed apprehenſus eſt hoc ingenio, in futurum vero ſalvabit eam. Archelaus dixit, Ridiculum jam iſtud eſt, Viri auditores, ſi agnum, quem retinebat in ſinibus, paſtor extimeſcens leonis ingreſſum, projecit eum devorandum, & dicitur quia in futurum ſalvabit eum. Quomodo non totum hoc ridiculo plenum eſt? Nam & in hoc etiam judicium adimitur. [4] Deus enim Satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo aſſumendam. Quando enim paſtor, [5] nonne David de ore leonis, vel urſi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus poteſt educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi, Deus eſt, & omnia poteſt. Audi ergo ad hæc, cur igitur quod poſſit, non illud potius aſſeris, quod poterit propria virtute vincere leonem, [6] ſive pura Dei potentia, & nunquam machinis quibuſdam, & ſoveæ hædo, ſive agno tradito. Dic mihi etiam illud, ſi paſtori ſuperveniat leo non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim eſt, qui dicitur paſtor, ingenitus quoque etiam leo. Cum ergo nondum eſſet homo, priuſquam paſtor haberet gregem, ſi ſuperveniſſet leo, quid fiebat, quia non erat leonis eſca priuſquam hædus eſſet? Manes dixit, Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam ſuam per quæcumque poterat invenire, diſcurrens per vertices montium; quod ſi aliquando ei etiam eſca erat neceſſaria, capiebat ex beſtiis, quæ erant ſub regno ſuo. Archelaus dixit, Ergo unius ſunt ſubſtantiæ beſtiæ, quæ ſunt in regno maligni, & hædi, qui ſunt in regno boni Dei. Manes dixit, Abſit; nequaquam; nihil commune eſt, neque ipſis ad invicem, neque his, quæ ſua ſunt. Archelaus dixit, unus atque idem eſt uſus in eſca leonis. Si enim ex propriis aliquando beſtiis capiebat cibum, aliquando & de his boni Dei, nulla eſt in his differentia, quantum ad eſcas pertinet, & ex hoc apparet unius eas eſſe ſubſtantiæ. [7] Sed aliud alio longe differre ignorantiam paſtori adſcribimus, quia non aptam eſcam, quin potius alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut forte rurſus diſſimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illum ne igitur, qui comedere neſciebat, ipſe ad comedendum animam provocavit, nec ſola fovea ad decipiendum eum uti voluit, ſi tamen hoc dignum eſt facere Deum, & dolos exquire-.

NOTÆ ZACAGNI.

1. In cod. Caſinenſi, *putandum eſt conſortio*. Sed, *ſi ejus conſortio*, vel, *quod ejus conſortio*, videtur legendum.

2 In eodem codice, *illius oculis*, nullo ſenſu.

3 In Caſinenſi codice ſcribitur, *etiam quidem*. Sed legendum videtur, *& jam quidem*. Sæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.

4 Loquitur hic Archelaus, ex Manetis ſententia, qui cum paſtorem prævidentem, ac prænoſcentem inevitabili leonis devorationi expoſuiſſe hædum diceret, neceſſario conſequebatur paſtorem ipſum cauſam eſſe perditionis hædi, eique illius necem jure adſcribi.

5 Hic aliquid deeſſe videtur. Forte: *Quando enim paſtor hoc fecit? nonne David &c.*

6 Ita corrigi debere videtur lectio cod. Caſinenſis, qui habet, *ſi & pura*: niſi malueris, *ſi eſt pura*.

7 Locus iſte videtur mendoſus, nec quid ſibi velit Archelaus clare intelligitur, niſi legamus: *Sed alium ab alto longe differre ſi dicamus, ignorantiam paſtori adſcribimus*.

ANNO CHRISTI 277.

quirere? Et sicut Rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propria virtute confisus, sed imbecillitatis suæ timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum aliaque munimenta circundat, ac præparat, manui, ac viribus nihil fidens; si vero vir fortis sit, etiam porro a suis finibus in occursum hosti procedit, & agit omnia usquequo vincat, & obtineat adversarium.

XXVI. Judices dixerunt. Si ais pastorem hædum, sive agnum leoni projecisse, cum ille irrueret adversum ingenitum, actum est. Quem enim potest judicare pastor hædorum, atque agnorum, cum ipse inveniatur eis in delicto, si causa traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valuit leoni, & consequens est, ut quodcunque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam si Dominus unum e servis suis ejectum, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat? Si vero casu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia, quæ ei imperabat inimicus, parebat, cum [1] eum ipsum tradiderit inimico, sicut leoni hædum? prænoscentem enim asseris esse pastorem. Verberatus enim agnus, & interroganti se pastori, cur in his leoni paruerit, respondet; tu me leoni tradidisti, nec restitisti adversus eum, sciens, & prævidens quæ mihi gerenda forent, cum ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos percepisse demonstratur, & ideo ipsa veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. Archelaus dixit, Quoniam quidem de ommbus, de quibus disceptavimus, prudentia Judicum plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, & in tempus aliud reservandum. Sicut enim [2] si quis serpentis conterat daput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt, ita dualitatis quæstione rejecta, sicut pro viribus ostendimus, reliqua, quæ per hanc asserebantur, cum ipsa pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus innotescat quis, & unde, & qualis est; dixerat enim se esse Paraclitum illum, quem Jesus proficiscens, humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidelium animarum, & non longe [3] possit ei Paulus vas electionis, & vocatus Apostolus, unde & prædicans veram doctrinam [4] ajebat, [5] *Aut documentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus*. Et quidem quod dico tali exemplo, [6] sed clarius. Homo quidam concluſit in thesauro frumenti plurimum, itaut refertus esset locus, quem locum [7] clausum atque signatum sufficientibus signaculis, custodiri præcepit; ipse Dominus vero [8] cessit; alius autem quidam post multum temporis advenit ad thesaurum, dicens se ab eo, qui signaculis locum concluserat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eundem thesaurum triticum congregaret. Quem cum vidissent custodes, poscebant ab eo [9] signaculi fidem, quo possint ei, videlicet aperire thesaurum, & parare ei, tanquam ab illo, qui signaverat, misso; [10] qui cum nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret, (neque enim habebat jus) a custodibus ejectus est, & fugatus; fur enim potius, & latro ab eis esse deprehenditur, convictus, & [11] confugatus etiam ex hoc, quod post multum tempus, quam promissum fuerat, adesse desideret, neque claves, neque signacula, neque ullum omnino custodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi sciens, quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum, [12] & ideo, ut consequenter erat, a custodibus reservatus est.

2. Cor. 13. 3.

XXVII. Aliud etiam si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimum, ad tempus peregre abfuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribueret eis ex æquo substantiam. Et quidem non multo post misit tutum virum quendam, justum, & verum, qui cum venisset, suscepta universa substantia, primo omnium instruere eam, ac regere studuit, laborans plurimum in itineribus, [13] sedens ipse per se suis manibus opus faciens, & ministrans; [14] deinde moriturus testamentum scribit pro-

NOTÆ ZACAGNI.

1 Forte legendum, *eum ipse*.

2 In cod. Casinensi deficit, *si*, & paulo post, *quæstione relecta*, habet. Sed necessaria visa est utrobique correctio nostra.

3 Vel hic nonnulla desunt, vel fortasse legendum *ut non longe post sit ei Paulus*, nempe ut ipso parum inferior sit Paulus Apostolus, quem a Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait supra Manes, ita tamen ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide supra c. 13.

4 In codice Casinensi est, *agebat*, librarii, ut arbitror, errore; sic infra cap. 29. *Jesus ad discipulos agebat*.

5 Vulgata legit, *An experimentum*; in græco tamen textu est, δοκιμή.

6 Forte *sit*, vel *fit*, aut etiam *est*.

7 Supra thesauri, solo sigillo obsignati mentionem facit Archelaus: at hic sigillo claves adjungit, quo pacto charlora quæque ab antiquis custodiri consueviſſe, testis est Aristophanes in comœdia, cui titulus Θεσμοφοριάζουσαι pag. 787. apud quem mulier quædam conqueritur gynecæorum fores sigillis, & pessulis a maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

8 Forte, *recessit*, vel *discessit*.

9 Anulis pro tessera, seu signo in repetendo depositio, & majore nuntiis fide concilianda veteres usos fuisse, ex Plauto, & Apulejo discimus, quorum primus in Bacchide act. 2. scena 3. vers. 93. ita inquit Chry. *Anulum gratè tui facto, ut memineris ferre*. Nic. *Quid opus est anulo?* Chry. *Quia id signum est Theotimo, qui cum illi afferret, ei aurum ut reddatur*. Alter vero in lib. 10. de Asino aureo hoc iratæ cujusdam mulieris facinus refert. *Anulo mariti subrepto, rus profecta, mittit quendam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsa fide pessime merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad se; addito ut sola, & sine ullo cotie quam maturissime perveniret. Et ne qua forte nascceretur veniendi contatio, tradit anulum marito subtractum, qui monstrans, fidem verbis adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens (hoc enim nomen sola sciebat) respecto etiam signo ejus, quod offerebatur, gnaviter, ut præceptum fuerat, incomitata festinat &c.*

10 In Casinensi *Quicumque*. Sed sensus postulare videtur, ut *qui cum nec* legatur.

11 Forte, *confutatus*.

12 In codice Casinensi legitur, *& ideo consequenter*.

13 Forte, *sed & ipse per se*.

14 In codice Casinensi, *Deinde die morituras*, nos secundam vocem, ex præcedentis verbi postremæ syllabæ repetitione veluti insertam, sustulimus. Vel fortasse legendum, *Deinde die, qua morituras erat, testamentum*.

ANNO CHRISTI 277.

propinquis suis & proximis omnibus hæreditatem derelinquens, & signacula dedit eis, & nominatim singulos convocans, præcepit eis servare hæreditatem, & custodire, ac regere substantiam, sicut susceperant, & perfrui bonis, & fructibus, ipsi domini hæredesque derelicti. Si qui vero ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; [1] sin autem cohæredem se dicens, expoſceret, devitarent, atque alienum esse pronunciarent; opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus bene, rectèque disposítis, & statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum, qui post trecentos fere annos venerit, & hæredem esse se confirmet, non abjiciemus, non juste alienum pronunciamus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrotanti, qui in exequias non ierit Crucifixo, qui sepulchro non adstiterit, qui omnino nesciat, quomodo, aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo, qui obsignaverit? Nonne eum tanquam latronem, & furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus? Hæc igitur signa, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iste non deferens adest, dicens se esse Paraclitum, qui ab Jesu præsignatus est mitti, in quo [2] mendacem, ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim dixerat se non multo post missurum esse Paraclitum, invenitur [3] post trecentos, & eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium perhibet. Quid dicent Jesu in die Judicii illi, qui jam vita excesserunt ex illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud Deum allegabunt, noli nos cruciare, si opera tua non fecimus? cur enim cum promiseris sub Tiberio Cæsare missurum te esse Paraclitum, qui argueret nos de peccato, & de justitia, sub Probo demum Romano Imperatore misisti, orphanos dereliquisti, cum ipse dixeris, non derelinquam vos orphanos, cum ipse dixeris te, mox ires, missurum esse Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem, nihil nos deliquimus, tu nos fefelliſti? [4] Sed absit hoc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omnis animæ. Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cum dixisset, *Vado ad Patrem meum, & mitto vobis Paraclitum*, statim misit, dividens, donans discipulis suis; [5] abundantius vero conferens Paulo.

Joan. 14.

XXVIII. Manes dixit, Tuimetipsius indicio comprehensus es. Hæc enim adversum te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, noli nos judicare, quia opera tua non fecimus, non enim misisti nobis Paraclitum, [6] cum dixeris te missurum; non multo magis illi hæc dicent, qui a Moyse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vita excesserunt, & eo rectius dicent, [7] noli nos tradere tormentis, quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solum hi, qui ante ipsius adventum decesserunt, jure hæc allegare videbuntur; verum etiam illi, qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt? Neque Paracliti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrina eruditi sunt. [8] Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est, salventur; ipse enim *Eos Christus de maledicto legis redemit*, sicut Paulus testimonium dedit, *quia litera occidit, nec quemquam vivificat*, &, *Quod lex ministerium mortis est, virtusque peccati*. Archelaus dixit: Erras nescíens scripturas, neque virtutem Dei; multi enim etiam post adventum Christi usque nunc perierunt, & pereunt, hi scilicet qui operibus justitiæ deservire noluerunt; illi vero soli, qui susceperunt eum, & suscipiunt, *Potestatem acceperunt filii Dei fieri*. Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit, *Quicumque enim*, inquit, *acceperint eum*. Adest autem semper justis viris, a creatura mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum ex sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ. Unde ergo Abel justus, & illi omnes reliqui [9] per ordinem, qui inter justos enumerantur, cum lex non esset Moysi, cum Prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus impleſſent? Nonne justi effecti sunt ex eo, quod legem implebant, *Ostendens unusquisque eorum* [10] *opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia sua*? Cum enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit, hic legem non habens, ipse sibi lex est. Et intuere multitudinem legum per singulos justos, qui bene agebant vitam suam, nunc ex semetipsis proferentes in cordibus suis insitam Dei legem,

Galat. 3. 11. Cor. 3. 1. Cor. 15.

Joan. 1.

Matt. 23.

Rom 2. 15

NOTÆ ZACAGNI.

1 Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifeste corruptus; nam in codice ita scribitur. *Sin autem conderem se dicens, expeſceret, devitarent perſequi, alienum esſe pronunciaret.*

2 Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heracleota in cap. 14. Evang. Joan. vers. 17. cum inquit, *Nam si illis non diligentibus solum, sed & pro Deo mortem appetentibus, non misisset, quem promiserat Paraclitum, secundum Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliis reperiretur. Quod si vero, cum sit ipsa veritas, miserit iis Spiritum Sanctum, temere errando comminiscuntur, dicentes per Montanum, & Priscillam missum esse Paraclitum post ducentos, & triginta annos ab Apostolica gratia transactos.*

3 Contentionis æstu actus videtur hic dixisse Archelaus, post trecentos, & amplius annos a Christi morte Manetem emersisse: nam a Christi morte usque ad habitæ cum Manete disputationis tempus, anni circiter CCXLIX. intercedunt. Vide præfationem nostram in Archelao.

4 Parva mutatione hunc locum recte, ni fallor, emendavimus, qui in Codice Casinensi ita se habet. *Sed absit hanc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omne animæ.*

5 Mire hic, & in seqq. depravatus est cod. Casinensis, in quo legitur, *Abundantibus vero confitens Paulo. Manes dixit, Tuum & ipsius indicio comprehensus es; hæc enim versum te locutus, ignorans, quia dum me vis probra conicere, majori culpæ se succumbit. Dic age mihi studias, qua Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum nolite nos judicare.* Nos tot menda, quantum per conjecturas licuit, abstergere conati sumus.

6 Verbum, *missurum*, nostra est additio, cum in Casinensi desit; & sane vocem illam, vel quid simile ibi desicere ipsa orationis series ostendit.

7 In Casinensi est, *noli nostra de tormentis*, nullo sensu, nisi, ut editum est, corrigatur.

8 In codice Casinensi sic legitur, *Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut eas, quod a Tiberio est, salventur.* Nos autem verba illa, *ut eas*, interpretati sumus, *ut ais*, exemplo alterius loci infra cap. 30. ubi, *ut as*, pro, *ut ais*, vel *ut asseris* a librario scriptum fuisse, sensu ipso poscente, conjecimus.

9 In codice Casinensi, *qui per ordinem, qui inter justos.*

10 In eodem codice scribitur, *opus legis scriptura.*

ANNO CHRISTI 277.

gem, nunc a propriis parentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus, & senioribus addiscentes. Verum quia pauci [1] per hunc modum poterant ad justitiæ culmen ascendere, idest per parentum traditiones, nulla in literis lege conscripta, miseratus est Deus humanum genus, & scriptam legem per Moysem voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Consona igitur primæ creationi humanæ fit in literis legislatio, quæ per Moysen datur salutis causa plurimorum. Si enim æstimamus hominem sine operibus legis justificari & Abraham reputatus est justus, quanto magis ii, qui adimpleverint legem, continentem ea, quæ hominibus expediunt, justitiam consequentur? Et quoniam trium solummodo sermonum mentionem fecisti, de quibus Apostolus dixit, *Ministerium mortis esse legem*, &, *Christum redemisse nos de maledicto legis*, & quoniam; *Virtus peccati est lex*, adde adhuc, & dic quantacunque tibi videntur adversus legem esse conscripta.

Cor. 3. 7.

.3. 13.

or. 15. 56.

XXIX. Manes dixit, An non idem est, quod Jesus ad discipulos ajebat, incredulos eos esse demonstrans, *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis*? Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus Princeps hujus mundi, & quanta desideraverit, per Moysem scripserit, & dederit hominibus facienda. *Ille enim homicida est ab initio, & in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur, quoniam mendax est, sicut & pater ejus.* Archelaus dixit: Sufficit, tibi hæc, sunt, an habes & alia, quæ dicas? Manes dixit, Habeo quidem multa, & horum majora; sed his contentus ero. Archelaus dixit, Exemplum, scilicet, accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis, ut si hæc recte posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur; sin minus ero ego obnoxius sententiæ Judicum, idest victi ignominiam feram. Aïs ergo ministerium mortis esse legem, & Principem hujus mundi mortem regnare ab Adam usque ad Mosen; scriptum est enim, *In eos qui* [2] *non peccaverunt*. Manes dixit, ergo mors regnavit sine dubio, quia dualitas est, nec aliter, nisi essent ingenita. Archelaus dixit, & quomodo ingenita mors certo ex tempore regni sumit exordium? ab Adam enim, inquit, & non dixit ante Adam. Manes dixit, Quomodo vero, & justorum, & peccatorum obtinuerit regnum dicito? Archelaus dixit, Cum prius confessus fueris, quia a tempore, & non æternitate regnavit, tum dicam. Manes dixit, Scriptum est hoc, quia *Ab Adam usque ad Mosen regnavit*. Archelaus dixit, Ergo & finem habet, quod cœpit [3] ex tempore, & verum est illud, quod dictum est, quia *Absorta est mors in victoria*. Etiam ingenita non erit, quæ & initium habere monstratur, & finem. Manes dixit, Deus ergo eam fecit. Archelaus dixit, Nequaquam; absit? Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Manes dixit, Deus eam non fecit, facta tamen est, ut ais; a quo acceperit imperium, vel a quo creata sit, dicito? Archelaus dixit, Si hoc plenissime ostendero, quod substantiam ingenitæ naturæ mors habere non possit, nonne confiteberis unum Deum esse, & hunc ingenitum? Manes dixit, loquere, subtiliter enim vis [4] discere. Archelaus dixit, Quia tu verba illa ita protulisti, tanquam tibi proficerent ad ostensionem ingenitæ radicis; sufficiunt tamen nobis, & ea, quæ supra tractata sunt in quibus plenissime ostendimus, impossibile esse duarum naturarum ingenitarum existere posse substantias.

n. 8. 44.

n. ibid.

n. 5. 24.

n. ibid.

Cor. 15. 54.

XXX. Judices dixerunt, Dic ad ea, quæ nuper proposuit, Archelae? Archelaus dixit, Principem mundi, & malignum, & tenebras, & mortem unum, eundemque esse dicit, legemque ab eo datam, propter hoc, quod scriptum est, *Ministerium mortis*, & reliqua, quæ objecit. Quoniam, [5] inquam, sicut superius diximus, malorum memoriæ lex non diligenter hærebat, scripta naturaliter in cordibus eorum, neque apud seniores erat satis firma traditio, [6] cum eis inimica semper memoriæ inhæsisset oblivio, & aliter quis eruditur a magistro, aliter a semetipso, perveniebat facile legis naturaliter scriptæ transgressio, & ex prævaricatione mandatorum regnum mors in hominibus obtinebat; hujuscemodi est enim genus hominum, quod virga ferrea regi indigeat a Deo. Exultabat ergo mors, & cum omni potestate regnabat usque ad Mosen, etiam in eos, qui non peccaverant, hoc modo quo diximus; super peccatores quidem, veluti proprios, sibique subjectos, sicut fuit Cain, & Juda; super justos vero propter hoc, quod non consentirent ei, quin potius resisterent, abscindentes a se libidinum vitia, & concupiscentias, veluti hi, qui fuerant ab Abel & usque ad Zachariam, transferens semper usque ad tempus in similes illius. Cum vero adfuisset Moyses, & legem dedisset filiis Israel, & revocasset eis in memoriam omnes justificationes legis, quæcumque observare oportebat, & facere, eos vero solos, qui prævaricarentur legem, morti traderet; intercisa est mors, ne super omnes regnaret; regnabat enim super peccatores solos, dicente sibi lege, ne contigeris hos, qui mea præcepta custodiunt. Hujus ergo verbi ministerium Moyses detulit morti, reliquos omnes prævaricatores legis [7] interitui tradens; non enim pro eo, ut omnino mors nulla ex parte regnaret, post Moyses advenit, cum utique plurimi etiam Moysen sub mortis ditione tenerentur. Ex hoc *Ministerium mortis* appellatum est, quo-

Gal. 3. 23.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Ita videtur legendum, licet in codice Casinensi scribatur, *per hunc mundum*.

2 Irænеus quoque lib. 3. adv. hæreses cap. 20. cum particula negativa laudat hunc D. Pauli locum: unde patet D. Augustinum in lib. de Peccat. meritis, & remiss. lib. 1. cap. 11. recte censuisse, ita ad græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori latinorum codicum parte sine particula negativa legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius Diaconus in commentariis ad eum Pauli locum inter D. Ambrosii opera, sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, rejecit Ecclesia, quæ probatam D. Augustino lectionem in latinis quoque sacræ Scripturæ codicibus huc usque retinuit.

3 In codice Casinensi manifesto errore scribitur, *exemplo re*.

4 Fortasse, *dicere*.

5 In codice Casinensi male, *iniquam*.

6 Ita necessario emendanda visa est ejusdem codicis lectio, in quo scribitur, *cum eas inimica semper memoriæ inheresis sed oblivio*.

7 In Casinensi codice, *interit ut tradens*, manifestus librarii error.

ANNO CHRISTI 277.

[1] quoniam soli transgressores legis puniebantur, non etiam conservatores, sicut Abel faciens ea, quæ legis sunt, & custodiens, quem Cain, vas maligni effectus, interemit. Verum etiam post hæc voluit mors pactum, quod fuerat per Moysen positum, rescindere, & regnare denuo super justos; & irruit quidem in Prophetas, interficiens, & lapidans eos, qui missi erant a Deo usque ad Zachariam. Dominus autem meus Jesus, justitiam Moysi legis custodiens, indignatus adversus mortem pro prævaricatione [2] pacti, & totius illius ministerii, advenire dignatus est in hominis corpore, vindicaturus non semetipsum, sed Moysen, & eos, qui ex ordine post ipsum fuerant violentia mortis oppressi. Malignus vero ignorans hujuscemodi dispensationem, ingressus est Judam, ut per ipsum interficeret eum, sicut antea Abel interfecerat justum. Sed cum intrasset in Judam, pœnitentia ductus, se ipse suspendit: propter quod ait sermo divinus, *Ubi est mors victoria tua, ubi est mors aculeus tuus?* Et *absorta est mors in victoria*. Hac ergo ex causa *Ministerium mortis* appellata est lex, quia peccantes prævaricantes morti tradebat, servantes autem se, defendebat a morte, & constituebat in gloria, ope, atque auxilio Domini nostri Jesu Christi.

1. Cor. 15. 54.

XXXI. Audi etiam & de eo, quod dictum est, *qui redemit nos de maledicto legis Christus*. Hoc in loco prævideo, magnificum Dei famulum Moysem [3] imaginariam legem his, qui recte [4] velint videre tradidisse, & legem veram. Sicut enim Deus cum fecisset mundum, & omnia, quæ in eo sunt, in sex diebus, requievit in die septima ab omnibus operibus suis; non dico, quia [5] requieverit fatigatus; sed quoniam ad perfectum adduxerat omnem, quam facere disposuerat, creaturam; denique ait, *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*. Nunquidnam cœlum facit, aut solem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid? Sed his quidem visibilibus perfectis, a tali opere conquievit; [6] invisibilia autem, & intrinsecus usque modo operans, salvat. Ita ergo etiam unumquemque nostrum, sicut ipse Deus est, indesinenter huic operi legislator vult esse devinctum: a secularibus jubet protinus conquiescere, & omnino nullum opus gerere mundanum, & hoc appellatur Sabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil absurdum fieri debere; sed observare nos, & dirigere vitam nostram ex æquo, & justo. Et imminebat hæc lex acerrime maledictum inferens his, qui eam fuissent transgressi; sed quoniam homines erant & illi, & sicut etiam nobis frequenter accidit, controversiæ oriebantur, & irrogabantur in jure, & lex statim districtissimam [7] ultionem, quam fecerat, retorquebat, ita ut si quis pauperum voluisset in Sabbato fascem ligni colligere, sub maledicto legis effectus, morti continuo subjiceretur. Arctabantur ergo coertione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati, nec poterant pœnas legis, & maledicta tolerare. Rursum autem ille, qui semper Salvator est, Jesus Dominus noster adveniens, liberavit eos ex hujuscemodi cruciatibus legis, atque maledictis donans eis injurias. Nec sicut Moyses severitate usus est legis, nulli indulgendo injuriam; sed hic dixit, si quis passus fuerit a proximo suo injuriam, indulgeat non semel tantum, sed & nec secundo, nec tertio, nec solum septies, sed septuagesies septies: quod si post hæc injuriam permanserit irrogando, tunc demum legi eum debere succumbere Moysi, nec ultra veniam dari ei, qui in injuriis perseverat, cum sibi septuagesies septies fuerit indultum. Non solum autem huic, sed etiam si quis filio hominis intulisset injuriam, veniam dedit. Si vero Spiritui Sancto, duobus eum subdidit maledictis, idest Moysi legis, & suæ Moysi quidem in præsenti, suæ vero in judicii tempore; ait enim ita, *Neque in hoc sæculo, neque in futuro remit tetur ei*. Moyn ergo lex est, quæ in præsenti sæculo nulli veniam tribuit; Christi vero est, quæ vindicat in futuro. Ex hoc intuere quemadmodum confirmat legem, non solum non solvens eam, sed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præsenti positum erat, maledicto

Num. 15.

Galat. 3. 13.

Joan. 5. 17.

Matt. 18.

Matt. 12.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Scite adversus Manichæos, ut videtur, Jo. Chrysostomus in hunc D. Pauli locum Homilia 7. *Per mortis autem ministerium legem intelligit. Atque interim vide, quam sedulo in ista comparatione caveat, ne ullam hæreticis ansam præbeat. Non enim dixit, lex mortem efficit, sed mortis ministratio est. Mortem enim ministrabat, non autem parebat. Nam peccatum id erat, quod mortem efficiebat. Lex autem mortem invehebat, ac peccatum indicabat; non autem faciebat. Malum enim apertius detegebat, ac plectebat, non autem ad malum impellebat. Neque ad id ministrabat, ut peccatum fieret, aut mors existeret; sed ut pœnas daret ei, qui peccasset; ac proinde hac quoque ratione peccatum delebat. Nam dum ipsa peccatum adeo formidandum esse ostenderet, procul dubio hoc etiam faciebat, ut ipsum fugiendum esse videretur. Quemadmodum igitur is, qui ensem in manus sumit, ac fonte caput amputat, judici pronuncianti ministrum se præbet, neque ipse est, qui interimit, etsamsi aliquo ipse sit, qui caput abscindit: nec rursus is, qui sententiam profert, ac fontem condemnat; sed ejus de quo supplicium sumitur, improbitas. Eodem modo hic quoque non lex erat, qua necem afferebat, sed peccatum ipsum erat, quod & interimebat, & condemnabat.*

2 In codice Casinensi est, *acti*, quod etiam manifesta est librarii hallucinatio.

3 *Imaginariam* Archelaus vocat legem vetus testamentum, quod typus esset, & imago futuræ novæ legis. Sic & Petrum de Vineis in epistolis suis non semel *imaginarium* hominem vocasse nuntium, seu legatum observat Cangius in Glossario, quod illum a quo missus fuerat, repræsentet, & ejus velut imaginem referat. Utitur & hac voce Evagrii Monachi vetus interpres in disputatione Theophili Episcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13. ubi sabbata *imaginariam* requiem vocat septimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione absoluta, requievisse pagina sacra testatur. Quare Archelaus in responsione ad Diodorum presbyterum infra cap. 41. totus est in demonstrando, non esse rejiciendum vetus testamentum, quia tanquam speculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

4 Forte *velint vivere*.

5 In Casinensi est, *requie requieverit*, sed ea lectio nobis visa est unius, ejusdemque vocis repetitio, nisi potius græcismus sit.

6 Casinensis habet, *invisibili autem, & trinsecus* sed legendum videtur, ut editum est, vel *invisibilia autem intrinsecus*. Deus enim ut inquit D. Augustinus in lib. de gratia Christi cap. 24. non lege, atque doctrina insonante forinsecus, sed interna, atque occulta mirabili, ac ineffabili potestate operatur in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Similia inculcat tum in cap. 13. ejusdem operis, tum alibi passim.

7 In Casinensi codice, *ultionem fecerat retorquebat*. Sed necessaria visa est relativi articuli additio, ne sensus ulla ex parte nutaret.

ANNO CHRISTI 277.

lecto legis, ex quo *Maledictum legis* appellatum est. Hæc omnis hujus sermonis est ratio. Cum autem *Virtus peccati dicta sit lex*, pro viribus nostris breviter exponemus. Scriptum est enim, *Quia justo lex non est posita, sed injustis, & non subditis, impiis, & sceleſtis*. Non ergo erat tunc lex literæ posita delinquentibus ante Moysen, unde & Pharao ignorans virtutem peccati, delinquebat affligens injustis oneribus filios Israel, divinitate neglecta, non solum ipse, sed & omnes, qui cum eo erant. Verum ne utar longiore circuitu, brevius dicam. Erant quidam Ægyptiorum admixti cum populo Moysi, cum ab eo regeretur populus in deserto; & cum Moyses positus esset in monte, pro eo ut acciperet legem impatiens populus, [1] non ille qui vere erat Israelita, sed qui ex Ægyptiis fuerat admixtus, vitulum sibi constituit Deum, secundum pristinum morem, quo coluerat simulacra, in quo nec scelerum pœnas aliquando rependeret; & ideo virtutem peccati sui penitus ignorabant; quæ cum regressus agnovisset Moyses, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum est sentire eos virtutem peccati per legem Moysi, & propterea *Virtus peccati* appellata est lex.

XXXII. De eo vero, quod in Evangelio scriptum est, *Vos de patre Diabolo estis*, & reliqua, breviter dicimus, quia est Diabolus inoperans in nobis, qui sui arbitrii potestate tales esse voluit. Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare; sicut etiam tu sine dubio nosti, o Manes, si tamen congregans in unum discipulos tuos [2] & eos commonens ne delinquant, neve aliquid injuste gerant, judicii legem unusquisque eorum possit evadere. Et certe qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, & in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent. Ex hoc etiam Angelorum quidam, mandato Dei non subditi, voluntati ejus restiterunt, & aliquis quidem de cælo, tanquam fulgur ignis, cecidit super terram, alii vero in felicitate [3] hominum filiabus admixti, a dracone afflicti, ignis æterni pœnam suscipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens, nec ultra cœli regionibus admissus, inter homines volutatur, decipiens eos, atque persuadens sibi similes effici transgressores, & usque in hodiernum adversarius est mandatis Dei. Sed non omnes lapsum ruinæ ejus sequentur, pro eo quod unicuique libertas arbitrii est; ex hoc enim & appellatus est Diabolus, eo quod transitum fecerit de cœlestibus, & quod in terris mandato Dei obtrectator existeret. Quia autem Deus sit qui prius mandatum dedit, ipse Dominus Jesus ait ad Diabolum, *Vade post me Satana*. Et sine dubio ire post Deum servi est. Et iterum quod ait ad eum, *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*. Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipsius, audierunt a Salvatore: *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri facere vultis*. Denique, cum faciant voluntates ejus, audiunt, *Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*. Ex hoc ergo pervide quanta vis sit hominem liberi esse arbitrii; dicat tamen etiam ipse, si est judicium piorum, & impiorum. Manes dixit, Est judicium. Archelaus dixit: Puto quæ [4] a nobis de Diabolo dicta sunt, non parum rationis, & pietatis obtinent. Habet enim & unaquæque creatura ordinem suum, & alius quidem ordo est humani generis, & alius animalium est, atque alius Angelorum; una vero, & sola inconvertibilis est divina substantia, æterna, & invisibilis, sicut & omnibus notum est, secundum illud, quod scriptum est: [5] *Dominum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris*. [6] Reliquæ ergo omnes creaturæ visibiles sint necesse est, cœlum, terra, mare, homines, Angeli, Archangeli: Deus vero cum a nullo unquam visus sit, quid ei potest ex istis creaturis esse homousion? Unde & singula quæque, secundum ordinem suum, propriam dicimus habere substantiam. Tu vero ex uno omne animal, quod movetur, factum dicis, & substantiam a Deo accepisse dicis similem, & posse eam peccare, atque ad judicium venire; & eum non vis recipere sermonem dicentem, Diabolum Angelum fuisse, & in prævarica-

ANNO CHRISTI 277

Matth. 4. 10.

Joan. 8. 44.

Matth. 3.

Joan. 1. 18.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Non pauca primitivæ Ecclesiæ Patres ex Judæorum sententia loquebantur, ut ex his, quæ in capite sequenti, & ad Theophili Alexandrini disputationem cum Simone Judæo cap. 13. adnotavimus, lucide apparet. Hujus generis etiam est, quod hic de Ægyptiis vituli aurei constructoribus, & adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 157. col. 1. *Et isti* (nempe Ægyptii proselyti) *fecerunt vitulum, quia colebant idololatriam, & isti fecerunt, & in causa fuerunt, ut populus peccares. Vide quid scriptum sit Exodi 32. vers. 4. non est scriptum hic, isti sunt Dii nostri. Sed isti sunt Dii tui: quod proselyti, qui cum Moyse ascenderant, ipsi fecerunt illum, & dixerunt Israel, isti sunt Dii tui. Idcirco Deus Sanctus benedictus dixit Moysi, vade, descende, quia corrupit populus tuus.* Vide Salomonem Jarchi, in eundem Exodi locum vers. 8. Aben Ezra ibid. ver. 22. & Abarbanellum ibid. vers. 11. At vel ex nuda sacri Textus lectione, & ex LXX. Interpretum versione hanc Rabinorum conjecturam valde incertam, futilemque esse clare colligitur.

2 Ita restituendam censuimus depravati codicis Casinensis lectionem, in quo sic scribitur, *& communis ne, &c.* nisi quis maluerit, *communiens*.

3 En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus a primitivæ Ecclesiæ patribus interdum propugnatis diximus, aperte confirmatur. Quod enim hic de Angelis cum fœminis concumbentibus, tradit Archelaus jam usque a Philonis Hebræi, & Josephi temporibus Judæorum opinio est, quam etiam sequuntur Tertullianus, Justinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut late probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. & Fevardentius in notis ad Irenæum ejusdem opinionis assertam lib. 4. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos a malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum filiabus commixtos fuisse credidere; sed utranque opinionem communi calculo rejiciunt alii Patres, & recentiores omnes Sacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cum res vulgatissima sit, prætermittimus.

4 In Casinensi legitur contrario sensu, *a vobis*, quod tamen in hunc locum non quadrat.

5 Hunc locum ijsdem verbis laudat Irenæus adv. Hæres. lib. 3. cap. 11. licet alibi Vulgatæ versionem sequatur.

6 Archelaus hic veterum quorundam Patrum sententiam amplectitur, qui solum Deum incorporeum: reliqua vero creata omnia corporea esse putarunt, quod nempe loco circumscripta in se ipsis subsisterent: licet nostri respectu, qui crassa, & densa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dionysium Petavium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. 1. cap. 2. & seqq., ubi latissime omnium Patrum ea de re sententias expendit.

ANNO CHRISTI 277.

ricatione decidisse, & non esse ejusdem cum Deo substantiæ. Interimere debes judicii [1] ratione, ut quis nostrum fallat, appareat. Si enim non potest qui a Deo creatus est Angelus, in transgressione decidere, quomodo potest pars Dei anima peccare? Si vero judicium esse dicis peccantium animarum, & unius eas cum Deo dicis esse substantiæ, & tamen cum de divina eas asseras esse natura, dicis nihilominus [2] Dei non servare mandata, etiam sic plurimum meus sermo [3] procedit, dicens primo Diabolum, eo quod mandatum non servaverit, decidisse; non enim erat ex Dei substantia: decidit non tam ut læderet humanum genus, sed ut ab eo potius illuderetur: dedit enim nobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & omnem virtutem inimici.

Luc. 10. 19.

XXXIII. Judices dixerunt, Sufficienter ostendit de origine Diaboli. Cum enim utraque pars confitetur futurum esse judicium, necessario liberi arbitrii unusquisque monstratur, [4] quo evidenter ostenso, nulli dubium est, quod unusquisque in quamcunque elegerit partem, propria usus fuerit arbitrii potestate. Manes dixit: [5] Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum. Archelaus dixit, Confitere primo, quia vera sit ratio eorum, quæ nunc adduximus, & tunc ostendam tibi patrem ejus. Manes dixit, Si mihi ostenderis patrem ejus mendacem, & Deo horum nihil adscripseris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. Archelaus dixit: Omni ratione de Diabolo diligenter exposita, & dispensatione prolata, sicut hominum viget sensus, etiam apud seipsum potest diligenter advertere, quis iste sit qui Diaboli appellatus est pater. Sed cum te tu Paraclitum esse dicas, plurimum tibi etiam ab humana deest prudentia. Quoniam ergo prodidisti ignorantiam tuam, dicam ego [6] quid ille sit pater Diaboli. Manes dixit, [7] .... dico: & adjecit, omnis qui conditor est, vel creator aliquorum, pater eorum .... condiderit, appellatur. Archelaus dixit: Miror, quomodo saltem hoc recta ratione responderis, nec celaveris sermonis hujus intelligentiam, vel naturam. Audi jam ex hoc, quis sit pater ejus. Cum ex cœlorum regno cecidisset, erat super terras, intendens, & inquirens cui se posset adjungere, quem ex consortio sui participem quoque nequitiæ suæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque ille appellabatur homicida, neque cum patre mendax; post hæc vero, cum factus esset homo, ac mendacio ejus fuisset, & circumventione deceptus, cum sese inseruisset corpori Serpentis sapientioris omnium bestiarum, tunc appellatus est mendax, una cum patre suo, [8] & effectum est non solum super ipsum mendacii maledictum, sed & super patrem ejus. Cum ergo serpens recepisset eum in sese, & recepisset universum, tanquam prægnans effectus est, ingentis malitiæ fascem portans, & erat sicut puerpera, quæ partu urgetur, volens evomere malignæ suggestionis ejus [9] agitata. Primi enim hominis gloriam graviter ferens serpens, ingressus Paradisum, & conceptis in se doloribus, mendaces cœpit generare sermones, & mortem parere hominibus, qui a Deo fuerant figurati, & acceperant vitam. Verum non potuit totum se manifestum facere per serpentem; sed reservavit perfectionem suam, quam demonstraret in Cain, a quo generatus est totus. Et per serpentem quidem hypocrises, & fallacias ad Evam demonstravit: per Cain vero homicidii exordium dedit, inferens se in primitias frugum, quas ille male distribuit. Ex hoc homicida appellatus est ab initio; mendax vero quoniam fefellit, dicens, *Eritis tanquam Dii:* ejecti sunt enim postea de Paradiso illi, quos Deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit, & genuit, atque in lucem edidit serpens; secundus vero Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores, & parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injustitiam, atque impietatem pariter perpetravit. Sed & quicunque eum suscipiunt, & faciunt ejus desideria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao, pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum, pater ejus effectus est Judas, quia concepit quidem eum, sed abortus est; non enim perfectum edidit partum, quia majorem personam aggressus est, per Judam, & ideo abortum factum esse dico; quia tanquam si mulier semen viri concipiat, atque in sese quotidianos accipiat profectus, ita & Judas quotidie [10] proficiebat in pejus, occasionibus sibi a maligno, quasi seminibus, datis. Et primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupiditas, incrementum vero furtum, furabatur enim ea, quæ mittebantur in loculum; dolores vero partus fuerunt, & collo-

Gen. 3.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Forte *rationem*, ut sensus sit non debere Manetem judicium admittere, cum ejus dogmata de homine, & Angelis judicio adversentur. In græco enim textu hujus disputationis, ἀναιρεῖν fortasse scriptum erat, quod cum occidere pariter ac auferre, & de medio tollere significet, priorem sensum secutus est non satis accuratus, nec satis elegans antiquus interpres.

2 Series, & consequentia sermonis omnino videtur postulare, ut legatur, *Dei non servare mandata*, licet in Casinensi codice desit negativa particula; nisi quis potius legendum putet, *Dei servare, vel non servare mandata*, pro arbitrii scilicet libertate.

3 In Casinensi, *præcedit*.

4 In eodem codice legitur, *quo videntur ostenso nulli dubium est unusquisque in quamcumque elegerit partem propriâ usus arbitrii potestate*. Nos an recte locum hunc emendaverimus videant Eruditi.

5 Codex Casinensis hic ita se habet, *si a Deo bonus, ut as mendacem esse dixisti Jesus*. Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret, Joannis Evangelii loco in cap. 8. 5. & 44. in quo sic Pharisæos redarguit Jesus, *vos ex patre in Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus*. Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes. Si a Deo sola promanant bona, ipseque summe bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis Evangelio, Diaboli patrem non modo mendacem esse; sed & mendacis Diaboli creatorem extitisse dicit. Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram, qua legimus, *si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum*.

6 Forte, *quis ille sit*.

7 Lacunæ istæ facile impleri posse videntur, si ita legamus, *Manes dixit, jam dico, & adjecit, omnis, &c. pater eorum, quæ condideris appellatur*.

8 In codice Casinensi, *ut*

9 Forte, *cogitata*.

10 In cod. Casinensi est, *proficie. bat impetus*.

ANNO CHRISTI 277.

collocutio cum Pharisæis, & pretii scelerata conventio: abortus est vero, non partus, laqueus mortis informis. Sed & tu, si malignum ex te protuleris, & facias ejus concupiscentias, genuisti eum, & pater ejus esse diceris; si vero pœnitentiam gesseris, & abjeceris pondus, velut parturies. Ut enim in ludis scholaribus, si acceperit quis a magistro materiam, reliquum corpus orationis ex semetipso generet, ac procreet, eorum, quæ genuerit, conditor ipse dicitur; ita qui ex summa malitia parum quid fermenti acceperit, pater, & genitor dicatur necesse est illius, qui ab initio restitit veritati. Quod simili modo provenire potest etiam his, qui virtuti student; nam audivi fortissimos viros dicere ad Deum, propter timorem tuum [1] Dominum in utero concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salutis; ita & quicunque de timore maligni concipiunt, & pariunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus dicantur necesse est; filii enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent, patres vero, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita nanque & Dominus noster ait ad Pharisæos, *Vos de patre Diabolo estis*, filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, & cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversum justos. Ergo apud se talia cogitantibus, translatis in se malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, & ad perfectum perducens iniqua consilia, effectus est sceleris pater, immanitatis suæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus; totus enim *In eum post buccellam panis ingressus est Diabolus*. Sed ut diximus, postquam uterus intumuit, & dolorum tempus advenit, abortum fascem iniquæ conceptionis effudit, & ideo nec perfecte pater appellabatur, nisi eo tantum tempore, quo conceptus ebatur in utero, postea vero quam confugit ad laqueum, non integrum videtur edidisse partum, quia pœnitentia subsecuta est.

en. 13. 27.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam Pater unum quidem sit nomen, diversos tamen habet intellectus: alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius vero eorum quos tantummodo enutrierit; nonnulli vero temporis, atque ætatis privilegio; unde & Dominus noster Jesus plurimos patres habere dicitur, nam & David pater ejus appellatus est, & Joseph pater ejus putatus est, cum nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis, ac temporis privilegio; Joseph vero lege nutriendi; solus autem Deus Pater ejus natura est, qui omnia per verbum suum velociter nobis manifestare dignatus est. Nec in aliquo remoratus Dominus noster Jesus, [2] intra unius anni spatium languentium multitudines reddidit sanitati, mortuos luci: qui verbi sui potestate universa amplexus est, in quo tandem remoratus est, ut in Paraclito mittendo tandiu eum remoratum credamus. Quin potius, ut superius dictum est, adfuit statim plurimum diffusus in Paulum, cujus etiam testimonio credidimus dicenti, *Mihi autem soli data est gratia hæc*. Qui prius quidem fuit persecutor Ecclesiæ Dei, sed rursum manifestatus est omnibus, quia esset fidelis Paracliti minister; per quem universis innotuit singularis ejus clementia, quod & usque ad nos, qui aliquando sine spe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim nostrum sperare poterat persecutorem Paulum, & inimicum Ecclesiæ, defensorem ejus, ac tutorem futurum? Et non solum hoc, verum etiam & magistrum, Ecclesiarum conditorem, & architectorem. Post hunc ergo, & post eos, qui cum ipso fuerant, idest, post discipulos, nullum alium venire secundum scripturas sperandum est; ait enim Dominus noster Jesus de Paraclito, *Quia & de meo accipiet*. Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem misit ad nos Paulum [3] in spiritus influxit Spiritus, & sicut non super omnes homines Spiritus habitare poterat, nisi super eum, qui de Maria Dei genitrice natus est, ita & in nullum alium Spiritus Paraclitus venire poterat, nisi super Apostolos, & super beatum Paulum. *Vas enim electionis*, inquit, *mihi est, ut portet nomen meum in conspectu Regum, & gentium*. Ipse quoque in prima epistola sua posuit, dicens, *Secundum gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi in gentibus, consecrans Evangelium Dei. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto*. Et rursum ait. *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Christus verbo, & factis. Ego enim sum* [4] *novissimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Gratia autem Dei sum id quod sum*. Et eos qui experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Christus, vult propterea habere, quia esset in ipso Paraclitus, cujus muneris gratiam consecutus, & [5] magnifico honore ditatus ait, *Pro quo ter Dominum rogavi, ut discederet a me: & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur*. Rursum, quia vere ipse sit Paraclitus, qui erat in Paulo, ait Dominus noster Jesus Christus in Evangelio, *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis*. In quo ostendit etiam seipsum Paraclitum, cum dicit alium. Unde credentes Paulo, audivimus eum dicentem, *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus*, & horum similia, de quibus superius diximus; unde & tanquam fidelibus nobis hæredibus suis consignat testamentum, sua ad Corinthios epistola, velut pater dicens, *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, & quia apparuit Cephæ, deinde undecim Apostolis, postea amplius quam quingentis fratribus* [6] *de semel, ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; quidam autem & dormierunt. Postea autem visus est Jacobo; deinde omnibus Apostolis; novissime autem*

ANNO CHRIST. 277. Ephes. 3. 8.

Joan. 16. 14.

Act. 9. 15.

Epist. ad Rom. cap. 15. 15.

Ibid. 9. 1.

Ibid. 15. 18.

1. ad Cor. 15. 9.

2. Cor. 12. 8.

Joan. 14. 16.

2. Cor. 13. 3.

1. Cor. 15. 3.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Forte, *Domine*.
2 In codice est, *inter*. Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur adscribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus, quare legendum, *intra*. Vide infra cap. 49.
3 Locus corruptus. Forte, *in Spiritu influxit spiritus*, &c.
4 Melius Vulgata, *minimus*, græce enim ἐλάχιστος.
5 In cod. Casin. est, *magnifico hoc ore*. Sed legendum censui *honore*.
6 Forte, *in simul*. Vulgata, *simul*.

ANNO CHRISTI 377.

autem omnium. tanquam abortivo, visus est mihi: Ego enim sum novissimus omnium Apostolorum. Sive ergo ego, sive illi ita annuntiavimus. Et rursum tradens hæredibus eam, quam ipse hæreditatem promeruit, dicit, *Timeo autem ne forte, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita* [1] *corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, & castitate, quæ in Christo est. Si enim, is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus; aut spiritum alium acceperitis, quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non accepistis; bene pateremini. Puto enim, quia nihil minus feci vobis a cæteris Apostolis.*

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos, qui venerint, falsos Apostolos, dolosos operarios, transfigurantes se in Apostolos Christi, *Et non mirum; ipse enim Satanas transfigurat se,* [2] *velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, si & ministri ejus transfigurentur in ministros justitiæ: quorum finis erit secundum opera eorum?* Indicat autem quales essent, & a quibus circumveniebantur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait, *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud Evangelium, quod non est aliud: nisi sunt qui vos conturbant, & volunt* [3] *avertere vos ab Evangelio Christi. Sed etiam si nos ipsi, aut Angelus de cælo vobis annuntiaverit, præterquamquod traditum est vobis, anathema sit.* Et rursum ait, *Mihi infimo omnium* [4] *Apostolorum data est gratia hæc. Quæ enim deerant tribulationum Christi, in carne mea adimpleo.* Et in alio rursum loco profitetur, quia *super cæteros Christi minister*, tanquam si postea omnino non sit alius expectandus; jubet enim neque Angelum de cælo suscipi. Et quomodo [5] de Persida venientem Manem, & dicentem se esse Paraclitum, nos esse credimus? Ita enim agnosco ex hoc, quod unus iste sit ex illis, qui transformantur, de quibus manifeste vobis indicavit Vas electionis Apostolus Paulus dicens, *Quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia* [6] *loquentes, cauteriatam habentes conscientiam, prohibentium nubere, abstinere se a cibis, quos Deus creavit* [7] *ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognoverunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei bona est, & nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.*

Ibid. 11.

2. Cor. 11. 3.

Ibid. 14.

Gal. 1. 6.

Ephes. 3. 8. Coloss. 1. 24.

2 Cor. 11. 23.

1. Tim. 4. 1.

Sed & Spiritus Evangelista Matthæus diligenter significavit Domini nostri Jesu Christi sermonem, *Videte ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducent. Quod si etiam aliquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce ibi; nolite credere. Exurgent enim falsi Christi,* [8] *& falsi Apostoli, & falsi prophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere.* Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod, aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens; sed ne in numero quidem discipulorum positus, neque defuncto nostro obsecutus, cujus hæreditate gaudemus: cum neque ei languenti adstiterit, non testis extiterit testamenti, imo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt ægrotanti: postremo cum nullius prorsus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cum etiam & si signa, & prodigia faceres, falsum Christum, & falsum Prophetam te reputari oporteret secundum scripturas, & ideo convenit nos cautius agere secundum quod Beatus Apostolus monet, dicens in epistola [9] quam Colossensibus scripsit, *Permanete in fide fundati, & radicati, & immobiles ab spe Evangelii, quod* [10] *audivimus, quod prædicatum est in omni creatura, quæ sub cælo est.* Et rursum, *Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum,* [11] *in ipso ambulate radicati, & fundati, super ipsum confirmati fide, sicuti docti estis, abundantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos* [12] *expoliet per philosophiam, & inanem seductionem, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Deitatis.* Quibus omnibus ita diligenter expositis, Beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, *Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cætero reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex; non solum autem mihi, sed & omnibus, qui diligunt adventum ejus.*

Coloss. 2.

Ibid. 2.

2. Tim.

XXXVI. Nullum ex nobis, o Manes, [13] Galatam facies, nec ita nos transferes a fide Christi; etiam si signa, & prodigia facias, etiam si mortuos suscites, etiam si imaginem nobis Pauli

NOTÆ ZACAGNI.

1 In Casinensi, *corrumpantur sensus vestri a simplicitate.* Sed nos ex Vulgata supplevimus.

2 Ita & Cyprianus haud procul ab initio libri de unitate Ecclesiæ, ac si in græco textu esset ὡς, sed Vulgata, & Tertullianus pluribus in locis legunt *in Angelum lucis.*

3 Melius Vulgata, adstipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo, & Augustino, *convertere Evangelium Christi*; licet Tertullianus adv. Marcion. lib. 4. cap. 5. *pervertere* legisse videatur.

4 Græce est, ἁγίων *Sanctorum*, ut habet Vulgata.

5 In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim *de Persida venientem monet*; sed legendum, *Manem*, vel *modo &c.*

6 In Vulgata juxta græcum textum est, *loquentium, habentium, prohibentium.* Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, *prohibentes.* Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum versio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte similis est.

7 In Casinensi est, *ad perficiendum.* Sed Vulgatæ lectionem substituere satius visum est.

8 Verba illa, *& falsi Apostoli*, ab interprete Archelai videntur adjuncta, explicationis causa; nam nec in græco, nec in Vulgata, nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.

9 Vocem, *quam*, nos addidimus, ita sensu poscente. Aut forte, *scripta*, legendum.

10 In Vulgata, *audistis.*

11 Ita Vulgata; in codice autem Casinensi legitur, *in ipsum.*

12 Casinensis codex, *expoliet*, & *per*, Cyprian. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædetur per philosophiam*, græce est συλαγωγῶν, quod verbum Vulgata, *decipiat*, & Tertull. de Præscrip. c. 7. *circumveniat*, interpretatur.

13 In eodem Codice corruptissime legitur, *Galatam facies vicit, o nostras feras.* Nos modica mutatione locum hunc restituere conati sumus.

ANNO CHRISTI 277.

li ipsius afferas, [1] anathema es satana, præscriptum est enim de te, præmoniti, & præstructi sumus a Sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, & neque bonum vas, sed sordidum, & indignum, quod ille, sicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cum in eos, qui sub [2] legum justitia degunt, conatur irruere, præmisit prius tamquam morti destinatum, ad explorandum quanta, & qualis sit legitimi Regis virtus, ac populi: ipse enim, inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur adversi. Talem te nobis, sub bono, & sancto Rege positis, velut morti destinatum, Rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quod nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim, & in Angelum lucis transformandum, & ministros ejus tales adventuros prænoscimus, & signa, & prodigia facturos, ita ut, si possibile sit, etiam electi seducantur. Quis ergo es tu, qui neque necessarium aliquem locum sortitus es a patre tuo Satana? Nam quem mortuum suscitas, quod profluvium sanguinis sistis, [3] quos luto cæci oculos illinitos videre facis? Quando exurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hierusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; [4] sed Chaldæorum solum, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, absit hoc malum, sed omnibus dividit, & omnia linguarum genera novit, & agnoscit universa, & omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? quia unusquisque propria sua lingua audiebat per Paraclitum Spiritum loquentes Apostolos? Sed quid amplius [5] dicabo? Barba sacerdos Mithræ, & collusor, solem tantum coles Mithram [6] locorum mysticorum illuminatorem, ut opinaris, & conscium, hoc est quod apud eos ludes, & tanquam elegans mimus perages mysteria. Verum quid ego hæc indignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tanquam Zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adveniat, suscitans mortuos, pene usque ad gehennam omnes persequens, qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu, quo est ipse circumdatus, aliis adhibens minas, vultus sui conversione, & circumductione ludificans: sed ultra non proficiet; insipientia enim ejus omnibus pervulgata erit, sicut Jamnes, & Mambres. Judices dixerunt; Sicut ex te comperimus, tanquam Apostolo Paulo dicente, insuper etiam ab Evangelio præscribente [7] nulli alii æque in posterum præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vita duntaxat, nisi forte falsus Propheta habeatur, aut falsus Christus. Unde cum dixeris in Paulo fuisse Paraclitum, & ipsum omnia consignasse, quare dixit, *Ex parte scimus, & ex parte prophetamus; cum autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur*? Quem alium expectans, hoc dixit? Quod si ipse confitetur expectare se aliquem perfectum; & si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne forte in hunc videatur iste sermo recurrere, aut in eum, qui misit illum, Satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse, quod perfectum est, non potest esse Satanas; si autem Satanam expectas, non potest esse perfectum.

1. Cor. 13. 9.

XXXVII. Archelaus dixit: Quoniam non sine Deo dicta sunt, quæ a Beato Paulo prolata sunt, certum est, quod Dominum nostrum Jesum Christum dixerit expectandum esse perfectum, qui solus patrem novit, & cui voluerit revelare, sicut possum ex verbis ipsius demonstrare. Sed quia cum venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste vero sese asseverat esse perfectum, quid destruxit ostendat: quod enim destruetur, ignorantia est, quæ in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Sed quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo vero iste quantam habeat virtutem, si potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his, quæ a me fuerint asserta. Igitur in prima ad Corinthios epistola hæc dicit Paulus de perfecto, qui venturus est, *Sive Prophetiæ destruentur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur; ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur*. Vide ergo quantam in sese habeat virtutem, quod perfectum est, & cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum, ac Hebræorum, [8] seu linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii cæterorumque qui propriam sibimetipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas quærit? [9] Non plane, non tam obscure, & ignobiliter adveniet ille, qui perfectus est, ideest, Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut Rex adveniens

1. Cor. 13 8

ad

NOTÆ ZACAGNI.

1 Et hic mire depravatus est idem codex, in quo legitur, *Anathema esset ana*. An recte nos emendaverimus, doctorum esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit; *Anathema es & maranatha*.

2 Vide an, *Regum*.

3 In Casinensi, *quod luto*.

4 Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in Historia Dynastiarum pag. 11

5 Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, *Quid amplius dicam? Barbare*. Sed fieri potest, ut verbo *dicare* usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicacem esse.

6 Quæ sequuntur nostris conjecturis emendavimus; nam in Casinensi codice hic mire corrupto scribitur, *locorum mysteriorum illuminatorem*. Mox, *apud eos ludis*. Et infra, *adventat? suscitans mortuos? pene usque ad gehennam omnes persequens, qui si ut obtemperare noluerit, plurimos deterrens arrogantia metu. Quod est ipse circumdatus, aliis adhibet minas vultus sui conversione circumdatio ludificat. Sed &c.* Manes autem tanquam Mithræ sacerdos traducitur, quia solem venerebantur Manichæi, ut alibi ostendo.

7 In Casinensi est, *nulli alio atque posterum*, quem cum editum est legendum censui.

8 In Casinensi est, *sed*, prava lectio.

9 Cod. Casin., *Non plane nota*. Sed omissas ab oscitante librario lineolas censui, quæ vocalibus superpositæ consonantes designarent.

ANNO CHRISTI 277

ad urbem suam, præmittit primo [1] Protectores suos, signa, dracones, labaros, duces, Principes, Præfectos, & universa continuo commoventur, aliis vero metuentibus, aliis vero gaudentibus pro expectatione Regis; ita & Dominus meus Jesus, qui est vere perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati, atque immaculati regni prædicatores sacratos, & tunc universa creatura commovebitur, & conturbabitur, supplicans, atque obsecrans, usquequo eam a servitute liberet. Humanum vero genus metuat necesse est, [2] & quamplurimum conturbetur, pro eo quod multa delicta commiserit; soli vero justi lætabuntur, expectantes, quæ sibi promissa sunt, nec ultra mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ, sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt, eo quod ultra non egeant solliciti esse homines, & cogitare de his quæ ad vitam necessaria sunt; sive scientia quorumcunque doctorum etiam ipsa destruetur: nihil enim horum sufferre poterit magni illius Regis adventum. Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis admota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis prophetia, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superius diximus, destruentur. Sed quia cœlestis Regis præsentiam paucis verbis, & fragilibus, & valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse Sanctorum debeat esse, & valde dignorum de ipso aliquid enarrare; tamen necessitatis causa, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsum, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, & [3] Valentinianum, ac Basilidem, aliosque hæreticos, [4] sic ut istius comparatione, qui velut intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, & ita [5] se ductores statuerunt iis, qui se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paraclitum, sicut iste, qui aliquando quidem de seculis disputat, aliquando de sole quomodo facta sint, tanquam major ipse sit eorum: omnis enim qui de aliquo exponit, quomodo factus sit, majorem se & antiquiorem ostendit esse, quam est ille, de quo dicit. Quis autem & de substantia Dei dicere audeat, nisi forte solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis adstruo, sed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem & Apostolus dicit ad nos, *Philip. 2. 15.* *Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi*. Intelligere debemus, quæ sit vis, & ratio sermonis hujus; verbum enim Ducis obtinet locum, [6] opera vero Regis. Si-

A cut ergo aliquis Regi suo adventanti, omnes, qui sub cura sua sunt, studet obedientes, paratos, & charos, hilaresque ostendere, ac devotos, sed etiam innocentes, ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur a Rege, & majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam bene gubernata, quæ sibi est commissa, provincia. Ita & Beatus Paulus dicit ad nos, *Ut sitis velut luminaria in hoc mun-* *Ibid.*
do verbum vitæ continentes ad gloriam ipsius in diem Christi. Scilicet quod Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profeciisse doctrinam ejus in nobis, & quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuat ei debitam coronam. Et rursus quoque in eadem
B epistola commonet nos, ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cælis; unde & Salvatorem expectamus Dominum *Ibid.* 3.
nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in epistola, quam scribit ad Thessalonicenses, *De temporibus autem, & momentis, Fratres,* 1. *Thes.*
non habetis opus, ut aliquid vobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Et quomodo nunc adstat iste persuadens, & rogans unumquemque Manichæum effici, & circumvenit, & ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed nos non ita sentimus, quin po-
C tius res istas proferamus in medium, & conferamus, si placet, ad perfectum Paraclitum. Videtis enim, quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in Evangelio Salvatoris nostri, quia & illi, qui a ministris Regis adsistunt, dicent, *Domine quando te vidimus exurientem, aut sitien-* *Matt.*
tem, aut nudum, aut peregrinum, aut [7] *in carcere, & non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? *Discedite a me in ignem æternum* *Luc. 13.*
operarii iniquitatis. Abjecit eos in æternum ignem, cum illi rogare non cessent. Vides ne quid sit perfecti Regis adventus? non talem qualem tu asseris perfectionem. Quod si post
D ipsum expectandus est magnus Judicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quod si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quod si non de ipso dicit Apostolus, istum autem de se dictum esse mentitur, pseudopropheta utique judicandus est. Sed & multa alia horum similia dici possunt, quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatus hujus exequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, & ipso dignam; Archelaum vero multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, & [8] stolas exuens, circumdat Archelaum,

NOTÆ ZACAGNI.

1 De his late post Gothofredum Ducangius in Glossario.

2 In cod. Casinensi, *& cum plurimum conturbetur*.

4 Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celebrem Apostolicorum temporum hæresiarcham.

3 In cod. Casinensi est, *sicut istius paratione*, sed legendum, *sic ut istius comparatione*. Archelaus enim beatos facit Marcionem, aliosque hæreticos, non quod ita de illis sentiendum sit; sed quod Maneti insanissimo comparati, minus errare deprehendantur.

5 Casinen. *ita seductores statuerunt, qui*.

6 Cur hæc cum præcedentibus non cohæreant, vide præfationem nostram in Archelao. Sensus autem esse videtur, solius Regis, perfecti, videlicet illius, qui expectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit penitus destruere, quod non præstiterat Manes.

7 Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere & Eleemosynis, aliique. Casinensis tamen habet, *in carcerem*.

8 Forte, *stolam*.

ANNO CHRISTI 277.

laum, atque oſculis eum defixus amplectitur, & inhæret. Tunc vero infantes, qui forte convenerant, primi in Manem pellere, ac [1] fugere cœperunt, quos turba reliqua inſecuta, concitavit ſe ad effugiendum Manem. Quod cum pervidiſſet Archelaus, elevata in modum tubæ voce ſua, multitudinem cupiens cohibere, ait: ceſſate, Fratres dilecti, ne forte rei ſanguinis inveniamur in die judicii; ſcriptum eſt enim
Cor. 11. 19. de talibus, quia *Oportet & hæreſes eſſe inter vos, ut qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos*. Et his dictis, ſedatæ ſunt turbæ. Quoniam vero placuit Marcello diſputationem hanc excipi atque deſcribi, contradicere non potui, confiſus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, ſi quid imperitum, aut ruſticum ſonabit oratio; hoc enim tantum eſt, quod ſtudemus, ut rei geſtæ cognitio ſtudioſum quemque non lateat. Tunc ergo, cum effugiſſet Manes, nuſquam comparuit. Turbo vero miniſter Archelao traditur a Marcello, quem cum Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perſeveravit. Manes autem fugiens advenit ad quendam vicum longe ab urbe poſitum, qui appellabatur Diodori. Erat autem Presbyter loci illius nomine, & ipſe [2] Diodorus, quietus, & mitis, fidei, ac famæ bonæ valde, & cum quadam die Manes, congregata turba, [3] concionaretur, ac peregrina quædam, & aliena a paterna traditione populo, qui aſtabat, aſſereret, nullum omnino ex his formidans, quod ſibi poſſet obſiſtere, Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epiſtolam, continentem hæc.

[4] *ARCHELAO EPISCOPO DIODORUS. S. D.*

XL. SCire te volo, religioſiſſime Pater, quoniam advenit quidam in diebus iſtis, nomine Manes, ad loca noſtra, qui novi Teſtamenti doctrinam ſe adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, noſtræ fidei; quædam vero aſſerebat longe diverſa ab iis, quæ a noſtra [5] paterna traditione deſcendunt. Interpretabatur enim quædam aliene, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina viſa ſunt, & infida: Pro quibus etiam permotus ſum ſcribere hæc ad te, ſciens doctrinæ tuæ perfectum, & pleniſſimum ſenſum, quoniam latere te horum nihil poteſt: & ideo confiſus ſum ad explananda nobis hæc, invidia te non poſſe prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim ſenſum, tamen propter ſimplices quoſque tuæ auctoritatis compulſus ſum implorare ſermonem. Re vera enim vir valde vehemens tam ſermone, quam opere, ſed & aſpectu ipſo, atque habitu apparet.

Sed & pauca quædam, quæ retinere poſſum ex iis, quæ ab eo dicta ſunt, ſcribo tibi, ſciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Noſti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod aſſerere volunt, ut quæcunque voluerint de ſcripturis aſſumere, hæc propenſius ſui intelligentia depravent. Sed hoc præveniens Apoſtolicus denotat ſermo dicens, *Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepiſtis, anathema ſit*. Itaque poſt hæc, quæ ſemel ab Apoſtolis tradita ſunt, ultra non oportet quicquam aliud ſuſcipere diſcipulum Chriſti. Verum ne ſermonem longius protraham, ad propoſitum redeo. Legem Moyſi, ut breviter dicam, dicebat hic non eſſe Dei boni, ſed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Chriſti; ſed eſſe contrariam, & inimicam, alteram alteri obſiſtentem. Ego audiens, dicebam eis ſermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, *Non veni ſolvere legem, ſed adimplere*. Ille vero ait, nequaquam eum hunc dixiſſe ſermonem; cum enim ipſam inveniamus eum reſolviſſe legem, neceſſe eſt nos hoc potius intelligere, quod fecit. Deinde cœpit dicere plurima ex lege, multa etiam ex Evangelio, & Apoſtolo Paulo, quæ ſibi videntur eſſe contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimeſcit; credo quod habeat adjutorem Draconem illum, qui nobis ſemper inimicus eſt. Dicebat ergo, quod ibi dixerit Deus, Ego divitem, & pauperem facio; hic vero Jeſus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quod nemo poſſit ejus eſſe diſcipulus, niſi renuntiaret omnibus, quæ haberet: ibi vero Moyſes argentum, & aurum ab Ægyptiis ſumens cum populo fugiſſet ex Ægypto; Jeſus autem nihil proximi deſiderandum eſſe præcepit. Deinde, quod ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege caviſſet expendi; noſter vero Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. Quod ibi Moyſes eum, qui ſabbato opus feciſſet, & non permanſiſſet in omnibus, quæ ſcripta ſunt in lege, puniri, lapidarique præcepit, ſicut factum eſt ei, qui adhuc ignorans in ſabbato faſcem ligni collegerat; Jeſus vero in ſabbato etiam lectum portare præcepit a ſe curato; ſed & Diſcipulos in die ſabbati vellere ſpicas, ac manibus confricare non prohibet, quod ſabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis, & variis aſſertionibus hujuſcemodi dogmata ab eo ſummo niſu, atque ſummo ſtudio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apoſtoli Moyſi legem, legem eſſe mortis conabatur aſſerere; Jeſu vero legem, legem eſſe vitæ, per id quod ait, *In quo & idoneos nos [6] faciat Deus miniſtros novi teſtamenti, non litera, ſed ſpiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod ſi [7] miniſterium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum eſt in gloria,*

Galat. 1. 8.

Matt. 5. 17.

Prov. 22. 2. Matt. 5. 3. Luc. 14. 33. Exod. 12. 35.

Exod. 22. 24.

Luc. 6. 29.

Num. 15. 37.

Marc. 2. 5. Luc. 6. 2.

2. Cor. 3. 6.

NOTÆ ZACAGNI.

1 *Fugere*, & *effugere*, pro fugare, in fugam conjicere, ſuo loquendi more dicit antiquus interpres.

2 Neſcio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hæreſ. num. 11.

3 In Caſinenſi codice, *continuaretur*.

4 Meminit hujus epiſtolæ Epiphanius in hac hæreſi num. 11. ejuſque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epiſtolæ vox, *ſalutem*, deeſt in cod. Caſinenſi, ſed literam ſ, eam vocem indicantem repetere neglexit librarius, eo quod in fine præcedentis vocis exiſtat.

5 Videant hæretici quam clare, tam hic quam infra Diodorus antiquas Eccleſiæ traditiones ſequendas, amplectendaſque eſſe declaret.

6 Vulgata *fecit Deus*, quod magis græco textui conſonum eſt.

7 Vulgata, *Miniſtratio mortis, literis deformata in lapidibus*; ſed noſtri interpretis lectio magis ad ſenſum græci, quo nunc utimur, textus accedit.

ANNO CHRISTI 277.

gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ [1] *destruetur; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria? Si enim ministerium damnationis gloria est, multo magis abundabit ministerium justitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum est, quod glorioſum factum est in hac parte propter eam, quæ supereminet, gloriam: si enim quod destruetur per gloriam est, multo magis, quod manet in gloria est.* Sed hoc quidem, sicut ipse nosti, in secunda ad Corinthios epistola. Addit autem ex prima epistola, terrenos esse dicens discipulos veteris testamenti, & animales, & ideo carnem, & sanguinem regnum Dei possidere non posse. Ipsum quoque Paulum ex propria sua persona dicebat asserere id quod ait, *Si ea, quæ destruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æstimo.* Sed & illud eundem ipsum evidentissime de carnis resurrectione dixisse, non esse Judæum, qui in manifesto est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio, neque secundum literam, legem quicquam utilitatis retinere. Et rursum, quod Abraham habet gloriam, sed non apud Deum. Tantummodo agnitionem peccati per legem fieri. Sed & alia multa, legi obtrectans, inferebat, eo quod lex ipsa peccatum sit, in quibus simplices quique, dicente eos movebantur; & usque ad Joannem igitur ajebat lex, & prophetæ. Ajebat autem Joannem regnum cœlorum prædicare; [2] nam & per abscissionem capitis ejus hoc esse indicatum, quod omnibus prioribus, & superioribus ejus abscissis, posteriora sola servanda sint. Ad hæc igitur nobis, o religiosissime Archelae, paucis rescribe; audivi enim non mediocriter tibi esse in talibus studium; Dei enim donum est, idcirco quod dignis, & amicis suis, sibique propositi societate conjunctis, Deus donat hæc munera. Nostrum enim est propositum [3] præparare, & proximos fieri benignæ, ac diviti menti, & continuo ab ea largissima munera consequimur. Quoniam ergo in iis voto, & proposito meo sermonis non sufficit eruditio (idiotam enim me esse confiteor) ad te misi, sicut sæpius dixi, quæstionis hujus solutionem plenissimam recepturus. Incolumis mihi esto, Pater incomparabilis & honorabilis.

XLI. Accepta hac epistola Archelaus admiratus est hominis audaciam; sed interim Diodori allegationibus, ut res suadebat celerem da re responsum, continuo scripsit hoc modo.

ANNO CHRISTI 277.

[4] *ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO FILIO HONORABILI*
Salutem.

Acceptis literis tuis, valde gavisus sum, Dilectissime. Cognovi autem, quod vir iste, qui ante hos dies ad me venerat, & scientiam aliam, præter eam, quæ Apostolica est, & ecclesiastica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit, quem quidem ego non admisi, in præsenti enim nobis disputantibus confutatus est. Et velim quidem omnia, quæ a me dicta sunt, scribere tibi, ut ex his agnoscere fidem ejus; sed quia de vacanti [5] fieri poterit hoc, nunc, quod instat, paucis respondere tibi necessarium duxi, ad ea quæ mihi scripsisti, quod ab illo dicerentur. Erat ergo ei [6] summum studium legem Moysi ostendere non esse consonantem legi Christi, & hæc ex nostris scripturis asseverare tentabat. Nos vero ex eadem ipsa scriptura non solum confirmavimus legem Moysi, & omnia, quæ in ea scripta sunt; verum etiam omne vetus testamentum convenire novo testamento, & consonare probavimus, unumque esse textum, tanquam si una vestis videatur [7] ex subtegmine, atque stamine esse contexta. Hoc solum, quod veluti purpuram videmus in veste, novum testamentum [8] in textura veteris testamenti; [9] gloriam enim Domini in eodem speculamur. Non ergo abjiciendum est [10] speculum, cum nobis ipsam imaginem rerum similem, veramque [11] demonstret; quin potius, & eo amplius honorandum est. Sed & puerum, [12] qui ad Doctores a pædagogo perducitur, cum adhuc parvulus est, nunquid cum ad ætatem pervenerit [13] dehonorare [14] oportet pædagogum, propterea quod jam opera ejus non indiget, & potest solus jam sine ejus adminiculo ad scholas pergere, atque ad auditoria properare? [15] Aut rursum parvulus, qui lacte nutritus est, cum profecerit ad validiores cibos, cum injuria debet abjicere, atque exhorrescere nutricis mammillas? quin potius veneratur, & colit, & beneficii sui [16] debitor fatetur. Aliud etiam, si videtur, [17] adhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cum vidisset infantem, & jam vehementer afflictum, [18] collegit eum, & nutrire apud se cœpit,

Exod. 34. 35.

1. Cor. 15. 50.

Gal. 2. 18.

Rom. 2. 28.

Rom. 4. 2.
Ibid. 3. 29.

Joan. 1. 29.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Infra cap. 42. habet, *aboletur*.

2 In Casinensi, *nam & abscissionem*, omissa, ut patet, præpositione *per*. Sed & legi potest, *abscissione*.

3 In Casinensi codice legitur, *præparare proximus fieri benignæ hac diviti menti*. Et infra, *Idiotam me esse confiteor*. Sed ita emendandum esse, uti editum est, nemo, ut arbitror inficias iverit.

4 Hanc Archelai epistolam cum subsequentibus nonnullis usque ad caput 46. hujus operis edidit pariter ex codice Bobiensi Valesius, cujus varias lectiones adnotamus.

5 Codex Bobiensis, *fieri potest*.

6 Cod. Bobiensis, *suum studium*.

7 In Casinensi est, *ex subtegmine*, & *qua stamine*. Sed nos Bobiensis cod. lectionem meliorem esse censuimus.

8 Codd. Casin. & Bob. *in texturam*.

9 Corruptus est hoc in loco Bobiensis codex, quem non recte Valesius correxit.

10 Casinensis non recte, *speculum nobis per ipsam imaginem*. Sed melior alia Bobiensis codicis lectio, quam secuti sumus.

11 Bobiensis, *demonstrarit*.

12 Et hic melior Bobiensis codicis lectio; nam Casinensis habet, *qui a doctore its a pædagogo*.

13 Codex Bobiensis, *dehonestare*.

14 Codex Casinensis, *oportet & pædagogum, propter quod ore ejus non indiget*. Et paulo post, *atque plauditorta properare*. Sed nos Bobiensis codicis lectionem expressimus.

15 Bobiensis, *Ut rursum*.

16 Casinensis, *debitorem*. Forte, *& beneficii se debitorem fatetur*.

17 Bobiensis, *adhibeamus*.

18 Idem codex, *colligit, & nutrire apud se quærit*

ANNO CHRISTI 277

pit, usquequo ad ætatem adolescentiæ perveniret, toleravitque omnes, [1] qui evenire solent nutritoribus, labores. [2] Accedit vero post tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, & invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de justo enim puero mihi sermo est. Nonne multis donis munerato eo, qui se educaverat, sequitur naturalem [3] patrem pro respectu hæreditatis? Ita mihi intelligendum est magnificum Dei famulum Moysen [4] inveniisse populum afflictum ab Ægyptiis, quem assumptum nutriebat in deserto [5] tanquam pater, docebat ut magister, regebat ut rector. Conservavit populum, usquequo veniret cujus est; & post aliquantum tempus adveniens pater, oves recepit. Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem; gloriabitur vero ab iis, qui ab eo conservati sunt? Quis igitur ita mentis insanæ est, o Dilectissime Diodore, ut alienos a se dicat eos, qui inter se conjuncti sunt, qui pro se invicem prophetarunt, [6] qui æqualia, & sibi similia, atque cognata, imo potius germana signa, ac prodigia demonstrarunt? Et primo quidem Moyses ad populum dixit: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster sicut me.* Jesus deinde ait, de me enim Moyses locutus est. [7] Vides quomodo dexteras sibi invicem tradunt, [8] quamvis alter Propheta, alter vero Filius sit dilectus; alter fidelis famulus, alter vero Dominus agnoscatur. Sed & quondam, volens quis sine pædagogo ire ad scholas, non suscipitur a magistro dicente, non eum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit autem, de quo dicimus, breviter exponam. Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multa luxuria quotidie degens; alius vero pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum [9] poterat invenire. Accidit utrunque vita discedere, & in infernum descendere, & pauperem mitti in locum requiei, & reliqua, quæ nosti. Verumtamen erant divitis fratres quinque, [10] ea quæ & ipse egerat, agentes, sine dubio quæ domi a tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore, ut ediscceret majorem doctrinam; Abraham vero sciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei, habent Moysen, & Prophetas. Si enim illos non susceperint, ut ab eo, velut pædagogo gubenentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

ANNO CHRISTI 277

XLII. Sed & de aliis sermonibus, ut potero, exponam, idest, quod non contraria Moysi locutus est Jesus, [11] aut fecit. Primum quod ait oculum pro oculo, dentem pro dente, [12] hoc justum est; quod autem cæsum præstare jubet & alteram maxillam, [13] hoc bonitas est. Nunquid justitia bonitati contraria est? Absit; profectus autem est de justitia ad bonitatem. Et rursus dignus est operarius mercede sua. Quod si voluerit quis fraudem facere, [14] exigi ab eo illa, quæ per fraudem interceperat, justissimum est, maxime cum multa sit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Israel per operum compulsores in fingendis lateribus, quod cum suppliciis Moyses totum pariter intra unum momentum temporis exegit; [15] nunquid hoc iniquitas appellanda est? Absit. Illa sane bonitatis est [16] abstinentia, cum utitur quis frugaliter, renuntians omnibus, quæ superflua sunt. [17] Quod vero in veteri testamento dictum est: Ego divitem facio, & pauperem; Jesus vero beatificat pauperes, non dixit [18] secularis substantiæ pauperes, sed pauperes spiritu, idest, qui non superbia [19] inflammantur, sed humilitate [20] se mitigant, & inclinant, non plus sapientes quam oportet sapere. Quam quidem adversarius quæstionem non competenter aptavit. Hic enim video & Jesum libenter intuentem divitum munera, cum in gazophylacio [21] offeruntur; & parum hoc est, si a solis divitibus in gazophylacio munera [22] offeruntur; imo vero etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter suscipiuntur, in quo amplius aliquid, quam quod Moyses præceperat, de suscipienda pecunia, demonstratur. Ille enim [23] ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed ait, scriptum est, *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Rursum video Centurionem valde divitem, & seculari præditum potestate, fidem habere plusquam [24] omnem Israelitam; ut si quis fuit etiam qui renuntiaverat, a Centurione superatur

Luc. 14. 33. *Matt.* 8. 10.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Idem codex, *qui venire solent nutricibus labores.*
2 Idem cod. *Accidit vero post tempus, ut is qui &c. requireret puerum, & inveniret eum.*
3 Codex Bobiensis, *patrem prospectu.* Et mox, *mihi intellige magnificum.*
4 Male Casinensis, *venisse.*
5 Bobiensis habet, *tanquam pater educabat. Ut magister regebat, & conservabat populum &c. Et cum post aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.*
6 Codex Bob. *qui æqualia, atque cognata.* Mox, *ad populum: Prophetam.*
7 Male Casinensis codex, *Unde.*
8 Male Casinensis, *quam.*
9 Codex Bobiensis, *potest* mala lectio.
10 Codex Bob. *& ea quæ ipse gesserat agentes.* Et infra, *uno tempore discere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham vero.*
11 Male Casinensis, *autem fecit.* At in Bobiensi cod. sequitur, *Primum quidem, quod aut.*
12 Codex Bobiensis, *in hoc.*
13 In Bob. codice hic plura verba desunt: habet enim, *hoc bonitas est. Absit.*
14 Cod. Bob., *& exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat.* Casinensis vero, *exige ab eo illa quæ fraudem interceperat.* Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.
15 Bobien. *exigit. Numquid iniquitas.*
16 Hinc patet Valesium recte ad marginem emendasse Bobiensis codicis lectionem, quæ habet, *absentia.*
17 Codex Bobiensis, *Quod ergo*, & mox, *Jesus beatificat.*
18 Codex Bobiensis, *seculari substantia.*
19 Forte, *inflantur.*
20 Codex Bobien. *humilitate mitigant.*
21 Codex Casinensis, *offerentur, & pauperum hoc est.* Bobiensis autem, *offeruntur; & parum hoc est*, quæ vera est hujus loci lectio.
22 Codex Bobiensis, *inferuntur.*
23 Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant, suscipiebant.*
24 Idem codex, *omnem Israel; ut si quis fuerit.*

ANNO CHRISTI 277.

in fide. [1] Sed dicet nobis quis, non est ergo bonum renuntiare divitiis. Bonum, inquam, his, qui possunt; [2] sed abuti divitiis ad opus justitiæ, atque misericordiæ, parem gratiam tribuit, ac si universis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, destructum esse sabbatum, non plane destruxit; ipse enim [3] Dominus erat sabbati; tanquam si sponsi quis custodiens thorum diligenter [4] extructum, a nullo alio extraneo vexari vel contingi [5] patiatur, usquequo ipse sponsus adveniat, & cum advenerit, strato suo, sicut libuerit, utatur, vel hi, quos ipse secum jusserit introire. Testimonium etiam dedit his, quæ dicimus, cælesti voce ipse Dominus Jesus Christus dicens, *Nunquid potestis* [6] *filios sponsi facere jejunare, donec cum ipsis est sponsus?* Sed circumcisionem non objecit, quin potius ipse pro nobis in semetipsum causam circumcisionis [7] excepit, labore nos relevans, & pati nos frustra doloris aliquid non sinens. Quid enim prodest circumcidenti se quidem, & adversus proximum suum pessima cogitanti? Voluit autem magis largissimæ viæ [8] spatia compendioso nobis tramite demonstrare, ne forte, cum longa spatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; & dum de foris quidem splendidi hominibus apparemus, intrinsecus lupis rapacibus comparemur, aut sepulchris conferamur dealbatis. [9] Multo enim ille huic præferendus est, qui veste squalida, ac detrita circumdatus, nihil mali in corde suo conclusum retinet adversum proximum suum. [10] Cordis enim circumcisio sola salutem confert; nihil præstat eis ista carnalis, nisi forte spirituali circumcisione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura, *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt.* Quid ergo mihi opus est laborare, cum cognoverim [11] compendia viæ, si possum mundus esse corde, sicut & si quis prævaleat in duobus mandatis omnem legem implere, & Prophetas? Post hæc vero omnia edocet Apostolorum maximus Paulus [12] dicens, *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus.* Quid ergo mihi opus est, [13] circumcisione, cum possim & in præputio justificari? & scriptum est, [14] *Si quis circumcisus est, non adducat præputium, aut si quis in præputio est, non circumcidatur. Utrumque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei.* Cum ergo nullum possit salvare circumcisio, non magnopere requirenda est; maxime cum si quis in præputio vocatus fuerit, & circumcidi voluerit, continuo [15] prævaricator legis efficiatur. Si enim circumcidor, & mandata legis adimpleo, ut salvari possim, incircumcisus, & in præputio positus, multo magis mandata custodiens habebo vitam. In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam [16] literæ per atramentum, in quo laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Non ergo referatur ad me hujuscemodi incusatio. Sicut enim [17] aliquis dives multis auri, atque argenti [18] talentis, ita ut omne domestici utius ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum in nullo vasis fictilis speciem requirit, sed non propterea [19] figuli opus, aut ars fictilium vasorum ab eo detestanda est; ita etiam ego gratia Dei [20] dives factus, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam illius vilissimæ circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. Ait. Quod si diligentius de his voluerit aliquis edoceri, inveniet hæc in [21] epistola prima Apostoli [22] plenissime tractata.

Marc. 2. 19.

Rom.

XLIII. De velamento vero Moysi, & de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid adversus legem videntur. Ait ergo sermo [23] propositus, *Quod si ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur*, & reliqua, tamen gloriam esse confitetur in vultu Moysi; quod est amicum nobis. Quod si destruitur, & velamen [24] habet lectio ejus, hoc me non exacerbat neque conturbat, si tantum in eo [25] gloria sit. Neque vero omnigene in ignobilitatem redigitur, quod [26] destruetur. Cum enim deglo-

ria

Matt. 5. 8.

1. Cor.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Codex Bobiensis, *dicit*.
2 Bobiensis codex, *sed & abuti*. Forte, *sed & uti*, vel, *sed etiam uti*.
3 Codex Casinensis, *Deus*.
4 Ita codex Bobiensis; nam Casinensis male, *extruxit*.
5 Idem codex, *patitur*. Et mox, *quos secum*.
6 In græco est υἱοὶ νυμφῶνος, *filii thalami sponsalis*, seu ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quæ meliores sunt hujus loci versiones.
7 Codex Bobiensis, *susceptit*.
8 Codex Bobiensis, *viæ compendiosum nobis tramitem demonstrare*.
9 Idem codex, *multum enim*.
10 Idem codex, *cordis ergo*. Et mox, *nihil præstante carnali*. Et infra, *muniatur*.
11 Idem codex, *compendium viæ*.
12 Idem codex, *dicens*, *experimentum*.
13 Idem codex, *circumcisio*.
14 Melius Vulgata juxta fidem græci textus, *Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.*
15 Codex Bobiensis, *Prædicator legis*; mala lectio.
16 Legendum forsitan, *litera*, ut cum D. Pauli loco in epistola ad Romanos, ad quem Archelaus respicit, concordet.
17 Male Casinensis Codex, *alius*.
18 Bobiensis, *talentis repletus, ita omne*.
19 Codex Bobien. *figuli opus aufers, aut fictilium*. Casinensis vero, *figuli opus & ars, aut fictilium*; sed videtur legendum, *figuli opus, aut ars fictilium*, uti editum est.
20 Cod. Bobien. *dives factus sum, & cordis circumcisionem consecutus, nequaquam*. At Casinensis, *dives factus, & circumcisionem consecutus, nec quicquam*. Nos Casinensem ex Bobien. partim supplevimus, partim emendavimus.
21 Epistolam primam intelligit epistolam ad Romanos, quam ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in Hæresi 42, ubi crimini vertit Marcioni, quod Epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli epistolas collocaverit. Vide etiam supra cap. 34.
22 Male cod. Bob. *plenissime pertractans*.
23 Male cod. Bobiensis, *propheticus*. Et mox, *literis firmatum*.
24 Bobiensis codex, *si habet*.
25 Cod. Bobien. & hic corruptam lectionem exhibet, nempe, *gloria; neque vero omni genere in nobilitate*. Vir Jesius recte emendat, *in ignobilitatem*.
26 Cod. Bobiensis, *destruitur*.

ANNO CHRISTI 277. Cor. 15. 41.

ria disputat Scriptura, [1] scisse se differentias gloriæ testatur, *Alia enim*, inquit, [2] *gloria solis, alia gloria Lunæ, alia gloria stellarum; stella enim a stella differt in gloria*. Si enim sol majorem habet gloriam, quam Luna, non continuo in ignobilitatem Luna redigitur. Ita & si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen, tanquam Dominus famulum, non continuo respuenda est gloria Moysi; ita enim possumus satisfacere auditoribus, sicut & verbi ipsius [3] natura persuadet, ex scripturis, quæ dicimus, affirmantes, vel certe etiam exemplis ea manifestius comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cum sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis; sed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam Soli; quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius [4] servavit. Custodivit ergo populum lex Moysi tanquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster oriretur, sicut & ait, *Et illuminabit Christus*. Sed quod dicit, *Obscurati sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim ipsum velamen* [5] *manet in lectione veteris testamenti. Non revelatur, quia in Christo* [6] *destruitur. Usque in hodiernum enim, cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conversus* [7] *fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est*. [8] Quid inquit? Usque in hodiernum ne præsens est Moyses, non dormivit, non requievit, non [9] abscessit e vita? Quomodo in hodiernum dicit? Sed intuere velamen, ubi dicit, positum [10] supra cor eorum, in lectione eorum. Hæc est vox, quæ arguit filios Israel legentes Moysen, & non intelligentes, neque convertentes se ad Dominum, quoniam ipse est, qui a Moyse prophetatus est venire. Hoc est velamen, quod erat positum super faciem Moysi, quod est testamentum ejus; [11] ait enim in lege, *Non deficiet Princeps ex Juda, neque Dux* [12] *de femoribus ejus, usquequo veniat, cujus est, & ipse erit expectatio gentium.* [13] *Qui alligabit ad vitem pullum suum, & ad optimam vitem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ indumentum suum.*

Ephes. 5. 14.

2. Cor. 3. 14.

Gen. 49. 10.

[14] *Suffusi oculi ejus a vino, & candidi dentes ejus a lacte*, & reliqua. Qui etiam & unde venturus esset designavit dicens, *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris*[15], *sicut me; ipsum audite*. Et quidem quia non possit intelligi, hoc de Jesu [15] Nave dictum esse, manifestum est. Nihil enim hujus circumcisionis in ipso invenitur; adhuc enim ex Juda Reges fuerunt post ipsum, & ideo aliena longe est ab eo hæc prophetia. [16] Et hoc est velamen, quod est in Moysen: neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, linteum aliquod, aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, velamen esse positum in lectione veteris testamenti, propter quod is qui appellatur antiquitus Israel, expectat adventare Christum, non [17] intelligentes, quia defecerunt ex Juda Princeps, & ex semoribus ejus Duces; sicut nunc videmus [18] Regibus eos, Principibusque subjectos tributa pendere, nulla sibi potestate, vel judicandi, vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, quia Thamar, posteaquam condemnaverat, potuit [19] justificare. Sed & videbitis vitam vestram pendentem ante oculos vestros.

ANNO CHRISTI 277. Deut. 18. 15.

Gen. 38.

Deut. 28. 9.

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Usque ad Herodem enim ex parte aliqua regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima [20] adscriptio in eis facta est, & cœperunt tributa pendere, & censum dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus cœptus est prophetari, atque expectari, ex eo Principes ex Juda esse cœperunt, & Duces populi, qui rursum defecerunt [21] in adventu præsentiæ ejus. Si ergo auferatur velamen, quod in illa lectione positum est, [22] intelligent virtutem circumcisionis, invenient & generationem ejus, quem prædicamus, & Crucem, & quæcunque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse, quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de scripturis discutere unumquemque [23] sermonem, & ostendere, ut intelligi dignum est; sed quoniam nunc aliud est, quod urget, [24] de vacanti nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine causa velamen positum super cor quorundam

NOTÆ ZACAGNI.

1 Idem codex, *scis esse differentias gloriæ; alia enim gloria*. Mala lectio.
2 Vulgata, Irænеus lib. 2. cap. 24. & Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum cap. 58. habent *claritas*, pro *gloria*. Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano de Resur. Carnis cap. 52.
3 Bobiensis, *natura demonstrat*. Mox, *exemplis manifestius*. Et infra, *sol exortus*.
4 In cod. Bobien. *servabit*. Male Casinensis cod. *observavit*. Et infra, *ante quam lucerna*. E contra pejor in seq. Bobien. cod. lectio, ubi sic se habet, *Sol nobis verus Salvator oriretur, sicut ait, & illuminat tibi Christus. Sed qui dicit*.
5 Codex Bobiensis, & Vulgata ita legunt, sed in Casinensi habetur, *tenet, & in lectione*.
6 Codex Casinensis, *destruetur*, lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, *non revelatum*, utrobique juxta fidem græci textus.
7 Cod. Bobiensis, *fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen*. Vulgata etiam habet, *auferetur*. At in Casinensi cod. est, *aufertur*.
8 Casinensis, *quod*, mala lectio.
9 Codex Bobiensis, *abscessit vita? Quamobrem ergo in hodiernum*.
10 Idem Codex, *supra cor eorum. Hæc est*.
11 Idem cod. *ait enim intellige*, & mox *de Juda*.
12 Cod. Bobien. *de femore ejus usquequo veniat, qui est*. Cæterum ista hujus loci interpretatio longe diversa est a Vulgata, & ab antiquioribus versionibus, quas exhibent Tertullianus de Trinit. cap. 9. & Cyprianus adv. Judæos lib. 1. cap. 21. sed nec græco LXX. Interp. textui respondet, licet non una semper sit ejusdem lectio in codd. mss. & apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.
13 Cod. Casin. *quia alligabit*; sed hanc lectionem ex repetitione vocalis, *a*, ortam puto. Bobiensis, *alligavit*.
14 Cod. Bobien. *effusi oculi*. Mox. *Qui enim*. Mox, *designavit, Prophetam*.
15 In Bobiensi inepta lectio, *Manu*.
16 Cod. Casin. *Et hæc est velamen*, & infra, *vel pellis*.
17 Cod. Bobien. *intelligens*.
18 Male Bobien. cod. *Regibus eos, Regibusque subjectos*.
19 Cod. Bobien. *justificare. Sed videbitis*. Casin. *justificari. Sed & videbitis*.
20 Bobiensis codex, *abscriptio*. Mox, *cœperuntque*. Et infra, *Dominus meus*.
21 Idem codex, *in adventum*.
22 Idem cod. *intelligens*. Et infra, *ipsa quæ de eo*.
23 In cod. Bobien. mutilus est hic locus; habet enim, *sermonem, ut intelligi dignum est. Dixisse nunc sufficit*.
24 In Casinensi est, *de vacantibus*; sed legendum, *de vacanti*. Sic supra cap. 41.

ANNO CHRIST 377.

in lectione veteris testamenti. Quicunque vero ad Dominum convertuntur, ab iis [1] velamen auferetur. Quæ omnia quam vim habeant in se se, his qui sensu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, [2] quo ait; *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me;* in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, [3] scientis eum, qui venturus esset, amplius se quidem auctoritatis habiturum, similia tamen esse passurum, & similia signa, ac prodigia ostensurum. Ibi enim Moyses natus a matre sua *Exod. 2.* [4] in thibin positus exponitur ad ripas fluminis: *Matt. 2. 13.* hic Dominus noster Jesus Christus natus ex [5] matre sua Maria, per Angelum fugatur in Æ- *Exod. 14.* gyptum. Ibi Moyses educens populum de medio Ægyptiorum, salvavit; & hic Jesus populum de medio Pharisæorum educens, æternæ *Exod. 16.* tradidit saluti. Ibi Moyses per orationem petens, e cælo accepit panem, quo pasceret populum in deserto; hic [6] Dominus meus Jesus vir- *Matt. 14.* tute propria ex quinque panibus viros quinque- *Exod. 34.* millia satiavit in deserto. Ibi Moyses cum probaretur, positus in monte jejunavit quadraginta *Matt. 4. 2.* dies; & hic Dominus meus Jesus a spiritu actus in desertum, cum tentaretur a Diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. Ibi in *Exod. 12.* conspectu Moysi, propter infidelitatem Pharaonis, omnia Ægyptiorum primogenita perierunt; *Matt. 2. 16.* & hic Jesu nascente, propter infidelitatem Herodis, omne [7] masculinum Judæorum subito pe- *Exod. 8.* rit. Ibi Moyses orat, ut parcatur a plagis Pharaoni, ac populo ejus; & hic Dominus noster Je- *Luc. 23. 34.* sus orat indulgeri Pharisæis dicens, *Pater ignosce* *Exod. 34. 35.* *eis, quoniam nesciunt quid faciant.* Ibi Moysi vultus resplenduit [8] in gloria Domini, ita ut non possent filii Israel intendere in faciem ejus, propter *Matt. 17. 2.* gloriam vultus ejus; & hic Jesus Christus Dominus resplenduit sicut sol, & discipuli ejus non poterant [9] aspicere in faciem ejus, propter gloriam vultus ipsius, & immensum luminis splendorem. *Exod. 32.* Ibi Moyses eos, qui [10] vitulum statuerant, gla- *Matt. 10. 34.* dio dejecit; & hic Dominus Jesus ait, *Veni gladium mittere super terram, & [11] dividere hominem* *Exod. 14. in fine.* *a proximo suo*, & reliqua. Ibi Moyses [12] in caliginem nubium aquas ferentium sine metu incessit; & hic Dominus Jesus cum omni potestate super aquas ambulavit. Ibi Moyses imperavit mari; & hic Dominus Jesus cum esset [13] in mari, surgens imperavit ventis, & mari. Ibi Moyses cum impugnaretur, extensis manibus certavit adversus Amalech; & hic Dominus Jesus impugnatis nobis, & pereuntibus violentia erratici spiritus, qui nunc [14] in justis operatur, extensis in Cruce manibus, salutem dedit. Sed & alia multa prætereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te [15] libellum hunc velociter mittere, quæ tu pro tua prudentia facile poteris reparare. Scribe autem [16] mihi omne, quod postea egerit adversariæ partis minister. Incolumem [17] anima, & spiritu custodiat Deus omnipotens.

ANNO CHRI 377. *Matt. 1. Exod. 14. Matt. 8. Exod. 17.*

XLV. Accepta hac epistola Diodorus, & collecto ex ea sensu, confixit adversus Manem, ita ut ab omnibus collaudaretur, quod diligenter, & competenter ostenderit, duorum testamentorum, atque utriusque [18] legis inter se se cognationem: plura etiam ex semetipso inveniens, objecit ei valida valde & fortia pro veritate. Concluserat etiam adversarium Diodorus, [19] ex nominibus, dicens ita; Dixisti duo esse testamenta, dic ergo duo esse vetera, aut duo nova? Ejusdem enim temporis, vel potius æternitatis, duo asseris esse ingenita; & si duo sunt, duo esse [20] oportet vetera testamenta, aut duo nova. Quod si hoc non dicis, sed unum esse vetus, & aliud novum, [21] rursum unus utriusque auctor ostenditur, & ejus esse vetus, cujus & novum, consequentia ipsa [22] edocet: veluti si quis dicat [23] homini, loca mihi veterem domum tuam; [24] nonne per hoc etiam novæ domus dominum eum esse pronunciat? Aut rursum si dicat ei, novam domum tuam præsta mihi; nonne eodem verbo etiam veterem eum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia [25] ex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam, ex eo necesse est etiam habere unumquemque ipsorum vetus testamentum, & fient duo vetera testamenta; si tamen ambos antiquos, & sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturæ. Tu vero qui dicis legem Moysi esse maligni Principis, & non boni Dei, dic mihi, qui erant illi,

NOTÆ ZACAGNI.

1 Codex Bobiensis, *velamentum*.
2 Codex Bobiensis, *quod ait*.
3 In Casinensi codice scribitur, *scientibus*, in Bobiensi, *scientes*. Sed Valesius, *scientis*, emendandum censuit, cujus sententiæ adstipulati sumus. Infra Bobien. & *amplius*.
4 Thibis, θιβις, apud LXX. est fiscella scirpea in Vulgata. Mox Bobiensis, *ripam*.
5 Cod. Bobiensis, *matre Maria*.
6 Cod. Bobien. tam hic, quam infra, *Dominus noster*. Mox, *saturavit*.
7 Idem, *masculum*. Mox, *pro populo*. Infra, *Phariseis*, *pater*. Mox, *quid faciunt*.
8 Codex Bobiensis, *in gloriam*.
9 Idem, *respicere*. Mox, *vultus ejus*.
10 Cod. Bobien. *vitulum fecerant*.
11 Melius Vulgata, *separari hominem adversus patrem suum*, & Tertullianus adv. Gnosticos cap. 10, *dividere hominem &c.*
12 Bobiensis codex, *in caligine*.
13 Idem codex, *in navi*.
14 Codex Bobiensis, *in istis*.
15 Codex Bobien. *velociter libellum*.
16 Idem, *mihi*, *carissime*, *quid postea*.
17 Codex Casinensis, *Deus omnium*.
18 Male Casin. cod. *legis inesse cognitionem*. Male & infra Bobien. *ventens objecit*. Sed & Casin. pro, *objecit*, male habet, *objecta*.
19 Ridicula est hic Bobiensis cod. lectio, in quo scribitur, *ex navibus*; e contra Casinensis mox habet, *dicens ita*, *dixit*, mala itidem lectio.
20 Cod. Bobien. *oportet & vetera*.
21 Male Casinensis, *rursus omnis utriusque*.
22 Codex Casin. *decent*.
23 Hæc est Bobiensis Codicis lectio; nam in Casinensi est, *homini diviti mihi*, nullo sensu. Forte, *dimitte mihi*.
24 Codex Bobien. *non per*, sed in seq. habet, *nonne*.
25 Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, *ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentum, & fient &c.* Valesius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo sunt ingenita, habent ex natura ipsorum testamentum*. Sed ipsum male conjecisse Casinensis codex ostendit.

ANNO CHRISTI 277.

illi, qui resistebant in faciem Moysi, Jamnem dico, & Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibimetipsi resistit, sed alii, aut meliori, aut deteriori, sicut Paulus indicat ad Timotheum in secunda epistola sua [1] scribens. *Quemadmodum Jamnes, & Mambres restiterunt Moysi;* 2. Tim. 3. 8. *ita & isti restiterunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient.* [2] *Insipientia enim eorum omnibus nota est, sicut & illorum fuit.* Vides quomodo Jamnem, & Mambrem hominibus comparat corruptis mente, & reprobis circa fidem; Moysen vero veritati. Sed & Sanctus Joannes maximus Evangelistarum ait, gratiam gratia præstare, & differre; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illa gratia per Jesum Christum esse completam in nobis. Quod ostendens etiam ipse Dominus noster Jesus ajebat, [3] *Non putetis, quia ego vos* Joan. 5. 45. *accusabo ad patrem. Est qui vos accuset Moyses,* [4] *in quem vos speratis; si enim* [5] *credaretis Moysi, crederetis utique & mihi; de me enim ille scripsit. Quod si literis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sunt etiam [6] alia multa, quæ dici possent & de Apostolo Paulo, & de Evangeliis, ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius, quam Domini, cujus est novum testamentum, quæ nos competenter [7] exponere, & aptare convenit. Jam vesper impedit, dies enim clauditur, & finem nos disputandi facere par est; crastino autem [8] nobis, de quibus tibi videtur, quæstiones habeantur. Et his dictis discesserunt. [9]

XLVI. Cum autem mane factum esset, subito adventavit Archelaus ad castellum hunc, in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes vero ignorans præsentem esse Archelaum, rursum Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quod advertebat, eum hominem esse simplicem, & non satis scripturarum quæstionibus eruditum; Archelai enim doctrinæ jam perceperat gustum. Cum ergo & turbæ convenissent ad solitum disputationis locum, & Manes jam verba facere cœpisset, subito in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus vero, & omnes, qui præsentes erant, admirati sunt opus divinæ providentiæ, ut in tempore ipso adventaret Archelaus, quo quæstio movebatur; re enim vera, quod fatendum est, quasi ex parte aliqua religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cum autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuo ab insultatione, & supercilio non parum dejecto, manifeste intelligebatur, quod conflictum vellet effugere. Multitudo vero auditorum adventum Archelai, velut Apostoli præsentiam, opinata est, pro eo quod ad verbi defensionem tam paratus, & tam promptus existeret. Et cum dextera silentium popposcisset a populo (tumultus enim non mediocris extiterat) hoc modo cœpit Archelaus. Tametsi prudentiam, gloriam etiam nostrorum nonnulli assecuti sunt, tamen hoc vos deprecor, ut eorum, quæ ante me dicta sunt, testimonium reservetis. Scio enim, & certus sum, fratres, quoniam [10] Diodoro non pro ipsius impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cum ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli [11] viri illustris gratia, volens eum divertere a nostra doctrina & a fide, videlicet, quo impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; & tamen omnibus suis verbis in nullo eum divertere, & movere prævaluit. Similis enim inventus est religiosissimus Marcellus petræ, in qua ædificata est domus solidissimis fundamentis, & cum descendisset pluvia, & irruissent flumina, ac venti, & illisissent in domum illam, perstitit; fundata enim erat solidissimis, & immobilibus fundamentis: huic autem, qui præsens est, infamiam potius intulit conatus ipse, quam laudem. Non autem mihi venia dignus videtur, qui ignoraverit, quod futurum est: oportebat enim eum prænoscere, qui sunt proprii sui; siquidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiæ tenebris obcæcatus est, in vanum cucurrit, cum iter faceret ad Marcellum; & similis [12] facere Astrologo describenti quidem cælestia, ignoranti vero quæ suæ domui geruntur. Sed ne videar per hæc verba differre quæstionem, jam fileam; de iis vero dabo ipsi potestatem, sumat quodcunque vult propositionis, & quæstionis initium. Vos tantummodo, sicut superius dixi, indeclinabiles judices esse quæso, ut vera dicenti honorem verum, palmamque tradatis. Matt. 7. 24.

XLVII. Tunc Manes, silentio ab omnibus facto, ita exorsus est. Tu quoque, Archelae, bene me de Deo sentientem, dignamque opinionem de Christo retinentem, verbis molestissimis obtundis, licet tale sit Apostolorum genus, patiens, & ferens omnia, etiamsi eos convitiis quis, aut maledictis obtrectet. Si persequi volueris, paratus sum, & si inferre supplicia, non refugiam. Si etiam interficere me vis, non reformido; illum enim solum oportet timere, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Archelaus dixit. Absit a me. Non est mihi tale propositum. Quid enim perpessus es a me, vel a nostris? Et quidem cum obtrectares, atque injuriam irrogares, & cum detraheres de paternis nostris traditionibus, & cum velles animas hominum bene institutas, ac diligenti cautela servatas interficere, quibus utique repensari non possunt universæ mundi divitiæ? Veruntamen

NOTÆ ZACAGNI.

1 Cod. Bobien. *ita scribens.*

2 Codex Bobiensis. *Insipientia enim illorum manifesta erit omnibus sicut &c.* quod magis ad Vulgatæ lectionem accedit.

3 Cod. Bobien. *non potestis*, pessima lectio.

4 Casin. cod., *Moyses quem*, lectio rejicienda.

5 Codex Bobiensis, *creditis Moysi, crederitis utique forsan & mihi.*

6 Cod. Casin. *alia plura jam, quæ dici possint.*

7 Codex Bobiensis, *exponere & a patre, ut convenit*, quæ verba cum nullum habere sensum vidisset Valesius, *exponere, & aperire, ut convenit*, emendandum esse putavit: & quidem non recte, ut ex Casinensi codice apparet.

8 Codex Bobiensis non recte, *vobis.*

9 Huc usque edidit Valesius.

10 In codice Casinensi erat, *Diodorus*, nullo sensu.

11 Male Casinensis, *viri in legis gratia.*

12 Forte, *factus est.*

ANNO CHRISTI 377.

tamen propter quod assumis, o Manichæe? Quid est quod indicas? Quæ salutis signa ad nos deferas, dicito? Verborum enim nuda jactatio non poterit præsenti multitudini satisfacere, ut agnoscant, qui nostrum rectius obtinet scientiam veritatis. De quo ergo vis nos capite disputare, hoc prius dicito, cum prius dicendi acceperis facultatem. Manes dixit. Si non iterum his, quæ a nobis recte dicuntur, infideliter resistis, dicam: si autem talis existis, qualem te prius sensi, dicam adversus Diodorum, declinans inquietudinem tuam. Archelaus dixit. Prædixi jam, quod abutimur inanitate verborum Si quis [1] nostrum resistere infideliter, invenitur Judicibus hæc permitte discernere; tu autem quid asseras dicito? Manes dixit, Si non iterum resistis his, quæ a me iterum recte, dicuntur incipiam. Archelaus dixit, Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me, aut non resistere, in mea est potestate. Quomodo ergo stabit sermo ille duarum arborum, in quo fidis, veluti scuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quod si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim, quia malum semper permanet malum, & bonum semper permanet bonum, vim verbi istius penitus [2] ignorans. Manes dixit, Nunquid te advocatum meorum adhibui sermonum, [3] ut etiam meæ scientiæ intelligentiam disponas; quippe qui propria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quod si victum jam se profitetur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, & est idoneus ad dicendum, desine tu, & noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficieris tamen postea in numero ejusdem gregis, [4] sicut vox Jesus ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie, nec tamen fuit homo. Archelaus dixit, Ergo non putas eum ex Maria Virgine esse? Manes dixit, Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse [5] confitear; ipse enim testimonium dat, quia de finibus Patris descendit. Et, *Qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et, *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Et, *Non sum missus nisi ad oves perditas domus Israel.* Sunt & alia innumera testimonia hujuscemodi, quæ indicant eum venisse, & non natum esse. Quod si potentior illo es, & magis scire potes, quod verum est, quomodo jam illi credimus? Archelaus dixit, Neque illo potentior sum, servus enim sum, & neque æqualis Domini mei esse possum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his, quæ ab ipso dicta sunt, & hæc indeclinabilia esse confirmo. Manes dixit, Similis tui quidam cum ei aliquando dixisset, *Maria mater tua, & fratres tui foris stant*, non libenter accipiens eum, qui dixerat, increpavit dicens, *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* & ostendit eos qui facerent voluntatem suam, & matres sibi esse, & fratres; sin autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim etiam fratres ex ea habuisse monstratur Et die utrum de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu Sancto? Ergo, & multos Christos, si ex eodem Spiritu Sancto generatos [6] dixeris, habuimus. Quod si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit Joseph Virgo castissima, & immaculata [7] Ecclesia. Quod si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph; dic an fratres habuerit? Nunquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis [8] o prudentissime Marcelle? Quod si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini, unde ei fuisse fratres astrues? Quod si fratres ei fuisse non potes edocere; quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille, qui scribere ausus est, *Ecce Mater tua, & fratres tui foris stant*? Quod etiam si ille ausus est dicere, illo ipso potentior, aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem, aut fratres suos; sed & Davidis [9] esse non dignatur audire. Apostolus Petrus discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit, cum singuli opiniones suas, quas de ipso habebant, promerent, ait, *Tu es Christus filius Dei vivi*, & statim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus cœlestis*. Vide quanta sit differentia eorum, quæ ab Jesu dicta sunt? Illi enim, qui dixerat, *Ecce mater tua foris stat*, respondit, *Quæ mihi est mater, aut fratres?* Ei autem qui dixit, *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatitudinem, benedictionemque restituit. Si ergo de Maria vis esse eum natum, mentitur ipse cum Petro; si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior fefellit. Quod si prior fefellit, causam ad scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundum Apostolum Paulum, cujus vocibus credimus consonantibus duntaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, & Archelao nil habente, quod his posset opponere, hoc enim indicavit tumultus, qui inter eos exortus fuerat; sed cum multitudo conquievisset, Archelaus hoc modo respondit. Vocis quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur, *Propter quod Deus eum exaltavit, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen*; neque in testimonio quis æqualis ei esse poterit, & ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primum quidem dissolvens hæc, quæ a te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim, quia eum, qui nuntiaverat ei de matre aut de fratribus increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundum id quod scri-

Jean. 1. 18. Matth. 10. 40. Jean. 6. 38. Matt. 25. 24. Matt. 12. 47. Matt. 3 Matt. 1 Philip. 2

NOTÆ ZACAGNI.

1 Casinensis codex, *nostrorum*.
2 In Casinensi, *ignoras*.
3 In codice Casinensi est, *aut etiam*, lectio improbanda.
4 Casinensis, *sicut vos Jesus*.
5 In cod. Casin. est, *confitetur*, librarii errore, ut palam est.
6 In Casinensi, *dixerint habuimus*. *Quid*. Sed obvia est hujus loci emendatio.
7 Vox, *Ecclesia*, videtur superflua, & per librarii errorem adjecta. Certe sine ipsa integer est hujus loci sensus.
8 Ex his verbis colligi posse videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori castellum venisse.
9 Casinensis Codex, *David Jesse*.

ANNO CHRISTI 277.

ANNO CHRISTI 277.

ſcriptorem fefellit. Neque is, qui annuntiavit ei de matre, & fratribus increpatus eſt, neque Petrus ſupra illum ſolus beatificatus eſt; ſed uterque ab eo dignam reſponſionem, propria interrogatione percepit, ſicut in conſequentibus ſermo monſtrabit. Cum quis parvulus eſt, cogitat ſicut parvulus, ſapit ut parvulus; cum autem perfectus fuerit vir, deſtruentur ea, quæ ſunt parvuli, ideſt, dum ad priora ſe quis exrendit, obliviſcatur quæ poſt ſe ſunt Unde Domino noſtro Jeſu Chriſto docente, & curante humanum genus, uti ne ſimul omnia deperirent, cumque in talibus ſtudiis mens omnium auditorum eſſet intenta, non opportune ingreſſus hic nuntius de matre ejus fugeſſit, ac fratribus. Quid enim? [1] debuit ne etiam ſe ipſo judicante, derelinquere eos, quos curabat, & quos erudiebat, & cum matre, & fratribus colloqui? Nonne continuo de hoc ipſo detraheres? [2] Cum enim peccatis onuſtos, & gravatos ad diſcipulatum delegit duodecim numero, quos & Apoſtolos nominavit, dicens eis, relinquite matrem, & patrem, ut me digni efficiamini, ut ultra non poſſit eis memoria patris, aut matris robuſtum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei, ibo, & ſepeliam patrem meum, ait, *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos*. Intuere ergo quomodo Dominus meus Jeſus [3] ad neceſſaria diſcipulos ædificat, & pro meritis unicuique ſancta verba committit Ita & in eo tempore, quo importune annuntiaverat ei quidam de matre, non complectitur pro matris præſentia paternum præterire præceptum. Ut autem tibi oſtendam hæc ita eſſe; Petrus aliquando, cum jam beatificationem fuiſſet ab eo conſecutus, ait ad Jeſum, *Propitius eſto Domine, non erit tibi iſtud*, cum dixiſſet ei Jeſus, quia oporteret filium hominis aſcendere Hieroſolymam, & occidi, & tertia die reſurgere; reſpondens ait Petro, *Vade retro, Satana, quia non ſapis, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum ſunt*. Quoniam ergo exiſtimas illum, qui ei de matre renuntiaverat, & fratribus, increpatum eſſe ab Jeſu; iſtum vero, qui paulo ante dixerat, *Tu es filius Dei vivi*, beatitudinem conſecutum, vide quia magis [5] hunc prætulit Jeſus, cui & clementius & cum venia reſponſum dare dignatus eſt; Petro vero poſt illam benedictionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo quod naturam rei ſibi dictæ non diligenter adverterit. Illius enim nuntii error reſponſi ratione colligitur; hujus vero tarditas intellectus acerbiori increpatione damnatur. Ex quo advertere potes, quod Dominus Jeſus interrogationum ſibi opportunitate ſervata, dignum promat ſingulis, opportunumque reſponſum. Quod ſi, ut ais, ex eo quod verum dixerat, Petrus beatificatur, & pro eo quod fefellit, nuntius ille culpatur, dic mihi quare, cum Dæmones eum confiterentur, dicentes, *Scimus te* [6] *qui ſis ſanctus Deus*, increpavit eos, & [7] ſilere præcepit? Cur non (ſiquidem confitentium ſe teſtimoniis delectatur) etiam iſtos, ſicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus eſt? Quod ſi hoc abſurdum eſt, relinquitur ut pro loco, pro tempore, pro perſonis, pro rebus, pro accidentium ſalute, ea quæ dicta ſunt, intelligamus, uti ne temere pronuntiantes, digna coercitione feriamur, & ut te magis, ac magis edoceam, multo amplius illum, qui de matre nuntiaverat, honoratum: tu autem oblitus rei, quæ nobis propoſita eſt, in aliud converſus es. Audi ergo breviter; ſi enim volueris diligentius intueri, quæ dicta ſunt, inveniemus in illo priore, multam Dominum Jeſum oſtendiſſe clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam cum adverſus hoſtem proceſſiſſet armatus, & cogitaret, atque diſponeret quemadmodum poſſet manum ſibi hoſtilem atque barbaram ſubjugare, cumque in multa eſſet cura, & ſollicitudine conſtitutus, in medio adverſariorum poſitus, ac poſtea jam captivos eos tenere incipiens, jam jam illa ſollicitudo immineret, quemadmodum eos, qui ſecum laboraverant, [8] ac pondus belli toleraverant, procuraret, quidem ei nuntius importunus occurrens, de rebus domeſticis ſuggerere aliqua cœpit. At ille admiratus eſt audaciam, atque importunam ſuggeſtionem, & morti tradere hujuſcemodi hominem cogitabat; quod niſi de cariſſimis affectibus talis nuntius extitiſſet, eo quod incolumes eſſe hos, & recte, ac proſpere agentes omnia nuntiaſſet, dignum protinus potuit excepiſſe ſupplicium. Quæ enim erat cura alia Regis, belli duntaxat tempore, niſi provincialium ſalus, niſi diſpoſitio rei militaris. Ita & Domino meo Jeſu Chriſto pugnanti advertum paſſiones, quæ profunda viſcerum obſederant, & curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant devicti, & inclinato omni niſu pro ſalute univerſitatis: ille nuntius importune adveniens de matre, & fratribus nuntiavit. Et potuit quidem ſimilem Petro, aut etiam graviorem accepiſſe ſententiam; ſed matris, & fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed & amplius adhuc omnibus oſtendere cupio, ut agnoſcant univerſi, aſſertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, ſecundum tu dicis, non eſt natus, ſine dubio nec paſſus eſt; pati enim qui natus non eſt, impoſſibile eſt Quod ſi non eſt paſſus, Crucis nomen aufertur Cruce autem non ſuſcepta, nec Jeſus ex mortuis reſurrexit. Quod ſi Jeſus ex mortuis non reſurrexit, nec aliquis alius reſurget. Quod ſi nullus reſurget, nec judicium erit. Certum eſt enim, quia ſi non reſurgam, nec judicer. Quod ſi non judicium erit, fruſtra erit obſervatio mandatorum Dei, nullus abſtinentiæ locus eſt, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Hæc autem omnia

conne-

Deut. 10. 17.

Matt. 9. 59.

Matt. 16. 22.

Luc. 4. 34.

NOTÆ ZACAGNI.

1 In Codice Caſinenſi, *Debuit & etiam*. Mala lectio.

2 In Codice Caſinenſi corruptiſſimo legitur, *Cum enim peccatis bonus, & gravatus ad diſcipulatum diligit duodecim numero*. Nos quantum pei conjecturas licuit hujus loci menda ſuſtulimus, & fortaſſe paulo poſt pro *dicens eis*, legendum eſt, *dixit eis*.

3 In Cod. Caſinenſi, *ad neceſſariam*.

4 In eodem cod. *oportet*, ſecus atque habet vulgata editio.

5 In cod. Caſinenſi eſt, *huic*.

6 In codice Caſinenſi, *quis es*. Sed librarii error nobis viſa eſt illa lectio.

7 In eodem codice eſt, *ſinire*. Sed *ſilere*, legi debere nos facer textus edocet. Vide tamenan *ſinere*, legendum ſit.

8 In codice Caſinenſi, *ac pondus bellico toleraranı*. Nos emendavimus, *ac pondus belli toleraverant*. Fortaſſe tamen rudis interpres ſcripſeran, *ac pondus belli contoleraverant*

ANNO CHRISTI 277.

connectis, [1] negans, quod de Maria natus est; si enim confessus fueris eum de Maria natum, & passio subsequatur necesse est, & passionem resurrectio, & resurrectionem judicium, & salva nobis erunt scripturæ præcepta. Non ergo jam vana est quæstio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex, & prophetiæ in duobus sermonibus constant; ita etiam nostra omnis spes in Beatæ Mariæ partu suspensa est; & ideo responde mihi ad singula, quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas, & tales Apostoli voces, quæ dicunt, [2] *Cum autem fuit Dei voluntas in nobis, misit filium suum factum ex muliere*. Et iterum, *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Et quia, *Deus, & Dominum suscitavit, & nos* [3] *cum illo suscitabit per virtutem suam*. Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud, *Quomodo dicunt quidam in* [4] *vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Si enim resurrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra. Inveniemur etiam falsi testes Dei, qui testimonium perhibuimus adversus Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si quidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris; ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt? Si in hac vita tantummodo speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis initium dormientium*, & reliqua. Quis rogo tam temerarius, & imprudens invenitur, [5] qui istis sacrosanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam quæso etiam te, o stulte Galata, fascinavit, sicut & illos, *Quorum ante oculos Jesus Christus* [6] *rescriptus est crucifixus*? Unde arbitror sufficere hæc testimonia ad ostensionem judicii, & resurrectionis, & passionis, quibus consequenter, & pariter ex Maria partus ostenditur. Quid enim, si tu nolis acquiescere, sed evidentissime Scriptura proclamet? Veruntamen interrogabo te, tu autem mihi responde, quando Jesus de Joanne testimonium dat, & dicebat, quia *Major in natis mulierum nullus surrexit Joanne Baptista; qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo*. Dic mihi qua ratione major illo est in regno cœlorum? Nunquid Jesus minor erat Joanne in regno cœlorum? [7] Dico, absit. Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis? Sine dubio minor erat Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem cœlorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, o Manichæe, si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, præstante hoc & agente virtute, quæ in ipso est; dic mihi super quem Spiritus Sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam qui baptizatur a Joanne? Si perfectus erat, si filius erat, si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei cælitus emissa vox testimonium detulit dicens. *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui*? Dic age nihil remoreris, quis ille est, qui parat hæc omnia, qui agit universa? Responde, ita ne blasphemiam pro ratione impudenter allegas, & inferre [8] conaris.

L. Manes dixit, Nemo quidem qui adversum hæc, quæ a te dicta sunt, responderе potuerit, blasphemiæ crimen incurrit, quin potius est omni laude dignissimus. Oportet enim artificem rebus propositis responsione diligenter aptata, manifesta omnibus ea, de quibus quæritur, vel dubitatur, ostendere, & maxime idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ nostræ non placet ratio, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi quæstionem rationabiliter exsolve. Mihi enim pium videtur dicere, quod nihil eguerit filius Dei, in eo quod adventus ejus procuratur ad terras, neque opus habuerit columba, neque baptismate, neque matre, neque fratribus, fortasse neque patre, qui ei secundum te fuit Joseph; sed totus ille ipse descendens, semetipsum in quocunque voluit transformavit in hominem, eo pacto, quo Paulus dicit, quia *habitu repertus est ut homo*. Cujus igitur rei indiguerit is, qui semetipsum in omnia ttansformarit, ostende? Quando enim voluit, hunc hominem rursum transformavit in speciem solis, ac vultum. Quod si rursus resistis, mihi recte dicenti fidem nolis accommodare, audi definitionem tuam, in qua stas. Si enim hominem eum tantummodo ex Maria esse dicis, & in baptismate spiritum percepisse, ergo per profectum filius videbitur, & non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, secundum profectum esse filium, quasi hominem factum; hominem vere esse opinaris, idest qui caro, & sanguis sit. Necesse est ergo, & spiritum, qui sicut columba apparuit, non aliud esse quam naturalem columbam; sicut homo enim dictum est, & sicut columba, & quodcunque opinari potest de eo sermone, quod dictum est, [9] sicut homo, hac opinione concipe etiam de eo, quod dictum est, sicut columba; necesse est & hæc æqualiter recipere; ita enim in Scripturis, quæ de eo scripta sunt, inveniuntur. Archelaus dixit, Sicut tibi ipse non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæstionem [10] diligenter aptatam manifestarem, atque manifeste dissolverem, nisi propter hos, qui assistunt, & qui nos audiunt, & ideo, sicut convenit, quæstionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur pie dici, ma-

ANNO CHRISTI 277.

Gal. 4. 4.

1. Cor. 5. 7.

Ibid. 6. 14.

Ibid. 15. 12.

Gal. 3. 1.

Matt. 11. 11.

Matt. 3. 17.

Phil. 2. 7.

Matt. 3. 16.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Ita legendum censui, licet in Codice Casinensi scribatur, *negatis id quod*.

2 Vulgata editio græco textui consona legit, *At ubi venit plenitudo temporis*, eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, & alii.

3 Verba, *cum illo*, non habent græca, neque Vulgata, neque Irenæus lib. 5. adv. hær. cap. 6. & 7. neque Tertullianus lib. 5. adv. Marcionem cap. 7. neque in lib. de Pudicitia cap. 16.

4 In cod. Casin. est, *in nobis*, & infra, *vana est fides nostra*. Sed Vulgatæ lectio huic præferenda, utpote quæ ex librarii ofcitantia videatur exorta, Irenæus quoque, Tertullianus, Cyprianus, aliique Vulgatæ lectionem sequuntur.

5 In eodem cod. legitur, *qui istam sacrosanctam vocibus &c.* librarii, ut arbitror, errore.

6 Vulgatæ editionis melior lectio, *præscriptus est*.

7 Hæc verba, *dico absit*, nisi mendum sit in codice, videntur tanquam ex Manetis persona ab Archelao prolata.

8 Male in codice Casinensi, *coneris*.

9 In cod. Casin. scribitur, *sicut homo ac opinione*.

10 Codex Casinensis ita legit, *hanc quæstionem diligenter aptare tam manifestarem, atque manifeste dissolverem*. Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus respondet, nos hunc locum restituimus.

ANNO CHRISTI 277.

matrem habuiſſe Jeſum Mariam, & reliqua, quæ nunc proſecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorreſco. Interdum quidem cogi ſolet artifex propter imperitiam reſiſtentis dicere, & facere ea quæ tempus recuſat, & ideo quia mihi eſt illata neceſſitas propter præſentem turbam, ad ea, quæ a te non recte dicta ſunt, paucis [1] reſpondeam. Dic ergo mihi, ſi Jeſum hominem naturaliter factum intellexerimus, ex Maria, habentem carnem & ſanguinem intellexerimus, neceſſe eſt etiam Spiritum Sanctum veram columbam fuiſſe, & non Spiritum. Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi atque in eo permanere, caro enim carnem ingredi non poteſt; ſed magis ſi Jeſum hominem verum confiteamur, eum vero, qui dicitur, ſicut columba, Spiritum Sanctum, ſalva eſt nobis ratio in utraque. Spiritus enim ſecundum rectam rationem habitat in homine, & deſcendit, & permanet, & competenter hoc, & factum eſt, & fit ſemper, ſicut tu te ipſum ante hoc tempus profitebaris eſſe Paraclitum Dei, ut [2] dicam ſilex, non homo, qui frequenter obliviſceris ea quæ dicis. Spiritum enim veniſſe ſuper te dixiſti, quem promiſerat Jeſus eſſe miſſurum, & unde niſi de cœlo deſcendat? Et ſi deſcendit Spiritus ſuper hominem dignum ſe, ſuper te autem veras columbas deſcendiſſe ſentiendum eſt, ut te columbarium potius furem accipiamus, inſidias eis, ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, & maxime quia præter propoſitum meum, in te ingerere, quæ mereatis audire. Sed redeam ad rem. Memor ſum enim transformationis ſuæ, qua dicis, quia Deus transformaverit ſe in hominem, vel in ſolem, ex hoc volens oſtendere Jeſum noſtrum habitu ſolo, & viſu factum eſſe hominem, quod abſit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin ſecundum te ad ſomnium nobis redeant univerſa, & figuras; non ſolum autem, ſed adventus nomen delebitur: poterat enim in cœlo poſitus facere quæ voluerat, ſi Spiritum eum eſſe, & non hominem, dices. Sed non ita eſt, quoniam, *Exinanivit ſemetipſum formam ſervi accipiens*. Dico autem de eo, qui ex Maria factus eſt homo. Quid enim? non poteramus & nos multo facilius, & lautius iſta narrare? ſed abſit ut a veritate declinemus jota unum, aut unum apicem. Eſt enim qui de Maria natus eſt filius, qui totum hoc, [3] quo magnum eſt, voluit perferre certamen Jeſus. Hic eſt Chriſtus Dei, qui deſcendit ſuper eum, qui de Maria eſt. Quod ſi non credis neque voci, quæ cælitus facta eſt, temerarium aliquod ipſe producis, &, ſi dixeris, nemo credet. Statim enim in deſertum a Spiritu ductus eſt Jeſus, ut tentaretur a Diabolo, quem cum Diabolus ignoraret, dicebat ei, *Si filius es Dei*. [4] Ignorabat autem propter quid genuiſſet filium Dei, qui prædicabat regnum cœlorum, quod erat habitaculum magnum, nec ab ullo alio parari poſſet; unde & affixus cruci, cum reſurrexiſſet ab inferis, aſſumptus eſt illuc, ubi Chriſtus filius Dei regnabat, ut cum judicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum, videant quem compunxerunt. Ut autem credas; cum diſcipuli ejus per annum integrum manſerunt cum eo, quare nullus ipſorum procidit ſuper faciem ſuam, ſicut paulo ante dicebas, ſed in una hora illa, quando ſicut ſol reſplenduit vultus ejus? Nonne propter habitaculum illud, quod ex Maria fuerat effectum? Sicut enim Paracliti pondus nullus alius valuit ſuſtinere, niſi ſoli Diſcipuli, & Paulus Beatus; ita etiam Spiritum, qui de cœlis deſcenderat, per quem vox paterna teſtatur dicens, *Hic eſt filius meus dilectus*, nullus alius portare prævaluit, niſi qui ex Maria natus eſt, ſuper omnes Sanctos Jeſus. Sed & ad hæc quæ objicio reſponde. Si habitu eum, & ſpecie dicis eſſe hominem, quomodo ab his, qui ex viro, & muliere nati ſunt, Phariſæis teneri potuit, & ad judicium protrahi, cum ſpirituale corpus a craſſioribus corporibus non valeat comprehendi? Quod ſi habes aliquid, quod ad verbum, atque ad propoſitum reſpondeas, qui nunquam ad propoſita reſpondiſti, perge quæſo, & pugillum plenum ſolis mihi affer, aut modium plenum? Ipſe vero ſol pro eo quod ſubtilioris eſt corporis, cooperire te, & circumdare poteſt, tu vero eum, & ſi conculcaveris, nihil lædis. Dominus vero meus Jeſus, ſi tentus eſt, ut homo ab hominibus tentus eſt. Si non eſt homo nec tentus eſt. Si non eſt tentus, nec paſſus eſt, nec baptizatus eſt. Si ille non eſt baptizatus, neque quiſquam noſtrum baptizatus eſt. Baptiſma autem ſi non eſt, nec erit remiſſio peccatorum, ſed in ſuis peccatis unuſquiſque morietur. Manes dixit: Ergo baptiſma propter remiſſionem peccatorum datur? Archelaus dixit, Etiam. Manes dixit: Ergo peccavit Chriſtus, quia baptizatus eſt? Archelaus dixit, Abſit; quin potius pro nobis peccatum factus eſt, noſtra peccata ſuſcipiens, [5] propter quod ex muliere natus eſt, & propter quod ad baptiſma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiritum, qui deſcenderat in ſpecie columbæ, corpus, quod ſuſceperat, portare poſſit.

Matt. 3. 17.

Phil. 2. 7.

Matt. 4. 3.

LI. Hæc cum dixiſſet Archelaus, admiratæ ſunt turbæ veritatem doctrinæ ejus, & laudes ei immenſas cum clamoribus reddiderunt, ita ut omni ſtudio conarentur, [6] & ultra ei non ſinerent ad propria remeare; & tunc quidem diſceſſerunt. Poſtea vero congregatis eis, Archelaus acquieſcere ſibi, atque audire verbum ſuadebat: non enim ſoli, qui cum Diodoro erant, audiebant eum, ſed omnes quicunque ex provincia ejus aderant, atque ex vicinis locis; factoque ſilentio, hoc modo de Mane dicere aggreſſus eſt. Qualiter ſe quidem habeat noſtra doctrina audiſtis, & fidei noſtræ experimenta cœpiſtis; prout potui enim intelligere Scripturas

NOTÆ ZACAGNI.

1 *Reſpondeam*, pro, *reſpondebo*, ſic in cap. 48. *edoceam*, pro, *edocebo*.

2 Caſinenſis, *ut dicam dilere non homo*. Videant eruditi an recte emendatum ſit.

3 Forte *quod*.

4 Locum hunc noſtra conjectura ita correximus, ut aliquis inde ſenſus eliceretur; nam in Caſin. cod. lectione magna obſcuritas ex librarii erroribus exorta: ſic enim ſe habet, *Ignorabat autem propter qui genuiſſet filium Dei prædicabat regnum cœlorum, qui erat &c.*

5 In codice Caſinenſi, quo uſi ſumus, adverbium, *propter*, deſideratur, ſed illud librarii oſcitantia omiſſum fuiſſe ſequentia clare demonſtrant.

6 Et hic particula, *&*, deeſt in codice Caſinenſi, quam tamen orationis ſeries evidenter expoſcit.

ANNO CHRISTI 277.

coram omnibus vobis expoſui. Sed nunc [1] pauciſſime dicere volentem, deprecor, ut cum ſilentio audiatis, ut agnoſcatis, qui ſit, & unde, & qualis ſit iſte, qui advenit, ſicut Siſinius [2] quidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam ad teſtimonium eorum, quæ a me dicentur, ſi placet, vocare paratus ſum. Sed ne [3] ipſe quidem dicere recuſavit eadem, quæ nos dicimus, præſente Mane; credidit enim doctrinæ noſtræ ſupradictus, ſicut & apud me alius Turbo nomine. Quæcumque ergo conteſtati ſunt mihi, ſed & ea, quæ nos ipſi deprehendimus in hoc viro, non faciam latere conſcientiam veſtram. Tunc vero turbæ eo amplius incitatæ, congregatæ ſunt ad audiendum Archelaum; etenim ea, quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant; propter quod & certatim adhortabantur eum dicere quæcunque vellet, quæcunque ſentiret; paratos ſe eſſe ad audiendum, & uſque ad veſperum permanere, etiam accenſis luminibus, pollicebantur: quorum animoſitate incitatus Archelaus cum omni fiducia dicere exorſus eſt. Viri fratres, ſuperiores quidem cauſas Domini mei Jeſu audiſtis, dico autem eas, quæ ex lege, & prophetis judicantur; inferiores vero Domini mei Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri non ignoratis, Sed quid plura? Appellati ſumus ex Salvatoris deſiderio Chriſtiani, ſicut univerſus orbis terrarum teſtimonium perhibet, atque Apoſtoli edocent; [4] ſed & optimus architectus ejus, fundamentum noſtrum, ideſt Eccleſiæ, Paulus poſuit, & legem tradidit, [5] ordinatis miniſtris, & Presbyteris, & Epiſcopis in ea, deſcribens per loca ſingula quomodo, & qualiter oporteat Miniſtros Dei, quales & qualiter fieri Presbyteros, qualeſque eſſe debeant, qui Epiſcopatum deſiderant; quæ omnia bene nobis, & recte diſpoſita, uſque in hodiernum, ſtatum ſuum cuſtodiunt, & permanet apud nos hujus regulæ diſciplina. Iſtius vero, qui nunc nobis ex Perſarum provincia ebullivit, Manes nomine, adverſum quem mihi diſputatio jam ſecundo commota eſt, genus vobis dicam, & totum; ſed & doctrina ejus unde deſcendat lucidiſſime demonſtrabo. Iſte non eſt primus auctor hujuſcemodi doctrinæ, nec ſolus; ſed quidam ex Scythia, [6] Scythianus nomine, [7] Apoſtolorum tempore fuit ſectæ hujus auctor, & princeps, ſicut & fuerunt & multi alii apoſtatæ, qui primatus ſibi vindicare cupientes, falſa [8] pro veris conſcripſerunt, ſimpliciores quoſque ad ſuam libidinem pervertentes, quorum nomina, & perfidias dicere nunc tempus non ſinit. Hic ergo Scythianus dualitatem iſtam introducit [9] contrariam ſibi, quod ipſe a Pythagora ſuſcepit, ſicut & alii omnes hujus dogmatis ſectatores, qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; ſed non in amplius proficient.

ANNO CHRISTI 277.

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit, ſicut iſte Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenitos introduxit, & omnia hæc, [10] quæ conſequuntur hujuſcemodi aſſertionem. Quique Scythianus ipſe ex genere Saracenorum fuit, & captivam quandam accepit uxorem de ſuperiore Thebaide, quæ eum ſuaſit habitare in Ægypto magis, quam in deſertis. Atque utinam nunquam eum illa provincia ſuſcepiſſet, [11] in qua cum eum habitaret, cum [12] Ægyptiorum ſapientiam didiciſſet; erat enim, ut quod verum eſt dicamus, valde dives ingenio, & opibus, ſicut hi, qui ſciebant eum, per traditionem nobis quoque teſtificati ſunt. [13] Diſcipulum autem habuit quendam, [14] nomine Terebinthum, [15] qui ſcripſit ei quatuor libros, ex quibus unum quidem appellavit Myſteriorum, alium vero Capitulorum, tertium autem, [16] Evangelium, & noviſſimum omnium Theſaurum appellavit, & erant ei iſti quatuor libri, & unus diſcipulus nomine Terebinthus. [17] Quia ergo aliquantum temporis ſecum iſti ambo decreverant ſoli habitare, placuit Scythiano diſcurrere in Judæam, ut ibi congrederetur cum omnibus, quicunque ibi videbantur eſſe doctores, & pervenit eum continuo vita defungi, nec potuiſſe aliquid promovere. Ille vero diſcipulus, qui cum eo fuerat converſatus

1. Cor. 3. 10.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Forte *pauciſſima*.

2 Cod. Caſinenſis nullo ſenſu habet, *Siſinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.*

3 Et hic emendavimus codicis Caſinenſis lectionem ita ſe habentem, *ipſe quidem me dicere recuſavit &c.*

4 Codex Caſinenſis, *ſed & optimos architectos ei fundamentum*, cujus manifeſtam corruptionem modica mutatione ſuſtulimus.

5 Locus notandus de Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordine ab Apoſtolis inſtituto. Epiſcopos autem, Presbyteros, & Miniſtros tantum nominat Archelaus, quod miniſtrorum, hoc eſt Diaconorum nomine omnes infra Presbyteratum ordines antiquiſſimi Patres comprehendere conſueverint: ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667. Tertullianus de baptiſmo cap. 17. Origenes homil. 2. in Hierem. & in Matthæi cap. 19. pag. 363. & alibi paſſim.

6 Qui *Scythianus* apud omnes alios veteres, qui de Manichæorum hæreſi tractarunt, appellatur, tam hic, quam in ſequentibus a veteri Interprete *Scutianus*, & *Excutianus* vocatur, niſi ubique imperiti librarii ſit error.

ZACAGNUS LECTORI.

7 Cum poſt editam Archelai diſputationem inter Regio-Alexandrinos Vaticanæ Bibliothecæ codices reperiſſem apographum cujuſdam vetuſti codicis, qui olim ad Monaſterium S. Salvii, Ambianenſis fortaſſe epiſcopi & martyris pertinuit, & in eo codice, una cum S. Auguſtini commonitorio adverſus Manichæos inter ejuſdem epiſtolas edito haberentur excerpta quædam ex actis diſputationis Archelai a cap. LI. uſque ad cap. LV. operæ pretium cenſui varias ex eodem apographo lectiones edere, cum ipſarum ope quædam Archelai loca reſtituantur. *Quidam Stutianus nomine*; ſic infra ſemper *Stutianum* vocat.

8 Cod. Alexandrin. *pro veris confixerunt*.

9 In eod. Cod. *Introduxit*.

10 In Caſinen. codice, *quę eum ſequuntur*. mala lectio.

11 Hic nonnulla deeſſe palam eſt. Forte, *in qua cum diu habitaret, depravatus eſt, cum Ægyptiorum ſapientiam didiciſſet*.

12 Cod. Alexandr. *in qua cum habitaret & Ægyptiorum*.

13 Idem Cod. *teſtati ſunt*.

14 Idem Cod. *quendam qui ſcripſit*.

15 Et hic manifeſtus eſt librarii error in Codice Caſinenſi in quo ſcribitur, *Terbonem*; nam Cyrillus Hieroſolym. Catecheſi 6. & alii omnes Τερέβινθον, *Terbinthum*, ſeu *Terebinthum*, Scytiani diſcipulum faciunt. Quin & in ſeqq. ubique *Tereventus* ſcribitur. Quod vero ait Archelaus hunc Scythiano ſcripſiſſe quatuor libros, quos recenſet, contrarium eſt Cyrilli mox laudati narrationi, aliiſque, qui Scythianum ſolum eorum auctorem agnoſcunt.

16 *Tertium vero*. Cod. Alex.

17 *Terybeneus. Quum ergo aliquantum temporis ſecum iſti ambo eſſe decreviſſent, ſoli placuit Stutiano excurrere in Judæam*. Sic infra ubique vocat *Terybeneum* Cod. Alex.

ANNO CHRISTI 277.

ſatus in fugam verſus eſt, [1] & Babyloniam petiit, [2] quæ nunc provincia habetur [3]. a Perſis, quæque abeſt nunc a locis noſtris itinere dierum, & noctium ferme ſex; quo cum veniſſet, talem de ſe famam pervulgavit ipſe Terebinthus, dicens omni ſe ſapientia Ægyptiorum repletum, & vocari non jam Terebinthum, [4] ſed alium Buddam nomine, [5] ſibique hoc nomen impoſitum, ex quadam autem virgine natum ſe eſſe, ſimul [6] & ab Angelo in montibus enutritum. [7] Parcus vero quidam Propheta, & Labdacus [8] Mithræ filius arguebat eum mendacii, & erat eis quotidie animoſa exaggeratio de hujuſmodi negotio. [9] Sed quid plura? Licet frequentius objurgaretur, tamen nuntiabat eis, quæ ante ſeculum eſſent, & de ſphæra, & duobus luminaribus [10]; ſed & quo, & quomodo animæ diſcedant, & qualiter iterum revertantur in corpora, & alia multa hujuſcemodi, & horum nequiora, ideſt, bellum Deo commotum eſſe in principiis, ut ipſe Propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quandam ſeceſſit cum ſuis quatuor libris, nullo ibidem diſcipulo acquiſito, præter anum ſolam, quæ ejus particeps facta eſt. [11] Tunc deinde mane primo aſcendit [12] ſolarium quoddam excelſum; ubi nomina quædam cœpit invocare, quæ nobis Turbo dixit, ſolos ſeptem electos didiciſſe. Cum ergo aſcendiſſet ritus neſcio cujus, vel artificii gratia; ſolus autem aſcendit, [13] ne inde ab aliquo convinci poſſet, quod ſi diſſimulaſſet, vel pro nihilo duxiſſet, cogitabat ſe a veris principibus [14] pœnis eſſe ſubditum. Hæc eo cogitante, juſtiſſimus Deus ſub terras eum detrudi per ſpiritum jubet, & continuo de ſummo dejectus, exanime corpus deorſum præcipitatum eſt, quod anus illa miſerta, collectum locis ſolitis ſepeliit.

LIII. Tunc omnia illa, quæ ſecum de Ægypto pertulerat, [15] manſerunt apud eam, & gaviſa eſt valde de morte ejus duplici cauſa, [16] A primo quod non libenter aſpiceret artes illius, ſecundo pro his, quæ de hæreditate fuerat conſecuta; erat enim multum pretii. [17] Quæ cum ſola eſſet, habere aliquem ad miniſterium voluit, & comparavit ſibi puerum [18] annorum ferme ſeptem, [19] Corbicium nomine, quem ſtatim manumiſit, ac literis erudivit. Quique cum duodecim annorum eſſet effectus, anus illa diem obiit, [20] ipſique univerſa bona ſua tradidit, & cum cæteris reliquis, etiam quatuor illos libellos, quos Scythianus ſcripſerat, non multorum verſuum ſingulos. Tunc ergo Corbicius, ſepulta Domina, bonis ſibi derelictis omnibus uti cœpit, & migravit ad medium civitatis locum, in quo manebat [21] Rex Perſarum, & commutato ſibi nomine, Manem ſemetipſum pro Corbicio appellavit; nec Manem, ſed Manes; Perſarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus autem puer ille annorum prope [22] ſexaginta, eruditus ſecundum doctrinam, quæ in locis illis eſt, [23] & pene dixerim ſuper omnem hominem, diligentius tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur, acquiſivit etiam diſcipulos tres, quorum nomina ſunt hæc, Thomas, Addas & Hermas. Tunc aſſumit illos libellos, [24] & transfert eos, ita ut multa alia a ſemetipſo inſereret eis, quæ anilibus fabulis ſimilia ſunt. Habebat ergo tres iſtos diſcipulos conſcios malorum ſuorum; nomen vero libellis proprium adſcribit, prioris nomine deleto, tanquam ſi eos ſolus ex ſemetipſo conſcripſerit. [25] Tunc viſum eſt ei mittere diſcipulos ſuos cum his, quæ conſcripſerat in libellis, ad ſuperiora illius [26] provinciæ loca, & per diverſas civitates, & vicos, ut haberet aliquos ſe ſequentes; & Thomas quidem partes Ægypti voluit occupare, Addas vero Scythiæ, [27] ſolus autem Hermas reſidere cum eo elegit. Cum ergo illi eſſent profecti, Regis filius ægritudine quadam arreptus eſt, quem Rex curari deſiderans, edictum propoſuit [28] in vita, ſi quis eum

NOTÆ ZACAGNI.

1 *Ille vero diſcipulus omnibus quæcumque ejus fuerant congregatis in fugam verſus eſt*. Cod. Alex.

2 Nota quouſque extenderentur Imperii Romani limites, eo tempore, quo Archelaus cum Manete diſputavit.

3 Cod. Alex. *habitatur*.

4 Mire hic ſeſe exerit librarii, qui Caſinenſem Codicem exaravit, oſcitantia; ſcripſit enim, *ſed aliud cujuſdam nomine*; legendum autem eſſe, *ſed alium Buddam nomine*, Cyrilli Hieroſolym. Epiphanii, & aliorum narrationes palam evincunt.

5 Cod. Alex. *vocari jam non Terybeneum, ſed Buddam*.

6 Cod. Alex. *ſimulabat* pro *ſimul*.

7 De his Perſarum ſacerdotibus, vide Epiphanium in hac hæreſi num. 3. & nos in Manichæorum hiſtoria.

8 Cod. Alex. *Labdacus Metri filius*.

9 *Quotidie ſatis animoſa certatio de hujuſmodi negotio*. Cod. Alexandr.

10 *Et de duobus luminaribus myſteria. Sed & quomodo animæ diſcedebant*. Et mox, *revertebantur*, Cod. Alex.

11 In cod. Caſin. ſcribitur *nunc*; ſed *tunc*, legendum eſſe non ambigo.

12 *Aſcendit ut ne ab aliquo*. Cod. Alex.

13 Codex Caſinenſis habet, *ut inde ab aliquo convinci poſſit*. Codex Alexandr. *aſcendit ut ne ab aliquo*. Contrarius tamen ſenſus, quem expreſſimus, verior eſt; nam id ſibi vult Archelaus, Manetem ſolum, cujuſdam præſtigii cauſa, ſolarium aſcendiſſe, ne a Parco, & Labdaco Mithræ ſacerdotibus, id egiſſe deprehenſus, debitas pœnas Perſarum Regi perſolveret.

14 Codex Alex. *cogitabat ſe habere principibus*. Male pro *a veris*; mox *pœnis eſſe ſubdendum*.

15 Cod. Alex. *de Ægypto protulerant*.

16 Ibid. *valde de morte ejus duplici ex cauſa*.

17 Cod. Alex. *quæ hæreditate fuerat conſecuta; erat enim multum pecuniæ avida. Quæ cum &c.*

18 Cod. Alex. *comparavit ſibi puerulum*. Mox, *quem ſtatuit*. Et paulo poſt, *qui cum*.

19 *Cubricum*, Κύβρικον hunc, non *Corbicium* vocant Cyrillus, Epiphanius, & alii.

20 Cod. Alex. *illa quæ obiit ipſique &c.* Mox, *cæteris reliquiis*. Forte, *reliquit*.

21 Cod. Alex. *civitatis locum in qua manebat*.

22 Ita conſtanter in Caſinenſi codice ſcribitur; vereor tamen, ne in hoc annorum numero mendum ſit. Codex Alex. *prope ſeptuaginta*.

23 Cod. Alex. *in locis illis eſt, pene dixerim ſuper omnem hominem diligentius: tamen didicit ea quæ in quatuor illis libellis continebantur. Acquiſivit etiam ipſe diſcipulos*.

24 Cod. Alex. *libellos ut transferret eos, ita ut alia multa*

25 Cod. Alex. *ſcripſerit*.

26 Cod. Alex. *ipſius provinciæ*.

27 Cod. Alex. *Abdas vero Syriæ*.

28 Legendum fortaſſe, *invitans*; ita & legit cod. Alex.

ANNO CHRISTI 277.

curare posſit, accipere præmium, multo propositio. Tum iſte, ſicut illi [1] qui cibum, quod nomen eſt tale eludere ſolent, præſentiam ſuam Manes exhibet apud Regem dicens ſe eſſe puerum curaturum, quæ [2] cum audiſſet Rex, ſuſcepit eum cum obſequio, ac libenter habuit. Verum ne multa narrando, quæ geſſit [3], tædium auditoribus inferam; mortuus eſt puer in manibus ejus, vel potius extinctus. Tunc Rex in carcerem detrudi jubet Manem, & ferri [4] talento onerari. Illi vero duo diſcipuli ejus, qui miſſi fuerant ad docendum per ſingulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique fugientes licet, nunquam ceſſarunt [5] alienam hanc, & ab Antichriſto inſpiratam, per loca ſingula inſerere doctrinam.

LIV. Poſt hæc ad magiſtrum ſuum redeunt, referentes quæ eis acciderant; [6] audiunt etiam ea, quæ in ipſo collata ſunt mala; accedentes [7] ergo, ut [8] dicebam, ad eum ſui, & ſuggerentes ei de his malis, quæ per loca ſingula patiebantur; de reliquo [9] converti ſe debere ad ſalutem ſuadebant; pertimuerant enim, verentes ne quid ſibi ex his malis, quæ illi inferebantur, [10] accederet. At ille ſuadens eos nihil vereti, ad orationem conſurgit. Tunc deinde jubet, in carcere poſitus legis Chriſtianorum libros comparari; valde enim hi, qui miſſi fuerant ab eo per ſingulas civitates, ab omnibus hominibus execrationi habebantur, maxime apud quos Chriſtianorum nomen venerationi erat. Sumpto ergo aliquantulo auri modo, abierunt [11] ad loca, [12] in quibus Chriſtianorum libri conſeribebantur, & ſimulantes ſe nuntios [13] eſſe Chriſtianos, rogabant præſtari ſibi libros ad comparandum; & ut [14] ne multa dicam, comparant univerſos libros ſcripturarum noſtrarum, & deferunt ad eum [15] in carcere conſtitutum, quibus ille acceptis, homo aſtutus, cepit in noſtris libris occaſiones inquirere dualitatis ſuæ, nec ſuæ quidem, ſed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat, & in noſtris libris, ſicut etiam adverſus me diſputans fecit, aſſertionem ſuam proferre, quædam in his accuſans, quædam permutans, ſolo Chriſti nomine adjecto; quem ſe idcirco ſuſcipere ſimulavit, ut per civitates ſingulas ſanctum, & divinum nomen audientes Chriſti, minime execrantes eos, diſcipulos iſtius non faticarent. Inveniens autem vocem etiam de Paraclito poſitam in Scripturis, ſemetipſum eſſe ſubjecit, qui non legerat diligenter, quia Paraclitus jam tunc veniſſet, cum Apoſtoli adhuc eſſent ſuper terram. His ergo tam ſcelerate compoſitis mittit, & diſcipulos ſuos prædicaturos intrepide fictos, ſimulatoſque errores, & novas falſaſque voces annuntiaturos per loca ſingula. Quod cum Rex Perſarum cognoviſſet, dignis eum ſuppliciis ſubdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in ſomnis, elapſus de carcere, in fugam verſus eſt, auro plurimo cuſtodibus corruptis, & manſit in caſtello Arabionis. Unde ſcriptam epiſtolam per Turbonem ad Marcellum noſtrum miſit, in qua ſignificavit ſe eſſe venturum. Quo cum veniſſet, fuit nobis certamen tale, quale & hic vidiſtis, & audiſtis, in quo, prout potuimus, oſtendimus eum Pſeudoprophetam. Sed cuſtos quidem carceris, qui eum dimiſerat, punitus eſt; Rex vero eum requiri juſſit, & in quibuſcumque locis repertum comprehendi. Hæc cum ego cognoviſſem, neceſſarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iſte a Rege Perſarum uſque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehenſum tradere poteſtati barbarorum, qui erant vicini [16] ultra Strangam fluvium, quoniam & ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quo nuſquam reperto, diſceſſerant; erat enim tunc in fuga conſtitutus. Cum ergo hæc ita Archelaus prodidiſſet, continuo ſe in fugam dedit Manes, & evadere potuit, dum nemo eum inſequeretur. Sed populus, cum Archelai, quem libenter audiebant, relatione teneretur, quidam tamen crebre inſecuti ſunt poſt eum. Sed ille vias, quibus venerat, repetens, tranſito fluvio ad Arabionis caſtellum rediit, ubi poſtea comprehenſus, oblatus eſt Regi; quique plurima adverſus eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, juſſit eum ante portam civitatis excoriatum ſuſpendi: & pellem ejus medicamentis infectam, inflari; carnes vero volucribus dari juſſit. Quibus poſtea agnitis; Archelaus adjecit ea priori diſceptationi, ut omnibus innoteſceret, ſicut ego qui inſcripſi, in prioribus expoſui. Congregatis igitur omnibus Chriſtianis, ferri adverſus eum ſententiam placuit, veluti epilogum quendam [17] morti ejus tranſmittentes, conſonantem reliquis vitæ ejus negotiis. Addidit etiam hoc Archelaus dicens: Viri fratres, ne quis veſtrum incredulus ſit his, quæ

NOTÆ ZACAGNI.

1 Locus valde corruptus. Forte legendum, *qui cybum, quod nomen eſt tali, ludere*. Hanc emendationem vendicat Codex Alexand. ita legens: *curare poſſet, accederet præmio multo propoſito. Tunc iſte, ſicut illi, qui cubum, quod nomen eſt aleæ, ludere ſolent, præſentiam ſui exhibet Manes.*

2 Cod. Alex. *quod cum.*

3 Cod. Alex. *quæ geſta ſunt.*

4 Hoc eſt, vinculis ferreis, ac eorum pondere, nam τάλαντον interdum eſt pondus.

5 Cod. Alex. *licet nunquam ceſſarent alienam.*

6 Cod. Alex. *quid eis acciderit.*

7 Cod. Alex. *accedentes ergo, ut decebat, ad eum ſui, & ſuggerentes ſui ei de his.*

8 In codice Caſinenſi, *ut dicebant*; nos levi mutatione, *dicebam*, emendandum cenſuimus. Sed & fortaſſe, *ut decebat*, legendum; melior tamen viſa eſt prior lectio.

9 In eodem codice, *conventi*, ſcribitur; ſed *converti*, legendum eſſe, quæ ſequuntur clare, ut arbitror innuunt.

10 Fortaſſe, *accideret*; ita etiam legit codex Alexandr.

11 Cod. Alex. ad *illa loca.*

12 Vides ut arcani diſciplinam in occultandis fidei myſteriis olim cuſtodierint Chriſtiani, & quanto curaverint ſtudio, ne Sacroſanctæ Legis libri ad Gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani perſecutio exorta eſſet, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet non ubique; ſed certis quibuſdam in locis Chriſtianorum libros vendi conſueviſſe.

13 Cod. Alex. *ſe novitios eſſe Chriſtianos.*

14 Cod. Alex. *& ne multa dicam.*

15 Cod. Alex. *& referunt ad eum.*

16 Et hic præciſius Imperii Romani limes, quinam Archelai ætate, & Probo imperante eſſet, deſignatur.

17 Forte, *mortis ejus.*

ANNO CHRISTI 277.

quæ a me dicta sunt, ideſt, quod non ipſe primus auctor ſcelerati hujus dogmatis extiterit Manes; ſed tantum, quod per ipſum aliquibus terræ partibus manifeſtatum ſit. Sed non ſtatim is, qui aliquid quocunque portaverit, auctor ejus putandus eſt, ſed qui invenerit. Sicut enim gubernator acceptam navem, quam alius fecit, ad quæcunque loca voluerit perducere, alienus eſt tamen omni genere a conſtructione ejus, ita intelligendus eſt & iſte; non enim ex initio huic rei ipſe originem dedit; [1] ſed ea tantum, quæ ab alio fuerant inventa, per ſe detulit hominibus, ſicut certis teſtimoniis notum eſt, quibus propoſitum eſt vobis oſtendere, [2] non ex Mane originem mali hujus manaſſe; ſed ab alio, & ante multum temporis a barbaro quodam exorta, in ſilentio habita, ab iſto vero ignote latentia, veluti propria ejus eſſe prolata, deleto conſcriptoris titulo, ſicut ſuperius expoſui. Fuit prædicator apud Perſas etiam [3] Baſilides quidam antiquior, non longe poſt noſtrorum Apoſtolorum tempora, qui & ipſe cum eſſet verſutus, & vidiſſet, quod eo tempore jam eſſent omnia præoccupata, dualitatem iſtam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cum nihil haberet, quod aſſereret proprium [4] aliis dictis prgpoſuit adverſariis. Et omnes ejus libri difficilia quædam, & aſperrima continent. Extat tamen tertius decimus liber tractatuum ejus, cujus initium tale eſt, *Tertium decimum nobis tractatuum ſcribentibus librum, neceſſarium ſermonem, uberemque ſalutaris ſermo præſtavit.* Per parvulam divitis, & pauperis naturam ſine radice, & ſine loco rebus ſupervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem ſolum caput liber continet. Nonne continet & alium ſermonem, & ſicut opinati ſunt quidam, nonne omnes offendemini ipſo libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens Baſilides interjectis plus minus, vel quingentis verſibus ait, *Deſine ab inani, & curioſa varietate, requiramus autem magis, quæ de bonis, & malis etiam barbari inquiſierunt, & in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo eſſe, quibus bona, & mala aſſociaverunt, ipſa dicentes initia ſine initio eſſe & ingenita, ideſt, in principiis lucem fuiſſe, ac tenebras, quæ ex ſemetipſis erant, non quæ eſſe dicebantur. Hæc cum apud ſemetipſa eſſent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet,* [5] *& qualis ſibi competeret; omnibus enim amicum eſt, quod eſt proprium, & nihil ſibi ipſum malum videtur. Poſtquam autem ad alterutrum agnitionem uterque pervenit,* [6] *& tenebræ contemplatæ ſunt lucem, tanquam melioris rei ſumpta concupiſcentia, inſectabantur ea commiſceri.*

Nonnulla fortaſſe deſunt.

ANNO CHRISTI 277.

NOTÆ ZACAGNI.

1 Male codex Caſinenſis, *ſed etiam*.

2 Aut nihil video, aut ita corrigenda eſt codicis Caſineuſis lectio, quæ ſic ſe habet; *non ex Manen originem mali hujus Manes eſſe*.

3 Etſi Baſilidem, qui paulo poſt Apoſtolorum tempora herætim docuit, Alexandrinum fuiſſe, & in Ægypto ſcholas erroris aperuiſſe teſtetur Euſebius lib. 4. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memoratur, idem ac Baſilides Alexandrinus eſſe videtur, licet apud Perſas hæreſim prædicaſſe dicat. Fieri enim poteſt, ut Baſilides Alexandria digreſſus, Perſas quoque hæreticis dogmatibus inficere tentaſſet. Sane Baſilidis Perſæ nulla, quod ſciam, apud veteres mentio. Scripſit autem Baſilides Alexandrinus libros 24. in Evangelium, eodem Euſebio teſte, qui non alii eſſe videntur a tractatuum libris, quos laudat Archelaus, & ab exegeticis illis, ex quorum libro 23. quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib 4. An autem Evangelium illud, in quod Baſilides ſcripſit, Apoſtolorum eſſet, an aliud, quod ſuo marte confinxit, cujus meminit Origenes Hom. 1. in Lucam, Hieronymus in prologo ſuorum Comm. in Matthæum, & Ambroſius in prologo in Evangelium Lucæ, non ſatis liquido conſtat.

4 Forte, *aliorum dicta*.

5 In codice Caſinenſi, *& quales ibi competeret*.

6 Tenebras deſiderio lucis adipiſcendæ actas fuiſſe Manes quoque aſſerit in cap. 13. hujus operis, & apud Titum Boſtrenſem adverſus Manichæos lib. 1. pag. 48. editionis Caniſianæ.

FRAGMENTUM

Actorum ejuſdem Diſputationis ex Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi ſexta.

Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν. ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὁπλῳ δικαιοσύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος. καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κειμένῳ ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συνεσκάμψας, ἵνα μὴ χριστιανῶν κινούντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαίρεσθαι. λέγει φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. ὁ δὲ, τύφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τῆ ποιητῆ τῶν ἁπάντων ἤρξατο, φάσκων, Ὁ τῆς παλαίας Θεὸς κακῶν ἐστὶν ἀρετῆς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ, Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών. Εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει τίνος υἱός ἐστὶν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ μέμφη τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ. διὰ τί τιμᾷς Πέτρον τὸν Θα-

C FUgit e carcere (Manes), & in Meſopotamiam venit: verum obſtitit ei armis juſtitiæ Archelaus Epiſcopus: & ſub philoſophis eum judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne, ſi Chriſtiani judices eſſent, viderentur faviſſe. Age profer, ait Archelaus ad Manem, quod prædicas. At ille, cui os quaſi ſepulchrum patens erat, primum a blaſphemia Creatoris omnium, initium ſumpſit, inquiens, Veteris teſtamenti Deus, malorum inventor eſt, de ſe ipſe dicens, *Ego ignis conſumens*. Tum ſapiens Archelaus hanc ſolvit, refutavitque blaſphemiam his verbis: Si veteris Deus teſtamenti, ut ais, ignem ſe dicit, cujus eſt ille filius, qui ait, *Ignem veni mittere in terram?* Si culpas eum, qui dicit, *Dominus mortificat, & vivificat*, quamobrem Petrum colis,

Deut. 4. 34.

Luc. 12. 49.

1. *Reg.* 2. 6.

qui

ANNO CHRISTI 377

qui Tabitham a mortuis excitavit, & Saphiram morti tradidit? Si vitio vertis, quod ignem præparaverit, quare hunc non carpis, qui dicit, *Discedite a me in ignem æternum?* Si reprehendis eum qui dicit, *Ego Deus faciens pacem, & creans mala*, expone quo modo Jesus dicat; *Non veni pacem mittere, sed gladium?* Cum ambo paria dicant, e duobus alterum, aut uterque bonus, eo ipso quod verbis congruant: aut si Jesus hæc dicens, abest a reprehensione, quare dignum reprehensione clamas eum, qui in veteri testamento similia profert? Tum Manes ei dicit; Et qualisnam Deus excæcat? Pauli enim verba sunt, *In quibus Deus seculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illuminatio Evangelii.* Archelaus autem hoc præclare refellens, Quæ paululum antecedunt, inquit, lege. *Quod si etiam opertum est Evangelium nostrum, in iis qui pereunt, est opertum.* Videsne pereuntibus obtectum dici Evangelium? Non enim danda sunt sancta canibus. Præterea, solusne veteris testamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonne dixit, *Ideo ipsis in parabolis loquor, ut videntes non videant?* Odio ne eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic & gratiæ donum abest. *Habenti enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere, auferetur.* Quanquam etiam, ut interpretantur nonnulli, dici possit, qui sermo non malus est, etiam si excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit, Excæcavit eorum animam, sed *cogitationes infidelium*. Quod autem ait, tale est; Excæca scortatoris scortandi cogitationes, & servatus est homo: excæca latronis rapiendi & latrocinandi studium, & salvus est homo. Verum hoc modo non vis intelligere, Est & alia interpretatio; Excæcat & sol lusciosos, & oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine perculsi: non quod sol excæcandi facultate sit præditus, sed quod oculorum status non cernat: sic & quibus corda laborant incredulitate, ii divinitatis radios contueri non possunt. Nec dixit, Excæcavit cogitationes ne audiant Evangelium, sed ne *fulgeat in illis illuminatio gloriæ Evangelii Domini nostri Jesu Christi*. Nam Evangelium audire ab omnibus expetitur: at Evangelii gloria, solis Christi germanis tribuitur. Dominus loquebatur in parabolis iis quidem, qui poterant audire: Discipulis vero privatim parabolas & similitudines explicabat. Gloriæ fulgor eorum est, qui jam illustrati sunt: excæcatio, infidelium. Hæc mysteria nunc patefacit Ecclesia ei, qui ex catechumenis excedit: nec moris est, Gentilibus exponere. Non enim Gentili cuiquam de Patre & Filio & Spiritu Sancto arcana mysteria declaramus: neque palam apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa sæpe loquimur occulte, ut fideles, qui rem tenent, intelligant: & qui non tenent, ne lædantur.

Matt. 25. 41. Isa. 45. 7. Matt. 10. 34. 2. Cor. 4. 4. Matt. 13. 13. Matt. 25. 29. 2. Cor. 4. 4.

ἀβιθὰν μὴν ἐγείραντα. τίνι δὲ Σαμφείραν θανατώσαντα; εἰ δὲ κ μέμφη, ὅτι πῦρ ἡτοίμασε, διὰ τί ὐ μέμφη τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸν πῦρ τὸ αἰώνιον; εἰ μέμφη τὸν λέγοντα, Ἐγὼ θεὸς ποιῶν εἰρήνην, κ κτίζων κακά, ἐξήγησαι, πῶς λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν; ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον, ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν. ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς τοῦτο λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα; εἶτα ὁ Μάνης τρὸς τοῦτον λέγει, Καὶ ποῖος θεὸς τυφλοῖ. Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων, Ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου. ὁ δὲ Ἀρχέλαος, καλῶς ὑποκρόσας, Προανάγνωθι, φησὶν, ὀλίγον. εἰ δὲ κεκαλυμμένον ἐστὶ τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. ὁρᾷς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται; ὃ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς οὐκ εἴρηκε. διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι. μὴ μισῶν αὐτοὺς, ἐβούλετο μὴ βλέπειν, ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ κ ἀποχὴ τῆς χάριτος. τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται. ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, κ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται. εἰ δὲ δεῖ κ ὡς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν, ὃ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα. εἰ κ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν. ὃ γὰρ εἶπεν, Ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστί. τύφλωσον τὰ πόρνα τὰ πορνικὰ νοήματα, κ σέσωσαι ὁ ἄνθρωπος. τύφλωσον τὸ ληστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν κ ληστικὸν, κ σέσωσαι ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' ὃ θέλεις ὅπως νοῆσαι. ἐστὶ κ ἄλλη ἐξήγησις. τυφλοῖ κ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας. κ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων ὃ βλέπει. ὅπω κ οἱ ἀπιστίᾳ νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, ὃ δυνάντια ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν. κ οὐκ εἶπεν, Ἐτύφλωσε τὰ νοήματι, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ Εὐαγγέλιον, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ Εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται. ἡ δόξα δὲ τοῦ Εὐαγγελίου, τοῖς Χριστοῦ μόνοις γνησίοις ἀφώρισαι. ἔλεγεν ὁ κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολὰς, ὁ αὐγασμὸς τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τῆς ἀπίστοις. ταῦτα τὰ μυστήρια νῦν ἡ Ἐκκλησία διηγεῖται τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ. οὐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι. οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς κ Υἱοῦ κ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια. οὐδὲ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λαλοῦμεν λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ, νοήσωσι. κ οἱ μὴ εἰδότες, μὴ βλαβῶσι.

ANNO CHRISTI 377

Hactenus Fragmentum disputationis Archelai Episcopi cum Manete Hæresiarcha ex Cyrillo Hierosolymitano.

VI-

ANNO CHRISTI 283.

ANNO CHRISTI 283.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA GAII PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

a (*a*) GAjus natione Dalmata, ex genere Diocletiani imperatoris, ex patre Gaio, *b* sedit annos undecim, menses quatuor, dies duodecim. Fuit autem temporibus (*b*) *c* Cari secundo & Carini, ex die decimosexto Kalendarum Januarii, usque in diem x. Kalendarum Maii, sub Diocletiano (*c*) sexto & Constantio secundo. *d* Hic constituit, ut omnes ordines in ecclesia sic ascenderent: Si quis episcopus fieri mereretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, sequens [b] subdiaconus, diaconus, presbyter, & exinde episcopus ordinaretur (*d*) *e* Hic fugiens persecutionem Diocletiani, *f* in cryptis habitans, *g* (*e*) confessor quievit, martyrio coronatus post annos octo. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros 25. diacones 8. episcopos per loca 5. Qui post annos XI. cum *b* Gabinio fratre suo, *i* propter filiam Gabinii presbyteri, nomine Susannam, martyrio coronatur. Sepultus est in cœmiterio Callisti via Appia, x. Kalendas Maii. Et vacavit episcopatus dies 11.

A Plura de Gajo infra, verbis sequentibus. Vide Baron. anno 283. 284. 286. & 288.

b Sedit annos 11. *menses* 4. *dies* 5) Gajum annos 12. menses 4. & 5. dies sedisse, initium & finis pontificatus illius indicant. Nam ipsius pontificalis libri testimonio, 10. Kalendas Maii, Diocletiano sextum & Constantio secundum consulibus, anno nimirum Christi nati 296. martyrium subiit. Numerando igitur a principio inchoatæ sedis (de quo supra) usque ad tempora obitus Gaii, ipsum 12. annis quatuor mensibus & quinque diebus pontificatum tenuisse, liquido constat. Baron. anno 296. nu. 1. — Tempus sedit Gaii.

c Cari secundo.) Carus secundum consul collegam habuit, non Carinum, sed Numerianum, ut ex Cassiodoro & Græcorum fastis videre est. Itaque Caro & Carino primum, non secundum consulibus Gajus pontifex electus est. — Error libri pontificalis.

d Hic constituit ut omnes ordines.) Hæc constitutio quomodo sit intelligenda, dicemus in notis ad epistolam Gaii.

B *e Hic fugiens persecutionem Diocletiani.*) Has latebras Gaii post martyrium sancti Sebastiani, sociorumque ejus nimirum circa annum Christi 286. contigisse, acta ejusdem martyris probatissima, quibus Sebastianus cum reliquiis sociis a Gajo ad fidem suscipiendam institutus, & deinde baptizatus esse narratur, satis aperte indicant. Baron. prædictis locis. — Quando Gajus exulaverit?

f In cryptis habitans.) De cryptis, vide quæ dicemus infra in notis ad concilium Sinvessanum sub Marcellino.

g Confessor quievit.) Confessor est, non is tantum qui coram præside se Christianum esse confiteatur, sed etiam is qui sibi timens ne post vincula & dira tormenta fortasse Christum neget, bonis, cognatis omnibus, & patria relictis, extorris factus est & exulat: confessoris nomine dignus, quod si non ore, saltem opere Christum confessus sit. Plura de martyrum & confessorum differentia, ex literis Cypriani, & actis S. Sebastiani, vide apud Baron. an. 253. num. 54. item 486. num. 6. — Confessor quis?

C *h Gabinio fratre.*) Gabinius & Gajus fratres patre Maximino, qui erat frater Diocletiani imperatoris, procreati, professione Christianæ religionis a Diocletiani consuetudine segregati sunt. Gabinius uxorem duxit, ex qua Susanna, de qua paulo infra dicemus, orta est: postea autem uxore defuncta, sacris ordinibus initiatus, presbyteratu dignus est habitus. De utroque, Gajo nimirum pontifice, & Gabinio fratre ejusdem, ac jam presbytero, hoc memorabile legitur in actis Susannæ apud Baron. anno 294. num. 10. 11. & 12. quod a fidelibus in domo Gabinii conventi, initio conventionis & colloquii orationem (cujus unam atque alteram formulam Baron. prædicto loco refert) ad Deum fuderint: ac postea ab oratione surgentes, ipsi amici & fideles omnes pontificis ceterorumque presbyterorum pedes exosculati fuerint. — Gabinius Diocletiani nepos, Gaii frater, fit presbyter. Fideles initio congressus orarunt, & finita oratione, pontificis & presbyterorum pedes osculari sunt.

D *i Propter filiam Gabinii nomine Susannam.*) Causam refert his verbis, ob quam Gajus jussu Diocletiani patrui sui, martyrio affectus fuerit, hanc videlicet, quod Susannam Diocletiani ex fratre proneptem ad oblatum illi Galerii Cæsaris conjugium fortiter repudiandum animasse & exhortatus fuisse convinceretur. Vide acta Susannæ, quæ extant apud Baron. anno 294. per totum. — Cur martyrio affectus sit Gajus pontifex.

Notæ Severini Binii.

a Gajus.) Post obitum Eutychiani, cum 9. diebus pontificia sedes vacasset, & pastore destituta fuisset, XVI. Kalend. Januarii anno domini 283. Caro adhuc imperium tenente, Gajus Diocletiani ex fratre Maximo seu Maximino nepos, vitæ continentissimæ exemplar pontifex creatur. Hoc tempore Carus imperator, ut ex tributi remissione Thessalonicensi ecclesiæ concessa, per legem 8. codice de sacrosanctis ecclesiis, constat, Christianis plurimum favit; verum illo defuncto, Romæ contra eosdem edictum promulgatum est tale, quo omnium Christianorum cervices uno ictu amputandæ putabantur: præcipiebatur enim, ne quid Christianis emere, aut vendere, molere, vel aquam haurire liceat, nisi ante statuis quibusdam parvis, eo in loco, ubi emendi, molendi vel hauriendi gratia conventum fuerat, collocatis, thura obtulissent: & ut promulgatæ legis executio facilior esset, circa insulas, vicos, & aquas, compulsores constituebantur, qui neque molendi, neque aquas hauriendi potestatem facerent ulli, nisi qui idolis libasset. Hujus pontificatu Hieracitæ Gnosticorum & Manichæorum portio, a quodam Hierace exorti, in Ægypto agnoscuntur. Docebant solos cœlibes salvandos, ex eo quod Paulus de castitate loquens, ait: *Sine qua nemo videbit Deum*: ideoque nuptias & carnis resurrectionem damnantes, alias Abstinentes appellabantur. Addebant, quod non minus impium est, infantes non posse salvari, ideo quod 2. Timoth. cap. 2. scribatur: *Non coronabitur, nisi qui legitime certaverit*. Quare cum ab ipsis sanam doctrinam callidis suis argumentis eludi, & fratrum fidem periclitari B. Macarius Ægyptius animadverteret, sequestratis disputationibus, ut veræ fidei testimonium aliquod edant, eos ad mortuum suscitandum provocat: eoque per Macarium suscitato Hieracis sectarii fugati sunt. Evagrius in vitis patrum.

EPI-

(*a*) *Luc.* Cajus.
(*b*) Luc, *Carini* & deest *secundo*, & pergit *a die XVI. Kal. Jan. a consulatu Caro II. & Carino.*
(*c*) *Luc.* IV.
(*d*) Inserit Luc. *Hic regiones divisit diaconibus.*
(*e*) *In Luc.* deest *confessor quievit.*

A

[a] Suppoſita ab Iſidoro, ut ceteræ, de quibus ſuis locis.

[a] EPISTOLA
GAII PAPÆ
AD FELICEM EPISCOPUM.

Quod pagani non poſſint Chriſtianos accuſare: de accuſatione epiſcopi ejuſque accuſatoribus, de expoliatione aut expulſione, & de incarnatione domini.

I. *Paganos & hæreticos non poſſe accuſare Chriſtianos.*
II. *Epiſcopum non accuſandum apud judices ſæculares.*
III. *De epiſcopo, presbytero, aut diacono, vel reliquis clericis apud epiſcopos accuſandis.*
IV. *De his qui negant Verbi Dei incarnationem.*
V. *Quod ad ſpem vitæ æternæ perveniri non poſſit, niſi per mediatorem Dei & hominum Chriſtum Jeſum.*
VI. *De ordinibus eccleſiaſticis.*

Dilectiſſimo fratri Felici epiſcopo Gajus.

[b] Vigilius ep. 2.

DIrectas ad nos tuæ [b] caritatis epiſtolas plenas catholicæ inquiſitionis ſolicitudine, gratanter accepimus, benedicentes domini noſtri clementiam: quia tales ab extremis mundi partibus dignatur ſuis ovibus providere paſtores, per quos & paſcuis valeant ſalutaribus abundare, & ab [c] iniqui lupi rapacitate ſervari, ut inſidias nequeant ejus ſubreptionis incurrere. Unde certum eſt, quia promiſſæ vos beatitudinis gratia ſubſequatur, quando a vobis cœleſtium perfectio doctrinarum, tam votiva ſuſcitatione perquiritur. Scriptum eſt enim: *Beati qui perſcrutantur teſtimonia ejus, & in toto corde exquirunt eum.* Hoc ergo, frater cariſſime, propoſitum tuæ conſultationis tota mente tractantes, de te quoque provenire confidimus, qui regulam catholicæ fidei iiſdem ſtudes tenere veſtigiis, quibus eam in apoſtolica ſede cognoſcis eſſe fundatam. Et quamvis *ſonus* [d] *eorum toto orbe diffuſus, & uſque ad fines orbis terræ verba eorum diſtenſa*, dilectionis tuæ corda Chriſto probaverunt eſſe fidelia: tamen ſi quid ex his in eccleſia, quæ tuæ gubernationi (domino auxiliante) commiſſa eſt, necdum plena luce claruerit, ad eumdem fontem, de quo illa ſalutaris manarat lympha, recurritis, id eſt, quod debita caritate ſumus amplexi: quia fiducialiter de his, unde apud vos obſervantiam eſſe dixiſtis ambiguam, noſtra voluiſtis reſponſione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino ſalutantes, de ſingulis, quid juxta catholicam diſciplinam teneat apoſtolicæ ſedis auctoritas, ſubjectis aliquibus etiam ſanctarum capitulis regularum, te [e] credimus inſtruendum.

[c] antiqui hoſtis.

Pſal. 118.

[d] *Pſal.* 18. ex verſ. S. Hier.

[e] credidimus

B C D E

I.

[f] 2. q. 7. Pagani & hæretici

Primo quidem ſcias, [f] paganos & hæreticos non poſſe Chriſtianos accuſare, aut vocem eis infamationis inferre.

[f] Bar. in notis ad 31. Januarii, an. 331. ait, Optatum hac voce primum fuiſſe uſum, tum Prudentium, .

II.

Deinde nemo unquam epiſcopum apud judices ſæculares, aut alios clericos, accuſare præſumat.

Aug. &c. ante im. Chr. tem. uſurpata

III.

Et ſi quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus vel quilibet clerici, apud epiſcopos (quia alibi non oportet a qualibet perſona, quæ rite recipienda eſt) fuerint accuſati [a], quicumque fuerit, ſive ille ſit ſublimis vir honoris, ſive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit; noverit, probationis documenta ſe debere inferre. Si quis ergo circa hujuſmodi perſonas non probanda detulerit, auctoritate hujus ſanctionis intelligat ſe jacturam infamiæ ſuſtinere, ut damno pudoris, æſtimationis diſpendio diſcat, ſibi alienæ verecundiæ impune inſidiari, ſaltem de cetero non licere. Nam qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de ſuis rebus expoliati, vel ejecti a ſedibus propriis, aut qui accuſatores ſint recipiendi, quive non ſint, aut qualiter ejectis & expoliatis ſint omnia legibus redintegranda, quæ eis ablata ſunt: & quia priuſquam hoc factum fuerit, nullum crimen eis objici poterit, & qualiter illis induciæ poſt integram inſtaurationem anniverſariæ, vel ſex menſium, indulgendæ ſint, & qualiter ſua omnia licenter & pacifice, abſque ullius gravi impedimento diſponere, & ſuorum amicorum & eccleſiaſticorum patrum conciliis uti debeant, ſufficienter ab apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ac noſtris prædeceſſoribus ſtatutum eſſe putamus. Super his autem non reor amplius nunc fore diſputandum, niſi ſi ſurrexerint talia, quæ adhuc non ſunt manifeſta. Si eorum autem ſtatuta non habueritis, mittite fideliſſimos ſcriptores, qui hæc coram fidelibus teſtibus excipere, vobiſque reportare ſub ſtipulatione valeant.

[a] Hæc & milia ext Theod. a niano H cap. 22.

3. q. 1. E copus ſuis bus exſpo tus.

IV.

Ceterum, ut ſatisfaciam conſultis tuis de Verbo incarnationis & veritatis, *a* quicumque illi [b] ſunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, ut Verbi Dei a tempore incarnationis denegent veritatem, oſtendant in quo ſibi Chriſtianum nomen uſurpent, & cum evangelio veritatis qua ratione concordent, ſi beatæ virginis partu, aut caro ſine deitate, aut deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt, evangeliſta dicente, quod *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, ita negari non poteſt beato apoſtolo Paulo prædicante, quod *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi*. Quæ autem reconciliatio poſſet eſſe, qua humano generi repropitiaretur Deus, ſi hominis cauſam mediator Dei hominumque non ſuſciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei æqualis eſt Patri, in forma ſervi particeps eſſet & noſtri, ut mortis vinculum, unius prævaricatione contractum, unius morte (qui ſolus morti nihil debuit) ſolveretur? Effuſio enim juſti ſanguinis Chriſti, tam fuit dives ad pretium, ut ſi univerſitas captivorum in redemptorem ſuum crederet, nullum diaboli vincula retinerent: quoniam, ſicut apoſtolus ait, *ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit & gratia.*

[b] S. Leo 97. ex qu jam ſupra quædam libata in Eutychian papæ trib epiſtola. Vi pag. 1117.

Joan. 1.

2. *Cor.* 5.

Philip. 2.

Rom. 5.

tia. Et cum ſub peccati præjudicio nati, poteſtatem acceperint ad juſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis, quam debitum ſervitutis. Quam itaque ſibi in hujus ſacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in ſalvatore noſtro negant humani corporis veritatem? Dicant quo ſacrificio reconciliati: dicant quo ſanguine ſint redempti. *Quis eſt*, ut ait apoſtolus, *qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis?* Aut quod unquam ſacrificium ſacratius fuit, quam quod verus & æternus pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? Licet *in conſpectu domini pretioſa juſtorum mors fuit*, nullius tamen inſontis occiſio, redemptio fuit mundi. Acceperunt juſti, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata ſunt patientiæ, non dona juſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debitum ſuo fine perſolvit, cum filius hominis, unus ſolus dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes etiam ſunt ſuſcitati. De quibus ipſe dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipſum*. Fides etenim juſtificans impios, & creans juſtos, ad humanitatis retracta participium, in illo acquirit ſalutem, in quo ſolo homo ſe invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de ejus potentia gloriari, qui contra hoſtem humani generis in carnis noſtræ humilitate congreſſus, his victoriam ſuam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino noſtro Jeſu Chriſto, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis una perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiviſe communes habeat actiones, intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates, & ſinceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo deitatis: quid ſit, quod caro ſine Verbo non agit: & quid ſit, quod Verbum ſine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & ſine veritate carnis, obvoluta pannis infantia non jaceret: ſine Verbi potentia, non adorarent Magi puerum, ſtella indice declaratum: ſine veritate carnis, non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci: ſine Verbi potentia non diceret vox Patris, miſſa de cœlo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipſum audite*: & ſine veritate carnis non proteſtaretur Joannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & vivificatio mortuorum: & ſine veritate carnis, nec eſbus jejuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremo, ſine Verbi potentia non ſe dominus Patri profiteretur æqualem: & ſine veritate carnis non idem diceret Patrem ſe eſſe majorem, cum catholica fides utrumque ſuſcipiat, utrumque defendat, quæ ſecundum confeſſionem beati Petri apoſtoli, *unum Chriſtum Dei filium, & hominem credit & Verbum*. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero virginis *Verbum caro factum eſt*, nil unquam inter utramque formam diviſionis extiterit, & per omnia incrementa corporea, unius perſonæ fuerint totius temporis actiones: ea ipſa tamen, ut ita dicam, quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla permixtione confundimus, ſed quid cujuſque formæ ſit, ex operum qualitate ſentimus. Dicant ergo iſti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dominus majeſtatis Chriſtus affixus ſit, quid jacuerit in ſepulcro, & revoluto lapide monumenti, quæ tertia die caro reſurrexerit, & in qua poſt reſurrectionem ſuam non credentes quoſdam diſcipulos arguebat, & hæſitationem cunctantium confutabat, cum diceret: *Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere*: & apoſtolo Thomæ: *Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis*: qua utique manifeſtatione corporis ſui, jam hæreticorum mendacia deſtruebat, ut univerſa eccleſia Chriſti [a] innovanda doctrinis, hoc ſibi non dubitaret credendum, quod apoſtoli ſuſceperant prædicandum.

[a] imbuenda

V.

At ſi in tanta luce veritatis tenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit, oſtendant, unde ſibi ſpem vitæ polliceantur æternæ, ad quam niſi per *mediatorem Dei & hominum*, hominem Jeſum Chriſtum, non poteſt perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apoſtolus: *Non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſalvos fieri*: nec eſt redemptio captivitatis humanæ, niſi in ſanguine ejus, *qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus*, & *qui* ſicut prædicat apoſtolus, *cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit, formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit ſemetipſum, factus obediens Patri uſque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*. Cum ergo unus ſit dominus Jeſus Chriſtus, & veræ deitatis, veræque humanitatis in ipſo una prorſus eademque perſona ſit, exaltationem tamen, qua illum (ſicut doctor gentium dixit) *exaltavit Deus, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patri, & inter genitorem atque unigenitum nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in majeſtate diverſitas: nec per incarnationis myſterium aliquid deceſſerat Verbo, quod ei Patris munere redderetur. Forma autem ſervi, per quam impaſſibilis deitas ſacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas eſt, quæ in gloriam divinæ poteſtati, evecta eſt in tantam unitatem, ab ipſo conceptu virginis, deitatis & humanitatis conſerta, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod, ſicut dominus majeſtatis dicitur crucifixus, ita qui ex ſempiternitate æqualis eſt Deo, dicitur exaltatus: quia inſeparabiliter, manente unitate perſonæ, unus atque idem eſt & totus hominis Filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Chriſtus, ſecundum hominem accepit, cui, quæ non habuit, conferrentur. Nam ſecundum potentiam divinitatis, indifferenter omnia, quæ habet Pater, etiam habet Filius:

Ephes. 5.
Pſal. 115.
Joan. 12.
Matt. 3. & 17.
Joan. 1.
Matth. 4.
Joan. 11.
Marc. 4.
Joan. 10. & 14.
Matt. 16.
Joan. 1.
Joan. 19. *Matt.* 28.
1. *Joan.* 20. *Luc.* 24.
1. *Tim.* 4.
Act. 4.
1. *Tim.* 2. *Philip.* 2.
Philip. 2.
Joan. 10.

Joan. 5. & quæ in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum Dei enim formam, *ipse & Pater unum sunt*. *Joan. 10.* *Joan. 4. 5. 6.* Secundum formam autem servi, *non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem ejus qui misit eum*. *Joan. 5.* Secundum formam Dei, *sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso*. *Matth. 26.* Secundum formam servi, *tristis est anima ejus usque ad mortem*. *2 Cor. 8.* Et idem ipse est, sicut apostolus prædicat, *& dives & pauper*. *Joan. 1.* *Dives*, quia evangelista dicente, *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc erat in principio apud Deum. Ibidem,* *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. *Pauper* vero, quia propter nos *verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Quæ autem est exinanitio ejus, quæve paupertas, nisi formæ servilis acceptio, per quam, Verbi majestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est? Nam quia captivitatis nostræ resolvi originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quem peccati præjudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale diluret, sicut ab initio erat divinitus præordinatum, ita est in plenitudine temporis perfectum, ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum; nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se versari hæreticorum manifestat impietas, * cum specie deitatis honorando cum sub specie divinitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem: & religiose existimant credi, si dicatur in salvatore nostro verum non esse, quod salvat; cum ita secundum promissionem omnia sæcula * percurrentem, *mundus sit Deo reconciliatus in Christo*, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum Christianæ fidei, magno (ut hæretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate, quia omnes apostoli, apostolorumque discipuli, & præclari ecclesiarum quique doctores, qui ad martyrii coronam, vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in hujus fidei lumine splenduerunt, consonis ubique sententiis intonantes, quod in domino Jesu Christo deitatis & carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione hæretica impietas se existimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non propheta præcinere, non evangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumen obscurent: & per omnia sæcula ita[a] veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc & mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum literarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem dirigatur, & sinceræ intelligentiæ luce perspiciat, quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum: quoniam, sicut ait beatus apostolus: *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, credi-* *1. Tim. 3.* *tum est in mundo, assumptum est in gloria.* [a]

[a] Hæc usque verba S. Leonis ex quibus videas, alios olere catholicos.

VI.

De episcoporum vero, & presbyterorum, diaconorumque, & sequentium clericorum ordinationibus, sanctos apostolos & successores eorum, & præcipue [b] Anacletum, & præterea alios, sufficienter statuisse cognoscimus, & idcirco non est necesse * nunc replicari, nisi quod illi non statuerunt: *b* Illud tamen nos statuentes, vobis & omnibus servare mandamus, ut ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur, id est, [c] si quis episcopus esse meretur, sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, episcopus ordinetur. Et regiones, sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes, quæ populosæ fuerint, diaconibus dividantur. Et quæcumque difficiles [d] quæstiones per singulas provincias exortæ fuerint, semper ad sedem apostolicam referantur. Bene vale, frater, & ora pro nobis. Data Kalendis Martii, Diocletiano sexto [e] & Constantio secundo viris clarissimis consulibus.

[b] epistola 2. nullius fidei apud doctos * nos replicare, nisi

[c] Verba pontificalis.

[d] Innocentius ep. 2. S. Leo ep. 84. cap. 3. Vigilius epistol. 2.

[e] an. Christi 296.

Notæ Severini Binii.

a Quicumque illi sunt.) Hæc verba quibus Pauli Samosateni aliorumque hæreticorum Filii Dei incarnationem negantium sententia doctissime ex scriptura convincitur ac refutatur, hinc usque ad finem epistolæ, haberi epistola 1. Leonis ad Leonem Augustum, in margine hujus epistolæ Surius annotavit.

b Illud tamen nos statuentes, &c.) Quod hic & supra in vita Gaii de hierarchia ecclesiastica constituta, a Gajo pontifice instituta dicantur, nequaquam sic sunt intelligenda, quasi ipse primus instituerit, ut ad summum ordinem ascensurus, per inferiorum ordinum gradus sublime fastigium sacerdotii conscenderet: nam ejusmodi hierarchiæ ordinem, temporibus apostolorum in ecclesia stabilitum fuisse supra pluribus locis est enarratum. Gaii igitur decretum nihil aliud constituisse videtur, quam quod ad thronum episcopalem nemo proveheretur, nisi qui in singulis inferioribus ordinibus debito ac consueto tempore ministrasset. Vide Baron. anno 296. num. 2. Decretum Gaii, de hierarchia ecclesiæ, quomodo intelligendum.

ANNO CHRISTI 296.

VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA MARCELLINI PAPÆ.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

[a] MArcellinus natione Romanus, ex patre Projecto, *b* sedit annos 9. menses (*a*) 2. dies 16. Fuit autem temporibus Diocletiani & Maximiani, ex die Kalendarum Julii, a consultatu Diocletiani sexto, & Constantii secundo, usque ad Diocletianum nono, & Maximianum octavo. Quo tempore fuit persecutio magna, ita ut intra 30. dies, [a] 17. millia hominum promiscui sexus per diversas provincias martyrio coronarentur. De qua re & *c* ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret; quod & fecit. Et post paucos dies pœnitentia ductus, *d* ab eodem Diocletiano pro fide Christi, cum Claudio, & Cyrino, & Antonino, capite truncatus est, & martyrio coronatus. (Qui dum pergeret ad passionem suam, adjuravit Marcellum presbyterum, ut præcepta Diocletiani non impleret.) Jacuerunt autem corpora sanctorum in platea (*b*) dies 36. ex jussu Diocletiani. Exinde Marcellus presbyter noctu collegit corpora sanctorum cum presbyteris & diaconibus cum hymnis, & sepelivit ea (*c*) VI. Kalendas Maii, in via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, [b] *e* in cubiculo claro, quod patet usque in hodiernum diem, secundum quod ipsi sanctus Petrus præceperat, in crypta juxta corpus sancti Crescentionis. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros 4. (*d*) episcopos per loca 5. Et *f* cessavit episcopatus annos 7. menses 6. dies 25. persequente Diocletiano Christianos.

ANNO CHRISTI 296.

Notæ Severini Binii.

a Marcellinus.) Post interregnum undecim dierum tertio Maii, anno Christi 296. Diocletiani & Maximiani imperatorum 13. Marcellinus patria Romanus Gajo pontifici successit. Eusebius Marcellum ob similitudinem nominis cum Marcellino male confundit. Hujus hortatu Thebæorum martyrum legio in fide roborata partim apud Agaunum in Gallia, partim Bonnæ, Coloniæ, & Troiæ, trucidata est. Decima Christianorum persecutio Diocletiano & Maximiano imperatoribus promulgata, edixit, ut ubique terrarum ecclesiæ deturbentur, Christianorum scripturæ igne absumantur, honores adepti cum ignominia de gradu deponantur, privatis libertas adimatur, denique ut ecclesiarum præsides in vincula conjiciantur, & omnes omnibus tormentis adhibitis ad immolandum idolis compellantur. Eusebius libro 7. hist. cap. 3. August. de bapt. contra Donatistas libro 7. cap. 2. Arnobius contra gentes libro 4. in fine &c. Vigore hujus edicti, die passionis dominicæ, vel ipsis paschalibus, ut scribit Euseb. in chron. ex composito omnes ecclesiæ demolitæ sunt: eorum vero, qui tormentis gravissimis propositis ad sacras scripturas codices tradendos urgebantur, alii atrocitate pœnarum perterriti, quos apud se habebant codices sacros tradiderunt, & inde traditores appellati sunt: alii potius per acerbissimos cruciatus mori, quam libros prodere, elegerunt. Horum omnium decennali persecutione occisorum numerum prope infinitum fuisse, ex eo colligitur, quod auctor libri pontificalis infra scribit, uno mense 17. millia Christianorum cæsa fuisse. Traditores sacrorum codicum quidam, nullo criminis dolore percussi, neque conscientiæ stimulis repressi se innocentissimos professi sunt, & confessorum gloriam jactanter usurparunt, & quod pejus est, Mensurium ac Cæcilianum Carthaginensis sedis episcopos, traditionis, homicidii & crudelitatis labe conspersisse, atque ideo se ab ecclesiæ unitate, ideo quod horum communicatione polluta esset, separantes, principio schismatici, deinde vero hæretici facti fuerunt. De lapsu Marcellini, & conciliis desuper habitis, vide quæ dicemus infra ex Baron. anno 296. & sequentibus.

Traditores fiunt schismatici, & post hæretici.

b Sedit annos 9. menses 2. dies 16.) Ex consulatu Dioclet. nono, & Maximiani 8. qui coincidit cum anno Christi 304. colligitur Marcellinum, 8. annis, minus uno mense & 16. diebus sedisse: Baron. anno 304. numer. 23.

Tempus sedis Marcellini.

c Ipse Marcellinus ad sacrificium ductus est, ut thurificaret, quod & fecit.) Quamquam pluribus rationibus, quas vide apud Baron. anno 302. n. 96, & sequentibus, hæc Marcellini thurificantis historia plane refutari & obreptitia esse probabiliter ostendi possit, tamen non facile recedendum esse putamus ab ea sententia, quæ communi hactenus consensione credita est, atque in antiquis tabulis ecclesiasticis recepta fuit; Marcellinum nimirum metu mortis, & blanditiis imperatoris inductum, una cum ipso imperatore templum Vestæ ingressum, ibidem Jovis simulachro thus adoleviſſe, postea vero 72. testibus convictum, sua se sententia condemnasse, pontificatum ultro cessisse, & post peractam demum horribilem pœnitentiam glorioso martyrio occubuisse. Hæresiarchæ nostri sæculi, cum Donatistis tempore divi Augustini, hanc ob rem mirifice admodum triumphant, quasi ecclesiæ catholicæ turpissima macula inusta sit, ex eo quod caput ecclesiæ hanc turpitudinem commiserit: sed quod solent alias, ante victoriam triumphum cantant. *Quid tum*, inquit Tertullianus de præscript. *si episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam martyr lapsus a regula fuerit, ideo hæreses veritatem obtinuere? Ex personis probamus fidem, an ex fide personas?* Et sanctus Augustinus libro de unico baptismo contra Petilianum agens, *Non sane parva est*, inquit, *parumque gloriosa consolatio cujusque nostrum, si ab inimicis ecclesiæ cum ipsa ecclesia criminamur, ejus tamen defensio non in eorum hominum defensione consistit, quos isti nominatim falsis criminationibus appetunt. Prorsus quales fuerint Marcellinus, Marcellus, Silvester, Melchiades, Mensurius, Cæcilianus, atque alii, quibus objiciunt pro sua defensione quod volunt, nihil præjudicat ecclesiæ catholicæ toto terrarum orbe diffusæ: nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorum iniquitate damnamur.* Vita ergo præsulum turpiter acta, ipsis plurimum, nihil dogmatibus orthodoxis ecclesiæ præjudicat: quod male vivendo multis scandalum præbeant, ob hoc gravis suo tempore pœna luenda ipsos manet. Vide Baron. anno 302. num. 89. & sequentibus. Quod Centuriatores ex lapsu Marcellini urgent, Petrum & Petri successores in definiendis fidei dogmatibus errare posse, & quosdam de facto errasse, inepte urgent: Marcellinus enim idolis sacrificando, metu mortis inductus, contra fidei confessionem peccavit, adeoque externo actu fidem negasse visus est: verum interiore actu contra fidem nihil credidit, nihil etiam docuit, atque ideo hæretl-

An Marcellinus lapsus fuerit?

Lapsus Marcellini, nihil præjudicat veritati fidei catholicæ.

Centuriatorum calumnia refellitur. Marcellinus thurificando fidem non amisit.

(*a*) *Lut.* IV.
(*b*) *Luc.* addit, *ad exemplum christianorum dies XXVI. ex jussu &c.*
(*c*) *Luc.* VII.
(*d*) *Luc.* inserit *diaconos II.*

cus vel Infidelis esse non potuit cujus rei pœnitentia paulo post peracta, pontificatus sponte abdicatus, martyrium ob fidem susceptum, indicium evidentissimum præbent. Vide Bellarm. libro 4. de Roman. pontif. cap. 9.

Marcellini martyrium sub Maximiano contigit.

d Ab eodem Diocletiano,) Cum hoc anno Diocletianus ageret Nicomediæ in Bithynia, ubi & purpuram deposuit, quæ de martyrio Marcellini sub Diocletiano facta esse scribuntur hic, sub Maximiano restituenda sunt, qui licet ipsis Parilibus XI. Kalendas Maii se imperio abdicaverit, tempore tamen illo, quo Marcellini martyrium contigit, adhuc imperavit. Baron. anno 304. num. 23. & 24.

e In cubiculo clauso,) Vide notas Baron. ad Marcellinum in martyrologio.

Quantum interregnum fuerit post obitum Marcellini. Auctor libri pontificalis notatus.

f Cessavit episcopatus annos 7. menses 6. dies 25.) Hac in re auctor quisquis fuerit, sibi ipsi plane contrarius est. Nam cum infra in Marcello dicat, ipsum sedere cœpisse temporibus Constantii atque Galerii, si, ut hic dicitur, sedes 7. annis vacavit, Marcellum Galerio ac Constantio extinctis sedisse oportuit. Deinde, quæ ratio tam diuturnæ cessationis esse potuit, cum Maximiano sub persecutione se abdicante, Constantius Christianis favens, liberas habenas imperii mox acceperit? Explosо igitur commento, vel potius textu depravato, de vacatione sedis 7. annorum, quod nemo prudens dixerit, a sexto Kalendarum Maii usque ad 25. Novembris numerando, 7. mensibus & 25. diebus sedem vacasse, probabilius est, ideo quod verisimile sit loco 7. mensium, 7. annos corrupte positos esse. Vide plura infra in Marcello, item Baron. anno 304. num. 25. & 26.

---

a Utraque suppositia.

a EPISTOLA I.

MARCELLINI PAPÆ

AD SALOMONEM EPISCOPUM.

Confutatur error dicentium Patrem esse Filio majorem &c.

Marcellinus episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ urbis Romanæ, Salomoni coepiscopo, in domino salutem.

b S. Leo ep. 93.

QUam laudabiliter [b] pro catholicæ fidei veritate movearis, & quam solicite dominico gregi devotionem officii pastoralis impendas, tradita nobis per diaconum tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qui errorum morbi in regionibus vestris modo exorti sunt. Nam epistolæ sermo, & commonitorii series, & libelli tui textus eloquitur, quod quidam errore decepti, dicunt, ideo Patrem majorem Filio esse, quia illi soli sacrificium immolatur, & quod Filius nullam cum Patre communionis operam habeat, & quod illud propheticum de solo Patre dictum sit: *Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus, tu solus altissimus super omnem terram.* Sive quod ideo minor est Filius, quia ipse in cruce pendens dixit: *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti?* Quibus competens & congruum [c] reddatur responsum, quia sicut Patri, ita etiam Filio, non solum Christianis temporibus, verum etiam priscis temporibus a sacerdotibus variis multisque modis probamus, sacrificium fuisse oblatum, Daniele propheta dicente: *Non est locus*, inquiunt tres pueri, *ad sacrificandum nomini tuo, & invenire misericordiam tuam, sed in anima contrita, & in spiritu humilitatis suscipiamur. Et sicut holocautomata arietum & taurorum agnorumque pinguium, ita fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi.* Et ut Filium fuisse agnoscas, cui hi tres pueri sacrificium se confessi sunt obtulisse, ex ipsius regis ac tyranni, qui eos in fornacem ignis mitti præceperat, confessione addisce, qui se cum tribus quartum, in ipso æstuantis camini incendio sociatum, prodidit conspexisse. *Nonne*, inquit, *tres viros misimus in fornacem vinctos? Et dixerunt ei: Vere rex. Et dixit: Ecce ego video quatuor viros solutos, & deambulantes in medio ignis: & aspectus quarti similis Filio Dei est.* Idem Dei filius per prophetam loquitur dicens: *Tibi offerent reges munera.* Et ut hæc de Filio Dei se dixisse doceret, dixit: *Reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes reges: omnes gentes servient ei.* Et ut hæc omnia, superius designata, Christo Filio Dei doceamus fuisse oblata, in nativitate ejusdem Filii Dei, quæ secundum carnem facta est, probamus fuisse completa, evangelio comprobante: *Cum natus esse Jesus in Bethlehem Judæ in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est rex Judæorum?* Et infra: *Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.* Sacrificium itaque quod a Christianis sacris altaribus admovetur, non solum Deo Patri, sed etiam Filio communi devotione offertur, quoniam nec Patri sine Filio potest offerri, neque Filio sine patre sacrari. [a] Quod autem communem operationem habeant Pater & Filius, hoc modo docetur, dum primi hominis plasma Deus ad imaginem Dei communi operationis virtute fecisse fertur, scriptura dicente: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Item ibi: *Descendamus & confundamus ibi linguam eorum.* Et, *Pluit dominus a domino ignem & sulphur super Sodomam.* Et in evangelio: *Pater meus usquemodo operatur; & ego operor.* Similiter: *& opera, quæ ego facio, non sunt mea, sed ejus qui misit me, Patris.* Quæ omnia non discretam Patris & Filii potentiam monstrant, sed unam divinitatis operationem annunciant. Et is, qui paternum opus exequitur, a paternis operibus alienus esse non creditur. [b] Si autem ex evangelio Filium Dei cognoscere altissimum nuncupatum, nunquam filio derogans, hoc de solo Deo Patre dictum poneres testimonium, cum scriptum sit: *Tu puer propheta altissimi vocaberis.* Et ut Filius cum Patre indiscrete in altissimis habitasse credatur, Salomonis testimonio comprobatur: *Ego sapientia*, inquit, *habitavi in altissimis, & thronus meus in columna nubis.* Et in psalmo 91. *Tu autem altissimus es in æternum, domine, quoniam ecce inimici tui peribunt.* Nam cum diabolus thronum suum contra creatoris sui thronum in altissimis collocaret, elatus superbia, hæc ausus est nefando ore depromere: *Ponam sedem meam ad Aquilonem, ascendam*, inquit, *super sydera cœli, sedebo super montes excelsos, & erò similis altissimo.* Item in Salomone: *Ne dixeris, peccavi, & quid accidit mihi triste? Altissimus enim patiens est redditor.* Si auditum cordis tui scripturis non vis accomodare divinis, quæ Filium doceant altissimum nuncupatum, vel diabolo crede, qui contra opificis sui thronum sedem sibi voluit collocare. Ut eum cognoscatis Filium [c] a Patre (ut vos suspicamini) non fuisse penitus derelictum, hoc de se in evangelio posuit testimonium: *Pater, qui me misit, mecum est; & non reli-*

Psal. 82.

Matth. 27.

c Ithacius adv. Varimadum, c. 11.

Daniel. 3.

a ejusdem Ithacii c. 5

Genes. 1. Genes. 11.

Genes. 19.

Joan. 5. Joan. 7.

b ejusdem Ithacii c. 5

Luc. 1.

Eccles. 24.

Isa. 14.

Eccles. 5.

Isa. 14. c Ithacius.

Joan. 8.

reliquit me solum, quia, quæ placita sunt ei, facio semper. Unde pro [a] surreptione mandamus, ut omnis cura atque solicitudo invigilet, ne fides temeretur aut violetur. Jam nullus est ignorantiæ locus, nullus utatur simplicitatis excusatione præterita. Scienti peccare, necessaria est confusio: & quod ore contraxit, scientia reformetur. Ista, frater, tene, & hæc doce. [b] Utinam ad plenioris affatus satietatem præsentiæ tuæ nobis gaudia contigissent, ut gratularemur nos & colloquio & præsentia tui frui, quam sumus ante scripto complexi. Verumtamen probasti, dilectissime frater, quo Christianam fidem veneratis affectu, dum ea, quæ ad regulas patrum pertinent, & ad mandata catholica, sine aliqua cupis transgressione servare: & spreta erratica & nociva doctrina, catholica & apostolica tenere præcepta, & rectæ fidei regulas docere atque servare. Hæc, frater carissime, & alia, [c] quæ patrum regulis continentur, in labiis & cordibus nostris indivisa retractatione meditemur, & sicut scriptum est, *narremus ea filiis nostris, ut ea meditentur in cordibus suis, sedentes in domo, ambulantes in itinere, dormientes atque surgentes: quia beatus in domino qui in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Hæc etenim magister gentium secutus, discipulum suum instruens, admonet: *Hæc meditare, in his esto subjiciens* * *plenitudinem. Attende tibi ac doctrinæ:* quoniam si fidelibus sine intermissione incumbimus institutis, separamur a vitiis, dum impensa cura divino operi, humano locum non relinquit errori. Quod [d] si ea quæ prædicta sunt validis teneantur fixa radicibus, nec a paterna traditione receditur, & constanter quæstionibus obviatur, ac pravorum intentio cassatur, bonorumque fides & constantia roboratur. Data octavo Idus Septembris, Diocletiano sexto & Constantio secundo viris [e] clarissimis consulibus.

Hormisda ep. 51.

Ejusdem Hormisdæ ep. 24.

Ejusdem ep. 25.

Psal. 77.

Psal. 1

1. Tim. 4.

ita & MSS. ed. Just.

Hormisdæ ep. 79.

anno 296.

EPISTOLA II.

MARCELLINI PAPÆ

AD ORIENTALES EPISCOPOS.

Ut laico clericum non liceat accusare.

I. *De contentionibus inter Christianos ortis ad ecclesiam deferendis, & ab ecclesiasticis jure terminandis.*

II. *Quod major a minori judicari non debeat, nec episcopi ullum præjudicium inferre pontifici a quo consecrari probantur.*

III. *Quod clericus absque permissu episcopi sui neminem ad judicium sæculare trahere præsumat, nec laico quemlibet clericum accusare liceat.*

IV. *Quod injustum judicium metu regis, vel jussu, a judicibus factum non valeat: & quod statuta infidelium delebuntur.*

Dilectissimis fratribus universis episcopis, per orientales provincias constitutis, Marcellinus episcopus.

QUid tam dulce solicito, quam quod mihi de vobis innotescunt illa quæ cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter se sacerdotes pacem, quam necesse est aliis pro officio annunciare, conservent? Plena (fateor) gratulatione susceptus, quod votiva mihi de caritate (quæ inter vos est) ecclesiarum & pace, in litteris indicastis sponte: mihi quidquid hortari poteram, quidquid monere, delatum est. *Confirmet hoc Deus, quod est operatus in nobis:* & quæ præcepit pro animarum salute facienda, hæc ipse qui præcepit, pro ea, qua nos redemit, pietate faciat. Et his tam bonis nunciis, nos * quoque religiosam sanctorum vicem reddimus nunciorum. Quidquid *cum orientalibus, quos ad ecclesiæ corpus unitatemque revocatos,* dudum Dei nostri ope literis significavimus destinatis, denuo, cum aptum fuerit, repetitis vobiscum participamus indiciis, *mox pro nostro edicto* [a] *ab orientalibus missa legatio est:* certa speravit, certa consuluit. Sed facimus de his, quæ fuerunt dicenda, compendia ipsi potius ad instruendam notitiam vestram, quæ nobis sunt responsa, dirigentes, ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum, aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem, ipsam teneri sufficiat veritatem. Quid autem ad continentiam nostrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria plenius expedire. Quapropter [b] scitote, vos a persecutione fratrum, & ab omni litigio abstinere debere, dicente scriptura: *Servum Dei non oportet litigare,* nec * quemquam nocere, sed omnes persecutores ecclesiæ, servorumque ejus, vestris redargutionibus corrigere, testante Apostolo: *Argue, obsecra, increpa.*

Pro officio annunciare] nec pseudo-Isidori merces evertit proscribitque eruditorum virorum judicio.

Psal. 67.

* religiosorum vicem reddentes nunciorum, quidquid.

a Hinc videas fraudem mali artificis sole meridiano clarius emicare.

b b hic initium capiunt solitæ Mercatoris cautiones.

2. Tim. 2. * cuiquam

2. Tim. 4.

I.

Quæcumque ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad ecclesiam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur.

12. quæst. 2. Quæcumque.

II.

Major autem non potest a minore judicari, nec episcopi pontifici, [c] a quo consecrari probantur, præjudicium inferre ullum possunt. Quod si præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere non dubium est, nec posse inter ecclesiastica ullo modo statuta censeri.

c Hadr. coll. 69.

III.

* Clericus vero cujuslibet ordinis, absque pontificis sui permissu, * nullum præsumat ad sæculare judicium attrahere. Nec laico quemlibet clericum liceat accusare. Detractiones tamen & accusationes atque persecutiones inter Christianos oppido vitandæ sunt: quia licet pauci simus in comparatione aliorum, si tamen unanimes fuerimus, facilius adversariis resistemus. Sanctus etenim protomartyr Stephanus lapidabatur, sed Jesus susciebat plagas. Ideo unicuique providendum est, [d] ne aliquem injuste judicet aut puniat. Et dominus in evangelio ait: *Nolite judicare, ut non judicemini: quo enim judicio judicaveritis, judicabimini.* Unde & doctor gentium loquitur, dicens: *Hoc igitur dico, & testificor in domino, ut jam non ambuletis, sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ, omnisque avaritiæ: vos autem non ita didi-*

* Clericum * nullus 11. q. 1. Clericum cujuslibet ordinis. 2. q. 7. Laico non liceat quemlibet.

d Hadr. coll. 66.

Matt. 7.

Ephes. 4.

Hormisdæ ep. 65. quæ vel unica om.

didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu, deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renovamini autem spiritu mentis vestræ, & induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Irascimini, & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, jam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus est ad ædificationem [a] *opportunitatis, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem invicem benigni & misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filii carissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Ut filii lucis ambulate, (fructus enim lucis est in omni bonitate & justitia & veritate) probantes quid sit beneplacitum Deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe* [*] *est dicere. Omnia autem quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim, quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaque, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini Spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino, gratias agentes semper pro omnibus, in nomine domini Jesu Christi, Deo & Patri. Subjecti invicem in timore Christi.* [a] Omne enim quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia. Non licet ergo imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra mandata divina præsumere: nec quidquam quod evangelicis propheticisque & apostolicis regulis obviat, agere.

a ex versione Italica.

Ephes. 5.

* est &

a Can. 9. Nicænus citatus in conc. V. Rom. su Symmach.

IV.

Injustum enim judicium & definitio injusta, regis metu vel jussu a judicibus ordinata, non valeat: nec quidquam, quod contra evangelicæ, vel propheticæ, aut apostolicæ doctrinæ constitutionem, successoremve eorum, sive sanctorum patrum, actum fuerit, stabit. Et quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, [b] omnino cassabitur. *Vos autem state in fide, viriliter agite, & omnia vestra cum caritate fiant. Hujus rei gratia*, ut ait apostolus, *flecto genua mea ad Patrem domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtutem, corroborari per Spiritum ejus, in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in caritate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, &* [*] *profundum, scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter, quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem, quæ operatur in nobis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Jesu, in omnibus generationibus sæculi sæculorum. Amen.* Data quinto Idus Septembris, Diocletiano septimo, & Maximiano sexto viris clarissimis [c] consulibus.

25. q. 2. C. ne quod.

b hactenus conc. VI. Symm.

1. Cor. 16. Ephes. 3.

* & sublimitas.

c anno 299

SY-

SYNODUS INCERTI LOCI

Pro aſſerendo jure patriarchico in totam Perſidem archiepiſcopo Seleucienſi, a quatuor Patriarchis, ut fertur, circa annum Chriſti 300. habita.

PRÆMONITIO COLLECTORIS.

Ex Manſi Suppl. tom. I. p. 123.

Timotheus Jacobitarum in Syria patriarcha, qui circa annum Chriſti 1280. *floruit, epiſtolæ Synodicæ a Patribus hujus Concilii ſcriptæ mentionem exhibet, ſcriptamque illam circa annum Chriſti* 300. *conſtituit a Patriarchis Occidentalibus in Synodum coactis, videlicet a Romano, Conſtantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino. Epiſtolæ ejuſdem fragmentum ſervavit Sobienſis Epiſcopus ſcriptor Arabs ſæculi decimi quarti, ex quo illud dedit Cl. Aſſemanus Bibliot. Orient. tom. III. part. I. pag.* 56. *En illud.*

OCCIDENTALES.

QUod autem a Patribus noſtris ſpiritualibus dictum eſt, Judicium videlicet Patriarchæ Orientis noſtris Patriarchis eſſe reſervatum; quia habita exacta inquiſitione compertum fuit, Patriarchæ accuſatores in ſuis delationibus fuiſſe falſitatis convictos, & Patriarchas illatorum criminum omnino immunes: nunc definimus in poteſtate, & verbo vivo Dei, nullum deinceps habere jus Metropolitas & Epiſcopos, ſed nec Chriſtianos Orientis ad accuſationes criminationeſve inſtruendas adverſus proprium Patriarcham, eaſque ad Patres noſtros Occidentales verbo aut ſcripto deferendas. Quod ſi rurſus aliud quippiam objiciant, ſicut hactenus fecerunt, ipſis reſpondemus; Patriarcham omnium A Chriſtianorum Orientis eſſe judicem; ipſius autem Patriarchæ judicem eſſe Chriſtum. *Et poſt alia.* Exiſtimavimus Eccleſiæ Dei noſtræ veſtræque regionis illud utile eſſe, quod veteres Patres noſtri æquum & juſtum cenſuerunt, quando veſtræ Sedi, quæ eſt in magna Eccleſia Cochenſi, conceſſerant, ut ipſe Metropolitas inſtitueret, ſicut idem utile eſſe judicaſſet; ut nimirum ipſe ſuper eos poteſtatem haberet, eoſque pro merito conſtitueret, vel propter illorum delictum deponeret: ſimiliter & ſuper omnes Epiſcopos Orientis; & ipſe Patriarcha judex & vindex fieret in univerſa Eccleſia Orientis, idemque regeret & gubernaret. Id igitur nos quoque ſuſcipimus & ſequimur.

ANNO CHRISTI 309.

CENSURA D. ASSEMANI IN HANC EPISTOLAM.

ANNO CHRISTI 309.

VErum ut ab hac epiſtola incipiam, in qua *Privilegium Seleucienſi Primati a Patribus Occidentalibus conceſſum dicitur, ut neque ab Orientalibus judicari poſſit, neque ad Occidentales ejus cauſa deferatur, ſed judicium illius Chriſto duntaxat reſervetur*; in primis non aſſentior Timotheo, qui eam circa annum Chriſti 300. ſcriptam vult a Patriarchis Occidentis; Romano, ſcilicet, Alexandrino, Antiocheno, Epheſino, & Hieroſolymitano: tum quia non poteſt deſignari locus, in quo Patriarchæ citati convenerint: tum etiam quia diverſis temporibus claruere, quos Timotheus æquales facit. Ut enim accurati hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores tradunt, Cajus Pontificatum Romanum iniit exeunte anno Chriſti 283. quem annis duodecim geſſit. Petrus Alexandrinus ab anno 300. ad annum 312. ſedit. Paulus Samoſatenus Antiochenam Eccleſiam occupavit ab anno 260. ad annum 272. quo depoſitus fuit. Alexander Hieroſolymitanam Sedem rexit ab anno 199. ad annum 253. Gregorius Thaumaturgus circa annum 265. obiit. Flavianus Epheſinus ignotus eſt. Deinde quum Eccleſiæ Orientalis regimen ad Antiochenum Patriarcham ſpectet, nulla erat cauſa, cur Archiepiſcopo Seleucienſi id privilegium ab omnibus ſimul Patriarchis concederetur, neque Seleucienſis Præſul apud idoneum ſcriptorem legitur ſupplicationem ſuam in aliqua Synodo exhibuiſſe: in quo duntaxat caſu cæteri Patriarchæ de Privilegiis Epiſcopalium Sedium ſibi minime ſubjectarum judicantes, ea vel ampliare ſoliti erant, vel coarctare, ut ex B actis Synodorum Nicænæ, Conſtantinopolitanæ, & Chalcedonenſis liquet. Denique ſi id Privilegium verum fuiſſet, nequaquam dixiſſent Patres in Canone Arabico Nicæno 38. de Primate Seleuciæ, *ex nunc permittatur ei conſtituere Metropolitanos*: nec Canone 40. de Epiſcopis Perſidis ſubjunxiſſent, *non permittit magna Synodus, ut congregentur in provincia Perſidis, ne conſtituant leges ullas ſine licentia Patriarchæ Antiocheni, quia quamvis eorum Dominus* (ideſt Epiſcopus Seleuciæ) *factus ſit in dignitate Patriarchæ, in hoc tamen conſultum eſt eorum utilitati, & exemptioni a damno & nocumentis, atque eorum pacі & tranquillitati proviſum. Non propterea tamen ipſis licet ſolvere, aut ligare, vel conſtituere ullas Eccleſiaſticas leges, vel addere eis, vel diminuere quidquam propria auctoritate, ſed potius in omnibus ſint obedientes principibus, & Patriarchæ*: vel ut vertit Turrianus Can. 35. *Sed potius in omnibus ſint Metropolitanis Patriarchæ obedientes.* Quum enim dicitur, *ex nunc permittatur ei conſtituere Metropolitanos*, ſignificatur, id antea ipſi permiſſum non fuiſſe: quumque ſubjungitur, *non permittit magna Synodus, ut congregentur in Provincia Perſidis, ne conſtituant leges ullas ſine licentia Patriarchæ Antiocheni*, oſtenditur commentitium eſſe privilegium illud, de Appellationibus a Seleucienſi ad Antiochenum minime faciendis. Ut voces illas *Metropolitæ*, & *Patriarchæ* ante Nicænum Concilium minime uſurpatas omittam.

CON-

ANNO CHRISTI 303.

CONCILIUM CIRTENSE,

ANNO CHRISTI 303.

QUO IN LOCUM TRADITORIS.

Traditorem episcopum substituerunt,

Anno CCCIII. [1] *sub Marcellino Papa.*

Tempus Concilii.

a (*Concilium.*) Hoc concilium habitum est Cirtæ in Numidia anno domini 303. sub Marcellino pontifice, & Diocletiano ac Maximiano imperatoribus, Secundo Tigisitano episcopo, Numidarum episcoporum primate, auctore. Episcopi, qui ex imperatorum edicto, codices sacros, resve alias sacras comburendas tradiderant, aut thurificarant, eo fine convenerunt, ut in locum defuncti Cirtensis episcopi alium sufficerent & subrogarent. Celebrata est hæc synodus in domo Urbani Carisi, quia basilicæ nondum erant restitutæ. De traditione sacrorum librorum, interrogante Secundo Tigisitano, reliqui præsentes quæsiti, traditionis crimen confessi sunt, suumque primatem interrogantem, ejusdem delicti redarguerunt. Qua de re ipse se literis ad Mensurium Carthaginensem episcopum scriptis omnino purgare & excusare frustra est conatus. Episcopum Cirtensem, quæ fere præcipua conveniendi causa fuit, ordinarunt quemdam Paulum, qui hoc eodem anno magistratibus conventus, libros & ecclesiæ supellectilia tradidit, sicut & Silvanus, ejusdem subdiaconus, postea vero etiam Cirtensis episcopus, ut constat ex actis proconsularibus, quæ prolixe recitantur a Baron. hic nu. 7. Ex his traditoribus impii Donatistæ fluxerunt, quorum causa Africana ecclesia tot cladibus multis sæculis in pœnam criminis exagitata, ac deinde a Vandalis primo, demum ab Arabibus penitus devastata fuit. Baron. an. 303. nu. 29. Fragmentum hujus synodi recitatur ab Optato Milevitano lib. 1. summatim dumtaxat, sed a S. Augustino contra Cresconium libro 3. cap. 26. in fine & 27. his verbis: *De vestris autem majoribus extat Secundi Tigisitani concilium cum paucissimis quidem factum apud Cirtam, post persecutionem codicum tradendorum, ut illic in locum defuncti ordinaretur episcopus. Ibi quæ gesta sint, accipe: nam quæ necessaria fuerunt, infra scribere curavi.*

Causa concilii. Qui & quales interfuerunt.

Acta Cirtensia.

Diocletiano octies & Maximiano septies consulibus, quarto nonas [a] Martii, Cirtæ cum Secundus episcopus Tigisitanus primæ cathedræ consedisset in domo Urbani † Donati, idem dixit: Probemus nos primo, & sic poterimus hic ordinare episcopum. Secundus Donato Mascu-

a die Iduum Majarum, Optatus l. 1. contra Parmenianum.

† Optatus idem Carisium nominat.

litano dixit; Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Scis quantum me quæsivit Plorus ut thurificarem, & non tradidit me Deus in manu ejus, frater: sed quia Deus mihi dimisit, ergo & tu serva me Deo. Secundus dixit: Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia non tradiderunt, ideo & coronati sunt. Donatus dixit: Mitte me ad Deum, ibi reddam rationem. Secundus dixit: Accede una parte. Secundus Marino ab Aquis Tibilitanis dixit: Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit: Dedi Pollo chartulas; nam codices mei salvi sunt. Secundus dixit: Transi una parte. Secundus Donato Calamensi dixit: Dicitur te tradidisse. Donatus respondit: Dedi codices medicinales. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Victori a Russiccade dixit: Dicitur te tradidisse quatuor evangelia. Victor respondit: Valentianus curator fuit: ipse me coegit, ut mitterem illa in ignem. Sciebam illa * deletitia fuisse. Hoc delictum indulge mihi, & indulgebit mihi Deus. Secundus dixit: Transi una parte, & alio loco. Secundus Purpurio a Limata dixit: Dicitur te necasse filios sororis tuæ, duos Milei. Purpurius respondit: Putas me terrei a te, sicut & alteri? Tu quid egisti, qui tentus es a curatore & ordine, ut scripturas dares? quomodo te liberasti ab ipsis, nisi quia dedisti, aut jussisti dari quodcumque? nam non te dimittebant passim: nam ego occidi & occido eos qui contra me faciunt: ideo noli me provocare ut plus dicam. Scis me de nemine tractare. Secundus minor patruo suo Secundo dixit: Audis quæ dicat in te? Paratus est recedere, & schisma facere, non tantum ipse, sed & omnes quos arguis: quos scio quia dimittere te habent, & dare in te sententiam, & remanebis solus hæreticus. Ideo quid ad te pertinet, quis quid egit? Deo habet reddere rationem. Secundus Felici a Rotaria Centurionis, & Victori a Garbe dixit: Quid vobis videtur? Responderunt: Habent Deum, cui reddant rationem. Secundus dixit: Vos scitis, & Deus: Sedete. Omnes responderunt: Deo gratias.

* deletilia

Ob-

1 Epocha istius Concilii varie jactata huc usque fuit, donec vir clarissimus Henricus Valesius in annotationibus ad Eusebium pag. 163. certis argumentis ostendit celebratum fuisse anno Christi trecentesimo quinto. Etenim cum certum sit persecutionem cœpisse in Africa anno CCCIV. ineunte, & ex Augustino in Breviculo collationis diei tertiæ cap. XVII. certo colligatur Cirtense Concilium fuisse habitum tredecim mensibus post passionem martyrum Saturnini, Dativi, & aliorum qui passi sunt apud Carthaginem mense Februario anni mox laudati, manifestum est veram esse ejusdem Augustini sententiam, qui ait gesta episcopalia decreti Cirtensis consignata fuisse III. Nonas Martias post consulatum Diocletiani IX. & Maximiani VIII. Ex quo confici etiam posse puto mendosam esse apud Optatum notam mensis, quo synodus Cirtensis celebrata est, qui ibi dicitur esse Majus. *Baluzius in nova Collect. Concil.*

ANNO CHRISTI 303.

Observatio Antonii Pagi.

Ad annum CCCIII. *num.* 3.

Concilium *Cirtenſe* Baronium & Petavium in 2. parte Rationarii Temporum induxit, ut crederent, perſecutionem Diocletianeam anno ſuperiori cœptam eſſe. Auguſtinus enim, inquiunt, in Breviculo Collationis poſt Paſſionem Martyrum illud Concilium congregatum eſſe affirmat: coactum eſt autem Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. uti docent ipſius Concilii Acta ab Auguſtino in lib. 3. contra Creſconium relata, anno ſcilicet CCCIII. At, ut recte advertit Valeſius in Notis ad lib. 8. Euſebii cap. 2. mendum eſt in Actis illius Concilii, legendumque: *P. C. Diocletiani IX. & Maximiani VIII.* anno ſcilicet CCCV. Id enim apertiſſime deducitur ex Breviculo Collationis die 3. cap. 17. ubi dicitur: *Nam geſta Martyrum, quibus oſtendebatur tempus perſecutionis, Coſſ. geſta ſunt Diocletiano IX. & Maximiano VIII. prid. Id. Februarias. Geſta autem Epiſcopalia decreti Cirtenſis, poſt eorundem Conſulatum III. Non. Martias.* Neque hanc ſcripturam ſuſpicari quiſpiam de falſo poteſt. Addit enim ibidem Auguſtinus, Officiales juſſos a Judice inſpicere, quantum temporis interfuiſſet inter Paſſionem Martyrum & Concilium Cirtenſe, deceptos fuiſſe, ac per imprudentiam falſum renunciaſſe. Nam cum Geſta Martyrum inſcripta eſſent Diocletiano IX. & Maximiano VIII. pridie Idus Feb. Acta vero Concilii Cirtenſis poſt Conſulatum Diocletiani novies & Maximiani octies III. Nonas Martias, Officiales poſt Conſulatum pro Conſulatu ſumentes, menſem duntaxat inter utraque Geſta interpoſitum eſſe reſponderunt; cum tamen XIII. menſium ſpatium revera interpoſitum fuiſſet, ut rectiſſime tradit Auguſtinus. Extant quidem ipſa Martyrum Geſta, quæ in Collatione illa deſignantur; verum in iis nec dies, nec Conſul adſcriptus eſt, ut videre eſt apud Baronium. Aut igitur hunc locum ex Breviculo Collationis, ubi Geſta Martyrum Diocletiano IX. & Maximiano VIII. Coſſ. conſecta memorantur, mendoſum eſſe neceſſe eſt, aut inſcriptionem Concilii Cirtenſis in lib. 3. contra Creſconium. Atqui inſcriptio illa Geſtorum Martyrum falſa eſſe non poteſt, ut patet ex dictis. Celebratum igitur fuit anno CCCV. quo perſecutio ceſſavit, poſtquam Diocletianus & Maximianus Imperium depoſuerunt.

A Affert Valeſius laudatus, aliud argumentum, quo convinci poteſt *Cirtenſe* Concilium Conſulatu Diocletiani VIII. hoc anno geſto collectum non fuiſſe. Cum enim id Concilium coactum fuerit ad ordinandum Cirtenſis Eccleſiæ Epiſcopum, teſte Auguſtino, quæro quis Epiſcopus ab Epiſcopis illis ordinatus ſit? Non *Silvanus*. Hic enim hoc ipſo anno adhuc Subdiaconus erat Pauli Cirtenſis Epiſcopi, ut liquet ex Geſtis Munatii Felicis. *Paulum* igitur dicent cum Baronio, creatum ab illis Epiſcopum Cirtæ. Sed neque hoc ſtare poteſt. Etenim ſub Paulo orta eſt perſecutio, ut docent Acta apud Zenophilum Conſularem Numidiæ, quæ referuntur in lib. 3. contra Creſconium: *Zenophilus Conſularis dixit: Quid adminiſtrabat tunc Silvanus in Clericatu? Reſpondit: Sub Paulo Epiſcopo orta eſt perſecutio, & Silvanus Subdiaconus fuit.* At in Cirtenſi Concilio Coſſ. Diocletiano VIII & Maximiano VII. Paulus Epiſcopus factus eſt, quomodo illud verum eſſe poterit, ſub Paulo ortam eſſe perſecutionem, cum Cirtenſe Concilium, in B quo creatus dicitur Epiſcopus, anno, ut minimum dicam, poſt initium perſecutionis geſtum ſit. Sed omnino veriſſimum eſt, quod in illis Actis dicitur, ſub Paulo Cirtenſium Epiſcopo ortam eſſe perſecutionem, Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. quo anno *Munatius Felix* Curator Reipublicæ Cirtenſium ingreſſus domum Pauli Epiſcopi, juſſit, ut traderet Scripturas, ut legitur in Actis apud Zenophilum Conſularem, quæ referuntur in lib. 3. contra Creſconium, & in Epiſt. Auguſtini 163. juxta veterem ordinem, & quæ poſt Collationem Carthaginenſem edita ſunt, illud, inquam, veriſſimum eſt; falſum vero, *Cirtenſe* Concilium geſtum fuiſſe Diocletiano VIII. & Maximiano VII. Coſſ. Denique conſtat, *Cirtenſe* Concilium coactum fuiſſe anno poſt Geſta illa Martyrum Africanorum, ſeu potius XIII. menſibus. Nam Concilium geſtum eſt III. Nonas Martias; Martyrum autem Geſta pridie Idus Feb. Ergo ſi Concilium *Cirtenſe* actum eſt Diocletiano VIII. Conſule, Paſſio Martyrum Conſtantio IV. Conſule, anno nempe CCCII. pridie Februarii contigerit, neC ceſſe eſt. Atqui perſecutio cœpta eſt ſeptimo Kalendas Martias, ut habet Lactantius lib. de Mortibus Perſecutorum cap. 11. aut Menſe Martio, ut ſcribit Euſebius; ex cujus utriuſque teſtimonio aliiſque argumentis perſecutionem præſenti anno inchoatam eſſe certiſſimum redditur. Hæc accurate Valeſius citatus.

ANNO CHRISTI 303.

[a] CONCILIUM [b] SINUESSANUM, EJUSQUE [c] ACTA OMNIA,

De Marcellini Papæ condemnatione.

Celebratum anno Chriſti CCCIII. *tempore ipſius Marcellini Papæ.*

Observatio Philippi Labbe S. J.

Sequentis concilii apud Sinueſſam, ut ferunt, celebrati tres inter ſe in pluribus diverſas editiones, literis A, B, & C. diſtinctas, ac columnatim diſpoſitas repræſentavit poſt Petrum Crabbum, Laurentium Surium & Dominicum Nicolinum Severinus noſter Binius. Collector vero regius unicam dumtaxat exhibuit, eamque mediam, ex utraque oppoſita, & in pleriſque vitiata conſarcinatam: de qua in admonitione prævia doctiſſimus Crabbe ord. Minorum nonnulla obſervavit ab aliis poſtea conciliorum editoribus verbatim deſcripta. Nos, quod maxime neceſſarium cenſulmus, tres illas expoſitiones diligenter inter ſe contulimus & quæ viſa ſunt alicujus momenti διττολογίαμ ad marginem pro more noſtro adſcripſimus.

ex edit. Crabbi, urii, ac Nicolini.

DE MARCELLINO [a] EPISCOPO Urbis Romæ & de Urbano pontifice capitolii. Marcellini papæ condemnatio: *An potius* commendatio *apud Diocletianum ſcilicet?*

1 Diocletiano & Maximiano auguſtis, cum multi in vita ſua (*a*) mentis ſuæ [b] facilitate aſperſi, deorum mentiebantur originem, dicentes, quod de eorum ſuperſtitione vaniſſiD ma ſentirent, & ad ſacrificandum eodem tempore multi inducerentur per pecuniam, ut [a] thurificarent diis: Marcellino itaque urbis Romæ epiſcopo, venit quidam nomine Urbanus, qui erat pontifex Capitolii, & repletus multitudine malitiæ, cœpit cum eo habere altercationem de thurificando diis, & dixit ad Marcellinum urbis Romæ epiſcopum: Si Chriſtus veſter, quem di-

a ſacrificarent

vacillitate

1 Acta hujus Sinueſſani Concilii, æque ac Marcellini lapſum, commentitia eſſe docuit poſt Papebrochium in Propylæo ad Acta SS. Maii, & Natalem Alexandrinum, alioſque Antonius Pagi in Critica Annal. Baronii ad an. 302. num 18. & ſeqq.

Contuli cum vetuſtiſſimo Lucenſi Codice annorum circiter mille, ex quo varias lectiones hasce dedi.

(*a*) aſperſu mentis ſuæ vacillitate mentiebantur origine dicentes, quod deorum ſuperſtitio vanitatis ſuper ſe ſentirent.

ANNO CHRISTI 303. a prima

citis natum de virgine Maria, (*a*) Deus est, quare ad ipsum (*b*) [a] prævia luce missi Magi ab Herode, obtulerunt ei munera? quæ? aurum, thus, & myrrham. (*c*) Quare hoc, nisi ut scirent sacerdotes, per quid (*d*) placarent hunc, quem dicitis resurrexisse, & vivere, & sedere super thronum? Dicit ei Marcellinus episcopus: Non obtulerunt ei, ut sacrificarent vanitati, sed ideo ut Deum ac dominum (*e*) altissimum eum, quem postea negabant (*f*) Judæi, ostenderent. Urbanus ad eadem respondit, dicens: Una nocte stemus simul ante dominos imperatores invictissimos Diocletianum, & Maximianum, atque clementissimos principes, & dabo tibi quæstionem de thurificando. Venientibus autem eis die, quem dicunt (*g*) Vulcanalia, dicit ei Urbanus: Faciamus hinc & inde duas chartulas, quasi [b] instrumenta petitionum, & [c] offeramus clementissimis principibus. Fecerunt ambo similiter, sicut dixerant, Marcellinus & Urbanus. Et venientes ad sacratissimos principes, offerebant eis. Marcellinus itaque urbis Romæ episcopus fidem servans, Christum prædicans, dicit ad principes: Quid mihi & vobis principes terribiles universo mundo, quoniam vana est superstitio thurificandi? Dicit autem Urbanus: Loquemur nos contra pontifices, o clementissimi atque invictissimi principes, (*h*) qui deum Jovem, & invictum Herculem corporeos fabricantur, & Jovem quoque, quem dicimus cœlum, terram, mareque simul cum Saturno mensurantem? Quare ergo hic Marcellinus pontifex non thurificat, sicut & ego, majestatibus? Dicit itaque Diocletianus: Non (*i*) execrate hominem hunc, quoniam (*k*) nobis nullam difficultatem exhibet, qua (*l*) offendamur, sed ejus consilium accipiamus, (*m*) quoniam (*n*) [d] intelleximus eum non esse adversum nobis, nec contra deos immortales dare sententiam. Romanus itaque & Alexander dixerunt secreto Diocletiano: Si hunc, domine atque invictissime princeps, consilio [e] tueris & blandimentis, habebis omnem urbanam plebem [*] in unitate conservare, & gentes [f] propter sacrificia fidelissima objurgare.

b ineramenta
c afferamus

d non probabamus post serenitatem esse obscurum. Al. non probavimus nostræ serenitati esse obscurum.

e tenueris blandimenti
* unitam munitam
f per

De Diocletiano, & de thurificatione Marcellini episcopi urbis Romæ.

DIcit autem Diocletianus ad Marcellinum episcopum urbis Romæ: Video prudentiam tuam, quoniam magna est, (*o*) nostraque inimicitia, quam diis & universo mundo sit inimica. Veni itaque, & eloquentia tua (*p*) nostro incrementum facias favori. Veniens autem ad templum (*q*) [a] Vestæ & Isidis, introduxit episcopum. Qui dum introissent, erant (*r*) (cum eo duo diaconi, Gajus & Innocentius, & tres presbyteri, Urbanus, Castorius & Juvenalis.) Et dum vidissent eum introeuntem, non tamen mittentem & thurificantem, fugerunt hi omnes ad compresbyteros, & invenerunt eos in Vaticano palatii Neroniani, & dixerunt rem, quam gestam vidissent. Euntes autem multi Christiani, [b] propter veritatem ad templum abierunt, & viderunt eum mittentem, & thurificantem, & factum amicum principum. Qui autem abierunt ad eum, ut testimonium veritatis exhiberent, isti sunt.

ANNO CHRISTI 303. a Vestiano & ad Iside

b per veritis exemplum

Bonosus, Maximus, Carpilio, Cyprianus, Olympius, Priscus, Hercules, Androphemus, Victor, Benenatus, Epiphanius, Crispinus, Theodolus, Alexander, Romanus, Bajulus, Quiriacus, [x] *alias Quiricus*, Theodolus, Caritosus, Omitasio *alias Octavianus*, Honoratus, Crescentio, Maximus, Probinus, Urbicus, *alias Urbinus*, Concordius, Neapolus, Refrigerius, Sebastianus (*s*) Calphurinus, Julianus, Epiphorus, Habetdeum, (*t*) Crispianus, *alias Crispinianus*, Crescens, Rapula, *alias Rabula*, Cyprianus, Abentius, *alias Habentius*, *alias Jubentius*, Exquiro, *alias Exper*, Venerius, (*u*) Oysitus, *alias Orphitus*, Carpulianus, *alias Carpinianus*, Constantius, Ursus, *alias Ursinus*, Valentinianus, *alias Valentinus*, Priscus, Severus, Probus, Faustus, Antonius, Quirillus, Homobonus, (*x*) Abulus, *alias Aibulus*, Pulsanus, *alias Pulsatius*, Caritto, *alias Carotto*, Crispianus, *alias Crispinianus*, Herculentius, *alias Herculianus*, Petrus, Nonnosus, Tespias, Marinus, Fabius, Honestulus, *alias Honestatus*, Furinus, *alias Firminus*, Domitianus, *alias Dominicus alias Domninus*, Hymuius, *alias Hynnuus*, Cappillatus, *alias Catellus*, Lugundinus, *alias Jucundus*, Venerosus, *alias Benerosus*, Aurelianus, Impeditus, Agapitus, Concordius, Bonifacius, Cyprus, *alias Cyprius*, Major, *alias Majoranus*, Reparatus, Auxentius, Corporanus, *alias corporalis*, Bonushomo, Salustius, Origanus, Abundius, Tinilus *alias Terula*, Nepotianus.

Hi omnes electi sunt viri *d* libra occidua, qui testimonium perhibent, se vidisse eumdem Marcellinum thurificasse.

De

(*a*) *Deest* Deus est
(*b*) Prima
(*c*) *Deest* quare hoc
(*d*) Placerentur
(*e*) *Deest* altissimum
(*f*) *Deest* Judæi
(*g*) Vulcanibus
(*h*) Quoniam
(*i*) Execrare.
(*k*) Nostræ clementiæ
(*l*) Inflammemur
(*m*) *inserit* utrumque
(*n*) Non probamus nostræ serenitati esse obscurum, non eum contra Deos immortales dare sententiam.
(*o*) ut nostra sit amicitia quam Diis, & universo mundo sit inimica.
(*p*) nostrum incrementum facia favori eloquium.
(*q*) Vestianum, & ad Isidem, &
(*r*) *ansulis inclusa desunt in Luc.*
(*s*) Calphurnius.
(*t*) Crispinus.
(*u*) Orsitus.
(*x*) Albulus.

x Quæ charactere Italico habentur variantes sunt ex editione Veneta Nicolini, qui gemino usus est codice MS.

ANNO CHRISTI 303.

De synodo, & de negatione Marcellini episcopi, quod non thurificasset.

FActa est itaque synodus, non tamen collecti sunt in integro sacerdotes, quia curriculus urgebatur persecutionis. Veniens autem episcopus Marcellinus, negabat se thurificasse. Nam dixit, & hanc sententiam proposuit, quia dimiserunt eum, qui cum eo esse videbantur in eodem loco presbyteri, Urbanus, Castorius, & Juvenalis, & diacones Gajus & Innocentius. Synodus autem universa hoc dixit cunctorum judicio: Tu eris judex: ex te enim damnaberis, & ex te justificaberis, tamen in nostra præsentia. Illuc vero dum veneris ad judicium tuum, ex te nunc damnaberis, & ex te justificaberis. Tu enim judex * tu reus: presbyteri autem & diacones (quoniam pontificem, qui eos creavit in ordinem presbyterii vel diaconatus honorem, (& dimiserunt arcam,) & evacuaverunt horreum) ad probandum eos, [a] amisso ordine, intrent examen, quoniam evacuaverunt horreum. Debuit enim pontifex potius mori cum quinque, quam ut viveret, suo judicio condemnatus. Introivit autem universa synodus in cryptam [b] Cleopatrensem in civitate (*a*) Sinuessana. Et quia tota multitudo non recipiebatur in crypta synodi, quinquageni introibant.

* tui eris interioribus ausulis inclusa desunt in Luc.

a admisso

b clero Patrienſem in c. Seſſuana vel corruptius Senſuana.

De damnatione Urbani & Castorii, & de testimonio episcoporum adversus Marcellinum urbis Romæ episcopum.

PRima autem die synodi introierunt hi damnantes Urbanum, Castorium & Juvenalem presbyteros, & diacones Gajum & Innocentium. Hi sunt qui introierunt episcopi, audientes, non tamen judicantes pontificem:

Petrus, Castorius, Habetdeum, Castinus, Victor, Felicianus, Parterius, Majorinus, *alias Majoranus*, Auxentius, *alias Amplexus*, Jacintus, *alias Jacynctus alias Hyacinthus*, Savinus, *alias Sabinus*, Felix, Paulus, Constantius, *alias Constantinus*, (*b*) Catelus, *alias Catellus*, Anastasius, *alias Athanasius*, Castalius, Spesindeo, Castinus, Tranquillinus, Victor, Anastasius, Laurentius, Beneservantius, Bonosus, Joannes, Friminus, Epiphanius, Herculianus, Castus, Orsytus, *alias Oxsitus*, Ciprus, Gaudiosus, Reparatus, Fortunatus, Quadratianus, Cyprianus, Sebastianus, Paschasius, Innocens, Valerius, Servulus, Cerasianus, Quintilianus, Montanus, Polycarpus, Hermias, Nepotianus, Petrus, Aristonicius, *alias Aristo*.

Hi introeuntes in cryptam propter metum Augustorum, uno ore quasi trecenti, uno die [c] in concilio judicantes, damnaverunt Urbanum, Castorium & Juvenalem presbyteros, & diacones Gajum & Innocentium, * qui evacuaverunt horreum, & dimiserunt arcam apertam, ut introiret immundus, & comederet triticum: presbyteros & diacones damnabant, qui Marcellinum papam dimiserunt, ipsos etiam judicabant, non tamen judicabant pontificem, quia sic ex uno ore erant * corroborati, ut intra horum septuagin-

c ejus consilio

* quia

* concordati,

ANNO CHRISTI 303.

Ataduorum testimonia ipse judex, ipse reus, ipse semetipsum in præsentia eorum se innocentem servaret, aut infidelem se damnaret: quoniam [a] in septuagintaduorum libra occidua in reparationem resurgit annus. Hoc quoque [b] factum est novi, ut introiret unus de testibus, qui cum & uxorem haberet, & filios ex ea, ipse tamen illi spretæ adulteram superinduxit, & dedit uxori repudium. Et introierunt alii decem, & alii [c] (*c*) quatuor, dicentes: Nos te vidimus mittentem & thurificantem *d* Herculi, Jovi & [d] Saturno. Dixit ergo Marcellinus: Quo die? Respondit unus eorum, & dixit: Quo die [e] exuisti purpuram, & induisti coccum, & gaudebat super te Diocletianus, (*e*) & quos paulo ante negabas, & ante ejus tribunal eis thurificabas. Athanasius episcopus dixit: Itane vera sunt quæ testantur isti? Et respondit Petrus episcopus, & dixit: Loquere pontifex, & judica causam tuam. Et subscripserunt quinquaginta episcopi, qui supra dicti sunt, cum quatuordecim viris, qui ex uno ore loquebantur cum septuagintaduobus, & firmabant judicium.

a per

b gestum mirandum

c tres

d Patusino. f. Paculcio id est Jano. (*d*).

e excidisti

De trigintatribus presbyteris urbis Romæ, qui celebrabant synodum servandam.

ALia autem die venerunt trigintatres presbyteri urbis Romæ, & in eorum judicio Urbani, Castorii, & Juvenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentii diaconorum damnationem integram perspexerunt, ac ipsi de suo ordine, suo judicio justitiam tenuerunt, dicentes: Amisso ordine negent se esse horum qui sunt socii ecclesiæ. Convenientibus autem eis secundo die post damnationem presbyterorum Urbani, Castorii & Juvenalis, Gaii & Innocentii diaconorum, venerunt alii quinquaginta episcopi, & introierunt in cryptam, ut tertia pars synodi compleretur. Et dum ingressi fuissent in cryptam propter tempestatem temporis, introivit & Marcellinus urbis Romæ episcopus, tum adhuc nomen tenens episcopatus, nondum enim fuerat * damnatus, nisi numerus secundum [f] ordinem synodi libræ probaret exemplum. Introivit autem,

* damnandus,

f liberæ, al. libra

Castinus, (*f*) Carpunianus, *alias Carpulianus*, Domitianus, *alias Domninus*, *alias Dominicus*, Deus dedit, *alias Dominus dedit*, Domninus, *alias Domnininus*, Crescentius, *alias Crescentio*, Asterius, Crispus, Major, *alias Majorinus*, *alias Majoranus*, Quirillus *alias Quirinus*, Quiricus, *alias Quiriacus*, Anastasius, Valentinus, *alias Valentinianus*, Ultius *alias Vitus*, Ursus, *alias Ursinus*, Anthimus, Ambrosius, Agatho, Bonus, Alexander, Venerosus, Felix, Joannes, Honestatus, *alias Honestulus*, Marcus, Urbanus, Crescens, Salustius, Firminus, Spectator, Sebastianus, Tristator, Serius, Marcus, Montanus, Andreas, Philippus, Placentianus, *alias Priscillianus*, *alias Prisalianus*, *alias Pulsanus*, Magnus, Exuperantius, Adrianus, Petrus, Gorgonius, Simplex, Victor, Venerioſus, Honestatus, Benenatus, Petrus. Introibant autem in cryptam.

(*a*) *Luc.* Sessuana
(*b*) *Luc.* Castalius
(*c*) *Luc.* tres
(*d*) Etiam in *Luc.* est Patusinus.
(*e*) *Luc.* eo quod
(*f*) *Luc.* Carpurnianus.

ANNO CHRISTI 303.

*De responsione * Athanasii & Anthimi episcoporum.*

* Anastasii

RESponderunt Anastasius & Anthimus episcopi, & dixerunt: Tuo ore judica causam tuam, & non nostro judicio solve conditionem. Respondens autem Sebastianus episcopus, dixit: Noli audiri in nostro judicio, sed collige in sinu tuo causam, & introduc testes, ut testificentur veritatem, quoniam ex te justificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis, quoniam recte [a] (*a*) præscripti patres nostri & coepiscopi damnaverunt, sicut & nostro ore petimus, & uno [b] conformi judicio damnari Urbanum, Castorium & Juvenalem presbyteros, Gajum & Innocentium diaconos. Unde quia [c] isti ex spelunca fugerunt, & sæpe fatum Marcellinum episcopum hi dimiserunt, amisso ordine intrent examen, quia omnes tegulæ (dicit Petrus episcopus) dum * cultæ [d] in fornace fuerint coctæ, iterum coquuntur sole & pluvia, & ibi probantur, ut sint super habitaculis hominum. Moram ergo non facientes, (ut damnationi eorum jam ante dictorum subscriberent hi quinquaginta episcopi) [e] omisso ordine, introierunt in synodum.

a anticipantes

b consorti

c heri spelunca fregerunt

* formatæ

d tultæ fuerint de fornace jam coctæ

e admisso amisso

De testimonio adversus Marcellinum episcopum, quod vidissent eum thurificantem.

ET ecce introierunt & 14. testes, qui dicebant se vidisse Marcellinum thurificantem. Respondit unus episcopus nomine Salustius, dicens: Dicite coram veritatem. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum episcopum: Jam audi, (*b*) pontifex, & judica causam tuam, quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis, quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput [f] mœstum fuerit. Respondit Marcellinus episcopus, & dixit clara voce. Non diis sacrificavi, sed tantum grana levatis manibus super prunas combussi. Levaverunt se omnes quinquaginta præscripti episcopi, dicentes ad 14. [g] testificantes: Quid vidistis hunc facientem? Qui ex ore suo testati sunt, quasi uno ore loquentes. Et subscripserunt omnes 55. * (*c*) in testata 14. virorum, ita ut 28. complerentur cum * (*d*) participantibus. Unus autem de episcopis, nomine * Quirinus, dixit: Infudisti cor tuum, pontifex, malitia, quod (*e*) decem & octo annis * siccaveras [h] castitate, præsul, vulnerasti universa membra tua. Propterea ego non recedam de omni cœtu synodi, donec purpureum cor tuum manifestetur.

f mœstavit, sic & *Luc.*

g testimonia

* testimoniis

* anticipantibus.

* Quirillus

* sanctificaveras

h sic caveras manifestare

Altera autem die hi ducenti episcopi constituerunt, quatenus & ipsi introirent [i] in synodum. Et facta collocutione [k] in simul cum præscriptis centum, sederunt in eadem civitate, omnesque uno examine trecenti alligaverunt, & damnaverunt hos, Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros, Gajum & Innocentium diacones. Respondit Sebastianus episcopus: Huic tribunali nostro sermone, nostro chirographo, nostro eloquio, nostro auxilio, nostra constantia & veritate fixa, & præclara dispositione auditionis exhibemus [a] ligamen. Non enim nostro ore justificaberis, aut nostro ore condemnaberis. Quapropter consue tunicam tuam, & quam paulo [b] ante induebas sutam, modo consciissam consue ex toto corde tuo, & ex manibus tuis involvere in peccato tuo, Marcelline pontifex Romæ. Respondit Urbanus episcopus ad Sebastianum episcopum, & dixit: Introducantur testes viri [c] veridici, numero quadragintaquatuor, ut libra occidua compleatur a multis, [d] quod a multis fabricatum est. Et introierunt testes: Tranquillinus, Priscus, Bonus, Servulus, Cyprianus, Petrus, Quadratianus, (*f*) Aristo, *alias Aristonicius*, Tespias, Quadrus, (*g*) Epiphorus, Maximus, Gordianus, Gaudiosus, Saturninus, Urbanus, Priscus, Reparatus, Exper, *alias Exquiro*, Jacintus, *alias Hyacinthus*, Nicorus, *alias Noricus*, Probianus, *alias Probatianus*, Probus, *alias Probinus*, Terula, *alias Tinulus*, Ursus, *alias Ursinus*, Venerosus, Romanus, Exuperius, Crispianus, Barbarus, Leforianus, Bacauda, Ambrosius, Jubentius, *alias Juventius*, *alias Habentius*, Proculus, Octavianus, Valerianus, Romanus, Mellicianus, Petrus, Claudius, Urbatianus, Joannes.

a legamen.

b non indebas sutam modo excisam sue

c viriliter

d quoniam

Singulis autem adstantibus in gremio trecentorum episcoporum, & triginta presbyterorum Romanorum, & vigintiocto testium supradictorum, ut libra compleretur; quoniam 12. unciis in libra probabitur census, & in 72. comparentibus damnabitur præsul; respondit Quiriacus episcopus; & dixit ad Marcellinum: [e] Nunc cognosce universum velamen cordis tui. Judica ipse causam tuam, & [f] disjectam a te maceriem tuam ipse scrutare. (*b*) [g] Non enim nostro, sed tuo ipsius judicio condemnaberis, nostro autem testimonio excusaberis. Nihil time, quoniam nos in tui damnationem nihil apponimus causale, nihil defendimus, sed damnamus eos qui evacuaverunt templum, & dimiserunt fabricam manu [h] desuper constructam, ut introirent lupi, & facerent speluncas, & comederent agnos immaculatos, & eos qui ex veteri ad novum venerant, inveterarent. Te enim non condemnamus, præsul, quoniam ex ore tuo justificaberis, & ex ore tuo condemnaberis. Marcellinus autem [i] in conspectu synodi cecidit in terram. Ibi ergo [k] jacentem, & moram eum facientem, damnaverunt. Synodus autem & presbyteri triginta voce clara chirographum [l] firmaverunt super Urbanum, Castorium, & Juvenalem presbyteros. Hi,

e Non cognoscis

f & lacera vel macera macerationem tuam

g Tuo enim pontificio condemnaberis & nostro testimonio explicaberis

h f. Dei super constructam

i exhorres synodum, cecidisti in terram.

k jacente & moram faciente damnaverunt synodus & presbyto.

l firmum Urbani, &c.

Prisaliamus, *alias Pulsanus*, *alias Placentianus*, *alias Prisicillianus*, Herculanus, *alias Herculacus*, *alias Herculentius*, Homanus, *alias Humanus*, Valentinus, *alias Valentinianus*, Corporalis, *alias Corporanus*, Virus, *alias Ultius*, Audax, Capuanus, Collectitius, Cyprianus, Castinus, Castorius, Eusebius, Castorius, Homobonus, Innocentius, Petrus, Quiriacus, Serenus,

(*a*) anticipantes nostri.
(*b*) *Luc.* expontifex.
(*c*) *Luc.* in testimonia.
(*d*) *Luc.* anticipatis.
(*e*) *Luc.* XVII.
(*f*) *Luc.* Aresto.
(*g*) *Luc.* Optforus.
(*h*) Sic legit *Luc. Lacera maceratonem tuam: Non ex nobis judicaberis. Tuo enim pontificio condemnaberis, & nostro testimonio explicaveris metas, quoniam nos in damnatione, nihil &c.*

ANNO CHRISTI 303.

nus, Joannes, Nepotianus, Spesindeo, Victor, Matthæus, Julianus, Lucianus, Vincomalus. Et diacones isti, Hermes, Xystus, Petrus.

Subscripserunt autem in damnationem horum quinque, Urbani, Castorii, & Juvenalis presbyterorum, & Gaii & Innocentii diaconorum.

De confessione Marcellini episcopi, & condemnatione ejus.

Marcellini confessio.

IN sinu autem trecentorum episcoporum, caput cinere convolutum habens Marcellinus episcopus urbis Romæ, voce clara clamans dicebat: Peccavi coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam avarus * corrupit me auro. Subscripserunt igitur in ejus damnationem, & damnaverunt eum extra civitatem. Sacerdos, nomine [a] Helchiades, episcopus subscripsit primus in ejus damnationem, non tantum pro hoc tempore (quod exigebat (*a*) ordo) sed etiam in exemplum futuri temporis, quoniam & ipse voce clara dicebat: Juste ore suo condemnatus est, & ore suo [b] anathema suscepit maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim unquam (*b*) judicavit pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non judicabitur a quoquam. Hoc autem (*c*) facto, Diocletianus, cum esset in bello Persarum, audivit quod trecenti episcopi, & triginta presbyteri, & tres diacones, in eamdem damnationem convenissent, quodque dum subscriberent omnes, ipse omnium primus Marcellinus manu sua concluserat in suum anathema, anathemati subscribens. Et iratus Diocletianus, in eamdem civitatem misit, & multos episcopos ad martyrii coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, nisi quod dum primo damnati fuissent tres presbyteri & duo diacones; damnatus est & Marcellinus episcopus suo judicio, x. Kalendas Septembris [c] Diocletiano VIII. & Maximiano VII. clarissimis consulibus.

corrupi

Melchiades qui postea pontificatum gessit alius ab isto est.

[b] anathematus accepit maranatha.

Prima sedes a nemine judicatur.

[c] anno Christianæ æræ 303.

Notæ Severini Binii.

Causa concilii.

a Concilium Sinuessanum.) Cum Marcellinus pontifex Romanus, ideo quod in templo Vestæ & Isidis, simulacris & idolis Gentilibus, Jovis nimirum ac Saturni, thus adolevisset, & sacrificium obtulisset, accusatus esset, in civitate Sinuessana convenerunt trecenti episcopi, de lapsu Marcellini pontificis sententiam dicturi. Locus conveniendi fuerat crypta Cleopatrensis, quam quinquageni dumtaxat, alii post alios, introibant, cum præ nimia angustia omnes simul non caperet. Post causæ discussionem, & quorumdam presbyterorum condemnationem Marcellinus pontifex peccatum suum publice confessus, indutus sacco, aspersus cinere, humi prostratus, pœnitentiam agens, *Peccavi*, inquit, *coram vobis, & non possum esse in ordine sacerdotum:* atque ita suo seipsum judicio condemnavit. Hunc conventum trecentorum episcoporum, post Magdeburgenses, novatores Angli, quasi a Donatistis confictus sit, rejiciunt, ideo quod putent non esse probabile, hoc anno Diocletiani 20. quo persecutionis sæviissimum incendium flagrabat, & imperatorum toto orbe Romano in Christianos acerbior ira sæviebat; trecentos episcopos congregari potuisse. Verum si nullo metu persecutionis Decii obstante, ante annos 50. citer ut supra diximus in notis ad Romanum concilium sub interregno habitum, ad literas cleri Romani remotiorum provinciarum episcopi plurimi, cum multis aliis vicinis Italiæ, & Romæ in exilio degentibus convenerunt, & concilio ibidem celebrato ea statuerunt, quæ pro necessitate ecclesiæ tunc requirebantur, cur magis a veritate alienum erit, ejusdem cleri Romani vigilantissimo studio, transmarinæ ecclesiæ episcopos per literas circulares convocatos nullo metu aut periculo vitæ prohibente, loco ac tempore convenisse ad illam causam omnium deploratissimam decidendam aut transigendam, qua non tantum Romana ecclesia, sed universa Christiana religio in summo discrimine collocata erat, qua in antistite fidei catholicæ, ipsum fundamentum ecclesiæ concutiebatur, & prope excussum erat? quis credat ad medendum & succurrendum huic communi omnium causæ, clerum Romanum, alias vigilantissimum, officio suo defuisse? aut episcopos quosvis hujus literis convocatos, quamquam tempora periculosissima essent, non comparuisse? Commentum Donatistarum esse nequit, quod teste Augustino ipsis nunquam cognitum fuit. *Lapsum Marcellini Donatistæ quidam catholicis objecerunt*, inquit Augustin. de unico baptism. contra Petilianum, cap. 16. *sed crimen commissum esse hactenus nondum probarunt*. Plura, quæ hoc concilium commentum esse arguere possent, infra attingemus, Baron. anno 303. num. 103. & 104.

Prima objectio contra concilium hoc refellitur.

Locus concilii.

Acta concilii.

b Sinuessanum.) Sic dictum a civitate Sinuessana, in cujus crypta quadam, Cleopatrensi nominata, secreto, ad evitandum furentium Gentilium gladium, convenerunt. Quod neque hujus civitatis, neque talis cryptæ ulla mentio apud quosvis alios scriptores fiat, aut saltem nulla leviissima loci hujus memoria reperiatur, mirandum non est, cum sciamus maximis terræmotibus, non montes tantum ac planities situm nomenque suum mutasse, verum etiam amplissimarum quarumdam civitatum desolationem factam fuisse. Et cum ex actis Sebastiani martyris constet, sub hac Diocletiani persecutione, ad fugiendam tyrannorum rabiem, ingentem Christianorum numerum cum Polycarpo presbytero, juxta consilium Gaii pontificis, Marcellini antecessoris, in ampliissimam villam Chromatii, quæ posita est ad littus Campanum, profectos esse, illicque incognitos habitasse; probabile est, in eadem regione Romanam ecclesiam ad delitescendum amplos recessus habuisse, ibique fortasse hoc trecentorum episcoporum concilium celebratum esse. Baron. præd. anno num. 116.

Refellitur alia objectio de loco concilii.

c Acta omnia.) Quamquam virorum doctissimorum plurimi hæc acta spuria, & nullius ponderis esse, validis sane argumentis probare conati sunt, adeoque aliud nihil esse sentiant, quam commentum a Donatistis callide excogitatum, ut scilicet nomen Marcellini ab omnibus antiquioribus bene acceptum, & magnæ æstimationis habitum infamaretur, nos tamen eadem acta non modo non commentitia Donatistis adscribenda, sed potius in magna veneratione habenda esse existimavimus: tum quod pro ilsdem ipsa veneranda antiquitas, majestate sua ab invitis etiam reverentiam extorquens, acerrime militet: tum quod communi omnium consensu credita, in antiquis Romanæ aliarumque ecclesiarum martyrologiis ac breviariis recepta hactenus sine ulla controversia retenta fuerint. Baron. in appendice tomi 10. ad hunc annum. Quod S. Augustinus de unico baptism. contra Petil. cap. 16. ait, lapsum Marcellini per rumuscolum dumtaxat recentioribus Donatistis cognitum, & ecclesiæ objectum, demonstrari ac probari non potuisse, ideoque neque hoc judicium in hac causa agitatum, neque concilium hanc ob rem congregatum fuisse, nihil antiquitati, nihil rei gestæ præjudicat. Esto de lapsu Marcellini Donatistis antiquioribus, totique Africanæ ecclesiæ, (quod ex querela adversus Melchiadem de absoluto Cæciliano imperatori oblata satis firmiter colligitur) nihil constiterit, eumdemque sanctus Augustinus compertum non habuerit, numquid igitur verum erit, nihil horum actorum in causa & judicio labentis Marcellini pontificis gestum esse? Potuit enim fieri ut hæc sanctum Augustinum latuerint, qui etiam diu presbyter jam ordinandus episcopus, Nicænos toto orbe vulgatos (ut epist. 110. de se ipso fatetur) non modo non viderat, sed etiam eosdem a tanto concilio constitutos esse, plane ignoravit. Et quid tam novum, ut hujusmodi de lapsu Marcellini & concilio Sinuessano acta conscripta minime perlata fuerint ad Africanas provincias, cum illud quod cunctis tam Græcis quam Latinis præ manibus fuerat Eusebii chronicon, in Africam nunquam pervenerit, ut Alypius, quod scribit August. epist. 35. ex Italia a S. Paulino Nolano episcopo illud petere debuerit? Nemo igitur prudens, antiquissima acta Marcellini propterea dumtaxat velut spuria, illegitima, ac commentitia rejecerit, quod eadem vel S. Augustino, vel etiam toti Africanæ ecclesiæ antiquiori incognita fuerint. Ut etiam Donatistis adscribantur, eorumque figmenta esse dicantur, quæ ipsi, Augustino & rationibus supra memoratis attestantibus, neque unquam noverunt, neque iisdem aliquando usi fuisse reperiuntur, minus commode & convenienter defendi potest. Reliqua, quæ hæc acta in dubium vocare possent, partim supradicta sunt verbo, *Concilium*,

Refellitur quædam objectio contra acta Marcellini.

An hujus concilii acta commentitia sint.

An sint commentum Donatistarum. Tempus judicii & lapsus Marcellini.

(*a*) *Luc.* mundus.
(*b*) *Luc.* judicabit.
(*c*) *Luc.* audito.

ANNO CHRISTI 303. utrumque.

lium, & verbo, *Sinueſſanum* : partim etiam infra attingemus verbis ſequentibus. Marcellini lapſus contigit anno Chriſti " 302. judicium & condemnatio ejuſdem anno ſequente. Acta vero his temporibus nondum fuiſſe conſcripta, patebit ex iis quæ dicemus infra verbo, *Libra occidua*, quæ appellata eſt occidua, ut a libra orientali diſtingueretur, idque Conſtantino imperatore primo omnium auctore factum eſſe patet ex l. 2. de ponderatoribus, C. Theodoſiano. Hæc acta licet admodum depravata, triplicis editionis edita habentur, de quibus editionibus in antiqua conciliorum Colonienſi, vir optime de eccleſia meritus piæ memoriæ " Franciſcus Surius " in præmonitione ad lectorem, hæc habet : *Propter exemplarium intolerabilem nimiamque differentiam & depravationem, quorum alterum vetuſtum fuit ac mendoſum, quamquam optimo charactere, atque in pergameno exaratum, alterum magis vetuſtum, ſed æque depravatum, ceu ad oculum intuentibus liquet, adeo ut nonnunquam, quid intendant, non valeat intelligi : idcirco utriuſque exemplaris de ſyllaba in ſyllabam, nulla facta mutatione, litera eſt poſita. Unius quidem in columna anteriori, ubi præponitur A. alterius in poſteriori, ubi præponitur C. Verum media columna, cui præponitur B. pro illius capacitate, ſeu potius conjectura, qui utramque literam ſic diverſam concordare niſus eſt ; & ad ſenſum aliquem reducere, quantum ei pro ſua virili licuit, litera, ubi illius intellectus haberi potuit, manente, ex utroque exemplari deſumptis his quæ litteræ magis congruere illi viſa ſunt, aut certe quibuſdam vel mutatis, vel additis, ubi litera nimis depravata extabat, aptata eſt. Nemo ergo caput ſubſannando moveat, qui vel exemplaribus correctioribus nactis, vel ex ingenii nobilitate aut limpiditate concordiam illam minus aptam conſiderans, poteſt emendare : quinimmo patienter ferat, quod actum eſt, & in meliorem formam ipſe reſtituat. Proinde viſum collectori non eſt, omnino iſta propter præmiſſas ineptias prætermittere, qua patres priores nobis ſuis poſteris opera ac diligentia tanta reliquerunt : quin potius noſtræ poſteritati illa communicare decrevit. Nam qui zelo pontificum Romanorum hæc ab æmulis apoſtolicæ ſedis conficta putant, quaſi indignum apoſtolica ſede fuerit, pontificem tantum eo redigi, ut idolis litaret, id parum meminiſſe videntur, Petro ſuam negationem haud effeciſſe, & gaudium eſſe angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, & hunc ipſum Marcellinum poſtea conſtanter mortem pro Chriſto optiviſſe ; juxtaque proverbium, poſt fugam denuo ſtrenue certaſſe. Utcumque ſa-*

" Laurentius errat hic, ut in pleriſque aliis, Binius, dum Surio adſcribit, quæ hic de verbo ad verbum neque vel mutata ulla literula deſcripſit ex editione Colonienſi Petri Crabbe, Machlinienſis Franciſcani viri ſua ætate doctiſſimi.

mien ſit, nos id quod in veterum monumentis reperimus tibi, lector, celatum noluimus, veritatem hujus penes ipſa relinquentes, neminique ſententia noſtra quidquam præjudicantes.

d Libra occidua.) Id eſt ſeptuaginta duo teſtes elecli. Libra enim occidua eſt nota, quæ ſeptugeſimum ſecundum numerum impleret. Nam apud antiquos ille mos inoleverat, ut interdum ponderum notis numerum conſignarent, ut quod exempli cauſa adduci poteſt', cum integram hæreditatem pondo unius libræ comprehenderent, partes ejus ſecundum libræ pondus in alia quoque minora pondera, ſecundum quod a Voluſio Metiano pluribus ſcriptum eſt, partirentur. Dicitur autem libra occidua, ut a libra orientali diſcernatur, quarum illa ſeptuaginta duos ſolidos continebat, ut declaratur lib. 10. cod. de ſuſceptoribus hac lege : *Quotieſcumque certa ſumma ſolidorum pro tituli qualitate debetur, aut auri maſſa tranſmittitur, in ſeptuagintaduos ſolidos libra feratur accepta.* Orientalis autem libra octogintaquatuor ſolidos continebat. Vide hac de re plura apud Baron. anno 302. num. 92. 93. & 94.

Libra occidua quid.

Cur ſic dicta Libra orientalis quæ & qualis.

e Hi ſunt.) Ex his multa nomina compoſita ſunt, quæ Africanis Chriſtianis peculiaria eſſe ſolebant ; qualia ſunt, Habetdeum, Speſindeo, Beneſervatus, *&c.*

f Herculi, Jovi, & Saturno.) Cum Marcellinus a Diocletiano in templum Veſtæ & Iſidis introductus, ut ſupra patet, non illis, ſed aliis diis ibi ſacrificaſſe narretur, cauſam non invenio. Hoc certum eſt, diverſa numina, diſtincta quoque templa ac cultus habuiſſe, ita ut nunquam vel raro Jovi in templo Veſtæ, aut contra Veſtæ in templo Jovis aut Martis ſacrificaretur. Baron. anno 303. num. 91.

Cur idolo ſacrificavit Marcellinus

g Cum eſſet in bello Perſarum.) Hæc niſi emendentur falſa ſunt. Etenim cum (ſententia Euſebii & quorumdam aliorum) hoc anno 20. imperii ſui, imperio ſe abdicaverit, &, quod magis eſt, ante biennium de Perſis ſuperatis & victis Romæ una cum Maximiano collega ſuo triumphum egerit ; quomodo, quæſo, hoc anno cum exercitu adverſus Perſas in procinctu & expeditione eſſe potuit ? Dicimus igitur hæc omnia quæ ſequuntur, non eſſe ex actis concilii, ſed (ut apparet aliiſque pluribus etiam generalibus conciliis accidit) ad ipſa acta appendicem ſuperadditam eſſe : vel ſi lectio iſta reſtituatur, *Cum reverſus eſſet e bello Perſarum*, germana eſſe videbitur, & veritati omnino conſentanea. Vide Baron. an. Chriſti 303. num. 107.

Actorum error emendatur.

ANNO CHRISTI 304.

VITA EPISTOLÆ ET DECRETA MARCELLI PAPÆ I.

Ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

Marcello.

a MArcellus natione Romanus, ex patre Benedicto de regione Vialata, *b* ſedit annis quinque, menſibus ſex (*a*), diebus 21. Fuit autem temporibus Conſtantii & Galerii, & pervenit uſque ad Maxentium, *c* conſulatu Maxentii quarto & Maximi, uſque poſt conſulatum. Hic fecit *d* cœmeterium via Salaria, & *e* vingintiquinque titulos in urbe Roma conſtituit, quaſi diœceſes, propter baptiſmum & pœnitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis, & propter ſepulturas martyrum. Hic ordinavit vigintiquinque presbyteros in urbe Roma, & duos diacones per menſem Decembrem, *f* epiſcopos per diverſa loca vigintiunum. Hic coarctatus & tentus eſt, eo quod eccleſiam ordinaret, & comprehenſus a Maxentio, ut negaret ſe eſſe epiſcopum, & ſacrificiis ſe humiliaret dæmoniorum. Qui ſemper contemnens & deridens dicta & præcepta Maxentii, *g* damnatus eſt in catabulum. Qui dum multis diebus ſerviret in catabulo, orationibus & jejuniis domino deſervire non ceſſabat. Menſe autem nono (*b*) venerunt clerici ejus omnes, & eruerunt eum noctu de catabulo. Matrona vero quædam, nomine Lucina, vidua, quæ vixerat cum viro Marco annis quindecim, & in viduitate ſua habebat annos novendecim, ſuſcepit beatum virum, (*c*) quæ & domum ſuam nomine tituli beati Marcelli dedicavit, ubi diu noctuque hymnis & orationibus domino Jeſu Chriſto confitebantur. His auditis a Maxentio, miſit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & juſſit

(*a*) *Luc.* VII.
(*b*) *Luc.* inſerit *noctu*.
(*c*) *Luc.* inſerit *in domum ſuam ; nomine* B. *Marcelli titulum dedicavit, ubi &c.*

jussit in eadem ecclesia iterum *b* plancas exsterni, ut ibidem animalia catabuli congregata starent, & ipsis beatus Marcellus deserviret. Qui tandem in servitio animalium nudus, amictus cilicio, defunctus est. Cujus corpus collegit beata Lucina, & sepelivit in cœmeterio Priscillæ via Salaria, decimoseptimo Kalendas Februarii. Et cessavit episcopatus dies viginti. Lucina vero proscriptione damata est.

Notæ Severini Binii.

Marcellus quando pontifex factus.

a Marcellus.) Subrogatio, qua Marcellus Marcellino in pontificatu suffectus est, contigit 21. Novembris anno Christi 304. qui est Constantii & Galerii imperatorum annus 1. Quod auctor pontificalis scribit in vita Marcellini, post Marcellinum, sedem annis 7. vacasse, mendosum ac surreptitium, ideoque pro annis septem, septem mensibus legendum esse supra diximus. Quod Eusеb. in chron. Marcellino Eusebium pontificem immediate subjungat, Marcellum medium inter utrumque omittat, nominis errore accidit: nam propter similitudinem nominum Marcelli & Marcellini, ille utrumque unum eumdemque pontificem esse putavit: sed male, cum non tantum tabulæ ecclesiasticæ, in quibus series Romanorum pontificum adscripta habetur, martyrologia, vetusque illa scriptus liber de Romanis pontificibus, ac demum tabulæ Crescionianæ, verum etiam Latini omnes, qui Romanæ urbis episcoporum catalogum texuerunt, & inter alios ex antiquioribus Optatus Milevitanus lib. 2. contra Parmen. S. Agust. epist. 165. unanimi consensu Marcellinum simul ac Marcellum in catalogum Romanorum pontificum referant. Baron. anno Christi 296. num. 4. & 304. num. 26. Anno primo pontificatus Marcelli, Galerius nomine Augusti sumpto, anno ab ultima persecutione tertio, aliam atrociorem & magis generalem persecutionem pro sua feritate & infensissimo in Christianos animo indicit. Eusеb. libro 8. hist. cap. 14. & 15. Edictum verum novum in Christianos tale promulgatum est, ut qui deos colere detrectarent, haberentur infames, nulloque legum adminiculo adversus calumniatores in se insurgentes juvarentur aut fulcirentur, quo ipso Christiani omnium injuriis impune exponebantur. Qua persecutione cum frequens esset lapsorum numerus, ac quidam sceleris admissi pœnitentes, ut in ecclesiam reciperentur, urgerent, non est visum patribus omnes sine discrimine recipere, ne nimia indulgentia ecclesiastica disciplina solveretur. Quare Petrus Alexandrinus episcopus, diversos lapsorum casus considerans, diversa adhibens pro conditione cujusque medicamenta vulneribus, canones aliquot scripsit, qui ab orientalibus patribus cogniti, usu recepti atque probati, tomo 7. biblioth. sanctorum patrum, & apud Balsamonem in Nomocanone extantes, huc consulto translati sunt. De hac eadem disciplina ecclesiastica retinenda in occidente laborarunt episcopi Hispaniæ, atque ideo in Bætica Hispaniæ provincia concilium Eliberitinum, seu Eliberitanum celebrarunt, de quo infra. Hoc pontifice, cum per abdicationem Maximiani, & Constantii successionem ecclesiæ pax reddita esset, episcopi Africanæ ecclesiæ Carthagine convenientes in locum Mensurii Cæcilianum diaconum episcopum Carthaginensem ordinat, adversus quem ab ambitiosis traditoribus, in Cirtensi concilio crimina sua confessis, injustis & avaris presbyteris, ac demum a Lucilla factiosa & perniciosa fœmina correctionis impatiente auctore Donato a Casis nigris schisma Donatistarum conflatur, sicut in Ægypto adversus Petrum Alexandrinum auctore Meletio schisma Meletianum, qui de Idololatria convictus, & a synodo depositus, nullam pœnitentiam agere volens, schisma fecit, cui Meletiani schismatis nomen indidit. Baron. anno 304. & sequentibus.

Persecutio auctore Galerio restauratur. Christianos infames esse edicto declaratur.

Petri Alexandrini canones.

Concilium Eliberitanum.

Schisma Donatistarum. Shisma Meletianum.

Tempus sedis Marcelli.

b Sedit annos 5. menses 6. dies 21.) Annis 5. mense uno, diebus 25. Obiit enim 17. Kalendas Februarii anno 309. Ab initio enim pontificatus Marcelli nimirum a 21. Novembris anni 304. usque huc, tot quot diximus, anni, menses ac dies numerantur.

Libri pontificalis error.

c Consulatu Maxentii quarto.) Si verum est id quod infra auctor scribit, Melchiadem secundum a Marcello, usque ad Maxentium consulatum secundum sedisse, quomodo is subsistat non video, nisi quod suæ varietatis & inconstantiæ novum indicium præbeat. Baronius anno 304. num. 25.

Christiani intra urbem sepeliri cœperunt.

d Cœmeterium, &c.) Quod olim lege 12. tabularum, teste Cicer. libro 2. de legibus vetitum erat, ne defunctorum corpora intra urbem sepelirentur, id favore Maxentii Romanæ ecclesiæ concessum fuit, ut scilicet Christianorum martyrum corpora intra mœnia sepelirentur. Baron. anno 309. num. 4.

e Viginti quinque titulos.) Cum major in dies singulos ex Gentilibus ad ecclesiam accessio fieret, hasce paræcias per diversas urbis regiones publicæ commoditati consecravit. Tantum abfuit ut quod persecutoribus imperatoribus erat in votis de religione Christiana penitus tollenda, effici potuerit, ut potius longe lateque eadem amplius propagata fuerit. Baron. ano 309. num. 4. Fidelium numerus augetur.

f Episcopos per diversa loca.) Inter quos enumeratur Emygidius episcopus Asculanus, qui sub Diocletiani persecutione martyrii coronam accepit Nonis Augusti. Baron num. 4. Emygdius episcopus Asculanus.

g Damnatus est in catabulum. Id est destinatus est ad alendos equos imperatorum, Catabulum enim est stabulum jumentorum, quæ publicæ utilitati inserviebant, ut probat Baronius in notis ad martyrolog. Roman. die 16. Januarii. De hoc supplicii genere quo episcopi confitentes ad majorem contumeliam, quam si millies mortis supplicio afficerentur, curæ jumentorum adscribebantur. Vide Eusеb. lib. 8. histor. cap. 22. Catabulum quid. Episcopis stabula & jumentis præficiuntur.

h Plancas planas.) Plancæ, ut Festus declarat, sunt planæ tabulæ. Plancæ quæ dicantur.

---

a EPISTOLA [a] I.

a Supposita utraque.

MARCELLI PAPÆ I.

AD EPISCOPOS ANTHIOCHENÆ PROVINCIÆ.

De Romanæ ecclesiæ primatu & auctoritate, &c.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Antiochenam provinciam constitutis Marcellus.

SOlicitudinem omnium ecclesiarum juxta apostolum circumferentes, [b] divinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhærentes, in quadam sacerdotum ejus specula constituti, prohibeamus solicita, & sequenda doceamus. Unde directis per Bonifacium diaconum nostrum literis, admonemus, ut quæ male pullulant, abscindantur, & [c] malefacta corrigantur, atque bona sectentur, [d] & patrum nostrorum exempla & statuta imitentur. Rogamus ergo vos, fratres, ut non aliud doceatis neque sentiatis, quam quod a beato Petro apostolo, & a reliquis apostolis & patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis: ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius ecclesiæ, cui ait dominus: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam*: & reliqua. *b* Ejus enim sedes primitus apud vos fuit, *c* quæ postea, jubente domino, Romam translata est, cui, adminiculante gratia divina, hodierna præsidemus die. Nec ab ejus dispositione vos deviare oportet, ad quam cuncta majora ecclesiastica negotia (divina disponente gratia) jussa sunt referri, ut ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia. Si vestra vero Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi, nulla est quæ ejus non subjecta sit ditioni, ad quam omnes quasi [e] ad caput, juxta apostolorum eorumque successorum sanctiones, episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, suffugere, eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem & liberationem, unde acceperunt informationem atque consecrationem. Quod omnibus minime convenit denegare episcopis

b Acacius ep. CP. ad Simplicium Papam. 2. Cor. 11. Hilarus papa ep. ad Ascanium.

c mala

d quam hæc distant a superioribus! 24. q. 1. Rogamus vos fratres.

Matt. 16.

e Innoc. ep. 4.

scopis, sed absque ulla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel expoliatione, libere ire concedatur. Simulque idem (inspirante domino) [d] constituerunt, ut nulla synodus fieret [a] præter ejusdem sedis auctoritatem, nec ullus episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore apostolica auctoritate convocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur [b] vel judicetur: quia (ut paulo superius prælibatum est) episcoporum judicia, & summarum causarum negotia, sive [c] cuncta dubia, apostolicæ sedis auctoritate sunt agenda & finienda. Et omnia comprovincialia negotia, hujus sanctæ universalis & apostolicæ ecclesiæ sunt retractanda judicio [d] si hujus ecclesiæ pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præjudicio Romanæ ecclesiæ (cui in omnibus causis [e] debet reverentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia Dei ecclesias nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias, vel aliarum provinciarum episcoporum judicium experiri vel pati, sed omnibus ejusdem provinciæ episcopis congregatis, judicium auctoritate hujus sedis terminetur: quod tamen (ut præfatum est) [f] per ejus vicarios, si libuerit, erit tractandum: & quidquid injuste actum est, reformandum. [g] Pastoralis ergo cura officii nos admonet, & destitutis succurrere, & cuncta neglecta vel male acta reformare, [h] ut ignis ille, quem dominus veniens misit in terram, motu crebro emendationis vel crebræ meditationis, agitatus, sic calescat, ut ferveat: & sic inflammetur, ut luceat.

Nulla synodus fieri debet præter sedis Romanæ auctoritatem.
a Socr. lib. II. cap 8. Sozom. III. 9.
b Hadr. col. cap. 3.
c Innoc. ep. 2. c. 3. S. Leo ep. 84. 1. & 7.
d Hadr. col. 39.
e Innoc. ep. cap. 3.
f Hadr. col. 39.
g S. Greg. ep. 52. lib. VII.
h S. Leo ep. 97. Luc. 12.

Sæpe enim dicendum & agendum est, quia mala pullulantia fraterna caritate oportet resecari, ut bona crescendi & augmentandi amplissimum locum inveniant. *Nolite* ergo (ut Jacobus apostolus ait) *plures fieri magistri, fratres mei, scientes quoniam majus judicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: potest etiam fræno circumducere totum corpus. Si autem in equorum ora frænos mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Ecce & naves, cum magnæ sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur autem a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit: ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnam silvam incendit. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna. Omnes enim naturæ bestiarum & volucrum & serpentum, etiam ceterorum domantur & domita sunt a natura humana. Linguam autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & Patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Numquid potest, fratres mei, ficus olivas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione opera sua [i] in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem. Non enim est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, & diabolica. Ubi enim zelus & contentio ibi inconstantia & omne opus pravum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suasibilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, judicans sine dissimulatione. Fructus autem justitiæ in pace seminatur facientibus pacem. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiam in revelatione Jesu Christi, quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis, sed secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, ut & ipsi sancti in omni conversatione sitis, quoniam scriptum sit: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem invocatis eum, qui sine acceptione personarum judicat, secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini, scientes quod non [a] corruptibili auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni quasi incontaminati & immaculati Jesu Christi, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus, propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides nostra & spes esset in Deo; animas vestras castificantes in obedientia caritatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei vivi & permanentis: quia omnis caro ut fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos ejus decidit, verbum autem domini manet in æternum. Hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vobis. Deponentes quidem omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustatis, quoniam dulcis est dominus: ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides vivi, superædificamini [a] domos spirituales, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem & electum, pretiosum: & qui crediderit in eum non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Estote ergo, carissimi, prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes, quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione, unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.* Data Kalendis Aprilis, [b] Maxentio & Maximo [1] viris clarissimis consulibus.

Jacob 3.
i operationem suam
1. Petr. 1. Levit. 19. 1 Petr. 1.
a corruptibilibus.
1. Petr. 2.
a domus spiritualis
Isai. 28. Psal. 117.
1. Petr. 4.

b anno 309. diebus 74. morte S. Marcelli quæ contigit die 16 Januarii.

No-

1 Non sunt in fastis hi Consules.

Notæ Severini Binii.

a Epistola) Multas pontificum auctoritates de primatu sedis Romanæ, vide supra post vitam Petri.

Sedes Antiochena.

Ejus sedet primitus apud vos fuit.) Quando & quamdiu Petrus Antiochiæ sederit, vide quæ diximus in notis ad vitam Petri supra, verbis, *Primo sedit in cathedra episcopatus.*

Romanæ ecclesiæ pontificatus quando, & a quo.

c Quo postea jubente domino Romam translata est.) Quo tempore, quave ratione Petrus Romanam ecclesiam fundaverit, quem Antiochiæ, quem Romæ successorem designaverit, cur Romanus, non Antiochenus, in pontificatu succedat, vide quæ diximus in notis prædictis ad vitam Petri.

Solius Romani pontificis est generale concilium indicere & convocare. Supposita.

d Constituerunt ut nulla synodus.) Hoc loco beatus Marcellus scribit, apostolico canone statutum esse, ne præter sententiam Romani pontificis ulla generalia concilia celebrentur. Eumdem renovavit concilium Nicænum primum ut testatur synodus Alexandrina in epistola synodica ad Felicem, & Julius primus in epistola ad orientales, qua hunc canonem allegans, ipsos reprehendit, quod sine suo consensu Antiochiæ concilium celebrassent. Unde in concilio Chalcedonensi actione prima, Dioscorus Alexandrinus jubetur inter episcopos non sedere, eo quod sine auctoritate apostolicæ sedis synodum facere ausus fuisset. *Quod*, inquit, *numquam licuit, nunquam factum est.* Et merito. Legitimum enim aliter non est concilium, nisi quod in nomine, & auctoritate Christi congregatum est. Quod vero a Petro & Petri successoribus est indictum generale concilium, id ab eo convocatum est, qui habet auctoritatem congregandi, a Christo sibi concessam; secus quod a Romanis imperatoribus est indictum. Nam Petro ejusque successoribus, non Tiberio aut posteris imperatoribus dictum est, *Pasce oves meas, Pasce agnos meos.* Verissimum est igitur illud Pelagii secundi in epist. 1. ad orientales: *Generalium synodorum convocandi auctoritas apostolicæ sedi, beato Petro singulari privilegio tradita est.* Item illud Valentiniani imperatoris, qui, ut refert Sozom. libro 6. cap. 7. cum ab episcopis rogaretur, ut permitteret iis concilium celebrare, respondit: *Mihi, qui sum in sorte plebis, fas non est talia curiosius perscrutari: sacerdotes, quibus ista curæ sunt, quocumque voluerint loco conveniant.* Quod objiciunt adversarii, a Constantino Nicænum, a Constantio Sardicense, a Theodosio seniore Constantinopolitanum, a Theodosio juniore Ephesinum, a Martiano imperatore Chalcedonense concilium convocatum aut indictum esse, infra suo loco diluemus. Vid. Bell. lib. 1. de concil. cap. 12. & 13.

---

a EPISTOLA II.

MARCELLI PAPÆ I.

AD MAXENTIUM TYRANNUM

Commonet tyrannum, ut desinat sævire in Christianos.

Marcellus episcopus sanctæ apostolicæ & catholicæ urbis Romæ, Maxentio.

a S. Greg. ep. 114. lib. VII.

MAgistra bonorum omnium caritas, [a] quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil quod honori divino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, obli-
Phil. 2. ta sui, *non quæ sua sunt, sed quæ Dei vel proximi quærens*, nemini invidens, omnibus consulens, non sæviens sed compatiens, non rapiens sed largiens, non murmurans sed omnia æquanimiter tolerans, si in te perfecte habitaret, temperares animum a malis, sævire desineres, Dei ecclesiam, ac sanctos ejus persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorem cohiberes, humanitati invigilares, modestiam amplectereris, & bonis potioribus frui satage-

A res. Caritas enim [a] exercet corda, sensus corroborat, ut nihil grave, nihil difficile, sed totum fiat dulce quod agitur, dum ejus sit proprium nutrire pacifica, servare composita, dissociata conjungere, prava dirigere, & virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo, omnes monens apostolus ita loquitur, dicens: *Si linguis hominum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas,* B *& si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Caritas patiens est, benigna est. Caritas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia sufert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas nunquam excidit.* Quisquis ergo in ejus radice [b] se inserit, nec a viriditate desicit, nec a fructibus inanescit, quia amore fœcunditatis opus efficax non amittit. Licet modo caritas in persecutoribus ecclesiæ servorumque Dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus ejus, & in eis qui patiuntur propter justi-
C tiam. De quibus ipsa per se veritas testatur, dicens: *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam.* Et alibi: *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Potius enim nos & omnes domini sacerdotes, qui ejus videlicet sunt veri sacerdotes, eligimus propter justitiam & veram fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis divitiis ditari, honoribusque copiosissimis abundare, & cœlesti regno carere. Ista enim temporalia sunt, [c] illa æterna: ista caduca, & ad horam transeuntia, illa vero perpetua, & sine fine mansura. *b* Tu ergo qui nos suades cultum dimittere divinum, & a recta fide recedere, diisque immolare, melius tibi foret, ut tu prius mutabilem te præberes, Domnesque exhortareris fidei documenta & divini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti apostoli sibi tradita prædicaverunt & docuerunt. Boni enim principis ac * regis est, ecclesias contritas atque * sciissas restaurare, nova ædificare, & Dei sacerdotes honorare atque tueri. Unde sanctos apostolos, eorumque successores sub divina contestatione constituisse legimus non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec invidere laborantibus in agro dominico, neque expellere [d] æterni regis dispensatores: sed, si qui expulsi fuerint, aut suis rebus expoliati, primo omnia legaliter reddi, [e] quæ eis ab inimicis aut a persecutoribus ablata sunt, & sedes proprias, cum omnibus ad se E pertinentibus, regulariter restitui, & postea tempore congruo vocari ad synodum regulariter congregatam. Nec liceat ei, priusquam fiant hæc, de se, juxta statuta prædictorum, respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit prægravari, reddere rationem. Sed his rite peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum [f] juste videtur, suis respondeat accusatoribus, & inducias, si ei necesse fuerit, accipiat non modicas, ut explorare valeat ea quæ objiciuntur ei, ne aliqua delusus fraude, inno-

a S. Greg. Ibidem.

1. Cor. 13.

b Idem Gr. eadem ep.

Matth. 5.

Joan. 15.

c Ruricius l. 2. ep. 15.

Dist. 96. Boni principis est. Quocirca id notandum, paucos ante hac fuisse summos pontifices qui hæc non constituerint.

* religiosi

* concussas, vel conscissas

d Edictum Impp. Valent. & Valentis. c. 9. lib. VII hist. Tripartitæ habet magni. Vide locum.

e Hadr. col. cap. 5.

f justum 3 q. 9. Non oportet.

center ruat : quoniam non oportet quemquam judicari vel damnari, priusquam legitimos habeat præsentes accusatores [a], locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Unde ait propheta: *Priusquam agnoscas, non judices quemquam*. In hoc ergo quod episcopi & reliqui servi Dei persecutionem patiuntur, non tantum ipsi persecutionem patiuntur, quantum ille cujus vice funguntur, sicut scriptum est: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei*. Et alibi: *Qui vos contristavit, me contristavit. Et qui facit injuriam recipiet id quod inique gessit*. Vos ergo licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere: nec gradus nobis divinitus collatos potestis auferre. [c] Synodum ergo, absque hujus sanctæ sedis auctoritate, episcoporum (quamquam quosdam episcopos possitis regulariter facere: neque ullum episcopum, qui hanc appellaverit apostolicam sedem, damnare, antequam hinc sententia [b] finitiva procedat. Nam si seculares in publicis judiciis libellis [c] utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est: *Ego dixi, dii estis, & filii excelsi omnes*. Et ideo nullus [d] episcopus, nisi in legitima synodo, suo tempore, apostolica aut regulari auctoritate convocata, super quibuslibet pulsatus criminibus, audiatur vel judicetur, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Quod laici aut suspecti episcopos non debeant accusare, neque accusatoribus de inimici domo prodeuntibus credendum sit, & a beato Clemente, ipsis eum instruentibus apostolis, legimus definitum, & nos eadem firmamus: quoniam iidem odio multoties infensi, recte viventes atque credentes perturbare nituntur. Propterea persona, [e] fides, vita, & conversatio, atque suspicio accusantium, enucleatim primo inquirenda est: deinde, quæ objiciuntur, fideliter pertractanda: quia nihil ante fieri debet, quam impetitorum vita & suspicio atque odium inquiratur. Et si bonæ conversationis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio reperti fuerint, nequaquam in episcoporum recipiantur accusatione. Hæc vobis, a quibus nimis infeste persequimur, scienda mandamus, ut ab his vos caveatis, & cessetis persequi eos qui Deo ministrant, quorum orationibus & terrena bella sedantur [f], & Deus peccatoribus conciliatur. Et si amplius nos elegeritis persequi, quam Deo placere; & nos magis elegimus sustinere persecutionem, quam regulam confundi ecclesiasticam, hortante nos ipsa veritatis voce, atque testante ita: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. Et iterum; *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum* [g] *ejus opus*. Ista vobis valde timenda & cavenda sunt, a quibus ecclesia Dei ejusque ministri vexantur & persecutionem patiuntur, quibus dominus per prophetam minando loquitur dicens: *Homo in honore non commorabitur: assimilatus jumentis, exæquatus est. Hæc est via eorum, insipientia eorum, & post eos juxta os eorum current. Quasi oves in inferno positi sunt, mors pascet eos. Et subjicient eos recti in matutino, & figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. Verum tamen Deus redimet animam meam de manu inferi cum assumpserit me. Noli timere, cum ditatus fuerit vir, cum multiplicata fuerit gloria domus ejus. Neque enim moriens tollet omnia, nec descendet post eum gloria ejus. Quia animæ suæ in vita sua benedicet. Laudabunt te, cum bene fuerit tibi. Introbit usque ad generationem patrum suorum, usque in finem non videbit lumen. Homo cum in honore esset, non* [*] *commovebitur: assimilatus jumentis, exæquatus est. Et alibi:* [b] *Quid gloriaris, qui potens misericordia Dei tota die? Insidias cogitavit lingua tua, quasi novacula acuta faciens dolum. Dilexisti malum magis quam bonum, mendacium magis quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba ad devorandum, lingua dolosa. Sed Deus destruet te in sempiternum, terrebit te, & evellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viventium. Et videbunt justi, & timebunt, & super eum ridebunt. Ecce vir, qui non posuit Deum fortitudinem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, confortatus est in insidiis suis. Ego autem sicut oliva vivens in domo Dei, speravi in misericordia Dei in sæculum, & in æternum. Confitebor tibi in sæculum, quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum*. Ista vobis omnia ad interitum, nobis autem ad confortationem, ne pereamus, dicta sunt. Vobis ergo ideo hæc scribimus, quia debitores vobis sumus, dicente domino: *Diligite inimicos vestros benefacite eis qui vos oderunt*. Et alibi scriptura loquitur, dicens: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis* [*] *congregas super caput ejus*. His fulti auctoritatibus, bellum, quod [e] adversum nos excitatis, adeo feliciter, dextera domini protegente nos, atque pro nobis pugnante, pacifice portare cupimus, ut triumphante Christo omnium verorum fiat una victoria sacerdotum: & coruscante lumine veritatis [f], solæ erroris tenebræ cum suis auctoribus pellantur: quia non est in hominis potestate consilium Dei. *Justus est enim dominus & omnia judicia ejus justa sunt, atque omnes viæ ejus, misericordia & veritas & judicium. In manu Dei potestas terræ, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu Dei potestas hominis* [d], *& super faciem scribæ imponent honorem suum. Perdidit Deus memoriam superborum & inique agentium, & non dereliquit memoriam humilium & bonorum hominum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui recte colit Deum, quia si vita ejus in probatione fuerit,* [e] *corroborabitur: & si in tribulatione, liberabitur: si vero in correctione fuerit, ad misericordiam perveniet. Tu ergo ne delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem facit Deus tranquillitatem, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundit. Benedictus dominus Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fuerit, misericordiam faciet, & in tempore tribulationis peccata dimittit. Magnus est dominus in æternum, & ipse reget nos in sæcula*, quoniam regnum ejus permanet in sæcula sæculorum. Amen. Data decimosexto [f] Kalendas Februarii *d* Maxen-

a Hadr. col. 10

Act. 5. *Prov.* 18. & dist. 29. c. 1. & 11. q. 3. Borum qui accusantur *Zach.* 2. *2. Cor.* 2. *Coloss.* 3.

Dist. 17. Synodum episcoporum.

b Can. 5. Sardicensis.

c Historiæ Trip. V. 34.

Psal. 81.

d Hadr. col. cap. 3.

In epist. Clementis papæ I. Supra p. 102. & 103.

e Hadr. c. 4.

f Val. Valens & Gratianus in edicto quod extat hist. Trip. VII. 9. ex Theodoreto XV. 7.

Matth. 10.

Matth. 16.

g opera ejus

a *Psal.* 48. ex versione S. Hier.

[*] intellexit; comparatus est jumentis, & similis fuit.

b *Psal.* 51. ex eadem versione.

c S. Leo ep. 54.

d Conc. VI. Rom. sub Symmacho

e corroborabitur.

f 17. Jan. an 309. postri.

die mortis aut sepulturæ S. Marcelli.

xentio & Maximo [1] viris clarissimis consuli- A bus.

d Maxentio & Maximo viris clarissimis coss.) Quod in fastis nullus consulatus Maxentii scriptus inveniatur, bellum civile inter imperatores conflatum potuit esse in causa; ut scilicet quisque trium imperatorum ex sententia consules sponte crearet, nec ea in re cum aliis consentiret. Nam supra apud auctorem libri pontificali in vita Marcelli, sicut etiam infra in vita Melchiadis mentio habetur expressa secundi & quarti consulatus Maxentii. Baron. prædicto loco.

Cur consulatus Maxentii in fastis non nominetur.

Notæ Severini Binii.

Hæc epistola est corrupta, "imo penitus conficta. Maxentius se Christianum simulavit.

